# FRATRIS IOANNIS SEGOBIENSIS, PRAEDICATORIS GENERALIS, ORDINIS PRAEDICATORVM.

## ¶ DE PRAEDICATIONE EVANGELICA, LIBRI QVATVOR.

Vbi de forma ſtudendi, atque docendi ſcripturam ſacram, & de concionatoris officio, pleniſsimè diſſeritur.

¶ Cum tabula, in qua totius libri doctrina cõcionibus applicatur, iuxta Euangelia quæ in Aduentu & Quadrageſima prædicari ſolent: vſq; ad Trinitatis feſtũ, & cõmune ſanctorũ.

SED TE CHRISTVM CRVCIFIXVM,

¶ NOSMETIPSOS PRAEDICARE NON DECET,



DEI SAPIENTIAM ET VIRTVTEM.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

COMPLVTI.

EXCVDEBAT IOANNES GRATIANVS.

ANNO. M. D. LXXIII.

Eſta taſſado en dos ducados.

Yo Iuan Fernandez de Herrera ſecretario del conſejo de ſu Mageſtad doy fe que auiendoſe viſto por los ſeñores del conſejo vn libro intitulado De Prædicatione Euangelica, que con ſu licencia hizo imprimir Fray Iuan de Segouia, Prior del conuento de Santo Domingo de Guadalajara, taſſaron cada volumen del en papel en dos ducados, con que no ſe pueda vender ni deſtribuyr ſin que primero ſe imprima en cada libro a ſu principio eſta taſſa. Fecha en Madrid a veynte y tres dias del mes de Nouiembre, de mil y quinientos y ſetenta y tres años.

Iuan Fernandez de Herrera.

# EL REY.

POR quanto por parte de vos Fray Iuan de Segouia, de la orden de Sãto Domingo nos fue fecha relacion, que vos auiades compueſto vn libro intitulado de predicatione Euangelica, vbi de forma ſtudendi atque docendi ſcripturam ſacram, & de concionatoris officio pleniſsimè diſſeritur, el qual era muy vtil y prouechoſo para la republica Chriſtiana, y en el auiades paſſado mucho trabajo, y gaſtado diez años de eſtudio, y nos pediſtes y ſuplicaſtes os mandaſſemos dar licencia y facultad para lo hazer imprimir y vender con preuilegio por el tiempo que fueſſemos ſeruido, o como la nueſtra merced fueſſe: lo qual viſto por los del nueſtro conſejo, y como enel dicho libro ſe hizo la diligencia que la prematica por nos agora nueuamente fecha diſpone, fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula en la dicha razon, e nos tuuimos lo por bien, por lo qual os damos licencia y facultad, para que vos el dicho Fray Iuan de Segouia, y la perſona que vueſtro poder eſpecial para ello tuuiere, y no otra alguna, pueda imprimir y vender el dicho libro que de ſuſo ſe haze mencion en eſtos nros Reynos, por tpo y eſpacio de diez años primeros ſiguiẽtes que ſe cuenten del dia dela fecha deſta nueſtra cedula en adelãte ſo pena que qualquiera perſona o perſonas que ſin tener para ello vueſtro poder lo imprimieren o vendieren, o hizieren imprimir o vender, pierdan toda la impreſsion que hizieren y vendieren, y los moldes y aparejos della, y mas incurran en pena de cincuenta mil marauedis, por cada vez que lo contrario hiziere: la qual dicha pena ſea la tercera parte para el juez que lo ſentenciare, y la otra parte para la perſona que lo accuſare, y la otra tercera parte para la nueſtra camara y fiſco, con tanto que todas las vezes que lo vuieredes de hazer imprimir, durante el dicho tiempo de los dichos diez años, lo traygais al nueſtro conſejo, juntamẽte conel original, que enel fue viſto que van rubricadas todas las hojas y firmadas al fin del, de Iuan Fernandez de Herrera Eſcriuano de camara de los que reſiden enel nueſtro Conſejo para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta conforme a el: y ſe os de licencia para lo poder vender, taſſando enel nueſtro Conſejo el precio a que ſe ouiere de vender cada volumen, ſo pena de caer e incurrir en las penas contenidas en las dichas prematicas y leyes de nueſtros Reynos, y mandamos a los del nueſtro Conſejo: y a otras qualeſquier juſticias deſtos nueſtros Reynos y Señorios, guarden y cumplan, y executen, y hagan guardar y cumplir y executar eſta nueſtra cedula, y lo en ella contenido. Dada en Madrid a veynte y ſeys dias del mes de Hebrero de mil e quinientos y ſetenta y tres años.

**YO EL REY.**

**Por mandado de ſu Mageſtad, Martin de Gaztelu.**

¶ Por mandado delos ſeñores del conſejo de ſu M. vi vn libro de mano que ſe intitula De prædicatione euangelica, compueſto por el muy Reuerendo padre Fray Iuan de Segouia Predicador general, dela orden de Santo Domingo. Y no ſolo no ay enel doctrina alguna contra nueſtra ſancta fe catholica, mas contiene doctrina muy graue, y muy rica de eſcriptura y leccion de ſantos, y para grande vtilidad de los predicadores, y del pueblo chriſtiano. En Madrid a.21. de Nouiembre.1572.

F. Iuan de Montaluo.

# CLARISSIMIS VIRIS, IGNIGO LOPEZ HVRTADO de Mendoça, atque eius pientiſsimæ vxori Ludouicæ Enriquez de Cabrera, Ducibus del Infantado: ſuus frater Ioannes Segobienſis, ſalutem plurimam, perpetuamq́ue fœlicitatem dicit.




CVM mecum ipſe perpenderem, Principes Illuſtriſsimi cui potiſsimum meum hoc opus inſcriberem, commẽdatumq́ue relinquerem: Alexandri reſponſum quã primùm in mentem venit: qui cùm in poſtremo vitæ ſuæ conſtitutus, rogatus fuiſſet, cui nam tantum principatum diuitiarumq́ue theſauros eſſet relicturus, optimo regni ſui, reſpondiſſe fertur. Cùm igitur inter cæteros neminem habeam, quem vobis præponam: hanc & ego Alexandri ſententiam inſequi decreui, atque ſcripturam hanc meam ſub amplitudine ac dignitate nominis veſtri in lucem prodire volui: vbi tanquã in tutiſsimo loco ſecura

cura

cura conſiſteret, veſtraque authoritate, atque fidei optimo zelo, honorificata admodum permaneret: nec deliramento adſcribendũ eſt, his infimis & pauperculis diuitijs, tam pulchram deauratamque nimis elegiſſe arcam. Nam etſi ex ea parte qua opus hoc meum exiſtit, pauperrimum ſit, nec veſtra authoritate, generoſoque ſanguine dignum: attamen ex ea parte, qua cæleſtes ſunt veritates, eiusque ſacro ſanctæ ſcripturæ verba, inæſtimabiles ſunt proculdubio, ſimul atque pretioſiſsimæ Margaritæ, ac proinde ſapientiæ & ſcientiæ Dei infiniti valoris theſaurus. Sic enim redemptor noſter, Matthæi 13. Euãgelicas has veritates appellat dicens: Simile eſt regnum cælorũ, theſauro abſcondito in agro. Eſt (inquit Chriſtus) hic diuinarum veritatum cumulus, pretioſiſsimus quidam diuitiarum theſaurus, ex quo inextimabiles quotidie educimus refulgentes virtutum gemmas: quibus animarum noſtrarum excitatur pulchritudo, vt ad ciuiũ ſupernorum nuptias, cùm ex hac carnis mole exuti fuerimus, admitti reperiamur digni. Vnde Diuus Hieronymus hoc eodem loco, theſaurum iſtum in agro abſconditum, nihil aliud eſſe dicit quàm chriſtianam hanc fidem, & cognitionem, quã diuinæ hę veritates, de Deo ipſo adminiſtrant. Et hoc idem nomen eſt, quod iterum Seruator noſter, Matthęi 13. eis imponit, cùm ait: Simile eſt regnum cęlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas. Quibus in verbis hoc nobis inſinuare intendit, videlicet conuerſationem hanc & familiaritatem, quam vir ſapiens cum ſanctæ ſcripturæ verbis contrahit, eſſe quidem nihil aliud, quàm de pretioſiſsimis margaritis negotiationem. Nam quemadmodum margaritę, atque pretioſę gemmæ, ſunt quìdem ad videndum aptiſsimę, nimirum quia pulchritudine ſua aliorum oculos maximè delectant. Sunt etiam ad comedendum perutiles, quandoquidem ipſum cor hominis confortant: & ſunt præterea, quibus hominis perſona decoratur, & pulchra nimis redditur, vt videntibus gratioſa reſplendeat: pari forma Chriſtiani hominis recreatio, in viſu etiam ſita eſt, nempe in contemplatione harum cæleſtium veritatum: quæ pręterea comeſtæ atque digeſtæ, earum continua meditatione, hominis animum confortant, eique robur & ſpiritũ ingerunt, quo grandia nimis, in hoc virtutum exercitio aggredi valeat: ac demum eiſdem ſcripturæ ſanctæ veritatibus, velut pretioſiſſimo ornamento, mens noſtra decoratur, vt ſic gratioſa valde, amabiliſque Deo ipſi creatori ſuo appareat.

¶ Cùm igitur hæc ita ſint, Principes Illuſtriſsimi, triplex fuit, quę me compulit ratio, vt ſcripturam hanc ſub veſtra excellentis nominis vmbra collocare decreuerim. Prima quidẽ eſt, amor intimus,

quem erga veſtras ſemper geſsi generoſas perſonas. Quandoquidem ſic ſemper apud homines geſtum eſt, quòd ea quæ maximè æſtimamus, neutiquàm fidimus, niſi illis tantùm, quos ſummo amore proſequimur. Qua de cauſa patres in poſtremo vitæ conſtituti, vſi ſunt ſemper amantiſsimos filios, eis dumtaxat commendatos relinquere, quos dum viuerent, chariores habuerunt amicos. Cùm ergo verum ſit, cuiuſuis authoris libros, filios quoſdam eſſe, ab hominis intellectu progenitos: ſiquidem ad eum modum, quo mulier filium concipit, & poſtmodum eundem carnalem parit filium, quem anteà in vtero clauſum geſtabat: Sic etiam intellectus noſter, ipſas intra ſeipſum, veluti in ventre, concipit veritates: cùm autem eas ſcripto demandat, iam tunc earundem facit partum. Hinc igitur prouenit, vt, cum ego ſcripturam hanc meam, velut propiam, chariſsimamq́ue habeam filiã, nulli alteri eam credere deſtinauerim, niſi vobis dumtaxat: quippe quos inter cæteros dilectos magis, & nunc habeo, & ſemper habui. Quo fit, hoc idem excellentias veſtras huic meo debere operi, quod meo vtique debent amori. Siquidẽ huius eſt conditionis amor, vt nunquam niſi amore altero reſarciri valeat.

¶ Secunda, quę me ad hoc induxit ratio, eſt: quia liber hic authoritate excellentię veſtræ maximè indiget. Nam etſi verum ſit, veritates has diuinas (quia diuinæ ſunt) ſecum pretium & valorem deferre, attamen nerui earum & vigor, ipſi ſunt ſemper magnates & principes: tunc maximè, cum fidei & religionis chriſtianæ zelo, tenentur, humeros ſuos earum iacturæ ſubmittentes, cum ab hæreticis, aut peruerſis paruipenduntur chriſtianis, earum authores, cum opus fuerit, ſublimantes: ſimul atque eiuſdem fidei & religionis miniſtros, dum ab alijs conculcantur, honorantes. Et hæc eadem eſt, quã Apoſtolus aſsignat, cauſa, ad Romanos 13. capite ſcribens. Quare ſcilicet principes & mundi huius potentiores, in toto orbe ſic Deus ſublimare decreuerit, tanta inter cęteros reipublicæ plebeios potentia & maieſtate præcellentes inſtituens. Hoc inquam, non ob aliud, niſi vt legis ſuæ ſcutum & protectio fiant. Vbi Apoſtolus in hoc, mirè nos Dei prouidentiam docet, in excellentia & poteſtate magna, quam magnatibus (qui chriſtianæ reipublicę ſunt capita) contulit. Quorũ iudicio & directioni omnes alij relinquuntur, ob hoc ſolum, vt chriſtianam fidem & euangelij leges protegant & defendant: hæreticorũ zizaniam à chriſtiano populo extirpantes, viros autem ſtudioſos & virtuti deditos honore ſemper & fauore proſequentes: ita vt peruerſorum delicta in eis refugium prorſus non inueniant, virtutes autem religioſorum hominum, foueant ſemper & conſeruent. Cuiuſmodi

fuerunt

fuerũt antiqui Principes & Reges, Cõſtantinus videlicet & Theodoſius, noſtriſque temporibus, bonæ memorię catholicus Rex Ferdinãdus, necnõ magnus Carolus Imperator, ac demum ſereniſsimus Philippus noſter, Hiſpaniarum Rex: qui non minus quàm prędeceſſores eius, fidem & religionem mirum in modum auxit. Qui omnes præcipuè eccleſiam protegere. & ab inimicis defendere, eiuſque miniſtros ſublimare, velut præcipuum ſui regiminis ſcopum, aſſumpſerunt. Vnde proculdubio, maiorẽ in perpetuum gloriam, & celebre lucrati ſunt nomen, quã quod ſibi ſui generoſi ſanguinis genus, & armorum potẽtia præſtitit. Hac igitur via, & ego pariter verè aſſeram, quòd opus hoc meum excellentijs veſtris commendatum, velut in tutiſsimo loco manet ſecurum: quia nimirum eſtis, in quibus ſingulariter hunc fidelitatis & obſeruantiæ zelum, continuè relucere vidi, qui fidei & religioni, quam profeſsi ſumus, debetur. Nam etſi nihil minus de veſtris dici poſsit progenitoribus, quandoquidẽ ſui ſanguinis generoſam conditionem ſemper in hoc demonſtrarunt: præcipuè tamen intellexi excellentias veſtras, hunc chriſtianitatis zelũ ſummo opere ſeruaſſe. Quapropter ſatis mihi perſuaſum habeo, vt quemadmodum in veſtro pectore (ſicuti in fideliſsimo loco) tutiſsima manent non ſolũ euangelij fides, ſed etiam reliquę ſcripturæ ſanctę veritates. Sic etiam ſcripturę meæ documenta, ſecurè conſeruabuntur, ac proinde quòd tantum ex authoritate veſtra accreſcet ſibi valoris & pretij, vt per detractorum linguas tranſire valeant, abſque eo, quòd aliqua eorum infectione deturpentur.

¶ Tertia ratio, quę me in hunc coegit finem, hæc quidem eſt. Nam potiſsimum quod ad veritatum conſeruationem exigitur, ingenium optimũ eſt. Sicut enim piſces ſolùm in aqua viuunt, atque in arca optima ſeruatur theſaurus, ac denique res omnes naturales ſuo proprio ac naturali quieſcunt loco: quòd ſi extrà accipiantur, violenter detinentur, & tandem corrumpuntur, ſic etiã proprius ſapientię locus, optimum eſt ingeniũ, in quo velut in propria quieſcit ſede, & ſicuti in propria ſeruatur theca. Et hac de cauſa, peculiarem de hoc Regius Propheta, ad Deum precationem miſit, pſalmo 118. inſtanter exorãs, vt ad legis ſuæ obſeruantiam, eiuſque mandatorũ adimpletionẽ, optimum ſibi præſtaret intellectum, vt ſic legis ſuæ profundum & ſubtile attingere poſſet, dicens: Da mihi intellectum domine, vt diſcã mãdata tua. E diuerſo autem, cùm ſapientiæ donum, peſsimo inſidet intellectui, corrumpitur quidem, & ab ipſo prauo inficitur iudicio: quia nimirum, cùm eiuſdem ſapientię non attingat cor, ſentit vtiq; de ea, non ſicuti in ſe eſt, ſed pro ſuo beneplacito: eamque ſolum ſen


ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

tentiam format, quam ingenij ſui talentum ſibi adminiſtrat: verum ſenſum (extra ipſius veritatis proprietatem) adulterans: eandem veritatem, licet repugnantem, ad ſuam craſſam intelligentiam trahens. Vnde apertè colligitur, omnem perſequutionem, quam hæretici his diuinis hucuſque irrogarunt fidei noſtræ veritatibus, tam priſcis quã noſtris etiã temporibus: omnes inquã prædictas hæreſes, nihil aliud quã eorum peſsimi & ruſtici intellectus, ictus quoſdam extitiſſe: qui ad veritatis viuum non pertingentes, tam variè in ſuis propriis delirauerunt ſententiis. Et hac via, mihi etiam compertum habeo, quòd ſi has ſcripturæ meę veritates, intellectui excellentiæ veſtræ creditas relinquo, in ſuo vtique proprio manẽt loco, quippe quos tam optimo Deus prędiros reddiderit ingenio, vt non ſolùm ſui regiminis finem attingere valeant, ſed cuiuſcumque etiam alterius veritatis difficile ac proinde quòd in hoc meo opere & bonum & malum callebunt ſatis: quorum alterum æſtimare ſcient, alterum verò corrigere. Quòd ſi non ſatis excellentiarum veſtrarum mentem pertingerẽ (quorum vtique ſemper fuit conditio, ſine aliquo adulationis fuco veritatẽ audire) ad plura quæque extenderem calamum, eorum, quæ de veſtris illuſtriſsimis perſonis hic dicere omitto. Quia tamen vos, & ſapientes, & chriſtianos exiſtimo, in hac parte vltrà progredi non intendo. Non enim ſapientis eſt viri, ſic velle audire: nec prudentis ſcriptoris ſic velle dicere. Siquidem apertè hoc ſapientiſsimus condẽnat Salomon, Eccleſiaſtici 11. cùm ait, non laudes virum in ſpecie ſua, & ante mortem non laudes hominem quemquam. Nam ſicut nauis quantùuis pulchra nimis, & potẽs exiſtat, diuitiarumque plena, extenſiſque velis, per maris mediũ proſpero flante vento prorumpat, nihil de ea ſecurum, aut certum deſumi poteſt, quouſque ad deſtinatum peruenerit portum: ad eum omnino modũ, nullum ſecuritatis pignus de hominis valore in hoc ſæculo aſſumi debet, quin prius mortis peregerit articulũ. Quod ſi hoc ita decet cuiuſcũq; authoris opinionẽ, qui alterũ laudat, ne adulatoris nota taxetur: multò magis ei, qui ſcriptoris retinet nomẽ, cõducet. Nã eo ipſo, ꝙ ſcriptura eius adulationis ſaporẽ retinet, fidẽ & opinionẽ erga legẽtes prorſus meretur amittere.

¶ Accipite ergo clariſsimi Principes, ſub alarũ veſtrarũ protectione, meũ hoc pauperculũ opus. Atq; obligatio, in quã quotidie veſtris me beneficiis induxiſtis, ſit iam deinceps in duplo maior: hæc eadẽ operi huic meo beneficia præſtãtes. Etenim firmiſsimè teneo, quòd ſi veſtro fuerit cõprobatũ ingenio, veſtriq; generoſi ſanguinis nomine illuſtratũ: tã gratũ omnibus eſſe debebit, vt neutiquã ſufficiãt (quos à me reportat) defectus, vt maledici eius valeãt denigrare ſplendorẽ.

FRA-

# FRATER HIERONYMVS ALMONACIR DOCTOR THEOlogus, & præcipuę cathedræ magiſtri ſententiarum, in Complutenſi Academia moderator, candido lectori S.

OPTIME conſuluit Deus Eccleſiæ ſuę atque humano generi vniuerſo, lector candidiſsime, cum in tanta rerū perturbatione & vitiorum, ſectarum, atque hæreſum, tot tantiſque periculis viros religione doctrina & eloquentia præſtantiſsimos afflictè ſponſę ſuæ dedit, qui eam viua voce atque ſcriptis libris egregiè tuerentur, prudenter detegerent, fucos inſidiaſque fallacium hæreticorum, & eo animo ſuſciperent pietatis, chriſtianæ ac fidei orthodoxę patrocinium, vt pro euangelica veritate chariſsimam vitam libenter exponerent, fidem chriſti nō ſolum litterarum monumentis ſartam tectam, ſed ſanguine ſuo conſignatam relinquētes poſteritati. Vnde effectū eſt vt quāquam hoc deploratiſsimo ſeculo, peſtilentiſsimi omniū mortaliū lutherani, omnes præteritorū tēporum errores, quaſi effractis orci valuis ab inferis reuocauerint, ac ſimul cū illis eruperint noua, inauditaq; ſectarū & blaſphemiarū portenta, quę pernitiē omnibus, & Romanæ Eccleſiæ poſtremū exitiū minitari videbantur, oppoſuit tamen illis Chriſtus ſeruator noſter inſtructiſsimum & inuictū cuneum doctorum eccleſiaſticorum qui præclarum hactenus retulerunt de hoſtibus triumphum, inter quos quantum ego exiſtimo non parum enituere Hiſpani theologi, nō ij tantum qui interfuerunt cōcilio Tridētino, & ibi pugnātes ſtrenuè pro apoſtolicæ eccleſię auctoritate, maieſtate Romani pōtificis, & antiquę religionis ſinceritate, magnā ſunt laudē cōſequuti, ſed etiā innumeri alij, qui in cauſa fidei propugnāda illuſtres fuere, & ſacræ ſcripturę oraculis veterū heroum, teſtimonijs, cōciliorū ſanctionibus, magnoq; argumētorū pondere fortiter repreſſerunt effrenē illā nouatorū audatiā & impudentiā, eſſet verò labor aduerſus ſerpentes, imo inūdantes iā hereſes ſuſceptus prorſus inanis, ſi domeſtici ac Germani chriſtianę profeſsionis cultores nō diligēter nutrirētur puro doctrinæ pabulo, aut ſi illi quibus paſcēdi, & prædicandi cura credita eſt nō ſedulo in hoc incumberent vt in ſuis concionibus traderēt gregi doctrinā integrā natiuā & incontaminatā. Quod & Tridētini cōcilij patres ſanctiſsime obſeruaſſe, & poſtea Piū quintū Pōtificē maximū edito cathechiſmo, & nō niſi peritiſsimis paſtoribus eccleſiaſtico gregi præfectis ſūmo ſtudio ꝓuidiſſe cernimus: horū igitur auguſtiſsima auctoritate indutus, ac Pijſsimis d̃cretis obſecutus

tus, vir

vir doctrina incomparabili Frater Ioannes Segobienſis noſtræ familiæ prędicatoriæ inter cæteros generales euangelij precones, antiquitate, eruditione, prudentia & nominis celebritate inſignis concionator ingenti labore, hos libros, de prędicationis euangelicæ officio compoſuit, eo inſtituto atque conſilio, vt qui prædicandi munere funguntur, non vt populares quidam diuini verbi adulteratores ſolent ſine decoro & arte illotis manibus proſilirent ad ſanctiſsimam hanc prouinciam exercendam. Sed his eruditiſsimis lucubrationibus atque exactiſsimis documentis inſtructi, ſeſe componerent, ad antiquorum doctorum exemplar, & quaſi tabulam quandam imaginemque numeris omnibus abſolutam in promptu haberent, ad quam recurrentes ac reſpicientes reſponderent officio ſuo, egregiamque illam catholicam & ſinceram prædicandi formam pro virili conarentur imitari: hoc verò quàm dextre & fœliciter præſtiterit, planiſsimè deprehendet, quiſquis ad ipſa operis penetralia ingreſſus explorare voluerit, ac mentis oculis perluſtrare, ampliſsimam illam cæleſtium diuitiarum ſuppellectilem, ex clariſsimorũ Theologorum diuturna lectione, & ſanctorum doctrina, atque ſacræ ſcripturę fonte congeſtam. Et incredibili ſtudio, ac ſingulari artificio diſpoſitam, in qua elucebunt, non creſsi opes breui perituræ, ſed affulgebit theſaurus ille euangelicus noua & vetera complectens, gratiſsima multarum ſimilitudinum copia & appoſita exemplorum varietate mirum in modum exornatus: habebis (mihi crede) lector candidiſsime poſt hac præcipue in hoc opere ſummã quãdam egregie concionandi ex veterum patrum viridarijs collectã, noſtri authoris induſtria cõcinnatam. Quam vt ille tibi elaboratiſsimã daret, inſtar appiculę argumentoſæ per varios authorum hortos ac flores volitauit, & ex vnoquoque decerpſit, quod eximium eſſe iudicauit ad huius ſui præclari operis mellificium, habes præceptiones ex ipſis purioris Theologiæ viſceribus ductas, ac formam certiſsimam. Quam ſequutus breui ad antiquam illam Athanaſij, Baſilij, Nazianzeni, Chryſoſtomi, Auguſtini, Ambroſij, ac Magni Gregorij ideam, poſsis te ipſum effingere. Quã vt tibi tuiſq; cõmoditatibus appoſitã exhiberet Eccleſiaſtes noſter, nullũ non mouit lapidem, nullisque pepercit vigilijs aut laboribus. Scio ego tãquàm oculatus teſtis eum non ſine magno quietis ſuæ, & ſalutis diſpendio, per multos annos, diu noctuque, ſanctorum, Theologorũq; veterũ, ac recentiorũ, atq; philoſophorũ libros magna & inexpleta auiditate euoluiſſe, in quibus legendis, terendis, & in ſuccum ſanguinem, ſubſtantiamq; ſuam conuertendis, vt tibi vſui eſſe poſſent, tantopere deſudauit,

vt quo

vt quo progrederetur iam amplius non haberet, eloquentiam vero & dictionis figuram eam conſulto eſt ſequutus, quę huic muneri erat accommodatior, non fucatam & ex oratoriæ artis præceptis laſciuientem pigmẽtis, floribus nitidam, ac ſublimiori ſtylo iactabundam, ſed pacatam, grauem, venuſtam, modeſtam, verecundam, ſimplicem, non ceruſa purpuriſo vel cincinis comptam, mundam verò, & ipſa quaſi negligentia gratiorem. Quam merito Euangelicam & Apoſtolicam poſsis dicere, non tam propter ornatum & lenocinia laudes, quã propter natiuam pulchritudinem cæleſtis ſpiritus vim latentem energiam, caſtitatemque mirabilem dulci ſermonis puritate conditam, ſponte ames, ardeas, reuerearis & admireris. Fruere ergo lector candide venerandi patris fratris Ioannis Segobienſis (viri nunquàm ſatis laudati) optimis lucubrationibus, & nulli ſumptui parcito, vt agrum hunc feraciſsimum, in quo diuinus euangelicę doctrinæ theſaurus deliteſcit, lætus ac fœlix poſsideas, quòd ſi author noſter, hos libros tibi gratos fuiſſe intellexerit, impartietur ſtatim ſelectiſsimas conciones, ſacrarum ſcripturarum gemmis, atque omnium humanarum diuinarumque litterarum ornamentis excultas, quas in concionatorum gratiam propediem in lucem eſt emiſſurus. Vale. Ex noſtro Collegio S. Thomæ Complutenſis, Anno à partu Virginis. 1573.

FRA:

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDVS DEI GRA REX ARAGONVM

# FRATRIS IOANNIS SEGOBIENSIS, PRAEDICATORIS GEneralis, ordinis Prædicatorũ, ad candidũ Lectorẽ præfatio.

## Vbi de totius operis intento & diſtinctione agitur.

HOC noſtrũ opus (Cãdide Lector) iãdiu ſermone Hiſpano confecerã, nimirũ quia non minorẽ, ſed potiſsimam, cenſui, concionatoris partem, caſtè & legitimè de rebus loqui. Nam facilè admodum eſt, doctis pariter & indoctis, de eiſdẽ rebus conceptum aliquẽ formare. Attamen eiuſdẽ conceptus partum, per propria & legitime ſignificantia vocabula facere, difficillimum quidem, atq; paucorum eſt. Pauci enim ex tã immenſa concionatorum congerie reperiuntur, qui ſermonis proprietate, iuxta naturã rerum, diſtinctè & ornatè Euangelicã concionem forment, ſed contenti ſunt vtcumq; dixiſſe. An verò propriè, vel impropriè; barbarè, vel confusè, nihil minus ſibi eſt curæ. Hac igitur de cauſa, opus hoc materno prius ediderã ſermone, vt ſcilicet euãgelicus pręceptor proprium indueret loquẽdi ſtylum. At verò quia libri huius grauiſsima eſt materia, ſiquidẽ ſcripturã ſacram, ſanctorumq; lectionẽ atq; conciliorũ decreta concernit, & tandẽ de grauiſsimo & ſanctiſsimo agit prædicationis officio, nõ mediocre eſſe incõueniens iudicaui, ſi in manus vulgarium hominũ perueniret, quapropter rẽ hãc oculatius cõtemplatus, ſecundũ decreui aſſumere laborẽ, illum ſcilicet ex Hiſpano in Latinũ vertere ſermonẽ. Nã etſi latinitati donatus ad pauciores libri huius perueniet fructus: cùm tamẽ ſapiẽtiores eſſe debeãt, abundãtius profecto erit, quod ex lectione eius reportabitur lucrũ. Quãdoquidẽ apud ſapiẽtes viros parcè laudari præſtantius eſt, quã apud vulgares ſummè cõmendari. Nec in hac parte expectes obſecro, cãdide lector, omnes ad vnguẽ latinitatis apices, quia in hoc opere potiùs intendi claritatẽ rerũ, quã latinitatis fucũ hominibus demõſtrare. Nã eloquẽtia, quæ claritatis ſplẽdore nõ illuſtratur, nõ eloquẽtia, ſed potius caligo quædã, & intellectus cõfuſio eſt. Maximè in rebus ſacris, quę ſanctæ ſcripturę intelligentiã, hominumq; mores atq; animę ſalutẽ reſpiciunt. In quibus potiùs ſpiritui, & veritatũ intelligẽtię inſudandũ eſt, quã ſermonis ſublimitati, iuxta D. Pauli ſententiã, qui .1. ad Corint. 2. c. ſcribẽs ait: Ego cũ veniſſem ad vos fratres, veni nõ in ſublimitate ſermonis, aut ſapiẽtię: ſermo enim meus & pręadicatio mea, nõ in perſuabilibus humanę ſapiẽtię verbis, ſed in oſtẽſione ſpiritus & virtutis. Hac ergo de cauſa, latinorũ quorundã affectationẽ fugiens, eo ſermonis ornatu orationem meã veſtire curaui, qui ſanctorum phraſim & grauitatẽ ſapiat. In quo opere, hoc noſtrũ pręcisè fuit intentũ, videlicet ſpeculum quoddã præceptori euangelico ob oculos ponere, in quo omnia, quæ ad euangelicam prædicationem exiguntur, reluceant.

## DE OPERIS DISTINCTIONE.

¶ Omnem igitur ſcripturam hanc in quatuor diſtinximus libros iuxta tres oratoriæ partes, quas euangelicus quiſque præceptor in cõcione ſua ſeruare debet. Quarum prima eſt, docere, ex qua primus & ſecundus conficiuntur libri. Secunda eſt, delectare, iuxta quã tertius liber inſtituitur. Tertia eſt, mouere, de qua quartus formatur liber.

## LIBER PRIMVS.

Quę igitur in primo continentur libro, hæc ſunt. Primo de neceſsitate harum partium: quantum videlicet concionatori euangelico conducant tres ſuprà dictæ partes.

Secundo, de ordine, quem inter ſe partes iſtæ habent.

Tertio, accuratè diſſeritur, qualiter artes omnes hac noſtra tempeſtate ad perfectionis culmen peruenerint, excepta euangelica prædicatione, quæ inter omnes elanguit. Vbi latiſsimè de eorum temeritate agitur, qui cùm ignari ſint, & non ea annorum maturitate, & digeſtione veſtiti, grauiſsimum ſibi euangelicę prædicationis officiũ, non verentur aſſumere.

Quartò, quòd prędicare, Theologorum ſit officium.

Quinto, quòd ſacra lectio, interdicenda ſit laicis.

Sexto, quòd litteras ſacras euoluere, Theologicæ ſit profeſsionis.

Septimo, Vtrum fœminis, ſacra lectio ſit deneganda.

Octauo, De ea agitur forma & ſcientia, quam vxorata fœmina erga filios & familię ſuæ directionem habere debet, vt poſsit ſalua conſiſtere.

Nono, quòd populum docere, nihil aliud ſit quàm in concione ſacrã tractare ſcripturam.

Decimo, rationes adducuntur efficaciſsimæ, quare ſcriptura ſacra à concionatore ſit docenda.

Vndecimo, quòd concionatorem peritiſsimum eſſe oportet in ſacris litteris, vt officij ſui finem ſufficienter exequi valeat.

Duodecimo, de humilitate, quam concionator habere tenetur, vt verum ſcripturæ ſenſum aſſequi valeat.

Tertio decimo, de erroribus hæreticorum, in quos defectu humilitatis inciderunt.

Quarto decimo, de modo quo concionator hanc aſſequetur huius humilitatem.

## LIBER SECVNDVS.

Quæ autem in ſecundo continentur libro, hæc ſunt. Primo, quid ſit ſacra ſcriptura ex diffinitione declaratur: vbi ſcripturę ſacræ excellen



ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

cellentiæ in lucem educuntur.

Secundo, quid ſit ſcriptura ſacra; ſecundum eccleſiæ ſanctę morem & cenſuram.

Tertio, de puritate diuinæ ſcripturæ agitur.

Quarto, de diuerſis linguis, in quibus ſcriptura ſancta hucusque ſcripta eſt.

Quinto, de editione ſanctæ ſcripturę.

Sexto, de diuiſione ſcripturę ſacrę, in vetus, & nouum Teſtamentum: vbi ex lectione ſanctorum, & ſacræ ſcripturæ phraſi, vndecim ſtatuuntur differentię inter vetus & nouum Teſtamentum, ingenioſiſsimæ quidem, & ad concionandum accommodatiſsimæ.

Septimo, de vero ſacræ ſcripturę ſenſu, & de ſanctorum regulis ad percipiendum hos ſenſus aſsignatis.

Octauo, de modo ſtudendi ſcripturam ſacram, vbi ex lectione ſanctorum, & ſacræ ſcripturę confirmatione, vndecim aſsignantur documenta, ad ſanè & catholicè ſacram intelligendam ſcripturã. Vbi maximè quartum eſt annotandum documentum: nam in eo à principio Geneſeos vſque ad Apocalypſim, ferè omnia ſignantur loca, quę myſterium & ſacramentum includunt: & quæ itidem planam hiſtoriam ſonent.

Nono, de electione doctrinę, quam concionator facere habet, dum librum aliquem legerit.

Decimo, de vſu Theologię ſcholaſticę: videlicet quando, & quomodo vti debeat concionator in pulpito ſcholaſtica Theologia.

Vndecimo, de vſu gentilium philoſophorũ: ſcilicet quemadmodum vti debeat concionator naturali philoſophorum lectione.

Duodecimo, de vſu lectionis hæreticorum, quando & quomodo vti debeat concionator hęreticorum lectione.

Tertio decimo, de vſu lectionis ſanctorum: quantum videlicet ſanctorum lectio præſtet ad concionandum, & de cuiuſlibet ſeorſum doctrina, & ſcribendi phraſi.

Quarto decimo, de vſu lectionis ſermoniatiorũ, an aliquid concionatori præſtent, vel noceant.

Quinto decimo, de electione librorũ ad concionandum: videlicet qui libri ad concionandum ſint accommodatiores, tum ex ſanctis doctoribus, tũ ex ſcholaſticis auctoribus, tũ etiã ex naturali lectione.

Decimo ſexto, de electione librorũ, pro hęreticorum confutatione: ſcilicet quos libros legere habet concionator, cùm in concione hęreſim aliquã confutare decreuerit.

Decimo ſeptimo, de modo componendi euangelicam concionẽ:

vbi triplex aſsignatur forma, qua euangelica concio confici poſsit.

Decimo octauo, de modo, & ordine, quo adducendę ſint à cõcionatore auctoritates, & figurę in concione.

Decimo nono, de vſu thematis in concione.

20. De vſu ſalutationis Virginis Mariæ, quę in cõcione fieri cõſueuit.

Vltimo tandem, de beneuolentia auditorum captanda in concione

¶ TERTIVS LIBER AGIT DE SECVNDA CONCIONAtoris parte, quæ delectare eſt.

¶ Quę verò in hoc continentur libro hęc ſunt. Primo de dicendi in concione ſtylo. Vbi rationibus firmatur, & ſacræ ſcripturæ teſtimonijs, neceſſarium fore, euangelicum concionatorem, vt commodè poſsit ſuum exequi officium, ſua doctrina auditores debere delectare.

Secundo an liceat euãgelico prędicatori, de ſuaui dicẽdi ſtylo agere, vbi argumenta in contrarium opponuntur, et ſoluuntur.

Tertio, de eloquẽtia ſacrę ſcripturæ, an videlicet ſcriptura ſacra eloquẽtiam in ſe habeat, an vero (ſicut aliqui ſomniant) pedaneus & vulgaris ſit eius dicendi ſtylus.

Quartò, de Chriſti eloquẽtia, quã in ſuis ſãctiſsimis ſeruauit cõcionibus.

Quintò de modo acquirendi ſuauem dicendi ſtylum, ſcilicet qualiter concionator, qui de ſe inſulſus eſt, & frigidus, ſuauem acquiret dicendi ſtylũ, vbi triplex aſsignatur modus, iuxta triplicem cõcionatoris defectũ.

Sexto, de imitatione agitur, quãdo videlicet, & quomodo aliquis aliũ in concionãdi arte imitari poterit: vbi ad hoc quinq; aſsignantur præcepta.

Septimo, de geſtibus, & motibus concionatoris, quos in pulpito formare debeat: vbi quinque ſtatuuntur regulæ, pro formandis in concione geſtibus, & corporis motibus.

8. De alapa, ſiue, palmarũ percuſsione, quę in concione fieri conſueuit, vbi agitur de origine eius, atque de modo, & quando, fieri oporteat.

Nono, de corporis poſitione in pulpito, quemadmodum honeſtè & grauiter eo vti debeat.

Decimo, an extra tẽplũ, per plateas & cãpos, atq; domos prędicare liceat

Vndecimo, de vocabulorum agitur proprietate, quibus euangelica doctrina, populo proponenda eſt.

Duodecimo denique, de varia agitur vocabulorum acceptione quam in ſacris litteris ſortiuntur.

¶ QVARTVS LIBER, DE TERTIA AGIT CONcionatoris parte, quę eſt mouere,

¶ Quę autem in hoc continentur libro, hęc ſunt. Primo quòd mouere auditorem, finis ſit, & totius concionis ſcopus.

Secũdo, quid ſit mouere auditorẽ, et ex quibus potiſsimũ moueatur cauſis

[library stamp: ... ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS ...]

Tertio, quòd optimus dicendi ſtilus, auditorem mouet.

Quarto, quattuor firmatur efficaciſsimis rationibus, maxime cõducere optimum dicendi ſtilum, ad mouendum auditoris affectum.

Quinto, ꝙ concionatoris bonitas & religio, maximè auditorẽ mouet.

Sexto, de concionatoris religione & bonitate, vbi copioſiſsimè agitur de eius religione, quantum videlicet euangelico concionatori conducat virũ eſſe religioſum & omni genere virtutum ornatũ, que veritas, rationibus, & ſactorũ teſtimonijs, atque ſacrę ſcripturę pleniſsimè cõprobatur.

Septimo, vnde proueniat quòd concionatoris bonitas & religio, maximè auditorem moueat.

Octauo, de concionatoris ſpiritu, quę principalis cauſa eſt, vnde auditorum mouentur animi.

Nono quidnam ſit in concionatore, ſpiritus hic.

Decimo, quòd ſpiritus hic minimè in concionatoris poteſtate ſitus ſit ſed quòd à Deo precibus ſit impetrandus

11. An in concionatore naturalis eius ſpiritus & efficatia in dicẽdo ſufficiat ad mouendũ auditorẽ, vel à Deo alius de nouo præſtitus exigatur.

Duodecimo, quibus modis ſpiritus hic & dicendi feruor, in concionatore excitari poſsit, cum frigidum aut tepidum ſe ſentit.

Tertiodecimo, de vitiorũ reprehenſione, & quantũ præſtet in cõcione auditorũ vitia reprehendere, necnon quando & quomodo fieri oporteat.

14. De magnatũ reprehẽſione, quemadmodũ in concione formanda ſit.

Quintodecimo, de reliqua vulgi reph̃ẽſione, quomodo fieri oporteat.

16. De totius operis fine. Hi ſunt tituli in capite foliorum præfixi, quorum materiæ ſeorſum per capitulorum diſtinctionem tractantur.

HABES præterea lector optime præfixam tabulam, vtiliſsimam quidem, atque elaboratam nimis, in qua totius libri huius doctrina, ad Euãgelia reducitur, quæ in Aduentu & Quadrageſima, tam in Ferijs, quàm in Dominicis diebus vſque ad ſanctiſsimę Trinitatis feſtum, & commune apoſtolorum & ſanctorum, in Eccleſia decantari ſolent. Quandoquidem hæ euangeliorum hiſtoriæ in vſu maximè ſunt, vt in totius anni diſcurſu à concionatoribus chriſtiano populo prædicentur, vt poſtquam libri huius doctrinam, lectione ipſa percurreris, facilè tuis concionibus applicatam & inſertam reperias.

¶ Hoc tamen aduertendũ eſt, ſtudioſe lector, ꝙ eandẽ veritatem, varijs quandoq; reperies Euangelijs applicatã, namq; nõ minus ingenioſum hoc eſt atq; curioſum in concionandi arte, quàm varijs varia adaptare puncta.

¶ Habes itidem Indicem generalem, in quo præcipuæ libri huius ſententiæ collectæ ſunt. Quibus adiungitur etiam tabula alia, vbi ſcripturæ ſacrę auctoritates, quæ in hoc opere continentur, exponuntur.

# FRATRIS IOANNIS SEGOBIENSIS PRAEDICATORIS Generalis, ordinis Prædicatorum, de prædicatione Euangelica.

## LIBER PRIMVS,

A AGENDVM igitur nobis eſt in totius operis huius diſcurſu, de ſanctiſsimo atq; grauiſsimo euangelicæ prædicationis officio, quod Chriſtus ſuamet diuina præſentia conſecrauit: necnō de grauiſsimis cōditionibus, quas optimus quiſq; euangelicus præceptor in hac chriſtiana dicēdi arte ſeruare debeat. Quæ nimirum tot ſunt & B tam exactæ, quas ſacra euangelij lectio, ſanctorumq; exigit ſcriptura, ad hoc tam inſigne euangelicæ prædicationis ſanctiſsimū munus vt vix aliquis ſuperſit in terra, qui eas audeat humeris ſuis imponere: nec ſatis profecto intelligo, quis tam forti & virili animo conſtet, ſi eas bene contempletur, cui non vires & ſpiritum adimant, & exanimem prorſus relinquant, trementemq; & puſillanimem red- C dant, ne illis collum audeat ſubmittere. Immo maximè admiror, quis adeo ſit mentis inops (ne ſtolidus dixerim) qui nō ab humeris ſuis, tam graue onus excutere appetat, & qui perpendens tam immenſam conditionum ſarcinam, ab euangelica prædicatione ſe totis viribus eximere non curet, & A intactam penitus relinquere. Sic enim apud veteres patres ſemper obſeruatum eſt. Quo enim magis ſcientia & ſanctitate pollebant, eo amplius prędicationis pondus humeris ſuis imponere formidabāt. Quemadmodū apud Ambroſium videre eſt, qui in prima officiorū parte, lib. 1. maieſtatem officij huius euangelicę prædicationis contemplatus, attendens etiam ſanctiſsimam hanc cathedram non B niſi ipſamet Ieſu Chriſti præſentia conſecratam eſſe, non audet tāgere ſanctum Dei locum, ſed totus tremens viua voce clamat, ſe indignum eſſe qui tantæ maieſtatis negotio calamum adhibeat. Veruntamen hoc vnū ſibi, ad proſequendum tam ſublime magiſterium, animum & vires ingerit, ꝙ videlicet ita ſe huius ſanctæ doctrinæ hominibus præceptorem exhibe- C bit, vt inter eos eiuſdem euāgelicæ eruditionis, primus omnium ſit diſcipulus, & ſic chriſtianæ fidei erit concionator, ꝙ ſimul etiā auditorem ſe conſtituet, vt quod per ſe alijs ſpiritus ſanctus imparti

Graue cōcionādi onus.

Veteres patres.

Ambroſius.

ri dignabitur, ſibi primo abũdan-
tiſſimum erit lucrum.

A

¶ Si ergo virum apud omnes tã
ta veneratione dignum, docto-
remq; omnis generis ornatum ſa
pientia, & non ſolum humanis,
ſed diuinis etiam litteris conſum
matum, ita terret officij huius ma
ieſtas, quid rogo de illis fiet, qui

Iuuenũ audaciæ.

nec annorũ maturitatem nec ſciẽ
tiæ tempus ſpectantes, ad tremen
dum prædicationis locum anhe-
lant, & quàm primum pubertatis
annos inceperint, illico ſe aliorũ
doctores, in concionandi officio,
oſtentare non verentur? Quod ſi
in alijs negocium hoc temeritati
tribuendũ eſt, quanta itidem iuſti
tia me omnes temerarium cenſe-
bunt, cum omnibus partibus (quę

B

ad hoc grauiſsimũ exiguntur offi
cium) ſim penitus deſtitutus, tam
ſupremæ facultatis, me magiſtrũ
præſumam oſtendere, cuius aliquã
do, nec diſcipulus extiti?

¶ Inde tamen dubij huius ſolu

Argumẽti ſolutio

tionem deſumere volo, vnde argu
mentum promanauit. Neminem
ſiquidem rogo, de me tantam arro
gantiam, ſiue temeritatem præ-
ſumere, vt in hac parte velim, me
cæteris huius diuinæ lectionis ma
giſtrum oſtentare, quaſi eos doce
re velim, quod ipſi alioqui igno-

C

rent. Cùm luce clarius, omnibus
perſpicuũ ſit, qui ingenij mei pau-
pertatem & perſonam agnouerũt,
ꝙ ſim primus, qui in hac re, maxi
mè inter omnes eruditione egeã.
Quod ſi homines, exteriora atten
dẽtes, aliquam in me ſufficientiæ
partem ad proſecutionem lectio
nis huius eſſe exiſtimauerint, ma

A

net Deus, cui ſoli hominum corda
fiunt patentiſsima, qui pro certo

Præcipua pars cõcionatoris.

nouit, me principaliori huius offi
cij parte carere, ea videlicet reli-
gione & ſanctimonia, quæ maxi-
mè inter omnes alias, ad euange-
licam prædicationem, tanquam
fundamentum, & totius operis
ſubſtantia requiritur. Proponens
tamen, primum ac principaliorẽ,
me ipſum in hoc opere conſtitue
re diſcipulum, vt id quod diuinus
ille ſpiritus per polluta & balbu-
tientia labia mea effundere decre
uerit, ſic in aliorum commodum
redundet, ꝙ eius fructus primum
mihi accreſcat, auſus ſum tam im
parem humeris meis, hanc aſſume
re prouinciam. Confiſus de im-

B

menſa omnipotentis Dei magnifi

Authoris zelus

centia, ꝙ etſi non meis meritis,
acceptabit tamen in hac parte ſin
cerum meum deſiderium, ſimul
& zelum, quem ad gloriam & ho
norem diuinę eius maieſtatis geſ-
ſerim, vt à me ſcripturæ ſuæ ſan-
ctæ myſteria non abſcondat, quã
doquidem videmus ſummam Dei
bonitatem, cæteris mundi huius,
quãtumcumq; infimis & infectis
hominibus, hãc impartiri liberali

Simile.

tatem. Medicus namq; infirmus,
ſalutis regulas optimè componit,

C

Simile.

& timidus de fortitudine diſertè
quandoq; loquitur, ſicut etiam cæ

Simile.

cus, de potentia viſus egregiè phi
loſophatur, ſic & homines pecca-
tores

A tores, de virtutibus ſæpenumero excellenter concionantur. Nam iniuſtus, quę erga ipſius iuſtitiæ virtutem contingunt, eleganter docet: ſicut & auarus de liberalitate, iracundus de modeſtia, ſuperbus de humilitate, vorax de abſtinentia. Et ſic vnuſquiſq; luculenter, quæ circa ipſas virtutes ſunt, alijs ediſſerunt. Et hoc idem in mechanicis etiam accidere videmus, vbi perditiſsimi homines, officiorũ ſuorum fines, atque propoſitum rectè proſequuntur.

Simile.

¶ Ad eum igitur modum, in huius diuinæ cathedræ officio contingit. Non enim huiuſcemodi B res vſq; adeo vilis exiſtit, vt quia malorum doctorum ſordida ſunt vaſa, ipſa etiam ſit immunda veritas. Summa namque Dei Sapientia, in hoc etiam prouidit, vt ſanctiſsimæ hæ ſui euangelij veritates, per ſtercora & fœtidiſsimos hominum mores trãſire valeant, abſque eo ꝙ aliqua ſuorum peccatorum labe deturpentur. Et hac ſignanter induſtria vtitur ſapientiſsimus Deus, ad ſublimandum in terra ſui ſancti nominis gloriã, eiuſq; diuinæ virtutis, atque ſapiẽtiæ ſplendorem: vt attendentes homines, ingenij ſui paucitatem ad tam diuina percipienda myſteria, quę in ſacris litteris recondun tur, nõ ſufficere (ſiquidem huiuſcemodi ſunt cõditionis, quę omnium hominum naturam ſuperent) & ꝙ adhuc ea pertractant, & copioſè ac ſubtiliſsimè ediſſerunt, vſq; ad intima etiam ipſius A ſpiritus pertingentes: Deo ipſi maximo, excellentię huius tribuatur honor & gloria. Nempe quia ſuæ diuinę maieſtati complacuit, hãc gratiæ liberalitatem miſeris hominibus condonare, non quidem propter ipſos, ſed propter ſe ipſũ tantùm: qui velut creator ac ſupremus omniũ dominus, pro ſuo beneplacito ſuis vtitur creaturis, iuxta diui Pauli ſententiam, 2. ad Corinth. cap. 4. vbi expreſſe huic diuinę aſſentitur ſententiæ, ſic dicens: Deus qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris, ad illuminationem ſciẽtiæ claritatis Dei. Habemus autem theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, vt ſublimitas ſit virtutis Dei, & non ex nobis. Attendite (inquit Apoſtolus) huius B ſæculi ſapientes, maximam Dei potentiam & virtutem: qui ſicut in mundi creatione, ex profundo tenebrarum abyſſo, ſplendidiſsimam ſolis naturam produxit in lucem, ita in nobis ipſis omnipotentiam ſuam manifeſtauit. Quia cum antea tenebrę eſſemus, & obſcuri admodum in rebus fidei, & ſacramentorum eius ſecretis: decreuit ex mera liberalitate ſua, ex rudiſsimo & tenebroſo hominũ ingenio, lumen fidei, & glorię ipſius educere ſplendorem, ad illuminandum eos, qui in tenebris & vmbra mortis ſedent, vt in cognitionem bonitatis, & diuitiarum eius, faciliùs peruenire valeant. C

Expoſitio, 2. Corinth. 4.

dei induſtria.

Simile.



[library stamp: ALEXANDER ... FERDINANDVS ...]

Simile. A Ideoq́ue in luteis his atq; cōtemptibilibus vaſis, collocauit Deus tam admirabilem prædicationis & ſapientiæ ſuæ theſaurum, vt tātæ magnitudinis gloria, ſit virtutis Dei, & non ex nobis.

Expoſitio, 1. Corinth. 1. ¶Et hęc eſt iterū eiuſdē apoſtoli ſententia, prima ad Cor. 1. cap. vbi Corinthijs, de hoc eodem ſermonem texens, ſic ait: Videte vocationem veſtram fratres, quia nō multi ſapientes ſecundum carnē, non multi potentes, nō multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes: & infirma mūdi elegit Deus, & ea quę non ſunt, vt ea quę ſunt deſtrueret, vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius. Attendite dilectiſsimi fratres (ait apoſtolus) B mirabile artificium, quo ſapientiſsimus Deus inuocatione veſtra vſus eſt: qui ad conſumandum tam arduum prędicationis euāgelij ſui negotium, & ad ſuadendum hominibus, (qui mundi huius pompis & honoribus tam tenaciter adhærent) vt relicta ſęculi vanitate, & ſordidiſsimis carnis & ſanguinis ſpretis moribus, calcato etiam arroganti ſuperbię ſpiritu, & tandē craſſa mentis cæcitate depulſa, ad Deū viuū, & veras venturi ſęculi diuitias conuer C terentur. Ad hoc, inquam, elegit homines, nō quidem à ſeculo potentes, aut acerrimo ingenio, ſiue humana ſapientia pollentes, ſed cōtēptibiles prorſus & pauperes, inermes, atq; huius mundi omnino ſapiētia vacuos: in tantū, vt ad A uincēda quę fortiora ſęculi huius exiſtūt & potētiſsima, ea quæ nō ſunt, aſſumpſerit. Quā induſtriā, Mirabile Dei artificium in hunc pręciſè finem, diuina prouidentia direxit, vt nullus vnquā mortalium de ſe pręſumat, aut in preſentia maieſtatis eius ceruicē erigat, quaſi de ſe ſentiens hanc dimanaſſe ſufficientiam: ſed totā ſibi vendicet Deus ipſe maximus, qui hominem ipſum condidit, quem non niſi pro ſua liberalitate, ſimilibus ornauit talentis.

¶Et hoc eſt, quod redemptor noſter Chriſtus Matthęi 23 capite, Expoſitio, Matthęi. 23. aſſeruit dicens: ſuper cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & phariſæi: omnia ergo quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundū opera verò eorū nolite facere: B dicūt enim, & nō faciūt. Præuiderat ſi quidē prouidentia ſua Deus, ſordidiſsima eſſe doctorum antiquæ legis vaſa, ad pertractandas euāgelij ſui puriſsimas veritates: quippe qui mille vitiorum generibus ſcaturirent. Nec propterea antiquorum ſordida vaſa. eos à præceptorū officio ſecludit, immò potius efficaciſsimè perſuadet, vt auditores, relictis eorū deprauatis moribus, tota mente atq; ardentiſsimo deſiderio, eorū verba, & libenter audiant, & opere ipſo compleant. Quandoquidem C nō huius conditionis eſt grauiſsimū hoc officium, vt quia præceptorū putridum ac ſordidiſsimū eſt vas, ſit etiā ipſa polluta doctrina. Hæc eſt enim veritatū euāgelij ſui

lij ſui

A lij ſui excellentia, ꝙ etſi pollutis peruerſorum hominũ labijs pronuncientur, nõ propterea aliqua inde infectionis nota maculẽtur. Siquidem in ipſa rerum natura, Simile. hoc paſsim compertum videmus, vbi nimirum ſpinæ quantumcunque viles exiſtant, pulcherrimas tamẽ, atque ſuauiſsimo odore fragrantes ex ſe producunt roSimile. ſas: terra aũt petroſa, etſi nimiùm lapidibus inuoluta ſit, vberrimã Simile. tamen ſementem germinat atque ex aſperrimis tribulis & agreſtibus camporũ plantis, non ſolum ſuauiſsimi, verùm etiam pro ſalute hominum ſaluberrimi colligũtur flores. Sic etiam ex ipſis terræ viſceribus, quantumuis luteis & B putredine vermium veſtitis, rutiSimile. lantiſsimum oritur aurum præterea, in ipſa exigua maris concha, & alijs nimiùm deſpectis piſcibus, precioſiſsimæ gemmæ, atque Simile. perlucidi concreantur lapilli. Et tandem precioſum ſericum, quo principes & mundi huius reges decorantur, de ſuis viſceribus fœtidiſsimus educit vermis. Sic ex aſpero, atque hominum ſpinoſo talento, educit Deus florẽtes euãgelij ſui veritates: necnon ex putrido, fœtidiſsimoque peſsimorum doctorum vaſe, fragrantiſsimam ſuæ legis doctrinam promaC nare conſtituit: ſicut etiam ex ingenij ſui paupertate, abundantiſſimas ſapientiæ ſuæ diuitias promicare decreuit. Vt omnibus ſit compertiſsimum, neminem gentium, quantumuis humana ſapiẽtia pollentem, ad hanc grauiſsimam euangelij ſui prædicationẽ ſufficere, niſi cùm dederit ſolus ipſe infinitæ ſapientiæ theſaurus, qui eſt Deus. Quapropter venerari maximè oportet, quod in hac parte ſolius Dei eſt. A

¶ Hac igitur via, ſpes non mediocris mihi erit, qua vires & animum reſumam: & fiducia hæc latum mihi præbebit ingreſſum, ad tam graues, & cæleſtes ſui euangelij pertractandas veritates. Nã etſi natura mea ſpinoſus rudiſq́;, atque ingenio & virtute pauper exiſtam: dignabitur tamen diuina maieſtas, ſi non propter me, ſaltem propter tam eminentem loci huius authoritatem, & euangelij ſui decorem, necnon & multorum vtilitatẽ, vt in tam arduo negotio, ſi non in toto, vel in parte aliquid eorum rectiùs dicere valeam, quæ ad tam arduã & ſuper cæleſtem euangelij ſui doctrinã requiruntur. Quòd ſi ex hac dilig ẽtia noſtra, & labore aſſumpto, in legentes fructus aliquis peruenerit: Deo ipſi maximo (velut præcipuo huius operis authori) deferetur honor & gloria: cùm in hac parte nihil aliud ego præſtiterim, quàm mortuum quoddam inſtrumentum extitiſſe, ab ipſa omnipotẽtis Dei manu, pro mera voluntate ſua, in hunc finẽ & opus, directũ, vt ſcilicet opus hoc in lucem prodiret. Quòd etſi nihil aliud commodi ex labore

Authoris Chriſtiana ſpes.

Simile.

B

Gloria reddenda Deo.

ſimile.

C

A iſto in legentes perueniſſet, caſu quo ego minus benedixerim, ſaltē hic accreſcet fructus, ꝙ ſcriptorem alium ſuſcitabo, qui verius & proprius, concionandi artem attingat, ex cuius quidē veritate & errore meo, verior alia fortaſsis & legitima prædicationis forma conſurget. Vt qui ſapientes ſunt, magis in hac dicendi arte clareſcant, & ad perfectionis culmen iam peruenire valeant. Ignorantes verò & rudes, qui paſsim hanc ſanctiſsimam cathedram, tam temerè exercent, verè agnoſcant, quàm turpiter aberrent, verbum Dei quotidie adulterantes, & in-

Temeritas, concionatoris.

B tra ſemetipſos pœnitentiā agant, de eo ꝙ tā audacter & raſa fronte, buccis plenis, ſine freno aliquo, euangelij Dei præceptores hominibus ſe oſtentare velint: videntes ſe omnino deſtitutos eis ſufficientiæ partibus, quę ad hanc tam grauem eruditionem exiguntur. Eſt ergo formidandus valde, terribilis ac tremēdus euangelicæ huius prædicationis locus: ac per cōſequens, cum tanta ſit cuiuſcumq; concionatoris ad illum inſufficientia, fugiēdus potius, quàm appetendus.

Prędicationis locus, formidandus.

C ¶ At verò, quia non angeli ſed homines ſint oportet, qui hanc euangelicam artem exercere debent, & quidem intra limites ſuæ fragilitatis & humanæ miſeriæ (ſiquidem non eum hic appellamus perfectum concionatorem, qui omni imperfectionis nota caret, ſed eum, qui paucioribus notatur defectibus) quapropter, is noſter erit labor, videlicet ex ſacris litteris & ſanctorum lectione, has excerpere conditiones, & incertum numerum redigere, & cōcionatorum oculis, tanquàm lucidiſsimum ſpeculum præſentare, in quo vera huius officij effigies depingitur: vt in eo, prædicatorū quilibet ſeſe inſpiciat, atq; defectus ſuos, quos in hac euangelica rhetorica incurrerit, contempletur & corrigat. Et qui ſe ad hanc tam cæleſtem docendi cathedrā inſufficientem inuenerit, non dedignetur in hoc vno, humilem ſe exhibere, vt illud omnino relinquat. Qui autem ſe viderit aliquā ſufficientiæ partem obtinere, vt munus hoc quodammodo dignè proſequi valeat, immenſas Deo gratias impendat, pro tam excellenti dono, quod ſibi diuina manus tam liberaliter eſt impartita, neq; de hac gratuita Dei liberalitate euaneſcat. Nam cum perfectius euangelij prędicationem adimpleuerit, non vtique erit, quia omnia ſcit: ſed quia minus ignorat. Et ſi culpa ſua, aliqua ſufficiētię parte carentem ſe repererit, quàm Deus ſibi ob eandem culpā minimè dignatus fuerit preſtare, reſipiſcat penitus de malo, & humiliter veniam deprecetur ab eo, qui eam ſibi prętare poteſt: atque inſtātiſsimè diuinam maieſtatem ſuppliciter exoret, vt eum euangelij ſui prędicatione tam dignum efficiat

Perfectus concionator.

Simile.

B

C

Prędicatoris, chriſtiana attentio.

efficiat

ALEXANDER PP VI VALENTINUS SANTINUS FERDINANDVS

A efficiat artificem,vt eius labor & induſtria, in honorem & ſui ſancti nominis gloriam, auditorumq́ue profectum redundare valeant.

Admonitio.

¶Hoc vnum tamen in hac parte, diuini verbi concionatorem admoneo, vt quantum in ſe fuerit,conditiones has (ſi fieri poteſt) totis viribus amplexari conetur: ita vt non vtcunq;, ſed huius diuini verbi conſummatus euadat pręceptor:& ſi non ob aliud,ſaltē propter euangelicę doctrinę dignitatem:tum etiam, vt eius fructus audientibus accreſcat; ſimulatq; in pretio ab omnibus,euangelica ipſa doctrina habeatur. Vi-
B demus namq; ſæpenumero euenire,precioſiſsimum cibum, virtutem ſuam & ſuauitatem amittere, & in comedentis cōtemptum venire, ob hoc ſolum, quia inſipidè à pulmentario conditur. Sic etiam multoties euangelicæ veritates,amaræ auditoribus redduntur,earumq; profectu, & virtute omnino fruſtrantur,quia cōcionator hos diuini verbi ſpirituales cibos condire neſcit: & (quod adhuc peius eſt) eius videlicet ignorantiam in cauſa eſſe, ꝙ euangelica doctrina auditori-
C bus deſpectui habeatur.

Simile.

## ¶DE TRIBVS PARtibus,quas euangelicus pręceptor habere debet, ſcilicet,docere,delectare,& mouere. Caput. II.

TRACTATVRI ergo iam de eis conditionibus, quas euangelicus orator obſeruare debet, Tullius in ſua rhetorica, aſſerit tres eſſe partes,quas optimus quiſq; rhetoricus habere tenetur, vt eius oratio integra ſit,atq; perfecta, atque vt audientium animos excitet,& moueat. Quæ quidem ſunt,docere,delectare,& mouere. Has eaſdē partes,quas hic Cicero refert,adducit etiam diuus Auguſtinus,in quarto libro de doctrina chriſtiana capite vndecimo, & duodecimo. Quę item adducuntur à diuo Thoma, 2. 2. quæſtione.177.articulo primo, atque in ſubſtantia ſunt præterea Plutarchi, in libro Moralium, tractatu quodam, quē de officio auditoris compoſuit. Et ſunt adhuc huiuſmodi conditiones Boëtij,in libro.3.de conſolatione. Itaq; horum authorū documentum ſequuti, expedit cuicunq; exacto oratori, vt minimè contentus ſit, ea quæ profert, vtcumq; & qualiacumq; dixiſſe:ſed vt eius talis ſit ſtylus, & dicendi modus; vt hoc rhetorico ornetur artificio,docendo primum res tā graues atque ſubſtantiales, ꝙ auditis intellectum ſatis erudiant. Secundò etiam curare habet, ne loquendi ſtylus barbarus ſit & vulgaris,ſed omni eloquentia veſtitus:& ꝙ rationes,quas ad conuincendum auditorem adducit, optimo ſint ordine diſpoſitæ, per legitima & propriè ſignificantia vo-

A Cicero. Tres cōcionādi partes. Auguſtinus. S. Thomas. B Plutarchus. Boëtius. C

A vocabula:& ꝙ talibus corporis geſtibus eas populo depingat, vt nullam audiẽtibus generent diſſonãtiã. Ac demũ tertiò, ꝙ oratio eius tali ſpiritu atq; efficacia reſplendeat, vt auditorẽ mouere poſsit, eumq; à ſua peſsima viuendi conſuetudine educere valeat, in qua, velut in profundiſsimo quodã vitiorum pelago, antea immerſus erat: quandoquidẽ orationis eius, hic eſt, qui præcipuè intenditur finis.

Simile.

Argumentũ.

¶ Sed eſt argumentũ, quod fortaſſe hic iam in prõptu cuique legentiũ ſeſe offert. Nãque cõditiones iſtæ quas Tullius oratori opti- B mo requiſitas eſſe aſſerit, nõ cuicũque adaptantur rhetorico, ſed tantùm humano. Siquidem elegãter & politè loqui, fucus quidã eſt, & decor eloquentiæ humanę. Cęterùm prædicatio euãgelica, cùm diuina quędã ſit oratio, alios exigit rhetoricos colores, aliaq; ſunt nimiùm diſtincta diſciplinæ eius præcepta. Exigitur enim quã primùm ab aliquo, vt euangelij ſit egregius cõcionator, ꝙ attentiùs orationi vacet: deinde vt feruentius deuotioni intendat, quibuſcumque verbis, aut quocumque modo dixerit, abſque eo ꝙ nimiũ ſit ſolicitus de verborum fuco, & C ornatu. Adhoc tamen reſpondetur. Fatemur ſiquidẽ, hoc eſſe iam plurimorum commune argumentum: ſed tamen ſimul etiam intelligo, eorum præciſè eſſe dubium, qui maiori ignorantia laborant.

Euangelicę prędicationis cõdiio.

Solutio.

Nam cùm ſe ſapientia vacuos inueniant, neque aliqua eloquentiæ parte, in hoc concionandi officio reſplendeant, ſed barbaro quodã, & vulgari vtantur dicendi modo: hoc ſe volũt ſtatim ſcuto protegere, atque ſuos cooperire defectus. Qui ſi aliàs non pigri ac remiſsi in litterarum ſtudio extitiſſent, & ſacræ ſcripturæ, ſanctorũque lectioni diligentiùs inſudaſſent: præmiſſas Ciceronis conditiones nõ vtique damnaſſent, nec ſolum humanę oratorię eas aſcripſiſſent, ſed optimas, neceſſariaſque non ſolum huius ſæculi ſapientibus eſſe decernerẽt, ſed etiã euangelico cõcionatori. Et vt clariùs ſe deceptos apertè cognoſcãt, attendant obſecro, ꝙ euangelicus prædicator, non eo ꝙ euãgelicus eſt, barbarus eſſe debet. Siquidẽ, non vſque adeò noſtra hæc chriſtiana profeſsio vilis eſt, vt cum ea ruſticè agendum ſit. In nulla enim dicendi arte, politior, delicatior, elegantiorque orator eſſe debet, quàm in hac, vbi nihil vanum, nihil inutile, nihil nociuũ adducitur: ſed omnia ſubſtantialia, grauiſsima, atque ſolida ſunt. Vbi præterea, omnia quę ediſſeruntur, non minùs quàm mundi creatorem, & regni cælorum conſequutionem, animarumque ſalutem concernunt: vbi omnia prophetarũ vaticinia, patriarcharum documẽta, apoſtolorum præcepta, ſanctorumque ſaluberrima exiſtunt conſilia: ac demum. vbi

A

B

Vulgaritas et barbaries, a prędicatione aliena.

Notandum maxime.

C

A vbi omnia ipſius redemptoris Ieſu Chriſti domini noſtri ſunt diuina mandata. Si hæc igitur in hac chriſtiana ſchola ita ſeſe habent, vbi rogo cordatius? vbi ſapientius? vbi elegãtius, atque grauius, oratorem loqui oportebit, quàm in hac euãgelij, cæleſti rhetorica? Nam forenſes cauſas, & tẽporalium rerum negotia, quæ terrena ſunt & caduca omnia, quid intereſt verborum eloquentia depingere? Cùm enim minima ſint, parum præſtat, ſic vel ſic, dixiſſe.

¶Et vt tandem inſipientiſsimi homines, qui hanc euangelicam artem, barbaram eſſe putant, intel B lectus ſui cæcitatem agnoſcant: ſanctorũ ſentẽtia. ſententiam hanc, ſanctorum authoritate firmabo. Quorum primus eſt beatus Auguſtinus, in Auguſtinus. quarto libro de doctrina chriſtiana, capite. 11. & 12. & 13. Quibus in locis, & conſequenter vſque in totius illius libri finem, velut pręcipuum argumẽtum, nihil aliud euoluit egregius hic doctor, quã euangelicum concionatorem inſtruere, qualiter orationem chriſtianam his tribus dicendi partibus veſtire debeat. In quem præciſè finem adducit illam Ciceronis C doctrinam, ex libro eius, cui, orator, titulus eſt. Quæ vtique Tullius. Tullij verba (velut totius operis fundamentum) Auguſtinus aſſumit: in qua etiam doctrina, totius quarti libri materiam & lectionem fundat: vbi efficaciſſimè euangelicis concionatoribus perſuadet, vt hanc Ciceronis rhetoricam in ſuis obſeruent concionibus. Sed ſignanter, annotanda eſt diui Auguſtini ſententia, Auguſtinus. in huius libri capite. 17. 18. & 19. Cuius nimirum hæc ſunt verba: qui ergo dicendo nititur perſuadere quod bonum eſt, nihil horum trium ſpernens, vt ſcilicet doceat, vt delectet, vt flectat: oret, atque agat, vt intelligenter, libenter obedienterque audiatur. Quod cùm aptè & conuenienter facit, non immeritò eloquens dici poteſt, etiamſi nõ eum ſequatur auditoris aſſenſus. Ad hæc enim tria, ideſt, vt doceat, vt delectet, vt flectat, etiam tria illa B videtur pertinere voluiſſe, ipſe idem Romani author eloquij, Cũ itidem dixit: Is igitur erit eloquens, qui poterit parua ſubmiſſè, modica temperatè, magna granditer dicere. Hæc autem tria, ille ſicut ab eo dicta ſunt, in cauſis forenſibus poſſet oſtendere, vbi alia ſunt modica, alia ſunt magna, alia verò media: non autem ſic eſt in eccleſiaſticis dogmatibus, vbi omnia ſunt magna. In illis enim ea parua dicuntur, vbi de rebus pecuniarijs iudicandum eſt: ea magna C ſunt, vbi de ſalute, ac de capite hominum agitur. In iſtis autem noſtris, quandoquidem omnia, maximè quæ de loco ſuperiori populis dicimus, ad hominum ſalutem, nec temporariam,



ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

ſed æternã referre debemus, vbi
A
etiam cauẽdus eſt æternus interi
tus: omnia magna ſunt, quæ dici-
mus. Vſq; adeò, vt nec de ipſis pe-
cuniarijs rebus, vel acquirendis,
vel admittendis, parua videri de-

In eloquentia euãgelij omnia magna ſunt.

beãt, quę doctor eccleſiaſticus di-
cit, ſiue ſit illa magna, ſiue parua
pecunia. Neq; enim parua eſt iu-
ſticia, quã profectò & in parua pe
cunia cuſtodire debemus, dicente

Expoſitio Lucę. 16.

domino Lucæ. 16. capite. Qui in
minimo fidelis eſt, & in magno fi
delis eſt. Quod ergo minimũ eſt,
minimũ eſt, ſed in minimo fidelẽ

Simile.

eſſe, magnũ eſt. Nam ſicut ratio ro
tũditatis, eadẽ eſt, in magno diſco
B
atque in paruo, ita vbi parua iuſtè
geruntur, non minuitur iuſtitiæ

Simile.

magnitudo. Sane ſi moneremus
homines, quẽmadmodum ipſa ne
gotia ſecularia, vel pro ſe, vel pro
ſuis, apud eccleſiaſticos iudices a-
gere deberẽt, rectè admoneremus
vt agerẽt tanquã parua ſubmiſsè.
Cũ verò de illius viri diſſeramus
eloquio, quem volumus earũ rerũ
eſſe doctorem, quibus liberamur
ab æternis malis, atque ad æterna
peruenimus bona, vbicũq; agãtur
hæc, ſiue apud populũ, ſiue priua
tim, ſiue ad vnũ, ſiue ad plures, ſiue
ad amicos, ſiue ad inimicos, ſiue
C
in colloqutione, ſiue in tractati-
bus, ſiue in libris, ſiue in epiſtolis,
vel lõgiſsimis, vel breuiſsimis, ꝗ ma
gna ſunt. Niſi fortè dixeris, quo-

Calix aquę frigidæ, res magna eſt.

niam calix aquæ frigidæ, res mini
ma atque viliſsima eſt, ideò mini-
mum aliquid, atque viliſsimũ, do-
minus ait, ꝙ eũ qui dederit diſci-
A
pulo eius nõ perdet mercedẽ ſuã.
Aut verò quando iſte doctor in ec

Expoſitio Matthęi. 10. Marci. 9

cleſia, fecit inde ſermonem paruũ,
aliquid debet exiſtimare ſe dice-
re. Nõne quando accidit vt de a-
qua illa frigida ad populũ loqua-
mur, de illa aqua frigida, quędam
flãma ſurrexit, quæ etiam frigida
hominũ pectora, ad miſericordiæ
opera faciẽda, ſpe cæleſtis merce-
dis accenderet? Hæc omnia diuus
Auguſtinus, cuius profectò cẽſu-
ra, ab vniuerſis cõcionatoribus, tã
quã ſpeculũ & ſui officij vera ima
go, ob oculos ſemp̱ habẽda eſſet.

S. Thomas.

¶ Sãctus Thomas etiam, ſicut in
alijs omnibus, ita & in hoc articu
B
lo egregiè & ingenioſiſsimè lo-
quitur, qui in. 2. 2. quęſtione. 177.
articulo. 1. tractãs de gratijs gratis
datis, quas hominibus Deus, in a-
liorũ vtilitatem, liberaliter diſtri
buit: vbi peculiarẽ ſermonẽ texit
de linguæ dono, quod cõcionato
ri Deus tam magnificè impẽdit, vt
ſuę ſanctæ ſcripturę diuina myſte
ria diſertè doceat, expreſsè ait, hu
iuſcemodi partes, quas Cicero &
diuus Auguſtinus in præallegatis
locis recẽſent, non ſolùm neceſſa
rias eſſe cuicũq; experto euange-
lico oratori: ſed ꝙ ab ipſo Spiritu
ſãcto ſũt pręuiſę & tali prædicato
C
ri, in bonũ, & Eccleſiæ ſuæ augmẽ
tum præſtitæ. Nã eiuſdẽ Spiritus

Spiritus ſanctus: harũ cõditionũ author.

ſancti officiũ eſt, euãgelicis Eccle
ſiæ ſuæ præceptoribus prouidere,
nõ ſolũ in eis, quæ principaliora,
ac ſubſtãtialia in cõcionandi offi-

cio

A cio ſunt, ſed etiam in accidentalibus: vt non ſolùm quæ dixerint, ſolidæ ſint veritates, & quæ virtutis ſubſtantiam reſpiciant: ſed etiam de modo & forma, qua chriſtiano populo dici & explicari debeant. Itaque non ſolùm Spiritus ſancti eſt, de magnis rebus, ſuo diuini verbi concionatori prouidere: ſed etiam de minimis, quæ eius officij integritatem & perfectionem reſpiciunt. Ambo ſiquidem, ad ipſius Eccleſiæ decorem & pulchritudinem ſpectant. Et hoc eſt, quod euangeliſta Ioannes ait, ſua prima epiſtola, capite, ſecundo, cum ſic dicit: vnctio eius docebit vos de

B Expoſitio.1.Ioãnis.2.

omnibus. Quo nomine, omnibus deſignare voluit euangeliſta, integerrimam ipſius Spiritus ſancti in apoſtolos diſciplinam: vt talis vtiq; eſſet, ꝙ nec iota vnum, ſiue vnus deeſſet apex. Et vt veriùs dignoſcatur ſancti Thomæ ſententia, hæc eius ibi ſunt verba: gratiæ gratis datæ dãtur hominibus ad vtilitatem aliorum: & quia Spiritus ſanctus non deficit in aliquo, quod pertineat ad Eccleſiæ vtilitatem, prouidet etiam membris Eccleſiæ, in loquutione: non ſolum vt aliquis ſic loquatur, vt

C

poſsit intelligi, quod pertinet ad donum linguarum, ſed etiam ꝙ efficaciter loquatur, quod pertinet ad gratiam ſermonis. Sed hoc

Triplex loquẽdi genus.

tripliciter. Primo quidem ad inſtruendum intellectum; quod fit, dũ aliquis ſic loquitur ꝙ doceat. Secundò ad mouẽdum affectum, vt ſcilicet libenter audiat verbum

A

Dei: quod fit dum aliquis ſic loquitur, ꝙ auditores delectet: quod non debet aliquis quęrere propter fauorem ſuum, ſed vt homines alliciantur ad audiendum verbum Dei. Tertiò, ad hoc vt aliquis amet ea, quæ verbis ſignificantur, & velit ea implere, quod fit, dum aliquis ſic loquitur, ꝙ auditorem, flectat, ad quod quidem efficiendum, Spiritus ſanctus vtitur lingua hominis, quaſi quodã inſtrumento, ipſe autẽ eſt qui perficit operationem interius. Hæc

Simile.

ille. Vbi apertè aſſerit egregius hic doctor, neceſſarium eſſe concionatori, has habere cõditiones,

B

& ꝙ non eſt dumtaxat Ciceronis, aut aliorum hominum inuẽtum, ſed ipſius Spiritus ſancti peculiaris prouidentia, vt eius ſacroſanctum euangelium, in hominũ animis fructificet. Hinc perſpicuè cõcionatores intelligent, nõ eſſe extra officij ſui naturam & cõditionem, regulas & Ciceronis documenta inſequi. Videmus namq;, hos tam graues & ſapientiſsimos viros, omniq; ſanctimonia fulgentes, eis vti, & nobis eas efficaciſsimè commendaſſe. Cum ergo hæ rhetoricæ regulæ atq; documẽta, primitus ab ipſo extiterint Spiri

C

tu ſancto, quàm à Cicerone, non abs re erit, vt eccleſiaſticus etiam predicator, peculiare de eis habeat ſtudiũ, & diligentiam, vt ſuo tempore eas ſuæ concioni inſerat.

Caput.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS SANTINUS FERDINANDUS

A

## ¶CAPVT. III. DE ordine, quem inter ſe, habent, tres ſupradictæ partes.

CVM igitur iam ſatis intellexerimus, Ciceronis, ſanctorumq́ue ſententiã, de neceſsitate harum trium partium, quæ ad concionatoris ſufficientiam exigũtur: operepretium erit ſecundo loco ſtatim inquirere, de ordine quem inter ſe huiuſcemodi habeant partes. Marcus ergo Tullius in præallegato loco, tali ordine eas diſponit, vt primum locum, ipſum docere, obtineat: ſecundum verò delectare: tertium autem, mouere: quaſi duę primæ partes, in tertiam, velut in finem & ſcopum ſuum dirigantur. Nam ex quo primò, diuini verbi auditor, ab ipſo concionatore eſt ſufficienter in chriſtiana doctrina inſtructus: et ex quo ſecundo loco, ipſamet doctrina, ſuauis nimis & grata auditori redditur, quia gratioſo dicendi ſtylo, ab euangelico præceptore ſibi eſt propoſita: inde continuò promanat, auditorem ipſum moueri, adhoc vt doctrinam talem ardentiſsime amet, & opere ipſo efficaciter cõpleat. Et hic naturalis quidam ordo eſt, qui inter voluntatem & ipſius audientis intellectum verſatur, cùm aliqua ſibi proponitur diſciplina. Namque ſi homo eſt, & rationis compos, & non brutum, nuſquam adeò cæcus exiſtit, vt ad aliquid operandum moueatur, niſi id prius per intellectũ apprehenderit, atque gratum ſibi & iocundum fuerit. Nam duo hæc prima, in cauſa ſunt vt in tertium, quod moueri eſt, homo ſtatim inſurgat.

Cicero. B Simile. C

Habet ergo, in hoc euangelicæ prædicationis officio, primum locum ipſa eruditio, ſiue ipſum docere, velut huius inſtituti potiſſima pars, ſine qua parui ſunt momenti, reliquæ duæ. Et ſi verum ſit, ꝙ prima hæc pars, ſcilicet docere, ſufficiens eſſe poſſet in hac euangelica arte, abſque aliarum adiumento. Nam eſtò verum ſit, ꝙ euangelicus concionator, ſuauitate dicendi careret, vt audientium aures delectaret, neque eleganti dicendi ſtylo eorum mentes recrearet: aut etiam feruorem, ſiue ſpiritus efficatiam minimè conſequeretur, vt auditorum poſſet animos commouere: ſi tamen alioqui ſatis eſſet eruditus, atque in literis ſacris edoctus, vt ſufficienter fidei atque diuinæ legis præcepta populo proponere valeat, diuinarumq́ue litterarum myſteria, atque difficilia dubia dexteritate quadam calleret: non immerito iſte talis, concionatoris nomen ſibi retineret. Nam etſi ſuauitate dicendi, ſpirituſque efficacia priuetur, cùm tamen optimè intellectum audientis ſemel erudiat, & in ſe diuina dogmata auditor ipſe bene receperit, atque ſecum ipſe

A Docere primum obtinet locum. B Concionator ſapiens. C

A ipſe ſemel has fidei noſtræ diuinas veritates extiterit ruminans: tunc temporis, inquã, in ipſiſmet veritatibus taliter delectatur auditor, ꝙ poſtmodùm in earum feruentiſsimum amorem & deſiderium totus accenditur. Quæ quidem voluntas & affectio, ipſi auditori manum porrigit, atque parumper in ipſius doctrinæ complementum & exercitium introducit. Itaque vſque adeò eſt potens prima docendi pars, vt duas alias ad ſe aduocet, earumq́ue defectum optimè ſuppleat. Quod vtique non eſſet, ſi vice verſa contingeret. Nam eſtò aliquis ad concionandum, facilem linguam obtineret, atque placidum, ſuauiſsimumq́ue dicendi ſtylum conſequeretur, necnon & ſpiritus efficacia abundaret: ſi iſte talis alioqui vir doctus non eſſet, vt ſacræ ſcripturæ præcepta, myſteriaq́ue intelligeret, & vt fidei noſtræ legem ſufficienter docere poſſet, vacuus omnino eſſet concionator: & qui proculdubio, potius concionatoris repreſentator appellari poſſet, quàm verus artifex: & qui imaginem officij magis, quã ipſam veritatem gerat: quia verborum ſolam oſtentationem facit, & non rerum. Veluti ſi aliquis conuiuium parare vellet, & pulcherrimam menſam, mappaſq́ue mundiſsimas, deauratos calices, & cultellos admodum politos & acutos, atque diſcos prætioſos apponeret, & omnia tandem, quæ ad menſæ miniſterium requiruntur, pretioſiſsima eſſent & feſtiua: ſi tamen poſtmodùm nullum in menſa apponeret cibum, certè ridiculum admodum & vanum eſſet conuiuium tale. Ad eum ergo modum, talis hic eſſet concionator, nam ſolũ menſæ apparatum chriſtiano populo pręſentat, quia dicendi copia & elegantia ſolum, ac verborum garrulitate quadam abundat, quibus auditorum aures demulcet: Cæterùm cibum nullum auditoribus porrigit, quia nullam ſolidam veritatem apponit, quippe qui, nullum profectò, aut ſacræ ſcripturę locum, vel fidei noſtræ præceptum ediſſerit.

Inſipiẽs cõcionator. — B — Simile. — Simile. — C

¶ Hac eadem ratione, Cicero ipſe, in præallegato loco, poſtquàm has tres deſignauit partes, quas oratorũ quilibet habere debet, illico huiuſmodi adiungit verba, docere neceſsitatis eſt, delectare ſuauitatis, flectere victoriæ. Ac ſi apertiùs dixiſſet, hæc prima pars (quę docere populum eſt) vſque adeò eſt neceſſaria, vt ſine ea friuolum ſit omnino, concionãdi cathedram aſſumere. Cęterum hoc quod eſt, auditorem delectare, ſolummodò eſt ſuauitatis: ipſum verò mouere, victoria quędam eſt, quam de auditore cõcionator ipſe cõſequitur. Taliter tamẽ, ꝙ ſine prima parte (quæ docere eſt) aliæ duę defraudatæ prorſus maneãt: quia audiẽtes prius docẽdi ſunt, quã mouẽdi, aut delectãdi. Niſi

A — B — Cicero — Simile. — C

di. Niſi fortè aliquis adeò ſit mente cœcus, vt affirmare velit, aliquem id agere debere, quod neſcit, more bruti: quod potiùs agitur in rebus quàm agat, quia quod agit minimè precognoſcit. Huic Ciceronis ſententię, concordat etiam diuus Auguſtinus, in quarto libro de doctrina christiana, capite duodecimo, vbi ait, ꝙ prima harum partium, quę eſt chriſtianum populum docere, ſubſtãtia quædam eſt, & totius euangelicæ orationis cor. Namque hæc pars, in ipſiſmet rebus, atque euãgelicis veritatibus (quę in hac ſanctiſsima cathedra ediſſeruntur) cõſtituta eſt: ſed ipſum delectare, ſolùm in dicendi modo poſitũ eſt, nam fucus quidam & ornatus ipſius eſt doctrinæ: mouere autem ambarum partium effectus eſt. Et ſicut cuiuſcunque rei ſubſtantia, principalior eſt & prior, quã eius accidentia: quia in ſubſtãtia ipſa, velut in fundamento primo, accidentia talia ſuperponũtur: ſic etiã ipſa doctrinæ eruditio, ſubſtãtia eſt & firmamentum, cui reliquę duæ partes, ſcilicet delectare, & mouere, innituntur, quaſi ipſius eſſent accidentia. Et ſicut in arboris pomo, principale & potiſsimũ eius eſt vtique ipſius pomi caro, que comeditur (nam eius eſt tota ſubſtantia, in qua velut in propria ſede illico ipſius color & odor inſident, quia eius ſunt accidentia, quæ pulchritudinem pomi concernũt) tali etiam ordine tres iſtæ concionatoris partes inter ſe inuicem diſponuntur. Nam duæ poſteriores, delectare, ſcilicet, & efficaciter dicere, duo ſunt colores rhetorici, qui tãquã color & odor pomi, ipſi doctrinæ deſeruiunt, vt eam ſuauem atque gratiſsimam populo reddant. Itaque ſicut pomi color & odor, in nares & hominum oculos diffunduntur, appetitumque ipſius hominis excitant, & ad illud comedendum prouocant: ſic pariter ipſum concionatoris delectare, & efficaciter dicere, odor & color ſunt, qui doctrinam ipſam pulcherrimam reddunt, quia eam proculdubio odoriferam, & nimiùm dulcem audienti populo præſentant: eorumq; animos & appetitum cõmouent, vt eam tandem deglutiant, atque in animæ ſuæ ventrem traijciant.

A Simile. Auguſt. B Simile. Simile. C — A Simile. B

¶ Hinc annotanda maximè venit, quædam eiuſdem Ciceronis ſententia, in libro primo de inuẽtione, quæ plurimum conducit, non tantum ijs, qui humanã rhetoricam tractãt, ſed etiam ijs, qui euangelicã exercent oratoriã. Ait enim, ſapientiã ſine eloquẽtia, parum prodeſſe ciuitatibus: eloquẽtiã vero ſine ſapiẽtia nimiũ obeſſe plerumq; prodeſſe nunquã. Ac ſi apertiùs dixiſſet, ſapientia, quam oratores exercent, etiam ſi per ſe, cũ ſine eloquentia exercetur, parũ populo vtilitatis afferat: ſed tamẽ eloquentia ipſa nuda, ſine ſapientia, incõmodi multum generat, necnon

Cicero C

A

Eloquẽtia nuda pericu-loſa res.

necnon damnum non mediocre auditoribus parat. Sicut ( noſtra permittẽte miſeria ) clarè noſtris his temporibus, experientia ipſa docet. Nam ſi fontem & originẽ

Fons hęreticorũ

quęrere velimus, vnde hoc noſtro miſerabili ęuo, tanta dimanauerit hęreticorum fœtidiſsima peſtis: nullam aliam certiorem repe riemus, quàm elegãtiam nudam, & latinitatis loquacitatem, qua tota ferè hæreticorum claſsis veſtitur. Vbi repoſita eſt totius eorũ ſapientiæ fiducia. Et vt rectiùs dixerim, hæc eſt omnis eorum ſapiẽntia coram hominibus, ſcilicet latinitatis quidam fucus & loquacitas, nullum aliud eruditionis habentes grauius fundamẽtũ.

Sanum conſiliũ

¶ Qua propter, hoc ego Chriſtianis omnibus conſilium, præſtiterim, & quidem iudicio meo, quo

B

cunque tempore neceſſariũ, maximè tamen hac noſtra tempeſtate: ꝙ ſcilicet in concionibus, virtutis & fidei noſtrę diſciplina, ab eis maximè expectanda ſit viris,

A ſapiẽtioribus maxime, expectãda concio,

qui in republica iam ſapientiores & maturiores exiſtũt, & qui plus litteris inſudauerint: quorum laborum & ſtudiorum vigiliæ, antiquiores iam ſint, & quorum pręterà doctrina, iam pro ſolida & firma ab omni plebe ſit recepta. Nã ſunt alij recẽtiores & nouicij, qui etſi zelum Dei, feruentiſsimamq́; virtutis deuotionem gerãt, ipſius

C

tamen virtutis & zeli, vt plurimũ ſcientia carent: qui vix, aut nunquam ex profeſſo litteris operam dederunt. Et alij prętereà exiſtũt,

Duplex concionatorũ genus.

qui ſicca tantùm latinitate tenẽtur: in quibus omnibus, in promptu eſt multorum errorum anſa.

A

Nam etſi hi, qui doctiores exiſtũt, ſuauitate dicẽdi, linguęq́; eloquẽtia quandoq; careant, quia frigidi & inſuaues populo ſunt: ſufficiẽtes tamen erunt, laudabileſq́; diuini verbi concionatores: quia ſub frigido illo, & inſulſo dicendi ſtylo, grauiſsima & ſubſtantialis, ipſius legis reconditur eruditio, in qua præcipuè ſita eſt audientiũ ſalus & vita: quod profectò prędicationis huius euangelicę præcipuus eſt intentus finis.

Simile.

Sicut enim in pharmaco quotidie accidere videmus, quod etſi de ſe amarum ſit nimis, infirmus tamen ipſum quantumuis amarum auidiſsimè

B

ſumit, & deglutit, quia ſalutem, quæ ibi includitur, tãtummodò reſpicit · ad eum omnino modũ, hęc auditoris prudentia eſſe debet, vt quando concionatoris dicendi modus, inſipidus, & inſuauis apparuerit: ſi tamen alioqui ſapiens ſit vir, in ſulſum ſtylum, velut amarum pharmacũ, deglutiat oportet, dummodo doctrinã

Perutile documentũ.

ipſam ſanam & grauẽ ſuſcipiat, quippe in qua eius animę ſalus ſit incluſa. Et in hac parte ponderãda admodũ venit Salomonis ſen

C

tentia, ſapientiæ libro cap. 6. qua ſic ait: multitudo ſapientium ſanitas eſt orbis terrarum.

Expoſitio, Sapiẽtię. 4

Vbi annotandum eſt, Salomonem non dixiſſe, multitudinem hominum elo-

A eloquentium,orbi terrarum ſalu-
tem præſtare, qui tantùm in ver-
borum fuco, ſuum vt in plurimū
eſſe habent: ſed ſapientium, &
eorum qui maximè in republica
ſcientia & doctrina pollent, quā
nimirùm Salomonis ſententiam,
experientia ipſa comprobatā in-
Simile. ueniemus. Namque ſimplicium
hominum ignorantia, leges atq;
optimas reipublicæ inſtitutiones
corrumpit,totamq; ſubuertit po-
puli directionem, & confundit.
Nam ex quo ſemel vulgaris eorū
à populo recipitur diſciplina,
paulatim boni mores ruſticitate
quadam & barbarie veſtiuntur:&
tandem reſpublica tota,à recto vi
uendi tramite degenerat. Ecōtra-
B rio verò, ſapiētes viri,etſi mali in
ſuaueſq; ſint,attamen ipſius legis
ſunt lux & ſplendor:atq; res om-
nes,à ſuæ rectitudinis ſede deci-
ſas,& humi iam proſtratas, ſi non
ſuis humeris,ſaltem ſuis verbis &
ſapientia,leuāt,ſuoq; proprio lo-
co reſtituunt,necnon & rempu-
blicam totam in optimam viuen
di formam, & laudabiles mores
reducunt:ac demum viri ſapien-
tes in cauſa ſunt,vt reipublicæ vir
C tutum ſanctiones,& obſeruantia,
integræ & inuiolabiles perſeue-
Expoſitio, Matthęi.5. rent. Quapropter à domino Chri
ſto, Matthęi quinto, ſal terræ ſa-
pientes vocantur,nam ſicut panis
Simile. maſſa, quæ de ſe inſulſa & inſipi-
da erat,dum ſale admiſcetur, ſa-
porem recipit,& iam homini co-
medendus ſit cibus: ſic ſapientes,
totius reipublicæ ſunt ſal, quo A
omnes in ipſa plebe condiuntur.

## ¶CAPVT. IIII. DE PRIMA parte, quæ docere eſt. Vbi agitur, cuius ſit profeſsionis euangelium prędicare,ac per cōſequens, ſcripturam ſacram docere.

HABITO ergo iā, ꝙ ex
his tribus partibus (quæ
ad eſſe aliquem egregiū
cōcionatorem requirun-
tur) prima & potiſsima eſt nem-
pe,populum docere (quod nihil
aliud eſt,quàm ꝙ talia ſint cōcio-
natoris verba, vt ne vtique tan-
tum verba ſint,ſed ꝙ doctrina le-
gis & fidei noſtræ, atque ſanctiſ- B
ſimis & diuinis Eccleſiæ tradi-
tionibus, ſemper abundent: &
talia denique exiſtant, ex qui-
bus chriſtianus populus, ali-
quid emolumenti elicere poſ-
ſit) hoc inquàm habito,de hac pri
ma parte quę docere eſt,primo lo
co nobis agendum eſt. Et quidem
latiùs quàm de duabus reliquis,
nempe quia hęc totum ferè cōcio
natoris optimi officium amplecti
tur. Vbi vnum ante omnia,velut Fundamētum.
fundamentum,& totius operis in
greſſus,à nobis examinādum eſt: C
videlicet,cuius ſit profeſsionis e-
uangelium docere. Ideſt,cuius ſit
muneris & officij,ſcripturę ſacræ
lectionem populo proponere:an
theologorū ſolùm,vel cuiuſcūq;
alterius facultatis,cuiuſmodi ſūt,
Iuriſta-

A Iuriſtarum, Rhetoricorum, Latinorum, & indiſcriminatim cuiuſcūq;, qui pro ſuo beneplato hoc ſibi voluerit aſſumere concionandi officiū. Nā in hoc, non parua adeſt cōfuſio & prædicationis euangelicę ſubuerſio, noſtra hac maximè tēpeſtate, eorum omnium, qui temerè hoc cōcionandi munus ſibi paſsim vſurpāt. Quapropter euangelica hæc prædicatio maximam patitur iacturā. Et inde eſt ꝙ apud nos inter cęteras ſcientiarū facultates, inculta manet, & impolita nimis. Siquidē neſcio qua ſorte, aut à quo certe proceſſerit fonte, tāta his noſtris tēporibus calamitas & infortunium: ꝙ cùm omnes ſcientiarū profeſsiones, tā mechanicas quā ſpeculatiuas, videamus ſplēdeſcere, atq; ad ſuū perfectionis culmē perueniſſe, ſolam euāgelicā prędicationis artē, inter omnes alias non vſquequaque politā cōſpiciamus. Videmus ſiquidem militarem artem, qua nobiles & excellentes viri ad bella ſeipſos exercent & componūt, eminentē exiſtere nimis. Mirū enim eſt videre, quanta in rebus bellicis dexteritate floreant huius noſtrę tempeſtatis homines. Nam quā machinam, quā induſtriam, quod ve armorū genus, aut quam certè debellandi formam, non adinuenerint, rogo? vſque adeò, vt nulla ſint iam tam ampla & ſumptuoſa ędificia, nec mœnia, nec munitiſsimæ turres, quæ debellantium viribus & machinis reſiſtere valeant. Quid nam rogo videre eſt, Hiſpanos homines, in bello poſitos, tā fortes, animoſoſq;, & audaces, vt iā non dicas homines, ſed ferociſsimos leones, aut certe dæmones ipſos, hominum figura debellātes? Aurifex, eo vſq; dilucidatā ſuā habet artē, vt nullū ſit ſubtilitatis punctū, aut apex, quod nō attigerit, & in ea delicatiſsimè ſculptū habeat. Pictor pręterea depingēdi officium ſuū expolitū valde, & inter cæteras artes fulgens tenet. In tantum enim ars hæc iam extitit limata, ꝙ nulla ſit vel hominum vel brutorū imago, ſiue effigies, aut cuiuſcumq; alterius rei forma, quā non ductis lineis perfectiſsimè repræſentet: in tantum vt pictura ipſa, videatur iam in alteram tranſiſſe naturam: quādoquidem propriſſimè ſunt adinuicem diſtinctæ venæ, & bene compoſita corporis membra, atque iuncturæ cōſignatæ membrorum, manuum videlicet & pedum: & ipſa oculorū viuacitas. Ad hæc præterea terram ipſam, campos & prata, tam varijs floribus reſperſa, & virentes herbas, ipſa reddit depingendi ars: ꝙ niſi homo alioqui præuentus & instructus in his omnibus eſſet, facilè deciperetur, putans ipſas imaginū ſimilitudines, veras eſſe rerum formas. Faber lignarius, adeò politus in officio ſuo exiſtit, vt velit ſeſe aurifici polituræ ęquiparare, quia ex rudi & vili ligni materia, eadem omnino conatur facere, quę aurifex ex argento

Scientiarum profeſsiones.

B

Ars militaris.

C

A

Simile.

Ars aurificis.

Ars depingēdi.

B

C

Ars fabri lignarij.

A & nobiliſsimo auro conficit: quãdoquidem tanta eſt iam artificis huius induſtria, vt lignorum craſſam materiam, tam facilem ſuo reddiderit ingenio, ad conficiendas varias, & ſubtiles imaginum formas, & quarumcumq; rerum ſimilitudines, ac ſi aliorum metallorum delicatior conſiſteret ma-

Ars ędificiorũ.

teria. Operarij lapidum, etſi cum duriſsimis lapidibus luctantur, ſic duritiem ſaxorum arte ſua vicerunt, ꝙ nulla poteſt iam excogitari, aut imaginis forma, aut alterius cuiuſcumq; rei figura, quantumcumq; delicatiſsima, quam

B nõ adinuenerint, & ſubtiliſsimè in ipſis impreſſerint lapidibus.

Ars fabri ferrarii.

Faber ferrarius, qui de pertinaciſsima agit ferri materia (ea enim eſt, quæ inter omnes metallorum naturas, maximè reſiſtit) tam facile eſt iam, ſibi eam limatam & politam reddere, ac ſi nobiliſsima eſſet ipſius auri natura. Et ad hunc modum, artium omnium ſubtilitas & perfectio, per omnes alias diſſeminata conſpicitur.

Et hoc idem in ſpeculatiuis etiã diſciplinis eſt reperire. Excellit

Latina lingua.

enim latina lingua maximè, noſtro hoc tempore: eſt ſiquidem miro modo amplificata, & tam

C verborum copia, quàm eloquentia, atque mille dicendi generibus ornata, quantum nuſquam inter homines à ſæculo fuit. Sed

Logica.

quid adhuc de Logica dicã, cùm tam tenuis exiſtat & delicata: quæ cum aliàs aliquid eſſet, penè iam nihil effecta ſit, quippe quæ, ſicut tenuiſsimum lanæ filum, rũpitur. A

¶ Cùm igitur hęc ita ſe habeãt, ꝙ artifices omnes, & facultatũ profeſſores, dignitatẽ ſuam & nomen ſemper augere curarunt, & quaſi per gradus indies magis ac magis ad ſummum vſq; adduxerũt: ſola hæc chriſtiana oratoria, ſola hæc prædicationis euãgelicæ ars, ſola hæc verbi diuini rhetorica, cùm alioqui omniũ ſit princeps & regina, ſic inculta & impolita inter nos iacet, vt non creſcat. Quia cũ hac noſtra tẽpeſtate tãta ſit prædicatorũ multitudo, quãta nũquã à ſeculo fuit: pauci exiſtũt, qui pręclari cõcionatores euadãt, qui euã- B

gelicas leges, & cęteras ſacræ ſcripturę veritates, in quibus tota hominũ vita conſiſtit & ſalus, iuxta earum legitimum ſenſum, & grauiſsimã venerabilẽq; ſanctorum cenſurã, eleganter, & diſſertè populo proponãt & tractent. Et hoc nõ ob aliud, niſi quia omnes (cuiuſcũque ſint profeſsionis) prędicare appetũt:

Auiditas prędicandi.

omnes hoc ſibi vſurpant officiũ: omnes ad hãc cathedram anhelant, ac demũ quã plurimi, ſine aliqua litterarũ pręuentione, aut ſufficientia, qualis ad tã altum exigitur munus, diuini verbi pręceptores ſe populo exhibẽt, ac ſi ſemper in litterarũ exercitio & ſanctorũ lectione eſsẽt educati. C

Simile.

¶ Nullũ eſt in vita humana negotium, vel artis, vel cuiuſcũq; alterius officij, in quo non ſit exemplar aliquod, ad cuius imitationẽ, illius

A illius rei quę intenditur, ſuum eſ-
ſe artifex cōponat & formet. Aedi *Simile.*
ficiorum enim magiſter, regula
(quā manu tenet) lapidis rectitu
dinem educit. Metallorū faber, ef *Simile.*
figiē hominis, per eius ante ſe ha-
bitā ſimilitudinē ꝓducit. Mulier, *Simile.*
linteaminū labori manum nō ap
ponit, nec digitis acū tangit, niſi
prius ad aliquod illorum exēplar
attētè reſpexerit. Colonus agricul *Simile.*
turam, per quam aratro terram rū
pit, nō exercet, niſi priùs ipſius ar-
tis documenta ſectādo. Miles etiā *Simile.*
qui rebus bellicis operā dat, nec
lanceam manu tenet, nec ſcutum
brachio inſerit, nec pedem ſtape-
B dæ ſuperponit, nec habenas equi
manu comprimit, niſi ipſius mili
taris artis priùs ſequutus præce-
pta. Solum inuenio abſque mo-
delo pulpitum. Hic locus eſt, qui
dumtaxat ſine vllo reperitur exē-
plari. Solum hoc euangelicę prę-
dicationis opus exiſtit, quod ho-
mines ſine aliqua ſibi arte vſur-
pant, pro ſuo mero arbitratu, inge
nij ſui dumtaxat inuentione, atq;
libertate confiſi. Hæc vinea eſt & *Expoſitio, Marci.12.*
hęreditas, ſine domino derelicta,
in quā omnes ſine diſcrimine in-
grediuntur: de qua euangelica te
ſtatur hiſtoria, ꝙ agricolæ, qui-
C bus locata erat, eam ſibi vſurpa-
runt. Nam clerici omnes, ſapien-
tes & ignari, ſęculares & eccleſia-
ſtici, Logici, & Grammatici, Rhe
torici & Iuriſtę, ſapientes & inſi-
pientes, nullus eſt, qui in hāc meſ-
ſem, ſuam non mittat falcem: ac
ſi hoc negotium talis fuerit con- A
ditionis, ꝙ nullam aliam ſufficiē-
tiæ partem, aut ingenij requirat,
præter ſuam cuiuſq; meram vo-
luntatem. Cùm apud omnes com-
pertiſsimum ſit, nullum aliud ſub
cęlo eſſe tam graue, tamq; inſigne *Inſigne prędicationis officium.*
officium: ac proinde, vbi non qua
liſcumq; ingenij pars in homine
ſufficiat, ſed tot & tā exactæ exigā
tur conditiones, vt vix in terra ſu
perſit vnus ita vitæ & ingenij cō-
pos, qui huius ſanctiſsimæ cathe-
dræ integer poſsit eſſe pręceptor,
præter ipſum ſolum Deum, Chri-
ſtum redemptorem noſtrum, qui
hunc locum, tanquam verus præ- B
ceptor & magiſter, ad ſummum
vſque compleuit.

## ¶CAPVT. V. VBI SVpradicta, auctoritate ſanctorum confirmantur.

ABVSVM autem iſtū,
quo ſine diſcrimine vllo
ſapientes & inſipientes,
concionandi ſanctiſsimum mu-
nus, tam temerè & inſatiabiliter
appetunt, omnis fere ſanctorum
caterua condemnat. Namq; ſi ſpe
ctemus in hac re, eorum grauiſ-
ſimam cenſuram, vix aliquem C
reperio, qui non huius fuerit ſen
tentiæ. Cùm enim hi ſanctiſsi-
mi viri, officij huius maieſtatem
& conditionem tam intime, pe-
netrauerint: & ex alia parte
cognouerint etiam hominum
cæcam cupiditatem (ne dicam

temerariam audaciam) aſſumẽdi ſibi tam impar humeris ſuis, prædicationis pondus: tacti intrinſecus dolore cordis, quaſi perfuſis lachrymis, in multis ſuæ ſcripturæ locis hoc amariſsimè deplorant.

Gregorius. ¶Diuus Gregorius, in prima Paſtoralis parte, capite primo, ſtatim in principio, velut totius operis caput & fundamentum, hæc verba proponit. Nulla ars doceri præſumitur, niſi intenta prius meditatione diſcatur. Ab imperitis ergo magiſterium paſtorale ſuſcipitur in magna temeritate: quoniam ars eſt artium & regimen animarum. Quis autem cogitationum vulnera, occultiora eſſe neſciat vulneribus viſcerum? & tamen ſępe, qui nequaquam ſpiritualia præcepta cognouerunt, cordis ſe medicos profiteri nõ metunt: dũ qui pigmentorum vim neſciunt, videri medici carnis erubeſcant. Hæc ille. Hæc eſt hominum politia (inquit Gregorius) & eorum qui optimam gerunt reipublicæ curam, ꝙ in mechanicis, artem nullam, ſiue officium (quãtumcunq; vile, & abiectum, & minimè ad reipublicæ inſtitutionem neceſſarium) alicui hominum concedant aſſumere, & tanquam publica officia in populo oſtentare: niſi prius grandi præmiſſo ſtudio, & diuturno eius adhibito exercitio: nec in ea arte fas eſt pro magiſtro aliquem haberi, quin prius diligens extiterit diſcipulus, ac demum riguroſiſsimè per potiores eiuſdem artis præpoſitos, probatus extiterit. Quę ergo temeritas eſt (ne impudentia dixerim) vt tam facilè omnes indiſcriminatim, in ſolã euangelicã artem manus inijciãt? Et ſtatim illius ſãctiſsimi loci ſeſe præceptores oſtendant? Et tam raſa frõte, paſtorale magiſterium acceptẽt, ipſi ſoli Deo & optimo, legitimè appropriatam, atq; eius vice, apoſtolis omnibus, & poſt hęc cęteris, qui apoſtolicã vitã & doctrinã conſequuti fuerint? Res profectò eſt ponderatione admodum digna (ait ſanctus hic vir) ꝙ ſi ſarcinatori minimè conceſſum eſt artis ſuæ, publicam officinam in republica ſuſtentare, etiamſi tã parui ſit momenti, ꝙ nihil aliud interſit commodi, quàm pendentem veſtem ante fores ſuæ domus habere: ſi ſarcinatori huic, paſtoris ruſticum capitiũ, quantũcunq; vile, abſcindere minimè licet: ſi fabro ferrario, os equi infrænare non permittitur, vbi nihil aliud emergit damni, quàm ipſius bruti maxillas tantiſper offendere: quin prius omnes iſti, artis regulas exactè cognouerint: quod ergo delíramentũ eſt, aut quæ hominũ cæcitas, ꝙ cùm euangelicę prędicationis ars, ſit omniũ artium princeps & regina, ſcientiarum ſcientia, & officiorum officium, ex cuius veritate aut errore, non minus damni aut commodi ſubſequitur, quàm animarum æterna ſalus, vel perditio, vt tam temerè præſu-

Marginal notes: Simile. (left, beside "ſumitur"); Simile. (right, beside "eſt artis ſuæ"); Simile. (right, beside "vile, abſcindere"). Section letters A, B, C in both margins.

[Library stamp: ALEXANDER ... FERDINANDUS ... VALENTINUS]

A præſumant oẽs ſine vllo examine, eiuſdẽ artis magiſtros & præceptores ſeſe exhibere? Et ꝙ in re tam graui, tam parũ ſit zeli & ſolicitudinis. apud illos ad quos ſpectat negotij huius gerere curã & examẽ, veluti ſunt epiſcopi, & cæteri omnes religionum prælati. Certè non ſolùm dici, ſed neque excogitari poteſt, quàm ſit circa omnes negligẽtia hęc craſſa, tum in his qui ſine eruditione aliqua, tam periculoſum ſibi vſurpant officium, tum etiam in illis, cuius eſt muneris, huic morbo medicamen adhibere.

B ¶Videmus (inquit Gregorius) ꝙ medicus, niſi prius herbarũ virtutem bene attigerit, nõ audet potionem aliquam conficere, & niſi pulſus naturam cognouerit, cuius ſit humoris, ſi ſanguinis aut phlegmæ, vel choleræ, ac proinde niſi conditionem vrinæ ſatis intellexerit, timet rumpere brachij venam, & nec vnam dumtaxat ſanguinis guttam, audet extramittere: ob hoc ſolùm, quia vnius hominis vitam, mortis periculo exponit. Chirurgus etiam, niſi qualitatem vnguenti anteà perceperit, infirmi vlceribus cataplaſma non apponit. Quæ ergo eſt hominum dementia, ſiue vt rectiùs dixerim, quis tam ſine mẽte hominum, & abſque vllo Dei timore, qui perpendens ex aduerſo, tam ingens animarum imminere periculum, nec minus quàm earum vitam vel mortem inſtare:

Simile.

Simile.

C

qui attendens etiam animarum vulnera & languores obſcuriores eſſe & difficiliores, quàm corporum morbos (cùm enim ſint in ipſis animæ abditiſsimis viſceribus incluſi, talis redduntur conditionis & naturæ, vt nec pulſu, nec oculis, nec lingua, neque vrina, ſicut moris eſt medicorum, inueſtigari valeant) quæ igitur hominũ dementia eſt, vt tam facilè vnuſquiſque ſe medicum ſpiritualis huius infirmitatis, profiteri audeat, & tam libere attentet ſalutis regulas & documenta animabus præſtare, abſque eo ꝙ prius herbarum & vnctionum virtutem perceperit? (quæ profectò nõ aliæ, quam ſacrarum litterarum leges & præcepta ſunt) & abſque eo, ꝙ linguam, & ſanctorum mentem bene intellexerit, ſimulq́ue ſtylum & modum, quo ſapientiſsimi iſti & excellentes viri, pro ſalute gentium has ſacras diuinaſq́ue condiderunt veritates, atque ex eis ſalutifera pro infirmis peccatoribus parauerunt fercula.

A Simile. B

¶Sed eſt hic argumẽtum, quod fortaſsis, cuiq; legẽtium iam ſeſe offert. Videlicet, ꝙ diuus Gregorius in his verbis, non vocat paſtorale magiſterium ipſam diuini verbi eruditionem, ſeu euangelicam doctrinam, ſed ipſum merum epiſcopatum, aut certè prelaturam, quæ eſt integrum regiminis officium. Ex quo clarè colligitur, non eſſe de mente

Argumẽtum.

C

A eius damnare eos, qui facilè concionatoris munus amplexantur, ſed nimiam auiditatem appetendi ipſam regiminis dignitatem & prælatiam, cùm aliàs ignorantes ſint, & eis careant litteris, ingenio, & alijs ſufficientiæ partibus, quę ad hoc tam ſublime paſtorale miniſterium exiguntur. Et eſtò ita eſſet, ꝙ ſufficientiæ huius conditionibus, & omnium etiam virtutum religione eſſent ornati, cōdemnat ſanctus hic vir corruptelam maximam (ne dicam rabiē, aut inſatiabilem ſitim, & caninā famem) tam ſolicitè inquirendi, & totis viribus amplexandi officia & dignitates ipſas, veluti ſunt episcopatus, abatiæ & in clericis animarum curæ, & reliquæ prælatorum dignitates. Quia tanta eſt quandoq; eorum ambitio, ꝙ nulla ſupereſt vel poſsibilis via, vel forma, aut inexcogitatus negotiādi modus, quē non adinuenerint, & quem pro huiuſmodi acqurendis honoribus, totis viribus non apponāt, non attendentes, tam impar, & intolerabile pondus, quod ſuis humeris imponunt, immemores etiā ſpiritualis periculi, quod ſibi atque ſuis imminet ouibus: tēporalis commodi (quod inde reportant) ſolum cupidi. — Simile. B C

Solutio. ¶ Ad præmiſſum tamē argumētum reſpōdetur, ꝙ & ſi verum ſit, multū eſſe diſcriminis inter iſta duo, videlicet eſſe concionatorē, & eſſe paſtorem: ſed tamē verè & legitimè prædicatori euangelico magiſterium paſtorale conuenit, de quo hic Gregorius mentionem facit. Ipſa namq; euāgelica & chriſtiana doctrina, qua concionator, tāquam diuini verbi præceptor, rudem populum erudit: hoc etiā quod eſt, chriſtiano populo diuina impartiri verba, ea gentibus ſapienter & catholicè proponērem: ſcire prætereà ex ipſis ſacræ ſcripturæ verbis, ſpirituales cōdire cibos (tanta dulcedine cōfectos, vt hominum appetitui nō deſipiāt, ſed expellant procul faſtidium & grauamen, quod in eorum animis iam diu peccata generarunt, & nouū excitent appetitum has diuinas & cæleſtes veritates deguſtandi.) Hoc, inquā, eſt prima & præcipua pars, in qua potiſsimum, tota paſtoris ſubſtantia & officium conſiſtit. Vnde originem traxit, eius episcopalem ſedem, magiſterium paſtorale denominari. Nam ſicut præcipuum veri & naturalis paſtoris, qui in campis ſub tentorijs vitam degit, eſt ante omnia, gregem ſuum virentibus & vberrimis paſcere herbis, & ridentibus atque clariſsimis fontium aquis oues adaquare: tum etiam deferre ſecum quæ neceſſaria ſunt, pro conſeruanda ſuarum ouium ſalute, veluti eſt cornu oleo habere plenū ad perungendum ſcabroſam ouem, peram etiam, qua victum portet, baculumq́ue & fundam, quibus diſſipatas oues in ouile reducat, itidem & feroces canes, qui

A Magiſterium paſtorale, quid ſit. B Simile. Paſtoris officiū. C

lupos

A lupos ipſos à grege arceãt: ad hũc modum, potiſsimum & ſubſtantiale ſpiritualis paſtoris eſt vtiq;. ſacrarum litterarum doctrina animas paſcere, omni ſolicitudine ſanctæ ſcripturæ loca curioſè indagando, quæ aliquando ſint illis in herbam qua poſsint placare famem: alia autem, quæ ſint illis in limpidiſsimam aquam, qua ſitim extinguere valeant: educẽtes item ex euangelio regulas & ſalutifera pręcepta, veluti vnctiones ad curãdam peccatorum ſuorum fœtidiſsimam ſcabiem. Itaq; totus gregis paſtus, herbarum videlicet, & aquarum, & iuniperi olei, baculi, ſibili, & fundę, atque perę, omniſq; demum paſtoralis apparatus, ab ipſa doctrina, tamquam à vero fonte promanant. Tãta eſt ſiquidem ſacrę ſcripturæ virtus, ac diuitiarum eius abundãtiſsimus theſaurus (ſi alioqui in his cõcionator, aſsiduus fuerit lector, ſatiſq; eruditus pręceptor) vt ex his hanc medicinarum varietatem, & abundantiam poſsit depromere, & multa pro hominum vita, elicere ſaluberrima medicamina. Et quemmadmodum ouium ſalus, in optima conſiſtit herba: ad eum modo, ſita eſt etiam audientium ſalus & vita, in vera & ſana doctrina.

Simile.

Simile.

B

C

¶Hoc ita Chriſtus ipſe redemptor noſter, expreſsè fatetur, Ioannis. 5. capite, vbi ſic ait: Scrutamini ſcripturas, in quibus putatis vitam æternam haberi. perpendite attentiùs (inquit Deus) has ſanctæ ſcripturæ meæ veritates, ſiquidem in illis incluſa eſt (ſicut in ouium ſalutiferis herbis.) veſtra æterna vita. Vt quemmadmodum ouis verſatur in campo, hinc inde curſitãs, ipſis buccis olfaciens, & diſtinguens herbarum qualitates, ad comedendum eas: ſic etiã vos curioſa quadam auiditate ſolicitè inquiratis, tamquam verũ animarum veſtrum cibum, euangelij mei documenta. Et hoc iterum repetit Ioannis, capite. 17. dicens: Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcãt te verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. In hoc potiſsimè (ait Chriſtus ad ſuum æternum patrem) hominum æterna vita conſiſtit, vt te verum Deũ agnoſcant, & me tuum vnigenitum filium, in hunc mundum pro eorum ſalute miſſum. Quæ, inquam, cognitio, nuſquam aut acquiritur, aut generatur in homine, niſi per euangelij ſui doctrinam: quod profectò, concionatoris officium eſt, eam ſcilicet auditoribus præſtare. Hęc eadem eſt diui Petri apoſtoli ſententia, quemmadmodum refert Ioannes euangeliſta, capite ſexto, vbi cùm Chriſtus redemptor noſter percontatus eſſet apoſtolos ſuos, an vellent etiam proficiſci, & ſcholam ſuam relinquere, ſicut & cæteri diſcipulorum fecerant, non valentes ſcholæ Chriſti profeſsionem ſuſtinere: Petrus illico pro omnibus reſpõdit:

Expoſitio. Ioãnis. 5.

A

Simile.

Expoſitio. Ioãnis. 17.

B

C

Expoſitio. Ioãnis. 6.

A domine quò ibimus, verba vitæ ęternę habes. Quò pergere, magiſter optimè, poterimus, vbi tã ſuauem, atque ſubſtantialem animarum noſtrarum paſtum inuenire poſsimus, ſicut in te vero Deo & domino noſtro, quotidie tam abũdantem reperimus: tua nãque verba, æternæ vitæ ſunt præcepta. Hanc eandem veritatem iterum repetit ipſe Chriſtus, Ioannis decimo capite, vbi ait: Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas & cognoſcunt me meę: oues meę vocem meam audiunt, & ego vitam æternam do eis. Quibus verbis, luce clariùs redemptor oſtendit, verum paſtoris officium eſſe, ante omnia euangelium ſuum homines docere: ac proinde oſtẽdit, ꝙ hic verus ſit cibus, in quo ipſarum ouium vera ſalus & vita conſiſtat. Ego (inquit) ſum verus ac legitimus paſtor, cognoſco ſiquidem meas oues, & ipſę itidem me verum paſtorem ſuum fatẽtur, & ſequuntur, vocem meam pręterea libenter audiunt: neque hoc ſolũ, ſed oris mei verba, opere ipſo cõplent, & lumen quod intra ipſarũ ouium corda, oris mei ſanctiſsima verba accẽdunt, verum in ipſis excitant appetitũ ſequendi me. Et in hac ouium mearũ communicatione, quæ inter me & ipſas verſatur, vbi ego ipſe eas erudio, illæ autem me ſequuntur, in hoc inquàm, præſto illis vitam æternam.

Expoſitio, Ioãnis. 10.

B

Verus paſtor.

C

¶Et eſtò verum ſit, ꝙ vera & legitima vita æterna, ea ſit præcisè, quam Deus ſua diuina eſſentia, in beatorum patria hominibus præſtat, vbi facie ad faciem creatorem ſuum apertis oculis cõtemplantur (ea quippe ſola eſt tam firma, & tãta ſecuritate plena, ꝙ nũquam deficiet, ſed in æternum eſt duratura: eſt enim talis conditionis, ille feliciſsimus beatorum ſtatus, ꝙ ab illo numquam excident, qui modò poſsident) eſtò, inquã, hoc verum ſit, ſed tamen ſatis propriè dicitur, adhuc inter nos, ꝙ eius diuina verba, hominibus etiam in terra commorantibus, vitam ęternã condonant. Tum quia dulcedinem illam & internã conſolationem, quam eius ſacroſancta verba, in cuiuſcumq; chriſtiani hominis anima efficiunt, ſecuritas illa etiã, & mentis quietudo, gaudium pręterea maximũ & tripudium, quod in eius conſcientia generant, affinitatem quandam: & parentelam habent, cum beatorũ ęterna vita: tum etiam, quia is qui euangelij ſui doctrina paſcitur, vera affectione & attentione audiens ſcripturæ ſanctæ verba, iſte, inquam talis, ſic in vera Dei agnitione poſitus, ſignaculum quoddam iam in ſe, alterius vitæ æternę habet. Nam hæc vera Dei cognitio, quam diuina verba generant, principium in chriſtiano homine eſt & origo, vnde poſtmodùm in Dei gratiam & amicitiã inſurgat, ac proinde vt in vitam tranſeat ęternam. Habemus ergo

A

Expoſitio, Ioã. nis. 10.

B

Verba Chriſti, dant vitam ęternam.

C

ꝙ

A ꝙ magiſterium paſtorale, ac per conſequens prędicandi munus, pręcipuum epiſcopi, & cuiuſcūq; alterius prælati, exiſtit officium. Cuius vtiq; præcipua pars, in hoc conſiſtit, ꝙ ſcilicet, ſubditos ipſe paſtor euangelica paſcat doctrina, quia inde officium eius, magiſterij nomen accepit: quod in idē fere redit, cum cuiuſlibet concionatoris officio.

¶Et hac de cauſa vniuerſa apoſtolorum ſchola, ſtatuit ſibi ante oculos habere, tanquam ſui apo-

B ſtolatus principale negotium, hāc euagelicam prædicationem, veluti rem ſubſtantialem, & quæ potiſsimum eorum miniſterium cō cerneret. Vt habetur Actuum capite. 6. vbi omnes duodecim in vnū congregati cum reliqua diſcipulorum turba, conciliū habuerunt de modo & forma, quam in euangelica prædicatione obſeruare dę berent, vt ſic adimplerent diuini verbi miniſterium; vt nec tamen erga pauperes excluderent miſericordię & charitatis exercenda opera, quæ eorum apoſtolatui erāt annexa. Qui omnes vnanimiter

*Præcipuum apoſtolici ſtatuſ negotiū prędicare.*

*Expoſitio.*

*Actuū. 6*

C conſentientes, hāc apud ſe ſtatuerunt cenſuram, dicentes: Non eſt æquum nos relinquere verbū Dei, & miniſtrare menſis. Conſiderate ergo fratres, viros ex vobis boni teſtimonij ſeptem, plenos Spiritu ſancto & ſapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus: nos verò orationi, & miniſterio verbi, inſtātes erimus. Habebat ſiquidem apoſtolicum officium duas principaliores partes, ſic adinuicem cōiunctas, ꝙ ambæ erant curę ſtatui apoſtolorum. A Altera erat Chriſti euangelij promulgatio, ac proinde docere homines veram ſalutis viam, qua feliciter in beatorū cæleſtem patriam valeant peruenire: Altera verò erat, charitatis & pietatis opera exercere, veluti eſt viſitare infirmos, cibare pauperes, orphanis etiā & deſtitutis viduis auxilium præſtare. Et attendētes, potiſsimam & principaliorem ſui apoſtolici ſtatus ſortem, euangelicam eſſe prædicationē: concluſionem hanc, tanquam vltimam huius negocij reſolutiſsimā ſentē B tiam, ſibi delegerunt, dicentes, nō eſſe iuſtum ipſos deſerere verbum Dei, vt pauperum miniſterio vacarent. Quapropter conſtituerunt ſibi, ſeptem honorabiles viros, ſapientia & Spiritu ſancto plenos, qui omni cura, pauperum neceſsitatibus intenderent, vt ipſi apoſtoli orationi & prædicationi diuini verbi inſtarent. Vbi apertè conſtat, hos apoſtolicos viros aſſumpſiſſe tanquam ſcopum, & ſui apoſtolatus laureolam, ipſam euāgelicam prædicationem.

*Apoſtolorū cenſura.*

## ¶CAPVT. VI. VTRVM epiſcopis, annexum ſit, concionandi officium. C

HINC perſpicuè colligitur, quā ſit annexa epiſcopali dignitati, hęc ſacra-

rum litterarum ſcientia, ac proin
A de diuini verbi prædicatio. Mirũ
enim eſt videre, quanti fecerit ne
gocium hoc, ille diuini verbi præ
clariſsima tuba apoſtolus Paulus,
qui Timotheo epiſcopo ac diſci-
pulo ſuo ſcribens, tam acriter mi-
natur, & terribiliter coram Deo
teſtificatur, vt diuini verbi ſermo
nem faciat, cùm ait, ſecũda ad Ti
Expoſitio. 2. Timo. 4. motheum quarto: Teſtificor co-
ram Deo & Chriſto Ieſu, qui iudi
caturus eſt viuos & mortuos; &
per aduentum ipſius, & regnum
eius, prædica verbum. Verba ſunt
B quidem grauiſsima & admiratio-
Terribilis cõminatio. ne digna. Quis enim non contre-
miſcat, videre tam terribilem cõ-
minationem, in hunc ſolum finẽ
directam, vt prædicet? Ob hoc ſo
lùm (inquit) facio teſtem Deum
ipſum, & Ieſum Chriſtum vnige-
nitum filium eius, qui vẽturus eſt
iudicare viuos & mortuos: teſtor
etiam ipſum Ieſu Chriſti in car-
ne humana ſanctiſsimum aduen
tum, & regnum ipſius, quod om
nes ſperamus, vt prædices verbũ
Dei. In hoc enim aſſumpſiſti pa-
ſtorale magiſterium, in hoc poſui
C te animarum paſtorem, vt doctri-
na paſcas & dirigas gregem tuũ.
Si ergo tanti momenti exiſtimat
diuus Paulus, in epiſcopo euan-
gelicam eſſe prędicationem, quid
de illo erit qui ſuſcepta cura pa-
ſtorali adhoc inſufficiens reperi-
tur? Quando conſecrandus acce-
dit epiſcopus, petitur ab eo, an
ſciat vtrumq; teſtamentum: non

vtique vt legere ſciat, aut gram- A
maticè tantum intelligat, ſed vt
myſteria, & vtriuſq; ſacramenta Vtrũq; teſtamẽtum ſcire, quid ſit.
calleat, & inter ſe correſponden-
tiam vnius ad alterum ſatis perci
piat, & chriſtiano populo erudi-
tè proponat. Si hoc, inquam, ſta-
tim in frõtiſpicio ſuę prælaturæ,
tanquam ſubſtantiale ſui ſtatus,
ab eo exigitur: attendere maximè
habet, qui paſtoralem curam ſu-
ſcepit, quam ſit redditurus Deo
rationem ſi hęc ignorat. Si Moyſi
(cũ aliàs peritiſsimus eſſet in om
ni ſcientia Aegyptiorum) quia Expoſitio, Exodi. 7.
aliquantulum tardioris & impe-
ditioris erat linguæ, nõ eſt cõmiſ-
ſa cura populi, niſi adiunctũ ha- B
beret Aarõ fratrem ſuum, qui pro
ſe loqueretur: quid rogo de illo
erit, qui in paſtorali officio, nec
linguam habet, neque Aaron ha-
bet, qui nec per ſe, nec per alium
populum docet? Quam, obſecro,
reddet in die iudicij rationem de
grege ſibi commiſſo? Cui, rogo,
adſcribentur populi ignorantiæ,
erroreſq;, & mores peſtiferi, atque
totius gregis peccata, niſi ipſi
ignaro paſtori? Sed iam ꝙ per ſe,
populum non docet, quia in alijs
occupatus, circa gregẽ ſuum, hoc C
proſequi non valet, vel in hoc ſal epiſcopi attẽtio.
tem excuſationẽ haberet aliquã
prælatus hic, ſi zelo ouium ſuarũ
accenſus, alios inquireret exem-
plares viros, & ſapiẽtia præditos,
ſæculares aut religioſos, qui ſuffi-
cienter gregem pro ſe erudirent,
quibus epiſcopi, ſuperintẽdentes
eſſent,

A eſſent, eis fauorem, animum & ca lorem, atque neceſſaria ſtipendia præſtantes: vt iſti inquam, tãquam ſui gregis canes, effugarent lupos ab ouili ſuo. Quibus prælati gratias haberent, & ſi non tanquam hominibus, adminus velut ſui gregis canibus, eorum zelum & laborem attẽdentes. Quibus amoris ſigna oſtendãt, caput manibus demulceant, fruſtum panis porrigant, placidum vultum oſtendãt, gratos oculos exhibeant, & ſi non victum & veſtitutum, ſint tamẽ illis bona verba dãtes: quia diu noctuq; nõ ceſſant, pro ſuarũ ouium cõmodo latrare, per ciuitates, per villas, per opida: & tandem quia vbiq; terrarum, totum orbem latratibus ſuis implent. Quibus vel pro ſuo labore & bona volũtate, beneuolos ſe illis exhibeant, quia totum põdus diei & æſtus portãt, tum concionibus, tum confeſsionibus, tum etiam conſcientiæ caſibus intendentes, & quia diu noctuq; numquam ceſſant bonis ſtudijs & aſsiduis litteris inſudare, ob hoc ſolũ, vt epiſcopis non tanquam liberi, ſed tanquã ſerui (vti decet) obſequantur, & inſeruiant. Quòd ſi nõ aliter, adminus velut mercenarijs, præſtent illis in laboris ſui mercedẽ, gratã volũtatem.

Simile.

Simile.

B

Labores concionatorũ.

C

¶Sed non ſic apud omnes quãdoq; fieri conſueuit, namnon deſunt prælatorũ aliqui, qui his quãdoq; non faueant. Et non dico de omnibus: ſunt enim iſti adeò pauci, vt facilè numero comprehendi poſsint. Plures enim ſunt, qui tãquam veri paſtores, ſummo opere curant, ſuis ouibus prouidere, vndequaque egregios inquirentes concionatores, quos amicabiliter tractant, gratoſq; ſe illis exhibẽt. Sed cum hoc tamen, reperiuntur aliqui, qui his non fauent. Quandoquidem ſi aliqui comparẽt aliquãdo ſapientes viri, religioſi vel ſeculares, qui candidè ſuis ouibus concionantur: ac ſi peregrinum & impertinentiſsimum eſſet ſibi negotium hoc, ipſos nec vident, neque ad ſe aduocant, nec agnoſcere curant, vt ſaltem eis gratias habeant, ſed veluti cũ extraneis ſemper ſe gerunt.

A

Paſtorũ incuria.

B

¶Sed tamen vt cumq; ſit, fateor me neſcire, vnde in cõcionatores, & religioſos maximè dimanauerit hęc aliquorum prælatorũ nõ tam pia affectio. Neſcio, Deus ſcit, ipſi viderint: vt veram de hoc & exactam ante Chriſti tribunal rationem reddere valeant, quandoquidem negotium eſt maxima attentione dignum.

¶Quòd ſi meę ſententiæ relinquitur iudicium hoc, nec paſtoribus, nec concionatoribus culpam hanc adſcriberem, ſed tantum inimico homini, cuius ſemper officium eſt, dormientibus cunctis ſuper ſeminare zizaniã. Hic dæmõ, origo eſt & cauſa, vnde inter veros paſtores & ſui gregis canes, quandoq; ſint contentiones ortę. Quippequi videns maximũ animarum cõmodum, quod ex religioſo-

1. cauſa.

C

Expoſitio. Matthæi. 13.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A gioſorum ſtudio & prædicatione, in toto chriſtianorum orbe diffundendum erat, diuiſiones ſparſit, vt vel ſic, tantus diuini verbi fructus impediretur.

2. cauſa.

¶ Quòd ſi in cauſa ſunt, religioſorum priuilegia, & exemptiones quas ex ſummorum pontificũ conceſsionibus aliquando obtinent, qua de cauſa liberè quandoq; concionibus & confeſsionibus intendunt, non video certè cur in hoc prælatis grauamen aliquod inferatur. Nam cùm tanta ſit ouiũ multitudo, ꝙ neque epiſcoporum parochi, neque adhuc clerici omnes ad hęc ſufficere valeãt, quia pauci

Religioſorũ priuilegia.

B numero ſunt: proculdubio in hac parte, religioſos habere adiutores, pietatis & charitatis opus eſt: quod profectò potiùs in epiſcoporum obſequium, & ſuorum clericorum leuamen, quàm in eorum grauamen redũdat. Cui nimirùm operi, potius gratiarum actiones, quàm prelatorum indignatio correſpondere debent. Maximè cùm ex hoc labore aſſumpto, nihil cõmodi, pręter laborem ipſum & ſudorem, religioſi reportent. Quòd ſi ægrè quãdoq; ferãt, ꝙ religioſi aut clerici prędicent, quid noſtra? Nam dãnum, quod inde emergit

C (ſi quod eſt) non noſtrũ certè, ſed ſuarũ ouium eſt. Quapropter hæc mea pro nũc eſt, & ſemper fuit ſententia, ꝙ concionator (ſit monachus, aut clericus) rogatus ſẽper, aut ex obedientia compulſus, pulpitum aſcẽdat. Hic eſt enim totus euãgelici concionatoris decor, vt ſit vocatus tanquam Aaron. Quomodo enim prædicabũt, niſi mittantur? Quæ profectò verba, non vſq; adeò honeſtũ & laudabilẽ cõcionatorẽ illũ prædicant, qui ſeſe in cõcionandi officium, nõ vocatus, ingerit. Et hęc dixerim, ꝙ noſtra hac tẽpeſtate, pręcipuus eſt hic cõcionatorum morbus: quippe cũ vt in plurimum vix reperiatur aliquis, qui iã nõ ſũmo opere curet, & anxia ſolicitudine vndequaq; ſibi conciones inquirat. Quòd ſi hoc in eis, ex animarũ zelo procederet, laudarẽ quidẽ. Sed tamẽ vehemẽter ſuſpicor, aliter ſe habere: & ꝙ oſtẽtationis ſuæ cauſa, aut alicuius temporalis lucri, vel honoris, ac ſi aliquod aliud eſſet tẽporale negotium, hęc vt in plurimum appetunt & inquirunt.

Concionator, vocatus tãquam Aaron.

Concionatorũ morbus.

B

¶ Sed fortaſſe, alia in hac parte cauſa aſsignari poſſet, quare ſcilicet non tam pios & beneuolos, paſtores aliqui, in religionũ cõcionatores ſeſe oſtendant. Quia videlicet dũ prædicãt, ponentes os in cælum, ſine fræno aliquo, prælatorũ defectus (ſi quãdoq; reperiuntur) publicè populo præſentãt, atq; eorum culpas in cõſpectu totius populi euomunt: maximè iuuenes, quos nec ornat annorũ canities, nec ſociat ſtudiorũ antiquitas, nec defendit aliqua præeminens ſuę perſonæ qualitas. Quòd ſi hoc ita ſe habet, certè hoc non ſolùm in religioſis viris, ſed neque in alijs cuiuſcumque cõditionis cõcionatori-

3. cauſa.

C

A toribus laudo. Et quia de hoc poſtea in tertia huius operis parte, latiùs tractabimus, ne pro nunc in hoc articulo ſola maneat mea cẽſura, libeat videre rogo diuũ Gregoriũ, in tertia paſtoralis parte, admonitione. 5. vbi egregiè de hoc ediſſerit. Et tandem in calce illius admonitionis, hęc eſt eius ſub his verbis reſoluta ſentẽtia: admonẽdi ſunt ſubditi, ne prępoſitorum ſuorum vitam temerè iudicent, ſi quid eos fortaſsè agere reprehẽſibiliter vident, ne vnde mala rectè redarguunt, inde per elationis impulſum in profundiora demergã tur. Admonẽdi ſunt ne cũ culpas præpoſitorũ conſiderãt, contra eos audaciores fiant: ſed ſiqua valde

Gregorius.

B ſunt eorũ praua, apud ſemetipſos diiudicent, vt tamen diuino timore conſtricti, ferre ſub eis iugũ reuerentiæ non recuſent. Quod meliùs oſtendemus, ſi Dauid factũ ad medium reducamus. Saul quippe perſequutor, cũ ad purgandũ ventrem ſpelucã fuiſſet ingreſſus, illic cũ viris ſuis Dauid inerat, qui iam tam longo tẽpore perſecutionis eius mala tolerabat. Cumque eum viri ſui ad feriendũ Saul accenderẽt, fregit eos reſpõſionibus,

Expoſitio. 1. Regum. 24.

C quia manum mittere in Chriſtum domini non deberet. Qui tamen occultè ſurrexit, & oram chlamydis eius abſcidit. Quid enim per Saul, niſi mali rectores? Quid per Dauid, niſi boni ſubditi deſignãtur? Saul igitur ventrẽ purgare, eſt prauos præpoſitos cõceptã in corde malitiã, vſque ad opera miſericordis extẽdere, & cogitata apud ſe noxia factis exterioribus exequendo monſtrare. Quem tamen Dauid ferire metuit, quia pię ſubditorum mentes ab omni ſe peſte obtrectationis abſtinẽtes, præpoſitorum vitam nullo linguæ gladio percutiũt, etiã cùm de imperfectione reprehendunt. Qui & ſi quando pro infirmitate ſeſe abſtinere vix poſsũt, vt extrema quædam atq; exteriora præpoſitorum mala, ſed tamẽ humiliter loquuntur, & quaſi oram chlamydis ſilenter incidũt. Quia videlicet dũ prælatæ dignitati, ſaltim innoxiè & latẽter derogãt, quaſi regis ſuperpoſiti veſtẽ fœdant. Sed tamen ad ſemetipſos redeunt, ſeq; vehementiſsimè vel detenuiſsima verbi laceratione reprehendũt. Vnde benè & illic ſcriptũ eſt: poſt hæc Dauid percuſsit cor ſuum, eo ꝙ abſcidiſſet orã chlamydis Dauid. Facta quippe præpoſitorũ, oris gladio feriẽda nõ ſunt, etiã cùm rectè reprehẽdenda iudicãtur. Si quando verò cõtra eos vel in minimis lingua labitur, neceſſe eſt vt per afflictionẽ pœnitẽtiæ cor pręmatur, quatenus ad ſemetipſum redeat. Et cùm præpoſitæ poteſtati deliquerit, eius cõtra ſe iudiciũ, à quo ſibi prælata eſt perhorreſcat. Nã cùm in præpoſitos delinquimus, eius ordinationi (qui eos nobis prætulit) obuiamus. Vnde Moyſes quoq;, dũ cõtra ſe & Aaron cõqueri populum cognouiſſet, ait: Nos

Figura. 1. Reg. 24

Expoſitio. Exodi. 16.

A Nos enim quid ſumus? nec cõtra nos eſt murmur veſtrũ, ſed contra dominũ. Hæc ille. Omitto nũc reliquã ſanctorum cateruam, qui in eadẽ ſunt omnino ſentẽtia. Manifeſtè ergo colligitur, quãti fecerit hic ſanctus & egregius doctor, ne prædicatores, prælatorũ vitas coram omni plebe dilacerẽt. Nã ſubditi in tantã inde elationẽ, & deteſtabilẽ deueniũt ſuperbiã, vt vidẽtes eorũ perſonas ſic publicè reprehẽſas & dilaceratas, iam deinceps eos deſpectos & contẽptibiles habeant. Vnde illico aliud peius oritur malũ, ꝙ videlicet tota obediẽtię ſynceritas, humilitas, & ſubie B ctio ſubditorum, corruit & euertitur: & vnde haberent ſubditi eſſe manſuetiſsimæ oues, vertũtur in rebelles & diſſolutos capros.

Pia exhortatio. ¶ Quapropter, per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, vtroſq; tã prælatos quàm cæteros religionũ concionatores inſtantiſsimè moneo, atque in Chriſto rogo, vt in hoc chriſtiano grege atque Dei ouili, vnanimes ſint & cõcordes: attendentes ſolũ animarũ cõmodũ, extirpantes inter vtroſq;, & à ſe procul expellẽtes dęmonis iam diu ortã zizaniã: omni pace, & chriſtiana beneuolẽtia, in ſeipſis ini- C micitias diaboli interficiẽtes. Sed præcipuè religioſos cõcionatores admoneo, vt epiſcopos ſũmo honore habeant, & tanquã veros animarũ paſtores, ac legitimos rectores venerentur: & ipſis humiliter (in his quæ ſui ſunt iuris) erecta colla ſubijciant, & cum omni ſubiectione obediãt, ac demũ eos tanquam ſuorũ oculorũ pupillam obſeruent. Ipſos verò paſtores in domino ſuppliciter oro, vt ante oculos ſemper habeant, & attentiſsimè perpendãt, ꝙ religioſorũ ſtudia, vigilię, ſudores, atq; cõcionãdi cõtinui labores, nõ ſui cõmodi gratia fiunt, ſed ſui gregis ouiũ. Ideoq; oportet vt illis faueãt, auxiliũ præſtẽt: pios, beneuolos, & eorum defenſores ſe oſtendãt, & ad Chriſti imitationẽ (tanquã gallina pullos) ſic eos vt veros filios ſub protectione alarũ ſuarũ recipiant: & gaudeãt ſe inueniſſe tales laborum ſuorũ adiutores & ſocios: cũ eis cõmertium habeãt, cõfabulẽtur, & iam domi, iam ruri, iã menſa ſocios teneãt. Cũ quibus enim rogo rectiùs ſui regiminis res arduas cõferre & tractare poterũt, quã cum viris alioqui ſapiẽtibus, honeſtis, & bonis moribus cõpoſitis, atq; omni plebi acceptis? Expoſuimus hucuſq; mẽtem diui Gregorij, atque eius abſoluimus ſententiã, qua temeritatẽ concionatorũ damnat, qui cum imperiti ſint, tam effrænatè concionandi munus ſibi vſurpare attentant.

Simile.

## ¶ CAPVT. VII. VBI SVpradicta veritas, aliorum ſanctorum, & doctorum ſententia firmatur.

HANC eandẽ quęrelam format beatus Hieronymus, eorũ qui cũ alienæ ſint

Hieronymus.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A ſint profeſsionis,præſumunt ſe ſacratũ litterarũ pręceptores,atque diuini verbi prædicatores oſtentare,ad Paulinum ſcribẽs,epiſtola. 83.ſub his verbis:agricolæ,cœmẽtarij,fabri metallorum,lignorũ ve cæſores,lanarij quoq; & fullones,& cæteri qui variã ſupellectilẽ & vili opuſculo fabricãt,abſque doctore eſſe nõ poſſunt,quod cupiunt. Quod medicorum eſt, promittũt medici,tractãt fabrilia fabri. Sola ſcripturarũ ars eſt,quã omnes paſsim vẽdicant,hãc garrula anus,hãc delirus ſenex,hãc ſophiſta verboſus,hanc vniuerſi præſumunt,lacerãt, docẽt antequam B diſcant. Alij adducto ſupercilio, grandia verba trutinantes, inter mulierculas de ſacris litteris philoſophãtur. Alij diſcũt (proh pudor) à fœminis, quod viros doceãt. Et ne parũ hoc ſit,quadã facilitate verborũ,immò audacia ediſſerũt alijs,quod ipſi nõ intelligũt. Taceo de meis ſimilibus,qui ſi fortè ad ſcripturas ſanctas, poſt ſeculares litteras venerint,& ſermone cõpoſito aurẽ populi mulſerint,quicquid dixerint,hoc legẽ Dei putãt. Nec ſcire dignãtur, quid prophetæ,quid apoſtoli ſenſerint,ſed ad ſenſum ſuũ incõgrua aptant teſtimonia:quaſi grãde ſit, C & non vitioſiſsimũ dicẽdi genus, deprauare ſentẽtias,& ad voluntatẽ ſuam,ſcripturam trahere repugnantẽ. Hæc ille. Mirũ eſt (inquit Hieronymus) ꝙ hæc ſit cuiuſcũq; artificis,tam mechanicæ,

Simile.

quàm ſpeculatiuę artis conditio: A nam ſic ſuæ profeſsioni intẽdit & vacat, vt tamen alienæ facultatis aut officij minimè velit eſſe cenſor. Excepta,inquam,ſacrarum litterarum ſchola,inquam indiſcriminatim omnes ſuam nõ verẽtur falcẽ mittere,liberè ſuam proferentes ſentẽtiam,ſiue artiſta, ſiue iuriſconſultus ſit,aut medicus,adhuc & faber lignarius,& ꝙ peius eſt ipſę fœminæ: ſed inter omnes maximè humaniſtæ & oratores, qui poſtquam elegantiam & latinitatis facundiam,& parum liberalium artium attigerũt,ita ſacrarum litterarum magiſtros ſe proferũt,ac ſi ab ipſis cunabulis,in ſacris litteris eſſent educati. B A quo fonte ( ni ego fallor) noſtris his temporibus,ferè tota lutheranorũ peſtis dimanauit. Quia profectò ingenij ſubtilitas,latinitatis arrogantia & liberalium artium argumentis veſtita, niſi alioqui fuerit grauiſsima Theologię profeſsione,& ſanctorum lectione infręnata,aut aliquo peculiari prudentiæ dono temperata,cùm ad ſacrã accedit lectionem,in manifeſtum ſe ingerit periculum. Nec decet ſanè huiuſmodi viros,ita nudos ad ſacrarum litterarum lectionem accedere,quin priùs hac C Theologica ſcientia ( tanquam chamo & fræno ) eorum maxillæ cõfringantur. Sancta quippe Theologiæ facultas, optimum eſt ſal & condimentum,quo rhetoricorum litteræ condiuntur, vt ſcripturam ſacram

Fons lutheranę peſtis.

Simile.

Simile.

cram

A cram aggredi valeant,ſine quo vt in plurimum inſulſæ manent, & periculoſæ admodũ,ad ſacre ſcripturę lectionem aſſumendam.

¶Quòd ſi latinæ linguæ, & liberalium artium profeſſores,non in tãtum prolapſi fuerint malum, vt hæreſim ſapiant,in hoc ſaltem deuenient incõueniens. *Incõueniens.* Si ſtatim ſe diuini verbi concionatores exhibeant,ꝙ parum certè,aut nihil ſolidum, chriſtianum populum docere valebunt:ſed erunt propè ſemper,tempus ſolis verbis terentes.Sunt enim de ſe tales huiuſce modi facultates,ſi nudę accipiantur, B vt non plus ponderis aut ſubſtantiæ in ſe habeant ad euangelicam prædicationem, licèt ſuo genere alioqui præſtantiſsimæ ſint facultates. *Simile.* Nam ad eum modum, quo terra inculta & ſpinoſa, de ſe flores minimè germinat, ſed tribulos & ſpinas:ſic latinitatis & ſophiſticæ artis ſterilitas,veritatum flores & doctrinam dulcem, qualem auditorum animæ appetunt,& prædicationis euangelicæ grauitatẽ decet,de ſe producere nequit,niſi ſiccas vt in plurimũ,atque inutiles quæſtiones.

C ¶Et vt nihihil intactum relinquamus,quid ergo de noſtri tẽporis nouitijs Theologis dicemus? *Recẽtes Theologi.* Quibus vix tẽpus ſuffecit,vt ſcholaſticam audierint Theologiam: ſed neque attramentum, quod in conſcribendis quaternionibus in gymnaſio conſumpſerunt,ad huc ex ſiccatũ eſt, & iam verbi diuini concionatores ſe populo præſentant, A & grandem conſtituunt prædicationis apparatum.Cùm tamẽ ſit verum,ꝙ poſt tam longũ ſcholaſticę Theologię ſtudiũ,& concluſionũ ſpeculatiuarum examẽ, alia nõ minùs lõga & ardua reſtat ſibi terenda via,necnon importunum aliud atque grauiſsimum,neceſſariumq́; Theologis ſtudiũ paratur,priuſquam concionandi cathedram aſcendant:nempe ſacrarum litterarum,& ſanctorum doctorum lectio.Iſti quippe organa ſũt,per quæ diuinus ſpiritus (qui in ſacris recõditur litteris) loquitur, *Simile.* eorũ ſiquidem ſententia,pondus, & ſanctiſsima eſt diuinarum litterarũ cenſura. B Sicut enim palmites fructum ferre non valent niſi manſerint in vitæ: *Simile.* ita chriſtianæ legis concionatores,niſi in hac diuini verbi & ſanctorum lectione tanquam palmites manſerint, & vitis huius ſuccum ſuxerint, prædicationis fructum producere difficilè poterunt. Quod vſque adeò verum eſt, vt non ſolùm prædicatorũ,ſed neque Theologorum nomen abſque hac ſacra lectione, dignè ſibi vendicẽt, quantumuis ſcholaſticam peregerint Theologiam: C quia hæc ſacra ſcientia eſt, quæ verum format Theologum, *Verus Theologus.* cuius cauſa,ſcholaſtica alia addiſcitur Theologia. Et vt iam ſatis mentem noſtram in hac aperiamus parte, aſſerere vtique poſſumus, ipſos nihil ſcire. Quia iuxta Philoſophi ſentẽtiam, *Ariſtoteles.*

A tiam, cùm ſcire nihil aliud ſit, quàm rem ipſam per cauſam cognoſcere: & origo atque radix tota ſcholaſticarum concluſionum & veritatum, in ſacris includatur litteris, ( ſunt enim ſcholaſtica præcepta, arboris rami quidam, qui velut à trūco & radice, ab euangelio ipſo prodeunt ) inde patentiſsimum eſt, eum qui hanc ſacram ignorauerit lectionem, parum prorſus ſcire.

Ariſtoteles.

Simile.

¶ Et ſi verum ſit, quod tanquam primum principium, & fundamentum, exigatur in prædicatore ſcholaſtica hæc Theologia: quia tamen deficit quod potiſsimum, & principale eſt, B in ſancta euangelica prædicatione, ſtudium videlicet, ſanctæ & diuinæ ſcripturæ, inde inquam parum ſcire dicuntur. Namque ſtudium hoc, habitus quidam eſt & indumentum quo veſtiūtur & ornantur ſcholarum documenta, & concluſiones, vt pulpiti poſsint fieri doctrina. Et concionatores, qui ſine hac ſanctæ ſcripturæ lectione, & abſque ſacrorum doctorum cenſura, has Theologas propoſitiones, ita ſteriles & nudas, audent in concione ſua C populo proponere: compertiſſimum eſt, multorum errorum paſſim ſe periculo exponere. Præterquam quòd, cùm huiuſcemodi nouitij Theologi, ita recentiores & iuuenes, abſque A annorum maturitate, & ſine aliqua rerum experientia & digeſtione, carentes hac lectione ſacra, & doctorum intelligentia: quando ſic inquam intempeſtiuè, & immaturè aſſumunt ſibi, prædicationis officium, manent proculdubio per totum vitæ ſuæ tempus in hac concionandi arte ita claudi & imperfecti, vt nihil tamquam veri officij huius artifices, dicere poſsint: Sed ſola quadam verboſitate, & ſermonum garrulitate diteſcunt. Qui nichil de theſauro ſuo profectò proferunt, ſed dictorum alienorum dumtaxat ( papyrorum videlicet, & quaternionum ) repreſentatores exiſtunt. Qui tandem B velut pſitacus & garrula pica, alijs ediſſerunt, quod ipſi fortè non intelligunt. Ac demum eorum habilitas, ita manet in perpetuum ſuffocata & conſepulta, vt nullum vnquam concionatoris celebre nomen ſibi acquirant, quantumcunque paſsim continuis prædicationibus inſudent, quo enim tales plus prædicant, eò quotidie peiores efficiuntur, ac rudiores euadunt.

Simile.

Imperfecti concionatores.

Simile.

Simile.

¶ Huic Hieronymi ſupradictæ ſententiæ, concordat Tertullianus in libro de Perſcriptionibus Hæreticorum, vbi C de hæreticis

C Tertullianus.

A de Hæreticis ( qui vt in plurimum hac ſola Latinitatis ſpecie, & arte ſophiſtica ſunt imbuti) loquens, ſic ait: hæretici ſcripturas obtendunt, & hac ſua audacia ſtatim quoſdam mouent: in ipſo vero congreſſu firmos quidem fatigant, infirmos capiunt, medios cum ſcrupulo dimittunt. Hæc ille. Hæc eſt ( inquit ) hæreticorum conditio, qui imaginem potius ſapientũ præſeferunt, quã ipſam rei veritatem, dum Grammatica ſolũ, & ſophiſtica arte veſtiti ſunt, quòd ſcilicet rudes populi, verborum ſonitum audientes, putantes aliquid eſſe, cùm nihil ſint, multoties eorum loquacitate & ſophiſtica doctrina, tanquã tendiculis quibuſdam, & retiaculis, capiantur. Simile. B

¶ Hanc eãdem temeritatem, eorum qui hac ſacra eruditione carent, vel qui cùm alienæ ſint profeſsionis, in has ſanctas, & grauiſsimas litteras ſeſe ingerunt, damnat Baſilius Magnus, vt refert hiſtoria tripartita, libro ſeptimo capite 36. qui cum aliquando cum Valentino Imperatore confabularetur de his quæ ad ſui ſtatus regimen attinebat, & multa de diuinis dogmatibus verba faceret. Quidã qui erat ſuper imperiales epulas conſtitutus, Demoſthenes nomine, volens in amborum ſacrã Baſili'. C

loquelam ſeſe ingerere, ægrè ferens Baſilius, quòd ſecularis homo, & alioqui Idiota, vellet ſe diſputationis ſanctę participem fieri, dixit illi: Vade, tuum eſt enim de pulmentarijs coquinæ cogitare, & non dogmata diuina de quoquere. Reſponſio quidem tanto viro digna, & quæ multis noſtri temporis huic Demoſtheni ſimilibus, & ignaris hominibus, dari poſſet: qui inſipienter, & incautè, paſsim quæſtionibus, & diſputationibus, huius ſanctæ profeſsionis ſe immiſcent. A Celebre exẽplu.

¶Hoc idem damnat hic chriſtianiſsimus Imperator Valentinus, vt habetur in tripartita hyſtoria, libri ſeptimi capite 12. Qui cùm importunè, & inſtantiſsimè rogaretur ab Epiſcopis Helleſponti, Bythinię, & ſanctis patribus & Põtificibus, qui in concilio ſacro congregandi erant, vt illi ſanctæ congregationi aſsiſteret, & præſidere dignaretur, vt cum eis ſimul deciſiones, & concilij ſacri præcepta ſanciret & corrigeret, reſpõdit in hæc verba. Mihi quidem ſeculari homini, & totius populi minimo, non eſt datũ, diuinas ſcrutari veritates: namque officiũ hoc & munus, vobis ſolis Sacerdotibus reſeruatũ eſt, qui huius tã alti negotij, à ſolo Deo, iudices & cẽſores cõſtituti eſtis. Dictum Valentinus Imperator. B C celebre dictum.

A ctum profectò celebre & memoria dignùm, in eorum confuſionem, qui cùm imperatores non ſint, in hoc tamen articulo, audatiores ſunt, quam ſi imperatoria gauderent maieſtate.

¶ Hanc eandem ſententiam confirmat iterum diuus Hieronymus, ad Paulinum ſcribens epiſtola 82. parte ſecunda, vbi ſic ait. De omnibus diuinæ hiſtoriæ libris, intellige, te in ſcripturis, ſine præuio monſtrante, ſemitas non poſſe ingredi. Intellige (ait Hieronymus) nullum poſſe attingere verum & legitimum librorum ſanctę ſcripturæ ſenſum, niſi illum præceſſerit aliquis catholicus & in his ſatis eruditus præceptor, à quo regulas & conditiones didiſcerit, quæ requiruntur ad intelligendum myſteria & ſacramenta quæ in ipſis ſacris litteris clauduntur.

Hieronymus.

B

¶ Hoc idem affirmat beatus Auguſtinus, in tertio libro de doctrina chriſtiana, capit. vigeſimo ſexto, cuius hæc ſunt expreſſa verba: obſcura ſcripturæ locis apertioribus explicantur. Eis verò qui vnum alteri conferre nequeunt, lectio hæc interdicitur: quemadmodum gladius acutus, mel, aut vinum, à pueris quidem remouentur, non quia hæc mala ſunt, ſed quia eis moderatè, aut ſine periculo vti non nouerunt. Hæc eſt prouidentia diuina, quæ ſemper in litteris ſacris relucet, ad expellendum quidem obſcuritatem & confuſionem, quæ in illis poſſet oriri: quòd nullus ſanctæ ſcripturæ, tam difficilis, aut obſcurus reperitur locus, vt non ſit alius, per quem ipſius difficultas abſolui, & elucidari non poſsit. Itaque ſacra lectio, ſemper ferè in ſe ipſa habet argumentorum ſolutionem & eorum quę in ea obſcura ſunt, claritatem continet. Vt tamen hoc perſpicuum legenti fiat, exigitur, vt qui eam ſcrutatur & pertractat, aſsidua quadam ſit, in eius lectione, familiaritate verſatus: ipſius quaſdam veritates alteris conferendo. Quapropter eis qui hanc eruditionem, & lectionis dexteritatem non attingunt, hæc ſacra prohibetur lectio, non vtique quia mala aut nociua ſit, ſed quia eo ingenio, ſagacitate, & prudentia, quæ tam grauem & ſanctiſsimam lectionem decet, vti non nouerunt, niſi cum ſui ipſorum damno, & aliorum grauamine. Ad eum modum, quo in recentibus pueris, gladium ab eorum manibus remouemus, atque ab eorum ore, mel, & vinum abſtrahimus. Nam eſtò verum ſit, quod huiuſmodi alimēta in ſe ipſis ſuauia, & dulcedine ſint plena, & gladius de ſe in bonum vſum, ſit inſtitutus: deficit tamen paruulis

Auguſtinus.

C

Simile.

A

B

Simile.

Simile.

C



[library stamp: ... ALEXANDER ... FERDINANDUS ... VALENTINUS ...]

A ſenſus, & rationis vſus, quo eis vti debeant. Nam gladio quo panem ſcindere haberẽt, manus ſecabunt: & mel, quòd moderatè ſumptum vitã pręſtaret, quia exceſsiuè ſummũt, mortem generauit: & vinum, quod ſi limphatũ bibitur, eorum ſtomacho & capiti redditur ſalubre, ſi purum ſumerent, nimiũ noceret. Sic ſcriptura ſacra, in manibus ſimplicium hominum, & aliorum qui in ea minimè ſunt inſtructi, periculoſus eſt gladius, quo facilè ſeipſos iugulare poſſunt: & vinũ quo ſe inebriare valeant: & mel, quod eorum palato faſtidium generet. Hac ergo de cauſa, eis diuina hæc lectio interdicitur, ne ſi-

Simile. cut paruuli, qui adhibẽtes ignẽ

B ori ſuo exiſtimantes cibum eſſe, labia ipſa comburunt: ſic iſti cũ ignari ſint, ſcripturæ lumen, velut cibum ori ſuo apponentes, comburuntur, quouſque Theologicæ facultatis extiterint diſcipuli & profeſſores.

Auguſtinus. ¶ Hæc eſt iterum eiuſdem Auguſtini concluſio, libro primo de moribus eccleſiæ capit. 1. vbi ſic ait: ſacræ ſcripturæ expoſitio petenda eſt ab his, qui eius doctores ſe eſſe profitentur. Nõ eſt (inquit Auguſtinus) tã infima hęc

C diuinarum litterarum ſchola, neque eius pręcepta tam vilia & abiecta ſunt, vt eorum intelligentia, & expoſitio, à quibuſcũq; hominibus expectari habeat: ſed ab eis, qui huius ſanctę doctrinę extiterint priùs dexteri præceptores. Nam contingere poteſt (inquit hic præfatus doctor) immò ſemper accidere, quòd ſint multa in litteris ſacris, quæ indoctis hominibus videantur abſurda: quæ tamen ſi à doctioribus exponantur, maximè ęſtimantur, & velut excellẽtes chriſtianæ fidei habentur veritates. Et quò ab alijs abiectiùs aſpernanda videbantur, eò ſublimiùs laudanda videntur, cùm à ſapiẽtioribus explicantur: & vbi ignorans & ſimplicißimus homo putabat non eſſe niſi ſtercus, inde ſapiens, pretioſas excerpit margaritas, quibus auditorum mentes ornat. Veruntamen diligen- A

Simile. tia & pietas ab inquirente adhibenda eſt: altero enim fiet vt ſciẽ- B tes inueniamus: altero verò, vt ſcire mereamur. Vnde maximè temerarium eſt, immò ſtulta & horribilis temeritas, contradicere ſenſui, per ſanctos patres ad intelligentiam ſcripturæ dato: illi enim ſunt qui inuenerũt & ſcire meruerunt.

## ¶ CAPVT. VIII. VBI hæc eadem veritas ſcripturæ teſtimonijs, & alijs etiã comprobatur exemplis.

C

ET propter periculũ quod inde dimanare poteſt, prouidit ipſa met Ieſu-

Chriſti

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDVS

A Expoſitio, Matthæi. 7. Chriſti diuina præſentia, vt habetur Matthæi ſeptimo capite, ſic dicens: nolite ſanctum dare canibus, nec mittatis margaritas ante porcos, nè forte cōculcent eas pedibus ſuis, & conuerſi dirūpant vos, ſicut tolerari (inquit) non poteſt, vt quod pretioſum eſt & ſanctum, canibus proijciatur, nec etiam vt rutilātes margaritę immundis porrigantur porcis (nam cùm bruta ſint, & prudentię judicio careāt, quo eas honorificentiſſimè tractare deberēt, & porrigentibus gratias referre, lutoſis pedibus conculcabunt, & proijcientes ipſos dilacerabunt) ſic (ait Chriſtus redemptor noſter) attēdite

B homines, qui ineſtimabiles euangelij mei margaritas et ſacramēta quotidie veſtris manibus verſatis, & veſtro reboluiſtis ingenio, atque tanquàm veri pręceptores, chiſtiano populo ꝓponitis vt cautè, hominibus ſtultis & ſtolidis atq; in peccato obſtinatis, et malitia infectis eas mittatis. Simile. Nam ſicut canis lapidem ſibi proiectum mordet, & dentibus dilacerat: & quemadmodum Simile. leo rugiens, in proijcientem lapidem conuertitur, vt eum dentibus conterat: & vnde ferox

C ille canis, proiecto lapide edomandus erat, magis ferox redditur: ſic etiam legis meæ veritates, hominibus beſtialibus & malignis propoſitæ, quò magis earum fructum haberent percipere, vt inde humiles, & tractabiles redderentur, & à ſe penitus brutorum mores, & ferocitatem excluderent, amplius ſuperbiunt, & ferociores euadunt Simile. & ferarum more rabiem ſuam contra vos exercentes, dentibus dilacerabunt. Sicut ergo iſta in diuini verbi auditoribus accidunt, ſic etiam in eis, qui harum ſacrarum litterarum futuri ſunt magiſtri & præceptores, contin get. Nam cum illi, qui hoc prædicationis officium profitentur ea eruditione, quæ ad tam graue & ſanctiſsimum exigitur magiſterium, vacui exiſtunt, quò has euangelij Chriſti veritates reuereri deberent, & tanquam cibos inauditorum commodum ſuauiter diſponere, conuerſi contra eas, pedibus conculcabunt: atq; ex eo, quod hominibus erat dulce, ſalutiferumq; condimentum quo ipſi haberent viuere, conficient quidem peſtiferum (quo Simile. moriantur) venenum, diuinas deprauantes litteras, atque eas in proprijs ſenſibus adulterantes.

¶ Et hoc eſt quod apoſtolus Petrus ſcribit ſua ſecunda epiſtola, capite tertio, vbi ſic ait: Expoſitio, 2. Petri. 3. chariſsimus frater noſter Paulus, ſecundum datam ſibi ſapientiam, ſcripſit epiſtolas, in quibus quædam ſunt difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras ſcripturas, ad ſuam ipſorum

A perditionem. Ecce quantum no ceat litteris ſacris, in manus inſipientiū hominum perueniſſe, aut eorū, qui alterius, quā Theologiæ ſunt facultatis. Nam ſicut corrupto ſtomacho, quicquid ſibi (quantumuis ſuauiſsimi & ſalutiferi) contuleris, totum corrumpitur, & in amariſsimum fel vertitur: eo modo ignorantia & malignitas vſque adeò eſt corruptus humor, vt ſacras literas, quātumcunque diuinas, veneno ſas & peſtiferas reddat. Quare inueſtigare oportet, diuinarum litterarum ſanam intelligentiam, nō vtique à quibuſcunque, ſed à doctioribus (inquit diuus Petrus) & qui in hac euangelica arte ſint reſolutiores.

Simile.

B Hanc eādem veritatem, affirmat antiquiſsimus quidā & egregius doctor Ireneus nomine, qui ſcribens contra Valentinum hęreticum, libro. 4. cap. 45. Sic ait: vbi chariſmata domini poſita ſunt, ibi diſcere oportet veritatem, apud quos eſt ea, quæ ab apoſtolis eſt eccleſiæ ſucceſsio, & id quod ſanum, & irreparabile ſermonis cōſtat. Hæc ille. Vbicūq, aliqua ſit reperta veritas, aut diuinū documentum (ait hic doctor) decet vtique ab eis illius intelligentiam expectare. qui ſta C tui apoſtolico ſucceſſerunt, apud quos compertum ſit, puriſsima accepiſſe veritatem: vel ab eis ſaltem, qui in horum ſancta & catholica doctrina ſint nutriti, & ſufficienter instructi in quibus certiſsimum erit, noſtræ fidei concluſiones & præcepta, puriſsima à ſuo proprio fonte dimanaſſe. Et ita de ſe fatetur hic grauiſsimus doctor, quòd doctrina: quam in hac ſancta facultate aſſequutus eſt, eam vtique accepit ab eiſdem præceptoribus, qui ipſoſmet apoſtolos audierant & viderant. A

Ireneus

Hinc etiam eſt, quod fertur de Dionyſio Alexandrino Epiſcopo, vt habetur libro ſeptimo eccleſiaſticæ hyſtoriæ, capi. 6. cui prohibitum fuit, hæreticorum libros legere, ne fortè, eorum caperetur verſutijs, quouſque in lectione ſanctę ſcripturæ ſufficiēter eſſet inſtructus, & ſanctorum linguā attingeret. Poſtea tamen miraculoſè de cęlo vocem audiuit dicentē ſibi: lege omnia quęcunq, in manus tuas venerint, quia probare ſingula quęque, & diſcernere potes. B

Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus.

Mirum pdigiū.

Fauet præthereà huic ſententię, quod Petrus apoſtolus dicit (ſicut Papa Clemens refert in libro decimo Recognitionum) his verbis: ſunt multa verba in ſcripturis diuinis, quæ poſſunt trahi ad eum ſenſum, quem ſibi vnuſquiſque ſpōte præſumpſit: quod fieri nō oportet. Nō enim ſenſum, quem extrinſecus attuleris, alienum & extraneum debes quęrere, quem ſcripturarū auctoritate confirmes: ſed ex ipſis ſcripturis ſenſum capere veritatis. C

Clemēs Papa.

Et ideò

A Et ideò oportet ab eò intelligentiam diſcere ſcripturarũ, qui eã à maioribus, ſecundum veritatẽ ſibi traditam. Seruat, vt ipſe poſſit ea, quæ rectè ſuſcepit, competenter aſſerere.

Sapientiſsimi doctores.

¶ Quod profectò veriſsimũ reperietur, ſi oculos in hos excellentes, ſapientiſsimosque viros iniecerimus. Nã omnes ſupradicti, etſi tam grandi ingenij talento fuerint præditi, nuſquam in orbe toto reperiẽtur hãc ſibi vſurpaſſe licentiam, & libertatẽ, quã hac noſtra tempeſtate aſſumũt, qui omnino carent eis ſufficientiæ partibus, quę ad hoc ſanctiſſimum exigũtur officiũ. Omnes ſiquidem ſapientiæ ſuæ habue-B runt præuios præceptores ſuos, & magiſtros, à quibus ſcripturæ ſacræ phraſim intellixerunt, & harum ſancti euangelij veritatum receperunt claritatem. Cuiuſmodi fuerunt Apoſtolus Paulus, princeps & euãgelicæ huius eruditionis caput, atque præceptor, qui gloriatur legem ſe ad pedes Gamalielis audiuiſſe, qui eius extiterat magiſter. Diuus etiam Hieronymus, præceptorẽ habuit, in hac diuina ſchola Gregorium Naziãzenum, atque Didymũ: qui ambo in litteris ſanctis, quas didiſcit, eius fuerunt primi præceptores. Itidem beatus Auguſtinus habuit magiſtrum omnium quæ didiſcit diuum Ambroſium. Sanctus verò Martinus, Hilarium magiſtrum tenuit. Præterea ſanctus Thomas de Aquino in omnibus ſapientia inſignis, præceptorem habuit Albertũ Magnũ, & ſicut aliqui referũt Alexãdrum de Hales, antiquũ quidẽ & grauiſsimũ doctorẽ. Cęterũ Apoſtolorũ magiſter, ipſe fuit Chriſtus Redẽptor noſter. Reliqui autẽ illius temporis contemporanei, ipſosmet Apoſtolos habuerunt præceptores. Et ad eũ modũ ſucceſsiuè, vſque ad noſtræ ætatis moderna tẽpora alij ſemper ab alijs doctrinã acceperunt. Et tãdem omnes, qui huius ſanctę ſcripturæ doctores, atque euangelij Chriſti celebres prædicatores extiterũt, decreuerũt ſemper humiles fieri: & in hac chriſtiana ſchola, atque diuinarũ litterarũ profeſsione, priùs ſe diſcipulos, quã magiſtros exhibuerunt. B

Antiquorum doctorum præceptores. — Paulus. — Hieronimus. — Gregor. Nazianzenus. — Didym⁹ — Auguſt. — C — Ambroſius. — Martin. — Hilari⁹. — A — S. Tho. — Albert⁹ magnus — Alexander de Hales.

Si ergo ex omnibus anteactis tẽporibus, cõpertiſsimũ eſt, omnes hos grauiſsimos atque celeberrimos homines, totiuſq; mũdi ſanctitatis & ſapiẽtiæ fontes (qui nimirùm origo totius eruditionis in hac extiterũt docendi euangelica arte, ex quorum ſapiẽtia & zelo totius vitę chriſtianæ religio & reformatio promanauit: quos Deus ipſe in eccleſia ſua, ſpeciali priuilegio cõſtituit, & tanquã ſpiritus ſancti elegit organa) ſi iſti, inquã, nunquã auſi ſunt in hũc ſanctarũ litterarũ campum ingredi, neque euãgelicã prædicationẽ ſibi aſſume- C

 re,

A re, niſi prius ab his excellẽtiſsimis præceptoribus eſſent edocti à quibus tanquam paruuli à iuuentute ſua, doctrinæ ſuæ lacte ſunt nutriti: vt vel ſic eorum prę uio lumine, & ſpiritus ſancti adiuti auxilio, poſſent in lucẽ prodire cum fidei myſterijs & ſacramentis, quæ in chriſtiana hac lege includuntur. Si hoc, inquam, in antiquis noſtris patribus, ita ſemper geſtum eſt, quod nouum eſt hoc inſipientiæ genus, quod noſtra hac tempeſtate, noſtris oculis cõſpicimus? Vbi nõ ſolum illi, qui nuſquã huius ſanctæ diſciplinæ magiſtros habuerunt, ſed neque qui adhuc illius B alphabetum ſatis cognouerunt, ſanctiſsimum hoc concionandi munus, & ſcripturæ ſacræ lectionem ita ſibi aſſumunt, ea licentia & libertate, ac ſi ab infantia ſua in hac ſacra educati eſſẽt doctrina: quales ſunt latinorũ multi & rhetorici, artium etiam profeſſores, atque alij plurimi, qui in hac ſancta profeſsione, ante magiſtri, quàm diſcipuli, eſſe decreuerunt.

Simile.

Nouum inſipientiæ genus.

¶ De iuris autem canonici profeſſoribus, qui iam noſtro hoc tẽpore, concionandi officium ex profeſſo, ſicut & theologi, ſibi aſſumunt: neſcio an ſatis commodè hoc proſequi valeãt: quin C notiſsimo errandi periculo ſe exponant. Nam etſi aliqui à natura ſua optimum ſint ingenium ſortiti, & aliquam ſacræ ſcripturæ portionem quandoque legerint A quia in ſacris canonibus bona ſacrarum litterarum pars, & ſanctorum doctorum, atque conciliorũ ſita eſt: ſed tamẽ quia theologicæ facultatis profeſsionem minimè fuerunt aſſequuti (vbi principia, regulæ, & pręcepta ad ſacram intelligendam paginam habentur, necnon ad ſanè & catholicè percipiendam ſanctorũ lectionem, atque ſacrorum Conciliorum decreta) inde, inquam, eſt ꝙ huiuſmodi concionatores, abſque periculo prædicationis munus difficilè exequi valeant.

Canonici iuris profeſſores.

Secus autem eſſet, ſi prædicationem nõ ex profeſſo & principaliter exercerẽt, ſed quãdoque B aliqua diuina verba ad populũ facerent, ſicuti parochi conſueuerunt: & aliquando etiam Epiſcopus, qui ſolùm iuris canonici facultatem obtinet, pariter aſſueſcit. Item etiamſi aliquis in hac facultate præceptoris laureola eſſet inſignitus, iuxta concilij Tridentini decretum: vel talis prætereà eſſet, qui in canonicis decretis præexcellens extitiſſet. Tunc ſi quidem iſti tales apparenter concionandi munus exercerent: nã de his veriſsimiliter præſumitur, ſcripturam ſacram, ſanctorumque lectionem, atque bonam Theologicæ facultatis C partem tranſcurriſſe.

Laureati.

Cõciliũ Tridentinum.

His etiã annectitur innumera clericorũ caterua, quibus animarum cura eſt annexa: quorum aliqui

Parochi

A aliqui ſolũ de ſacris canonibus aliquid didicerunt, alij verò dũtaxat Grammaticã adepti ſunt. Qui tamen non ceſſant diu noctuque populo concionari, hoc ſeſe defendentes titulo, ꝙ paſtoralis cura & ſacerdotium, hanc ſibi obligationem pepererunt. Quorum zelus, ſanctus quidem eſt, ſed non ſecundum ſciẽtiam.

Parochi ſcientia.

Fateor enim ego, ꝙ ſi ſacerdotes ſunt, ſcire tenentur, & ſapientes eſſe habent: hoc inquam verum eſt. Sed ſi ignari ſunt, quòd prædicare populo debeant, hoc ſtultiſsimum eſt. Nam ſacerdotalis dignitas, principale onus, quod ſuis impoſuit humeris, ſcientia eſt & doctrina, ex qua continuò ipſius officij oriri habet executio: & vnde etiam ipſi idonei eſſe tenentur, vt ſacramenta ſufficienter adminiſtrare valeant.

B Et hoc eſt primum & principale pondus, ad quod ex vi ordinũ tenentur, maximè qui animarũ habent adiũctam curam: ex quibus tanquã à fonte & fundamento primo, ſtatim promanare debet populo concionari. Attamẽ ignorantia ſuppoſita, certè totũ prędicationis fundamentũ ruit: ſicut domus, quæ ſupra arenam

Simile.

ædificata manet. Etenim ſola Grãmaticæ artis eruditio in ſacerdote, exigua eſt arena, vt ſupra eam tam validũ, & immane

C euangelicæ prędicationis ædificium fundari habeat. Et ꝙ plus eſt, ſi ego rem hãc ſatis percipio (ſaluo meliori iudicio) dubitarem an hic talis ſatis in conſciẽtia eſſet tutus. A

Simile.

Nam ſicut qui alicuius equi vulnus curãdum ſuſciperet, ſi illius artis eſſet ignarus, nõ leuiter aberraret, ob hoc ſolùm quia beſtiam illã periculo mortis exponeret: quatò ergo potius offendet peiùs, qui ignorãs Theologicæ artis pręcepta, & ſacrę ſcripturę regulas, atque ſanctorum cenſuram, tot chriſtianorum animas in ſua prædicatione curandas ſuſcipit, atque legis mandata, difficultatesque diluendas aſſumit? Ex cuius errore, nõ minus quàm ipſa animarum ſequitur perditio, ſimul atque ipſius legis falſa aliqua interpretatio. Et hoc eſt, quod diuus Gregorius prima paſtoralis parte, capite primo, apertè temeritatem appellat.

Gregorius.

Quod certè vocabulum in materia tam graui, ſonat quidem, non vſque adeò ſanam conſcientiam. B

## ¶CAPVT. IX. VBI ARgumenta, quæ contra ſupra dicta militant, ſtatuuntur, & ſoluuntur.

NON deſunt tamen loca aliqua, tum ſcripturæ, tunc etian ſanctorũ, quæ huic noſtræ aſſertioni contrà venire videantur. Diximus namque, ad ſacrarum litterarum lectionem, ac perconſequens ad concionandi grauiſsimum offi- C

A cium, non eſſe admittendos indiſcriminatim omnes, ſed illos maximè, qui eiuſdem ſunt profeſsionis.

Primū argumētum. ¶In contrarium huius eſt beatus Auguſtinus, in libro Epiſtolarum, ad Voluſianum ſcribens, epiſtola tertia. Vbi ait: ſcripturam ſacram, proditam & vtilem eſſe omnibus, doctis pariter, & indoctis: igitur nulli hominū interdici habet. Sed ſicut mulieri conducit, ſpeculū ob oculos habere, quo ſui vultus maculas corrigat, ſic omnes qui chriſtiana profeſsione cēſentur, cuiuſcūq; extiterint cōditionis aut ſtatus, oportet quidē in lectione ſacra diu noctuque verſari, eamq; velut ſpeculum, quo ſui animi maculas corrigant, præſentem habere. Mirū eſt ergo, quare Theologi interdicant laicis, ſacræ Bibliæ, aut certè noui teſtamenti lectionem.

Auguſtinus.

Simile.

B

Secūdū argumētum. Expoſitio Matthæi 4. ¶Secūdò, Chriſtus Redemptor noſter, vt habetur Matthæi 4. Vt re vinceret dæmonem, qui ſibi de lapidibus panem ſuſcitare perſuadebat, quo veſceretur & famem placaret, ſic reſpōdit: nō in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Si ergo eius ſanctiſsimū verbum animarum noſtrarum panis eſt, patentiſsimum atque cōmune omnibus eſſe debet. Panis quippe materialis, quo cibātur gentes, qui corpori vitā præſtat: nihil eo, inter omnes alios cibos, cōmuniùs & abundātiùs in menſa eſſe debet: quia etſi alia alimentorum genera rara ſint, & comedentibus prohibita, panis tamen nulli vſquam denegādus venit.

C

Simile.

A

Tertiū argumētum. ¶Præterea tertiò, naturale eſt cuicunque hominum, virtutis regulas, & præcepta intelligere, vt poſtmodum virtutem ipſam operetur. Sicut enim auctor eſt Ariſtoteles, nihil eſt volitum niſi prius præcognitum. Nō enim tam brutalis, & ſine mēte homo eſt, vt eius volūtas feratur in incognitū. Cùm igitur huius operandæ virtutis, ſiue moralis ſiue fidei noſtræ Chriſtianæ ſit, principia & regulæ in ſacris litteris contentæ ſint, neceſſum eſt, vt omnibus ſit patentiſsima ſacræ ſcripturæ lectio. Quod Chriſtus profectò confirmare videtur, cū dixit Iohannis quinto cap. Scruſtamini ſcripturas, in quibus putatis vitam æternā haberi. poſtquam (inquit) notiſsimum eſt, animarum veſtrarum vitam, in ſcripturis ſanctis contineri, ſcrutamini attentiſsimè, & intelligite, quæ ſit hęc veſtra vita. Quādoquidem ſicut naturale eſt oui, herbā, quā comeſtura eſt, priùs naribus olfacere, vt antequā eā in ventrem traijciat, ſatis percipiat & dignoſcat: ſic hominibus vitam hanc, quæ in ſacris clauditur litteris, naturale eſt olfacere, & ingenio, tanquam naribus indagare, quid nā ſit. Non ergo eis

Ariſtoteles.

B

Expoſitio Iohānis. 5.

Simile.

C

A eis interdici debet ſancta hæc lectio.

*Quartũ argumẽtum.*

Adhæc quartò, & vltimò. Cũ laicus aliquis extiterit bono ingenio natus, vt quod legerit, ſufficientiſsimè intelligere poſsit, & alioqui ſit fidei zelo repletus, & timoratus vir, atque bonis moribus compoſitus, ac demum humilitatis virtute veſtitus (quæ præcipuæ ſunt partes, quæ ad hanc ſacrã exiguntur lectionẽ) qua ratione rogo, talis hic vir, idoneus non erit, vt legat & pertractet diuinæ ſcripturæ veritates, & quæ ibi continentur myſteria & ſacramenta? poſtquam viriſsimum eſt, quòd Deus maximus ac pientiſsimus, optimè poſ-

B ſit huic homini (cùm legerit) talia cõmunicare ſecreta, abſque eo quod Theologicæ fuerit profeſsionis, quemadmodum patet ex illo loco Iohannis 15. cap. vbi expreſsè legitur, Chriſtum ſic feciſſe cum diſcipulis ſuis, cùm dixit: iam nõ dicam vos ſeruos, ſed amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis. Iam (inquit Chriſtus) nolo vos meos appellare famulos, ſiue ſeruos, meo obſequentes mandato: ſed intimos amicos & ſodales, quia obſcura quæque myſteria & ſa-

*Expoſitio Iohãnis 15.*

C cramenta, patris mei pectori reſeruata vobis libentiſsimè pateſeci. Vbi nullam aliam aſsignat cauſam, quare tam amicabiliter cum eis fuerit cõuerſatus, & ſui pectoris arcana manifeſtauerit,

*Cauſa.*

A necnon & cor ſuum (quod in ſacris litteris latebat) aperuerit, quàm quòd eius extiterint amici, atque virtutum & veritatum amatores. Cùm ergo hoc idẽ cõtingere poſsit, ꝙ videlicet noſtris his temporibus reperiãtur laicorum plurimi, qui amicitiã hanc & beneuolentiã cum Chriſto habeant, cum quo virtutum & religionis commercium ducant (cui etiam maximo zelo & ſtudio, ac feruentiſsimo amore, cãdidè & ſyncerè ſeruire ſtudeãt quibus Deus ipſe in multis alijs ſuum paſsim præſtat auxilium) quare inquam aſſerere non valebimus, quòd huiuſmodi viris, velut chariſsimis & tam intimis ſuis amicis, Deus ſuæ ſanctæ ſcri- B pturæ impartiatur ſecreta, atq; in ſcriptura ſacra, cùm illã euoluerint, pectus ſuum illis adaperiat, etiamſi Theologicam facultatem non fuerint adepti? Quod etiam firmari videtur, ex mirabili illa gratiarum actione, quam Chriſtus ſuo æterno patri retulit, pro immenſo beneficiorum aceruo, in quem ſuos diſcipulos viderat perueniſſe. Vt Matthęus refert 11. cap. Sub his verbis: cõfiteor tibi pater, domine cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis: etiam pater, quoniam ſic placitũ eſt ante te. Vbi Chriſtus nullam aliam videtur inſinuaſſe rationem, quare patri ſuo placuerit, ſacramentorum C

*Confirmatio.*

*Expoſitio Matthæ. 11.*

A torũ cæleſte myſteriũ diſcipulis ſuis impẽdere, niſi quia humiles extitiſſẽt, hoc enim ſignatur, paruulorum nomine. Quia hac de cauſa, à ſapiẽtibus etiã & huius ſæculi prudentibus, dicit hoc diuinum arcanum aufugiſſe, nempe quia ſuperbi & arrogãtes exiſterẽt. Hoc ſiquidem ſignificant hoc in loco nomina hæc, ſapientia, & prudẽtia. Ecce ergo quãti eſtimentur in diuina præſentia humiles corde, quòd mereantur diuinarum litterarũ ſecreta penetrare: nec vllam aliam expoſcit ibi Chriſtus ab hominibus Theologiam, vt diuinarum litterarum ſecreta calleant. Irrationabiliter ergo Theologi doctores, à laicis hominibus amouẽt ſacræ ſcripturę lectionẽ, B hęc ſunt dubia, quę huic noſtrę aſſertioni maximè repugnare videntur. Quibus (puto) hæreticorũ aliqui innitũtur: & alij etiã, qui etſi hæretici non ſint, curioſi tamen & huius ſæculi filij, pro ſe allegant, ſupercilioſos appellantes Theologos, quia alijs ſacræ ſcripturæ lectionẽ interdicant.

Expoſitio Matthæi. 11.

Sapiẽtia et prudẽtia.

## ¶CAPVT. X. IN QVO, ſupradicta ſoluuntur argumẽta.

AD HAEC tamẽ, eo ordine quo propoſita ſunt, C reſpondebimus, vt diſtinctius eorum percipiamus calumniã. Et primò annotandum eſt, quod hæc ſemper fuit, & eſt hæreticorum verſutia, quod videlicet ſub ouina pelle, luporum dẽtes & vngues cooperiant: quia ſub placidis verbis, & ſanctæ ſcripturæ apparentia, peſtiferæ hæreſis virus abſcondunt. Ad primum igitur argumentum, quod ex diui Auguſtini verbis deſumpſimus, epiſtola tertia ad Voluſianum, vbi aſſerebat ſcripturam ſacrã, omnibus eſſe proditam atq; vtilẽ, doctis pariter & indoctis. Eſt in primis ſupponendum, velut fundamentum ſolutionis huius, & etiam pro ſanctorum aliorum expoſitione, ꝙ ſicut mos eſt ſacrę ſcripturæ, ꝙ aliqua eius obſcuriora loca, per alia eiuſdem ſcripturæ ſanctæ elucidantur, & clariora redduntur: B ſic etiam in ſanctorum ſcriptis contingit: quia ſi in aliquo ſcripturæ ſuæ loco quicquam repertum fuerit, quod legenti dubium vel obſcuritatẽ ingerat: alia ſunt vt in plurimũ in operum ſuorum ſcriptis verba, per quæ hæc eadẽ claritatem recipiant, eorũq; abigatur obſcuritas: ſi tamen lector aſsiduus & integer in eorum extiterit lectione. Hoc igitur ſuppoſito, ſi attentè inſpiciamus præcedentia omnia diui Auguſt. teſtimonia, quæ hucuſq; in cõfirmationẽ cõcluſionis noſtrę attulimus (vbi tã manifeſtè aſſerit hãc noſtrã theologorũ aſſertionẽ, & huius cõtrariã condẽnat) C hinc manifeſte dignoſcetur, qualiter in-

Simile.

Solutio primi argumẽti.

Fundamẽtum.

intelligi

A intelligi habeat, huius ſcripturæ locus, de quo hic argumentū formauimus. Namque in libro tertio de doctrina christiana, capite. 26. (de quo ſuperiùs mentionem fecimus) expreſſè cōtrarium aſſerit, cuius ibi hæc ſunt expreſſa verba: obſcura ſcripturæ, locis apertioribus explicantur: eis verò, qui vnum alteri cōferre nequeunt, lectio hæc interdicitur: quemadmodum gladius acutus, aut vinum à pueris remouentur, non quia hæc mala ſunt, ſed quia eis moderatè, aut ſine periculo vti non nouerunt. Et tamen compertum eſt, eos, qui in ſacris litteris vnum alteri conferre nouerunt, ſolum eſſe, qui theologicam facultatē ſunt profeſsi. Item in libro primo de moribus eccleſiæ, cap. 1. eandem confirmat ſententiam, dicēs ſacræ ſcripturæ expoſitionem petendam eſſe ab his, qui eius doctores ſe eſſe profitentur: fierique poſſe, immo ſemper accidere, vt multa videantur indoctis abſurda, quæ cum à doctioribus exponantur, eò laudanda videntur elatiùs, quò abiectius aſpernanda videbantur. vnde maxime temerarium eſt, immo ſtulta & horribilis temeritas, contradicere ſenſui, per ſanctos patres ad intelligētiam ſcripturæ dato. Vbi quid clarius rogo, quàm quod his verbis ſanctus hic doctor affirmat? Apertè enim aſſerit, hominem non theologū, ab ſcripturæ ſanctæ lectione retrahi debere. Nā qui obſecro ſunt eius doctores, à quibus ſcripturæ expoſitio eſt indaganda, niſi theologi? Item in prædicta epiſtola ad Voluſianum, vnde hæretici argumentū deſumpſerunt, eiuſdem etiam ſententiæ reperitur. Ait enim ſic: ſancta ſcriptura omnibus acceſsibilis eſt, quanuis tamē paucißimis penetrabilis. Ex his ergo locis apertè colligitur, cuius fuerit mentis egregius hic doctor, in primis verbis, vnde argumentum fecimus.

*Auguſtinus.* *Simile.* *Auguſtinus.*

B ¶Sed vt in hoc clariùs, ac diſtinctiùs eluceſcat veritas, & firmior ſit aſſertio noſtra, ac proinde Auguſtini mētem plenè percipiamus: reſpondetur ſecundo fatēmur ſiquidē Auguſtini verba vera eſſe, ꝙ videlicet ſcriptura ſacra omnibus ſit prodita, & vtilis, tam doctis quam etiam indoctis hominibus. Nam in ea inuenitur quod credendum, quod ſperandum, quod agendum, aut fugiendum ſit: quod Dei timorē incutiat, aut eius amorē inflammet: quod animarum vulnera ſanet, & quod earum ſalutem conſeruet: quod timidos animet, & quod audaces refrę̄net: quod pauperes ſubleuet, & quod diuites humiliet. Eſt enim myſtica turris Dauid cum propugnaculis, vbi mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortiū: quia ſcilicet tota ſalus & ſpes noſtra in ea re

*Auguſtinus.* *Secūda ſolutio.* *Virtus ſanctæ ſcripturæ.* C *Figura Cātic. 4.*

A ea relucet. Hęc enim eſt, quę ſanctorum lachrymas abſtergit, & diſſolutorū hominū cachinnos comprimit. Hæc eſt, quæ ſuperborum erecta colla ſubiectat, & humiliū ſubiecta ſubleuat. Et tādem hęc eſt iuxta diui Pauli ſententiā, fidei chriſtianæ clypeus, & noſtræ ſalutis lorica, inqua nequeſsimi inimici ignea tela poſſimus extinguere.

Expoſitio ad Epheſi. 6.

Sicut Matthęi quarto cap. legitur feciſſe redēptor noſter Chriſtus, qui dæmonis ſibi irrogata tentamēta, ſolū ſacræ ſcripturæ teſtimonijs confregit.

Expoſitio Matthæi. 4.

Nā perſuadenti ſibi, vt lapides in panes cōuerteret, reſpōdit: ſcriptum eſt, nō in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit ď ore Dei. Et ſuadenti ſecundò, vt de pinna templi ſe præcpitaret, reſpōdit: ſcriptum eſt, dominū Deū tuum nō tentabis.

B

Ac demum tertiò, volēti, vt proſtatus ſe adoraret, reſpōdit: vade Sathana, quoniam ſcriptum eſt, dominū tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Fatemur etiā, ſacram ſcripturam, vt argumentū petebat, ſpeculū eſſe perlucidum, quod Chriſtianorum quilibet, ante oculos ſemper habere debet, per quod mentis ſuæ maculas & turpidinem abſtergat.

Simile.

C

Sic namque eam appellat diuus Gregorius, ſecūdo Moraliū libro cap. 1. vbi ſic ait: ſcriptura ſacra mentis oculis, quaſi quoddam ſpeculum opponitur, vt interna noſtra facies in ipſa videatur: ibi enim fœda, ibi pulchra noſtra cognoſcimus, ibi ſentimus quātū proficimus, ibi à profectu quam longè diſtamus.

Gregor.

A

Scriptura ſacra, ſpeculū

Fatemur inquam, omnia iſta vera eſſe, & ꝙ ſacra doctrina, omnibus vtilis eſt, & præ oculis ſemper habēda: ſed tamē accepta & diſpoſita ab eis, qui eius doctores, ſe eſſe profitētur. Sicut dicimus corporalem cibū, omnibus eſſe ſalubrē, ſed tamē per ipſum coquū præparatū.

Simile.

Pharmacum præterea, hominū ſaluti eſſe conducēs confitemur, ſed tamē per medicū & pharmacopolā adminiſtratū & confectū.

Simile.

Ad eū igitur modū, diuinę ſcripturę præcepta, ſaluberrima, & conducentiſsima homini ſunt, atq; pro omnibus ſingularia medicamina expoſita tamē & diſtributa per eorū pręceptorū manus.

B

Quēadmodū Ioan. 6, cap. legitur, de illo ſacro cōuiuio, quod Chriſtus in deſerto, tātę multitudini parauit, vbi panes per apoſtolorū manus illis fuerunt diſtributi, quę quidē diſtributio, ſecūdum ſanctorū expoſitionē, duo nobis deſignat,

Expoſitio Ioannis. 6.

Primū, humilē & ſubiectū populū, in audiendis, recipiēdiſq; diuinis mandatis, cum omni obedientia, & ſynceritate, ſecluſa à ſe omni prorſus curioſitate perſcrutādi, & inquirēdi ſacrarum litterarū ſecreta.

C

Secundū, quod diuinū & mirabile hoc factum, nobis deſignat, eſt quod per apoſtolos ipſos, qui toti populo

populo

A pulo porrexerũt panes, ſacræ doctrinæ doctores, & chriſtianę legis præceptores ſignificantur, qui diuina verba (velut veros animæ noſtræ panes) omni populo impartiuntur.

¶ Et cõfirmatur hoc euidentiſsimè, ex vſu & politia, quæ apud quãcunq; bene inſtitutã rempublicã, iã diu inter homines inoleuit, & abinitio mũdi recepta eſt. Inter quos apprimè ſemper obſeruatũ fuit, nõ omnibus eſſe liberũ legẽ docere, nec de rebus ſacroſanctis & diuinis tractare: ſed eis ſolum, qui adhoc munus præciſè edocti & electi ſunt.

Simile.

Docẽdi munus non omnib' cõceſſum.

Quẽadmodũ apertè conſtat diſcurrenti ab orbe cõdito, advſq; noſtra hæc tẽpora, ſemper ſic infallibiliter obſeruatũ fuiſſe. Et quidẽ in ſtatu innocẽtiæ, ſi à primo homine Adam, rei huius initiũ ſumamus, notiſsimũ eſt. Nã ipſe mirabiliter à diuina manu edoctus, plenus ea ſapientia, quã Deus ſibi indidit, in eo innocentiæ ſtatu, doctor & legis præceptor fuit. In ſtatu aũt naturæ lapſæ, fuit illius legis eruditor, vir iuſtus & timoratus Noe: cui ex peculiari amoris priuilegio, quẽ erga illũ dominus geſsit, velut amico intimo, tribuit illi os & ſapientiã, vt ſe, & quæ erga illius ſtatus religionẽ attinebant plenè cognoſceret: vt inde ſeipſum optimis & religioſis cõponeret moribus, ac proinde cæteros omnes edoceret, quæ eſſet recta religionis & ſalutis via. In lege verò ſcripta fuerũt primi & principaliores Moyſes, & Aarõ, à quibus in poſteros omnes illius ętatis, diffuſa eſt omnis religionis diſciplina. Etſi qui alij eſsẽt, quibus liceret illius legis dogmata & ſtatuta populo exponere, illi erãt dumtaxat, qui à deo ipſo in hũc finẽ & toto populo peculiariter deſtinabãtur: & nulli alij fas erat magiſteriũ hoc aſſumere, ſicuti cõſtat Moyſen & Aarõ fratres, in populi illius doctores aſſumpſiſſe, vt teſtamẽtũ & legis mãdata, quæ tabulis lapideis in mõte à Deo receperãt, ipſum populũ docerẽt: pręter quos, nullus ea ętate auſus vſquã fuit, hãc docẽdi cathedrã ſibi vſurpare. Vnde in omni lege ſcripta ortũ habuit, vt qui ſanctuariũ ingrediebãtur, quibus res ſacras cõtingere fas erat, atq; incenſum & ſacrificia in tẽplo offerre, necnõ & legis cerimonias exponere, ſimul atq; Dei voluntatẽ populo intimare, & difficiles legis quæſtiones, & cætera queq; obſcura ſoluere eſſent vtiq; ſoli ſacerdotes, qui inſtructi, & ſegregati in hũc erant præciſe finem.

B

Status innocentiæ.

Status naturæ lapſæ.

C

A

Status legis ſcriptæ.

B

Mir' legis ſcripturæ.

¶ Hoc apertiſsimè cõfirmatur, Neemię cap. 8. vbi habetur, ꝙ omni plebe in tẽplo congregata, vt doctrinã & Dei pręcepta audiret, leuitarũ officiũ erat populũ ipſum cõponere, & ſuis diſtinctè locis ſeorſum cõſidẽtes ordinare, & in gradu ſuo diſtinguere: vt

Neemię 8. cap.

C

A vt nimirũ cũ ſilentio,& reuerentia maxima,religionis ſuæ audirẽt ſanctiones,& cęrimonias. At tamẽ ſolus Eſdras,erat doctor & præceptor,qui populo legem exponebat.

¶Hoc idẽ confirmatur, ex eo qđ habetur, Numerorũ 4 cap. vbi ſignatur ordo,qui erga teſtamẽti arcã ſeruãdus erat. Diſponebatur ſiquidẽ,ꝙ ſolus Aarõ & filij eius in ſancta ſanctorũ ingrederentur,& ipſam teſtamenti arcã inuoluẽtes,humeris Leuitarum imponerẽt,quibus ſolis eã portare licebat:ſed nulli alteri totius plebis,fas erat arcam tãgere, aut quę intus erãt, curioſiùs indagare:& qui præter hoc aliud intentaret,mortis pœnam ſubiret. Ea aũt quæ inter alia,in arca inclu

Numer. 4.cap.

teſtamẽti arca.

B ſa cõtinebãtur,erãt quidẽ Moyſi tabulę lapideę,in quibus ſancta Dei mãdata erãt ſcripta, & legis liber,qui cętera ꝑcepta, ipſiusq; legis cærimonias continebat.

Vbi cõpertũ videmus,nulli alteri eo ſtatu licitũ fuiſſe,teſtamẽti tabulas,ſiue legis librũ euoluere,aut arcã digito cõtingere, niſi doctoribus dũtaxat & leuitis atq; ſacerdotibus,adhoc pręciſè deſtinatis.In cuius confirmatio

C nẽ,adduci poteſt illud memorabile ſatis & horrẽdũ flagellũ,qđ primi Reg.cap.6.adducitur.Cũ enim teſtamẽti arca, Bethſamitarũ fines pertranſiret, & omnis populus,tũc tẽporis in agro triturã meſsis faceret, vt triticũ in

Horrendum flagellum. 1.reg.6.

A horrea ſua mitteret,tãto gaudio Bethſamitę oẽs affecti ſunt,vidẽtes arcã dñi( quã Philiſtim captam diu detinuerãt) vt deſſerentes ſegetũ trituram,illi maximo applauſu gaudẽtes occurrerent, atq; magnis clamoribus,& lętitia pleni immenſas Deo gratias referrẽt, pro ipſius arcę liberatione. Et quia eorũ plurimi, accedẽtes prope arcã,erecto collo, eã curioſius aſpexerũt,percuſſit dñs de Bethſamitis ſeptuaginta principaliores viros,& quinquaginta millia totius plebis: non vtiq; ob aliud, niſi quia oculos in arcã dñi curioſiùs iniecerũt. Luxitq; populus valde,eò ꝙ dñs plaga magna plebẽ percuſiſſet, viri aũt Bethſamitę timore perterriti, dixerũt:quis poterit ſta-

B re in cõſpectu dñi Dei ſancti huius? Factũ profectò hominibus formidabile,eis maximè, qui in ſacras litteras audaces eſſe nõ verentur. Nã ſi ita eſt, ꝙ quia gens illa,zelo deuotionis accenſa aliquantũ ſublimes oſtẽderũt oculos,vt arcã dñi cõtẽplarẽtur, tã grauiter à Deo ſunt puniti ( cũ tamẽ nõ plus valoris eſſet, quod intra ipſam latebat arcã, quam virga Aarõ,&olla mãna,& Moyſi tabulę:quia omnia hęc ad quã

Audaces in ſacras litteras.

C dã cęrimoniarũ legẽ, dũtaxat attinebant,atq; ad quędã craſſa ſolùm & materialia hircorum & arietum ſacrificia) ſi hoc inquã apud illos ita grauiter geſtũ eſt: quid rogo,cum illis fiet, aut quo

flagello

A flagello digni erunt, qui cùm non ſint euangelicæ legis doctores, ſed è populo fortaſſe vulgares viri, tam ſublimes, & arrogantes, oſtendunt ſuę mētis oculos, vt curioſius velint ſacræ paginæ ſcrutari myſteria & ſacramenta, quàm ſi in eadem profeſſione, omnibus eſſent doctiores? Sicut ſæpenumero videmus, noſtra hac tempeſtate accidere, maximè inter nobiles quoſdam, & illuſtres viros, qui vt in plurimum poſt prandium aut cœnam, cum à menſa ſurrexerint, curioſas valde, & inutiles quæſtiones, circa fidem & ſacras litteras mouent: quæ non niſi ad B ſubuerſionem circunſtantium cō ducunt, & ad extirpandam ſynceritatem obedientiæ chriſtianæ, & fidei candorem, quem fideles chriſtiani in ſe ipſis obſeruare deberent. Præterquam ꝙ generoſi viri, ex eò quòd illuſtres ſunt, in nullo magis eorum generoſi ſanguinis virtus clareſcere habet, quàm quòd in rebus fidei, ſynceros & ſubiectos, ſupra omnes alios, omnino ſe præbeant. Nam quò illuſtriores & clariores ſanguine ſunt nati, eò amplius fidei iugo debent colla ſubmittere: & quò principaliores ſunt, C eò magis fidei candorem in ſe ipſis demonſtrare habent, in hoc quòd dubia, & difficiles fidei quæſtiones, eis dumtaxat, qui illius ſunt profeſsionis, ſemper relinquant, vt cæteris vulgi hominibus ſingulare ſit exemplar: A hoc præſertim tempore, quo res fidei ab hæreticis tam irreuerenter tractantur. Namque cùm inter ſęculares homines, aliòqui indoctos, & huius profeſsionis ignaros, verſantur ſacræ ſcripturæ dubia, cùm ex templo non ſit illis ad manum eorum ſolutio, manent prope ſemper in rebus fidei dubij, aut certè cum ſcrupulo dimittuntur. Et bene meritò, tales quandoque à Deo hoc flagelli genere percutiuntur, propter irreuerentiam, quam Deo & ſacramentis eius in ſcriptura ſancta, ingenij ſui curioſitate irrogarunt. Quod nimirum B flagellum ſignat ſapientiſsimus ille Salomon, Prouerbiorum vigeſimo quinto capite, dicens: ſicut qui multum mel comedit, non eſt ei bonum: ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur à gloria. Et ita re vera exiſtimo, immo (vt rectiùs dixerim) apertis oculis video, huiuſcemodi viris propè ſemper ita euenire, qui curioſiùs res fidei, & ſanctæ ſcripturæ ſubtilia ſcrutari prę ſumunt. Non enim ſunt qui rectiùs de fide ſentiant, neque qui religionis chriſtianæ zelo magis C polleant: ſed neque qui adhuc, virtutis deuotione feruentiores exiſtant. Sed hi ſunt qui propè ſemper in republica, aliorum religioſam vitam ſunt ſemper taxantes, & qui alienorum morum ſe cenſores oſtendunt. Et

Noſtræ ętatis temeritas.

In quo magis clareſcūt nobiles.

Expoſitio. Prouerb. 25.

Alienā vitam taxantes.

A hanc eandem ſententiam iterum repetit Salomon, eodem vigeſimo quinto capite Prouerbiorum, cùm ait: Mel inueniſti, comede quod ſufficit, ne fortè ſatiatus euomas illud. Attende (inquit, ſapiens) fili mi, quòd mel nequaquam cibus eſt, qui per ſe ipſum comedi valeat, ſed velut alterius cibi ſalſamentum, comedendum eſt. Quapropter, ſemper mellis modicum, te deſumere oportet: quia ſi illo ſatiatus fueris, in hoc vtique deuenies malum, quòd illud tanquam canis euomas. Nam ſicut in alijs corporalibus cibis euenire ſolet, qui ſi B parcè ſumantur, ſalubres ſunt, & tales, quos hominis natura, & ſtomachi virtus amplecti poteſt & digerere: ſin autem immoderatè, & exceſsiuè ſummantur, vſque adeò nociui ſunt, vt nimium hominis ſtomachum grauent, & in vomitum tandem vertantur: ad eum modum omnino fit, in ſacræ ſcripturæ, & fidei chriſtianæ myſterijs, quæ mentis noſtræ ſunt cibi. Nam ſi temperatè (vt decet) ſumãtur, ea ſynceritatè, & ſubiectione, atque reuerentia, quæ religioſum virum & chriſtianum decet, C per præceptorum manus confecti & diſtributi, eo ſenſu & intelligẽtia, atq; cenſura, qua ſacri doctores ea diſponunt: ſic non erit mel, quod noſtro palato faſtidium generet, aut ſtomachum grauet, aut certè euomere faciat, id quod virtutis & fidei, in conſcientia noſtra iam repoſitum erat: ſed A erit profectò hominibus tũc temporis, diuina hæc veritas, dulciſſimum mel, quod mentis noſtræ palatum reficiat, & ſuauiſsimũ ſalſamentum, quo cæteræ virtutes, quantumuis difficiles & amaræ, deglutiri valeant. Et adhuc tanti facit Salomon periculum hoc, quod in hominibus, ipſorum ingenij curioſitas parit, vt hanc eandem veritatem tertio repetat, Eccleſiaſtici. 3. capite, dicens. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in operibus eius ne fueris curioſus. Non eſt enim tibi neceſſarium, ea quæ abſcondita ſunt, videre oculis tuis. B Plurima enim ſupra ſenſum hominum, oſtenſa ſunt tibi. Multos enim ſupplantauit ſuſpicio illorum, & in vanitate detinuit ſenſus illorum. Mirum profectò eſt videre, quàm prudenter medetur ſapientiſsimus hic vir, huic curioſitatis morbo, qui circa diuina verſari ſolet: aduertens hominum animos, vt ſatis intelligant, res has diuinas, huius eſſe conditionis, vt nec oculis comprehendi, nec manibus contractari poſsint. Quippe quæ tam admirabiles ſint & ſupra hominum ſenſum auolantes, quòd ſolùm fide, & obedientiæ ſynceritate percipi valeant: C ſecus enim ſupplantati, & defraudati omnino, in earum intelligentia

Marginal notes: Expoſitio Prouerb. 25. — Simile. — Simile. — Expoſitio. Eccleſiatici. 3. — Simile.

[library stamp: ... FERDINANDVS ...]

A gentia relinquentur homines, & tandem non niſi in ſui ipſorum malum, cedent. Quam nimirùm Salomonis cenſuram, oporteret ſemper ob oculos habere, eos qui in hoc noſtro miſerabili æuo, ſunt arcanorum Dei ſcrutatores, vt ſui intellectus fragilitatem agnoſcentes, exiſtiment aliqua in lege chriſtiana eſſe, quæ ſuam excedunt habilitatem & ingenium. Quæ tamen myſteria voluit prouidẽtia ſua Deus, hominibus occulta manſiſſe, & tam ſublimia & alta, ſupra eorum ſenſum conſtituere, ob hoc

Ratio.

ſolùm, vt ipſorum hominum rebellem infrænaret intellectum: B vt ſic eos ſuæ legi ſubiectos omnino redderet, conſiderantes, quòd altiora ſunt in Dei lege aliqua, quàm ſui ingenij ſit talentum: & quòd eorum ſalus ſita ſit potius in fide, & humili quadam reuerentia, quam huiuſmodi myſterijs exhibere debeãt, quàm in eis intelligendis: nec putemus fidei noſtræ myſteria vſque adeò eſſe vilia & abiecta, quòd manibus contrectari debeant.

Myſteria fidei manibus cõtrectãda non ſunt. Simile.

Quemadmodum digitis, arboris poma comprimimus, cũ ſcire intendimus, an ad maturitatem peruenerint. Nec in hoc C articulo, Hiſpanorum more nobis viuendum eſt, qui minimè

Simile,

contenti ſunt, ſi oculis imaginem viderint, niſi digitis etiam

Simile.

tangant, aut ſicut apoſtolus Thomas, qui quod fide percipere debere, manibus decreuit contingere: & quod intellectus erat officium, oculis præſtare voluit. A Sic & nos ne ſimus vſque adeò rebelles & curioſi, vt potentiarum vſum & officium omnino peruertere velimus, oculis tribuentes, quod linguæ eſt: & manibus, quod pedum exiſtit conditio.

Simile.

Quod vtique fit, cùm flores, quæ ſolum ad odorandum ſunt, comedere attentamus: & muſicam, quæ audienda eſt, odorare quęrimus:

Simile.

atque vice verſa, cùm quod odorandum, audiendum: & quod co-

Simile.

medendum, odorandum ducimus: & cùm denique quod tangendum erat, videndum decernimus. Sic in præſentiarum euenit, B cùm quod credendum eſt, intelligere volumus, & quod intelligendum eſt, oculis videre cupimus. Et hoc eſt in fide curioſi hominis vitium: nam omnia quæ fidei ſunt, quæ ſolùm ſubiectione & ſynceritate fidei percipienda erant, ſenſibus apprehendere decernit.

Argumẽtum.

¶ Sed in contrarium huius eſt. Nam ſi vitioſum eſt in laicis, & in alijs quibuſcunq;, qui Theologicæ non ſunt facultatis, ſcrutari diuinam maieſtatem, atque in litteris ſacris curioſius eius indagare myſteria, & hac ratione C dicimus, quòd ab eius ſopprimentur gloria: vitioſiſsimum etiã erit, eiuſdem adhuc facultatis profeſſores, quales ſunt doctores, &

A legis præceptores, eorundem myſteriorum ſcrutatores, & curioſos eſſe indagatores. Nã in vtriſque æqualis exiſtit temeritas & audacia, velle ſcilicet diuinam ſcrutari maieſtatem: quia in vtriſque, fidei proculdubio exigitur ſynceritas, & ſubiectio. Ad hoc tamen reſpondetur, nimium eſſe diſcriminis inter vtroſque. Nam in legis doctoribus, totum eſſe eorum, eſt quidem in ſacris litteris verſari, vt populo erudi-tè, & exactè poſsint legem interpretari. Quapropter neceſſe eſt, vt ſacras ipſas litteras vſque ad medullam radicitus intelligant: neque ideo opprimuntur B à gloria, ſi curioſius in ſacris litteris, & delicatius quàm alij, rei veritatem inquirant. Nam ſicut piſces, qui eſtò ſemper verſentur in aqua, & in illius profundo ſint demerſi, non tamen ab ipſa ſuffocantur aqua, quia totum eſſe eorum ex aqua conſurgit: nec Salamandra ab igne conſumitur, eſtò ſemper in igne ſit, quia ab eodem igne eſſe ſuum & ſubſtantiam acquirit: nec præterea, apis in melle perit, quantumcumque ſemper ipſi inhæreat fauo, quia C ipſius mellis fabricatrix eſt: ad eum modum doctores, & legis chriſtianæ præceptores, etſi verum ſit quòd in ſacrarum litterarum profundum demergantur, non propterea, à domini opprimuntur gloria, aut ab ipſis ſuffocantur veritatibus, quantum

Solutio.

Simile.

Simile.

Simile.

uis earum intima curioſius penetrare velint. Quia totum eſſe eorum & viuere, quatenus ipſius legis ſunt præceptores, ex eiſdem eſt & conſurgit: quandoquidem piſces ſunt, & apes, & ſalamandræ, quæ in ſacris litteris, velut in aqua, & igne, & melle, à ſuo concreantur initio. A

¶ Et hac de cauſa apoſtolus Paulus (ſicut aliqui referunt, & ratio ipſa expoſcit) quas ſcripſit epiſtolas, vbi tot fidei noſtrę myſteria tã diuinè pertractat & ſcrutatur, direxit eas non quidem omni plebi, ſed epiſcopis, & ad hoc deſtinatis miniſtris, vt tanquam legis proprij doctores, qui ſapientię talentum, & prudentię obtinebant, cæteris totius populi, eas ſic expoſitas proponerent: neque auſus eſt, doctrinam hanc quàm primum rudi populo committere. Nam ſicut non omnibus idem eſt ſalubre corporale nutrimentum (infantulis enim panis nociuus eſt, adultis verò ſalutiferus redditur: ſenibus humidus cibus ſalutem præſtat, ſed iuuenibus ſiccum conducit alimentum: & oſſa optimis conceduntur dentibus, pulpa verò eis qui dentibus carent conueniens eſca eſt) ſic diuinę veritates accommodari ſemper habent hominum talento & ingenio, atque eorum varijs conditionibus, & ſtatibus adaptari. Alijs quippe, velut paruulis, præſtandum eſt lac, quia diſcretionis dẽtibus carent, quibus B C

Simile.

Simile.

Simile.

Veritates hominum ingenio adaptandę.

A quibus ſacræ ſcripturæ difficilia maſticare valeant: ſapientibus verò, qui iam prudentiæ dentes obtinent, vt dura quæq; eius terere poſsint, omnes eius veritates, tum faciles, tum etiam difficiles, porrigi valent, quantumuis difficiles & obſcuræ. Et hoc eſt, quod Chriſtus diſcipulis ſuis apertè monſtrare voluit, vt habetur Ioannis. 16. capite. Cùm enim videret eos, non vſque adeò eſſe ſufficientes, vt tam alta & diuina myſteria capere poſſent, qualia vtique erant, quæ illis quotidie Chriſtus ipſe ediſſerebat, ait illis: Multa habeo vobis dicere, B ſed non poteſtis portare modò: cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Hæc eadem eſt diui Pauli doctrina, prima ad Corinthios, capite. 3. cùm ait: Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam: nondum enim poteratis, ſed nec nunc poteſtis. Et hoc idem repetit, ad Hebræos, quinto capite, dicens: Etenim cùm deberetis magiſtri eſſe propter tempus, rurſus indigetis, vt vos doceamini, quæ ſint elementa exordij ſermonum Dei. Cum igitur ex his omnibus, quæ in C argumenti huius ſolutionem adduximus, compertiſsimum ſit, non omnibus liberum eſſe, legis præcepta, & ſacræ ſcripturæ myſteria tractare, ſed eis dumtaxat, qui huius ſunt facultatis: & hæc fuerit ſemper ab orbe con

Expoſitio, Ioãnis. 16.

Expoſitio, 1. Corinth. 3.

Expoſitio, ad Hebr. 5.

dito cuiuſcumque bene inſtitutæ A reipublicæ conſuetudo, vt alios habeat ſuæ religionis doctores, alios verò auditores: mirum eſt profectò, quòd deuenerit noſtri temporis hæreticorum dementia, & barbaries, vt ſolam hanc noſtram chriſtianam rempublicam minus bene inſtitutam eſſe velint, ſed omnibus paganorum & Indorum rebuſpublicis, ruſticiorem conſtituant: ſtatuentes, vt more inferni, nullus ſit ordo aut diſtinctio inter legis chriſtianæ præceptores, & rudis vulgi auditores, ſed ꝙ omnia ſint confuſa & inuoluta: cum tamen in toto orbe nulla ſit lex, aut ſecta, quæ tanto ordine, & diſtinctione B reſplendeat, & quæ omnes aliàs antecedat. Nam etſi in veritate, quam ſecum affert, aliàs ſuperare Gentilium, & Sarracenorum, atque Indorum ſectas, veriſsimum ſit, quia hæc ſola veritatem continet, cæterę autem non niſi falſitatem & fictionem: ſed præſertim in ordine legis & rerum antecellit maximè. Nulla ſiquidem talis exiſtit, qualis nimirum chriſtianorum lex eſt.

Hęreticorũ dementia.

Simile.

¶ Et hoc eſt, quod propheta ille inſignis Moyſes in lege veteri, quæ chriſtianæ legis figura C fuit, elegãtiſsimè depingit, Deuteronomij, quarto capite, vbi diuinum ſapientiæ ordinem, quo lex ipſa erat inſtituta, his verbis populo proponit: Scitis quòd docuerint vos præcepta atque iuſti-

Expoſitio. Deutero. 4. c.

 tias,

A tias, ſicut mandauit mihi dominus Deus meus, ſic facietis ea, in terra quàm poſſeſſuri eſtis, & obſeruabitis & implebitis opere. Hæc eſt enim veſtra ſapientia & intellectus coram populis, vt audientes vniuerſa præcepta hæc, dicant. En populus ſapiens, & intelligens, gens magna: nec eſt alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes ſibi, ſicut dominus Deus noſter adeſt cunctis obſeruationibus noſtris. Quæ eſt enim alia gens ſic inclyta, vt habeat cærimonias, iuſtaque iudicia, & vniuerſam legem, quam ego proponam hodie ante oculos veſtros. Vbi Moyſes, in hoc maximè veterem le- B gem, excellentiorem oſtendit, ſcilicet in miro mandatorum & cærimoniarum ordine. Quòdſi in veteri lege, quæ vmbra & imago teſtamenti noui erat, mirabilis quædam reperta eſt diſtinctio & ordo, in euangelica lege (quę illius vmbræ veritas eſt: & flos, qui ab illa, tanquam à radice prodit) quanto maiori ſapientiæ & ordinis excellentia relucere habet? Et ſi in ea, quæ vmbra fuit, ſattrapæ, pontifices, & ſacerdotes qui legem docebant, à cæte- C ris vulgi hominibus diſtinguebantur, in hoc, quòd illi ſolum legis doctores exiſtebant, iſti autem illius dumtaxat auditores (ꝙ illis fas erat ſancta ſanctorum ingredi, & vaſa ſacra contingere, iſtis autem nequaquam, ſed reuerenter ea ſuſcipere) cur inquam lex noua, quàm vetus infelicior erit? Cur veritas eo priuilegio non fruetur, quo figura gaudebat? vt idem ſit ordo in euangelio, qui ſaltem in lege extitit ſcripta. Et hæc dicta ſint quantum ad primi argumenti ſolutionem. A

Excellẽta le.is in ordine eius.

Simile.

¶ Ad ſecundum argumentum, quod in confirmationem huius primi dubij attulimus, ex verbis domini, Matthæi. 4. vbi ait, ꝙ eius diuinum verbum eſt panis, quo viuit homo. Quò fit, vt ſi panis eſt ſcripturæ ſacræ lectio, ꝙ nulli hominum ſit deneganda. Nam materialis panis, quia hominum ſaluti maximè conducit, omnibus indiſcriminatim conceditur: quare ſacrarum litterarum diuina verba, à laicis tractari decens eſt, etiamſi Theologi non ſint. Ad hoc tamen, fatemur quòd diuinum verbum panis ſit, in quo omnium hominum vita conſiſtat, & quòd nulli viuentium, etiam non Theologo, eſt denegandus. Sed tamen diſtributus, & diſpoſitus per doctorum, & prędicatorum manus, qui ad hoc in Dei Eccleſia ſunt conſtituti. Nam ſicut panis hic materialis, in quo vita corporis repoſita eſt, vt ſufficiens cibus illius eſſe poſsit, oportet priùs vt mola teratur, & deinde cribretur, ac demum quòd igne decoquatur, quo tandem ſit diſpoſito, homo veſcitur: ad eum om-

2. argumẽti, ſolutio.

Simile. B

C Simile.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A omnino modum, chriſtianæ legis diuinum verbum, pro vt in ſacris iacet litteris, triticum quoddam eſt. Sic enim ait Chriſtus redemptor noſter, parabolam ſeminantis apoſtolis explicans, quæ Matthæi. 13. & Lucæ. 8. capite adducitur: vbi expreſsè aſſerit, ſemen hoc, nihil aliud quàm diuinum eſſe verbum. Oportet tamen ad hoc, vt triticum hoc, panis fiat populo comedendus, ꝙ priùs doctoris ſiue prædicatoris mola teratur, & mundetur, ac denique decoquatur, vt ſic diſpoſitus & confectus rudi populo porrigi valeat. Vt enim ſuprà diximus, quemadmodum panem illum, quo Chriſtus in deſerto tot millia hominum ſatiauit, non ipſe per ſe populus accepit & fregit, ſed per Apoſtolorum manus fuit diſtributus: ſic etiam iſtum verbi diuini panem non ipſe ignarus populus debet ſibi aſſumere, ſed per præceptorum manus, primò habet impartiri. Experientia namque compertum videmus, ꝙ auis quantumcumq; in ſe ipſa precioſiſſima ſit, atque in ſe virtutem habeat, vt homini vitam præſtet, nihilominus crudam manducari minimè conuenit, quin priùs à coquo deplumetur & dequoquatur, vt ſic hominis cibus eſſe poſſit. Sic etiam diuinæ ſcripturæ dogmata, etſi ſalutifera ſint, & in ſe ipſis vim habeant & virtutem præſtandi homini vitam, quouſque tamen à doctoribus ſint expoſita, cruda dicuntur, neque à vulgaribus, abſque periculo edi poſſunt. Quod bene redemptor noſter ea ſententia firmauit, qua diſcipulis ſuis dixit: Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò. Ac ſi clariùs dixiſſet: Hæc quæ vobis dicturus ſum, diuina ſunt verba, & in ſe ipſis precioſiſsimam habent virtutem, cæleſtem vobis condonādi vitam, tanquam verus vtique animarum veſtrarum panis: ſed modò hic cibus crudus eſt vobis, nempe quia tam debilis animæ veſtræ ſtomachus exiſtit, vt eum digerere minimè valeat, B quoadusque ipſamet Spiritus ſancti gratia conſolidatus exiſtat.

Expoſitio. Matthæi. 13. Lucç. 8.

Expoſitio, Ioānis. 16.

Simile.

B

Simile.

C

¶ Secundò reſpondetur huic dubio, ꝙ etſi verum ſit, diuinam ſcripturam hominis eſſe panem, non decet tamen vtcumq;, omnibus, lectionem eius, in diſcriminatim impartiri. Nam adhuc panis hic materialis non omnibus conuenit, niſi eis præciſè, qui illum maſticare valent. Sic verbi diuini lectio, eis dumtaxat conducit, qui diſcretionis & ſciētiç dentes habent, & fidei, virtutiſque zelum conſequuntur, C quo illum digerere poſsint. Quapropter materialis panis paruulis denegatur, propter ſtomachi eorum teneritudinem, quòd ſi illis præſtaretur, crudus & indigeſtus omnino maneret: & vnde vitam haberent elicere, inde mor

2. ſolutio.

Simile.

Simile.



ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A tem incurrent. Sic etiam ſanctæ ſcripturæ lectio non vnicuique accõmodatur ſtomacho, ſed illi dumtaxat, qui ſapientię calorem, atq; prudentię digeſtionem obtinet, vt lectionem eius decoquere valeat, & qui tantum caloris vim obtineat, vt difficile & obſcurum eius deglutire poſsit. Quod egregiè beati Gregorij ſententia confirmatur, in prologo tertiæ partis paſtoralis, vbi ſic ait: Non vna eademq; cunctis exhortatio congruit, quia non cunctos par morũ qualitas aſtringit. Sępe nãq; alijs officiunt, quę alijs proſunt: quia & plerumq; herbæ, quę hęc animalia enutriũt, alia occidunt: & lenis ſibilus, qui equos mitigat, catulos inſtigat: & medicamentum, quod hunc morbum imminuit, alteri vires iũgit: & panis, qui vitã fortium roborat, paruulorum necat. Sicut ergo hoc, in auditoribus fit, ſic etiam in legentibus ſcripturam ſacram, fieri habet. Et hoc eſt quod Chriſtus Matthæi. 7. capite dixit. Nolite ſanctum dare canibus, nec mittatis margaritas ante porcos, ne fortè conculcent eas. Ac ſi apertiùs dixiſſet, Verba ſanctę ſcripturę, ſancta quidem ſunt, & quæ ſanctum hominem efficiant: dum tamẽ legentis animus canis naturam nõ ſapiat, atque latrabilem & mordacem non induat conditionem. Quia tum temporis, quod ſanctũ de ſe erat, in canis rabiem & ferocitatem vertet: & diuina verba, quæ de ſe prætioſę erant margaritæ, quæ prę oculis à doctis & ſanis hominibus haberentur, ab indoctis & ignaris velut lutum pedibus cõculcabuntur. Hæc igitur differentia eſt inter ſacræ legis doctores, & cæteras plebis gentes: ꝙ videlicet primi iam adulti ſunt, quibus doctrina ipſa & ſapientia, quam habent, calor & dẽtes ſunt, quibus bene ſacræ ſcripturæ ſecreta maſticare, & digerere ſufficiant: plebeij autem homines, paruuli ſunt, in quibus eorum ignorantia, ſtomachi quædam eſt frigiditas, quæ veritatis digeſtionem impedit: qui ad hoc tandẽ perueniunt damnum, vt quod legentes perceperint, minimè retineãt, ſed penitus euomãt. Et ob hãc eandem cauſam vt eſt videre apud Lucã. 8. capite, quando Chriſtus cæleſtia ſacramenta turbis ediſſerebat, inter Apoſtolos ſuos & omnem aliam plebem, idem omnino aſsignauit diſcrimen, dicẽs: Non omnibus, ſed vobis datum eſt, noſſe myſterium regni Dei, cęteris autem in parabolis. Vobis (inquit) quorum ingenij talẽtum iam Spiritus ſancti gratia illuſtratum eſt, conceſſum fuit tam ſublimia fidei & regni cælorum myſteria palàm dignoſcere: cæteris verò non niſi parabolarũ velamine inuoluta, propter eorum tenuem ingenij capacitatem. Res nimirum, & negotium admiratione dignum, ꝙ cũ regni cælorum cognitio vſque adeò ſit omnium ſaluti importantiſsi-

Marginalia (left): Gregorius. — Simile. — Simile. — Simile. — B — Expoſitio. Matthæi. 7. — Simile. — C

Marginalia (right): A — Simile. — Simile. — ſimile. — B — Expoſitio. Lucæ. 8. — C

A tiſsima; Deus ipſe fateatur non decere, huius regni intelligētiam palàm omnibus aperiri. Et tamen ꝙ hæreticus,ècontrario tam impudenter aſſerat, ſic omnino decere. Et cùm ſalutis huius præcepta in ſacris litteris includātur, Deus dicat, non omnibus eſſe conceſsū ea ſcrutari & intelligere: & tamē ꝙ vilis ſutor, & quilibet alius vulgaris & lutheranus homo, nō niſi decentiſsimum eſſe aſſerat. Sint ergo huius litis iudices, qui hæc legerint, & diiudicēt, quem ſequi debeamus, Deū ipſum, an popularem & vilem hominem. Et tandem hinc ſatis iam intelligere poterunt, qui ſapientes ſunt, quanta ſit hæreticorum dementia (ne dicam ſtoliditas) qui veritati tam apertis teſtimonijs corroboratæ audeant cōtradicere. Sed hæc eſt & fuit ſemper hæreticorum vanitas, & arrogantia, vt noua de theſauro ſuo ſemper proferre appetant, quæ nemo alius vnquam dixerit. Quę tamē ſi doctores & ſancti patres non dixerunt, non vtiq; inde eſt, quia hęc non attigerint, ſed quia vana ſunt, & indigna prorſus, quæ ab homine ſapiente & chriſtiano proferri debeant. Sunt enim inuerecundorum hominum dogmata, & eorum, qui iam ſicut in alijs, ita & in rebus fidei, raſam habeant frontem: quippe qui nec Deum, nec homines verentur, neq; alicui penitus rationi, aut fundamēto innitūtur; ſed iam quaſi gentes ſunt, qui in omnibus tum dictis, tum factis ſine lege viuunt: quia non ex lege quidem, qua ſapientes viri loquuntur, ſed ex ſuo dumtaxat beneplacito ſententiam proferunt.

Impudētia, hęreticorū.

Notādū maxime

B

Inaudita proferre, hęreticorū cōditio.

C

## ¶ CAPVT. XI. VBI tertium, & quartum, ſoluuntur argumenta.

AD tertium principale argumentum, quod ex naturali hominis appetitu formauimus, quem operandi virtus conſequitur. Et quidem placet argumentum hoc, paulò latius formare, vt eius nobis melius innoteſcat difficultas. Eſt ſiquidem Ariſtotelis documentū, quod Plinius libro primo eius naturalis hiſtorię, capite primo, adducit, ꝙ videlicet cuiq; rei ſiue homini, ſiue bruto, naturalis ineſt appetitus adhęrendi bono, ac proinde fugiēdi malum. Cui naturali principio innituntur rerum omnium ſalus & vita, in quo etiam Deus optimus mundi conditor, totius orbis conſeruationem poſuit. Cuius veritatis ipſa rerum natura teſtimoniū perhibet. Videmus enim cochleam, cùm ſuper terram reptat, ꝙ oculorum vice, cornibus ipſis attentat, quod ſibi conueniens eſt acquirere, ac percōſequens diſcōueniēs fugere: ꝙ ſi bonum (quod inquirit) occurrit, cornua extendit: ſin verò, intra ſe ipſam ſe colligit. Arbor item per abditiſsimas terrę venas, ſuas extendit radices,

A

ſolutio 3. argumenti.

Ariſtoteles. Plinius.

B

Simile.

C

Simile.

A vt terræ humiditatẽ ſuggat & viuat:& quãdoq; inter ipſaſmet duriſsimas petras, & ſaxa, ſe immitit, vt inde vitam ſumat:& tandẽ ſic ſaxorũ duritiem amplexatur & comprimit, vt nequaquam dimittat, quin priùs illorum ſuccũ (quo alatur) trahat, vt ſic ſuũ conſeruet viuere. Ad eum igitur modum, inter cætera naturæ dona, quæ Deus hominum naturę indidit, hoc primum & excellentiſsimum fuit, nempe appetitus proſequendi bonum, & fugiendi malũ: quæ virtus ita naturæ eius inſita manet, vt quàm diu homo eſt, ab eo diuelli non poſsit. De quo pro

Simile.

Expoſitio. Pſ. 4.

B pheta teſtatur pſalmo. 4. dicens. Multi dicunt, quis oſtẽdet nobis bona: Signatum eſt ſuper nos lumẽ vultus tui domine. Vt hoc lumine bonum à malo ſecernamus, ac proinde in noſtra ſit facultate vnum fugere, alterum verò proſequi. Sicut ergo naturale lumẽ homini prouiſum eſt, quo malum, bonumve intelligat: ſic vim quandam naturę eius, atque inſitum appetitum appetendi bonum, ipſius naturę auctor immiſcuit. Quod diuus Paulus ad Romanos ſcribens, capite. 2. his verbis confirmat: Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quę legis ſunt

Expoſitio. Roma. 2.

C faciũt, ita vt ipſi ſibi ſint lex. Qua de cauſa Apoſtolus eos ibidem dãnat, quia id non opere compleuerunt, quod luce illa diuina cognouerunt. Ideo (inquit) tradidit illos Deus in reprobũ ſenſum, quia cùm cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt. Si ergo ita eſt, ꝙ rectè operandi appetitus ſecundum virtutem, homini eſt naturalis, cuiuſcumq; ſit conditionis, aut ſtatus, ſiue ſecularis ſit, ſiue clericus ſit, monachus, aut laicus, medicus ſit, aut iuriſconſultus, Grammaticus, aut Rhetoricus: & cùm hoc verum etiam ſit, ꝙ huius rectè viuendi forma, atq; eiuſdem virtutis regulę & præcepta in ſacris contineantur litteris: quare non omnibus liberum erit, eas euoluere, vt normam ipſam religioſè viuendi intelligãt, quam humeris ſuis chriſtiana hęc lex impoſuit? Mirum enim eſt ꝙ chriſtianæ legis teneantur adimplere documenta, & tamen ꝙ fas illis non ſit, eam legere, & ſcrutari. B

¶Pro ſolutione tamen argumenti huius, prę ſuponendum nobis eſt fundamẽtum quoddam, ex Plutarchi doctrina deſumptum, quod ipſe auctor, primo Moraliũ libro ſtatuit, vbi de modo, quo virtus edocenda ſit, ediſſerit. Fatetur enim ibi, ꝙ eſtò concedamus, hominis naturam de ſe, aliquam producere poſſe virtutem, & honeſtatem: ſed tamen deficiente arte, ſtatim elanguet, & emarſceſcit, alijs multis admixta rebus, longè bono (quod in ſe habet) diſsimilibus. Nam quemadmodum arboris fructus, etiamſi de ſe dulcis ſit, ſi ex inculta & ſilueſtri colligatur arbore, durus eſt & inſipidus, & quan- C

Fundamentũ.

Plutharchus.

Simile.

A quādoq; amaritudinem ſapit: ſic etiam in virtute cōtingit. Namq; quæ alioqui ſuauiſsima erat, ſi à ruſticis, & incultis hominibus accipiatur, qui nullam ſcientiæ, ſiue prudentię artem retinēt, inſipida nimiùm & agreſtis exiſtit. Sicut etiam videmus ipſius terræ naturę datum eſſe, optimas producere herbas: ſi tamen olitori colendi deſit induſtria, aut à circunſtantibus herbis ſuffocantur, certè tales redduntur, quę hominum guſtui deſipiant. Sic etiam hominis natura, de ſe veluti terra eſt, prona quidem, vt optimas virtutū herbas germinet: veruntamen non ſatis abſq; doctrina & arte iſta producere valet. Nam admixta vitioſis alijs ipſius naturæ inclinationibus, quas naturalis ipſe appetitus de ſe emittit· & cùm prætereà ex alia parte, malum propè ſemper præualeſcat, ſi aliàs Dei gratia, eius peculiari non ſit auxilio adiuta natura, illico talis virtutis opus imperfectum, debile, & agreſte naſcitur, & tandem aut ab ipſis peſsimis inclinationibus (velut à nociuis herbis) ſuffocatur, vel certè citò à flore & integritatis cādore decidit. Quod profectò in ruſticis quibuſdā hominibus, experiētia compertum videmus, qui cùm alioqui optimam ſortiātur à natura ſua, ad virtutem inclinationem, quia tamen eis ars & induſtria deficit, qua talē poſsint dirigere, atq; elaboratā reddere virtutem: ruſtica admodùm, & quodammodo ſilueſtria ſunt eius omnia virtutum opera. Quod in tantum veriſsimum reperitur & rerū experientia comprobatum, vt nō ſolùm ea quæ homini ſubſtantialia ſunt, arte indigeāt, ſed ea etiā, quę ioco ſa & accidētalia ſunt, ſine arte & ſciētia aſſumere, indecorum valde & ridiculum fit: veluti ſunt, liram pulſare, & ludere, atq; ſaltare, equo inſidere, aliaq; id genus multa. Quapropter inter homines, iam diu ſchola eſt, & pręceptores deſtinati, qui hęc homines doceāt. Nam tales ſunt huiuſmodi res, vt cùm aliàs placidę, & hominibus gratioſæ ſint, riſu dignæ nimis redderentur, ſi abſque arte, & diſciplina exercerentur. Neq; in his ſolùm verum habet quod dicimus, ſed etiā in eis operibus, quę maximè homini ſunt neceſſaria, & connaturalia, quæ à ventre matris homo ipſe ſecum eduxit: ſicuti eſt comedere, bibere, & ambulare: hæc enim adhuc ſine arte ſumere, indecētiſsimum eſt. Et hinc eſt, quòd de Diogene egregio quodam philoſopho legitur, quòd cum puerum quendam videret cibum ſordidè atq; ruſticè comedētem, pædagogum eius pugno percuſsit, dicēs, ipſius fuiſſe culpam, qui eum comedere nō docuiſſet. Si ergo catinum ad comedendum, aut calicem ad bibēdum, ſine diſciplina aſſumere, inuitio eſt. Cur igitur virtutem ſine diſciplina exercere, magis indecorum non erit? Quòd ſi in hiſce rebus,

Marginal notes: Simile. (A) — Omnia arte egent. (B) — Simile. (C) — ſimile. — Simile. — Diogenes.

A bus, quæ tam infimę & minutiſsimæ ſunt, tanta eſt hominibus cura & induſtria, vt ſine arte eas proſequi minimè audeant, quãta maior eſſe debet, ſtudioſiorq́; vigilãtia, vt virtutum opera, quę hominum ſaluti tam ſunt neceſſaria, ea vtique polita, & elaborata nimium, homines arte & diſciplina reddãt? Ex his ergo ſatis argumẽti ſolutio conſtat. Nam etſi demus ita eſſe, ꝙ hominis naturæ inditũ ſit, bonum operari, ac per conſequens, ꝙ à natura ſua cupiditas quędam illi inſit & deſideriũ, documenta & virtutis regulas intelligendi, & talia virtutum præcepta in ſacris litteris includantur: B nihilominus vt perfecta ſit in homine virtus, appetitus hic arte poliendus eſt, & diſciplina. Similiter etiam vt rectè & ſine periculo documẽta virtutum, & præcepta, quæ in ſacris litteris clauduntur, ab homine pertractentur, hac eadem arte opus eſt, & ſcientia, qua legẽtis ingenium, & habilitas inſtruatur: ne in aliquod ſui ipſius, & aliorum incidat malum. Quã nimirùm ſcientiam & artem, nullam aliam dicimus, quàm ſacram Theologiam. Ea ſiquidem eſt facultas, vbi principia & ſacrarum litterarum cõcluſiones, ediſ- C ſeruntur, & catholicè docentur, qualiter ab hominibus intelligi habeant.

2. ſolutio.

¶ Secundò eidem reſpondetur argumento. Concedimus namq́;, ꝙ omnes ſcire tenentur chriſtianam legem, quam profeſsi ſunt, A de qua ante Chriſti tribunal, exactam reddituri ſunt rationem: differenter tamen. Quia alij ſcire tenentur, tanquam legis præceptores atque doctores, cuius rationem populo reddituri ſunt, quàm etiam legem, eidem populo, proponere atq; docere habent: qua de cauſa, inceſſanter litteris ſanctis inſudare tenentur, eiſq́; taliter vacare, vt dubia omnia, & difficiles eius quæſtiones ſufficienter alijs diſſoluere valeant. Ideoq́; non ſolũ eis permittitur, ſed neceſſario eis incumbit, ſcripturam ſacram funditus vſq; ad ipſius viſcera penetrare, & ſacramenta omnia & B myſteria callere. Alij vero ſunt, qui chriſtianam fidem tenentur quidem ſcire, ſed tanquam legis auditores. Quibus dumtaxat incũbit ſyncerè verbum Dei audire, & fidem ſic expoſitam tenere, quemadmodum ab eius doctoribus ſibi fuerit impartita. Obidq́;, denegatur ſibi ſcripturę ſãctę lectio, atq; aſsiduum eius ſtudium. Et hinc eſt, ꝙ ſi aliquando, populus legis ignorantiam induat, paratus tamen eiuſdem legis doctrinam percipere, ſi ſibi præſtita eſſet: tunc tẽporis, inquam, ignorantia hęc, & populi defectus, peccata etiam, C atque errores, qui inde orirentur, non ipſi populo, ſed negligẽti paſtori, aut certè ignaro pręceptori adſcriberentur.

Aliter doctor, aliter auditor legem ſcire tenetur.

¶ Ad quartum & vltimum argumentum, quo maximè hæreticorum

4. argumẽti ſolutio.

[library stamp: ... ALEXANDER ... FERDINANDUS ...]

A corum aliqui innituntur: quia cũ laicus aliquis bono ſit ingenio natus, vt quod legerit, ſufficienter intelligere valeat, & aliòqui fidei ſit zelo repletus, atque timoratus vir, Deus inquã huic tali viro poteſt quidẽ ſuæ ſanctę ſcripturę ſecreta reſerare. Cur ergo id nõ fiet, etiamſi Theologus nõ extiterit? Ad hoc argumentum, quod hęreticorum caput, & Achilles eſſe videtur: reſpondetur primò. Concedimus enim, ꝙ laici poſſunt à natura ſua, optimum & perſpicax ingenium ſortiri (hoc ſiquidem denegandum non eſt) ſed negamus id ſufficere, vt ſufficiẽter & catholicè (ſicuti decet) ſacram intelligat & tractet ſcripturam. Nam ſi- B cut modò diximus in præcedentis argumenti ſolutione, ſufficiẽtia hæc non ex ingenij ſui oritur virtute, ſed ex ſacrę Theologię cenſura, quę ſacramentorum ſcripturę ſanctę principia, & legitimum ſenſum, quo accipiẽda ſint, indicat. Et ad id quod vltrà argumentum petit: nam cùm laico illi ſyncerißimo, & viro religioſo, Deus poſsit ſua myſteria detegere, cur id ſic fieri non cõcedemus, ſicut & Theologo viro? Argumẽ- C tum hoc, præcipuum inter hæreticos habetur: cuius tamẽ ſolutio, craſſam & beſtialem ipſorum hęreticorum ignorantiam oſtendit. Cõcedimus namq;, ꝙ poſſet Deus huiuſmodi religioſis viris, velut dilectis, & intimis amicis ſuis, ſcripturę ſuę diuina myſteria aperire,

Præcipuũ, hęreticorũ argumẽtum.

atque ex ſuamet liberalitatis gra- A tia, eos legis doctores & magiſtros creare, abſque eo ꝙ libris & aliorum hominum ſtudio, & labore indigerent. Fatemur, inquam, Deum hoc egregiè poſſe facere. Sed tamen negamus ꝙ ſic à Deo fiat, aut fieri debeat, quandoquidem, multa Deus per ſe ipſum operari poteſt, quæ tamen nuſquam facit, ne à rebus naturalibus & ſecundis cauſis, ſuum naturæ legitimum curſum, atq; operandi virtutem auferat: & ne etiã ruat (ſic enim corrueret) ordo omnis & politia, quam homines inter ſe gerunt, circa optimam rei publicæ inſtitutionem, & viuen- B di formam, quam in omnibus quotidie obſeruant. Et adhuc etiam, quia hiſce viris, *non mediocris* à Deo præſtaretur anſa, vt indeteſtabilem deuenirent ſuperbiam & elationem, vidẽtes Deum extra naturales & ordinarias leges ſecum agere, & tales ſibi priuilegium conceſsiſſe. Poſſet quidem virtute ſua Deus lactucam per ſe ipſum creare, & viriditatem illam, quam præ ſe fert, ſe ipſo conſeruare, ſine vllo alio adiumento aëris, vel aquæ, aut ſolis, ſiue olitoris induſtriæ, aut C ſine cuiuſcunque alterius rei adminiculo. Id tamen non facit, ne ipſius naturæ virtutem defraudet, quam in his ſecundis cauſis ſapientißimè repoſuit, ad hunc præciſè effectum, vt omnes ſimul ad illius herbæ productionẽ con-

Ratio. 1.

2. ratio.

Simile.

A concurrant. Atque ad eum modum, poſſet optimè Deus per ſe ipſum, omnes terræ plantas irrigare, ſed tamen diuina ſua prouidentia, non ſic fieri decreuit, niſi quòd auſter inſurgat, atq; ſuo flatu, terræ vapores excitet, quibus cæli nubes fiant, & in aquam vertantur. Prætereà, poſſet Deus ipſum orbem totum per ſe illuminare, & calorem, virtutemq; terrę naſcentibus plantis, atque hominibus pręſtare: noluit tamen, niſi quòd ſolis radius ad hoc tam inſigne opus concurrat. Et pari forma ordinem hunc, atque mirabile Dei artificiũ, in rebus alijs naturalibus diſſeminatum cõſpicimus. Quia in hoc diuina eius B ſapientia relucet, qui tam diuino ordine viſibilem hunc mundum fundauit, quòd omnes naturales cauſæ liberè in ſuis proprijs officijs & effectibus remanerent, ita vt à nemine earum poſſet impediri concurſus. Aliud nempe confuſio eſſet maxima, atque opus quidem tanto artifice (quantus Deus eſt) indignum. Dicimus ergo, veriſsimum eſſe, ꝙ eſtò prędictis religioſis viris, aliòqui ingenioſis; & fidei zelo accẽſis, Deus poſſet ex mera liberalitate ſua (cum ad ſacras litteras accederent) ea- C rum arcana, & ſacramenta aperire, abſque eo quòd Theologicam ſcientiam fuerint profeſsi, non tamen ſic faciet, ne ordinem Eccleſiæ ſuæ peruertat. Vbi alij ſunt qui doceant conſtituti, alij verò qui audiant, alij qui magiſtrorum ſedem teneant, alij qui diſcipulorum vicem ſortiantur, alij qui interpretandi legem locum habeant, alij verò qui ſic interpretatam reuerenter ſuſcipiãt. Et hic eſt & fuit ſemper diuinæ maieſtatis ordo, quem non ſolùm in fidei chriſtiana lege, ſed in quibuſcumq; alijs rebus publicis, ſemper ſeruatum conſpicimus. Hæreticorum autem, & eorum qui malè ſapiunt, fuit ſemper mos, à diſtinctione rerum & ordine (inferni more) abhorrere: vbi nullus ordo, ſed ſempiterna inhabitat cõfuſio. In quo vno, quòd inferni filij ſint, apertè oſtendunt. Sic enim volunt B omnia confundere & inuoluere, ꝙ ſi nos attentè ſacræ ſcripturæ conditionem contemplemur, in hoc maximè celebris apparet, ꝙ ordine & diſtinctione, eius clareſcit auctoritas.

[Margin: A; Simile.; ſimile.; Hęretici ab ordine abhorrent.; Simile.; Eccleſiæ ordo.]

¶ Hinc legitur. 2. Paralipomenon libro, capite nono, de ſapientiſsima illa regina Sabba, quæ cùm à finibus terræ veniret, ob hoc ſolùm, vt Salomonis ſapientiam audiret, atque vt eius (quam audierat) maieſtatem cõtemplaretur: quòd videlicet, id C quod magis eam in admirationem duxerit, fuit nempe videre mirabilem illum ordinem, diſtinctionemq; officiorum, & mãſionum differentiam, in tota domo ſua. Ait enim ſacra lectio, quòd regina Sabba, poſtquam vidit

[Margin: Figura 2. Parali pome. 9.]

A dit ſapientiam Salomonis,& domum, quam ædificauerat, necnon & cibaria menſæ eius, & habitacula ſeruorum, & officium miniſtrorum eius, & veſtimenta eorum, pincernas quoq;, atq; victimas, quas immolabat in domo domini: non erat præ ſtupore vltrà in ea ſpiritus. Et quidem ita ſe rei veritas habet, ꝙ ſi aliqua eſt in rerum natura dulciſsima contemplatio, & quæ hominis animum ſuauitate quadam reficiat maximè, ex qua in admirationem immenſæ Dei maieſtatis, ac ſapientiæ eius eleuari poſsit: hic vnus & ſummus ordo eſt, quo tam mirificè & ſapienter, res naturales omnes ad ſe inuicem anne ctuntur.

Mirus rerum naturaliũ ordo.

B Quippe quę inter ſe, ſic adunatæ ſunt, vt quaſi catena vna vnius ad alteram, pendentes ſint, vſque ad vnius minimæ herbę productionem. Si ergo hoc decentiſsimum fuit, & diuina prouidẽtia dignũ, in tam minimæ entitatis negotio (quale vtiq; eſt vnius herbę germinatio) ordinem conſtituere, necnon & tot ſui eſſe naturales cauſas creaſſe? nec ęquales quidẽ, ſed aliam alia digniorem (nam ſol excedit aërem, aer verò antecellit terrã, terra verò ſtercus quo planta caleſit ſuperat) quantò er-

C go potiùs Dei prouidentia dignũ erit, eiuſq; ſummam ſapientiã cõcernet, vt in re tam graui, vbi de animarum ſalute agitur, & tandẽ de veritate & fidelitate legis, nec non etiam de Eccleſię decore, quę omnia in ſacrarum litterarum le- A ctione cõſiſtunt (nam lectio hæc fons eſt & origo, vnde aqua ſalutifera promanat, qua creſcunt, & vireſcunt chriſtianorum animę) quantò inquam magis erit decẽs vt inter homines, in tractandis diuinis, ſtatuatur ordo? Neq; liberum ſit omnibus, ſacras aggredi litteras, & magiſtrorum officium ſibi aſſumere: & ne tandem ſola hæc ſit facultas, inter omnes, ſine ordine manens.

¶Et hunc Eccleſię ordinẽ, ſummopere extollit apoſtolus Paulus in multis ſuæ ſcripturæ locis. Et primò ad Romanos ſcribens capite. 13. Cùm ait: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, nõ eſt enim poteſtas niſi à Deo: B quę autem ſunt, à Deo ordinata ſunt: itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Intendit hoc loco Apoſtolicus hic vir ordinem ſtatuere in vita, & omniũ hominum ſtatibus, & ꝙ attendãt viuentes omnes, hanc eſſe Dei voluntatem, & mirabilem prouidentiam eius, ꝙ ſcilicet ab initio mũdi ſint, & fuerint ſemper inter homines gradus, atq; officiorum differentiæ: ideoq; ſuadet minoribus, vt ſuorum maiorum pareant mandatis. Nam alios conſtituit Deus aliorum dominos, alios ve- C ro aliorum ſeruos, alios qui iudicent, alios vero qui iudicentur. Sic etiam quoſdam, qui doceant, & legis ſint præceptores, alios vero qui addiſcant, & aliorum ſint diſci-

Expoſitio. Roma. 13.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A discipuli. Et ꝙ deniq; taliter omnes ſint ſua ſorte contenti, vt nullus alterum perturbet: neq; maiores, ex eo ꝙ reipublicę ſunt capita ſuperbiant: aut minores, quia pedum vicem ſortiuntur, exanimentur, & puſillanimes fiant. Et ꝙ præterea iudicis poteſtati nemo reſiſtat: talis quippe Deo ipſi reſiſteret, qui hunc inter homines ordinem ſeruandum conſtituit.

¶ Hunc eundem ordinem, & graduum differentiam, cenſet idē Apoſtolus, in chriſtiana Eccleſia ſeruandum fore, cum in eadem ad Romanos epiſtola, capite. 12. ſic ſcribit: Dico enim per gratiam quæ data eſt mihi, omnibus qui ſunt inter vos, non plus ſapere

Expoſitio. Roma.12.

B quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, & vnicuique ſicut Deus diuiſit, ad menſuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra: habentes donationes, ſecundum gratiam quæ data eſt nobis, differentes, ſiue prophetiam, ſiue miniſterium, ſiue qui docet in doctrina. Hortor vos, atque teſtor in Deo filij chariſsimi (inquit Paulus)

C vt veſtri intellectus curioſitatem, & ingenij acutiem, ea temperetis menſura, quam Deus vobis in chriſtiana hac lege taxauit, atque veſtrum viuendi modum, fidei cenſura reguletis: ſicut vnicuiq; pro ſua mera gratia, & gratuita voluntate, à Deo donatum eſt. Et contemplantes huius corporis membra non idem ſortiri officium, ſic & omnium veſtrum (qui tanquam in Chriſto membra eſtis poſiti) agnoſcatis diuerſa eſſe diſtributa officia.

Simile

¶ Hanc eandem metaphoram, iterum repetit, prima ad Corinthios epiſtola, capite. 12. vbi ſic ait. diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus: & diuiſiones adminiſtrationū ſunt, idem autem dominus, vnicuiq; autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. hæc autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus diuidens ſingulis provt vult.

Expoſitio.1.Corinth.12.

B Sicut enim corpus eſt, & membra habet multa, omnia autem membra corporis, cùm ſint multa, vnum tamen corpus ſunt: ita & Chriſtus. Nunc autem poſuit Deus membra, vnum quodq; eorū in corpore, ſicut voluit. Quòd ſi eſſent omnia vnum membrum, vbi corpus? Mirum certè eſt videre, quanta curioſitate metaphoram hanc iterum atque iterum apoſtolus Paulus euoluat, & comminuat. Ex quo apertiſsimum ſignum & argumentum eſt, plurimum hominibus conducere huiuſcemodi doctrinæ intelligētiam.

C Nam ſi corporis membra tāto fœdere adunantur, & naturali quadam amicitia ſibi inuicem inſeruiunt, neque vſquam viſum eſt, ꝙ membrorum alterum alteri con-

Simile.

A cõtradicat aut reſiſtat( manus ſi quidẽ pugno nõ percutit os, nec bucca manus ipſas mordet, pedes etiã, ne vtiq; manus conculcãt, neq; manus pedes dilacerãt: ſed omnia iſta membra ſuauiſsi mè ſibi cohęrent, atque ſemper ſibi inuicem fauẽt & obſequuntur) vereantur ergo homines, qui tanquam Chriſti membra, in eo ſunt poſiti, ſibi inuicẽ repugnare, & omnibus, inuidere. Et ſint( qua vocati ſunt ) vnanimes, atque ſua ſorte contenti, neque vltra progredi velint, quam eorum exigit talentum & ingenium: appettẽtes qui diſcipuli ſunt, aliorũ magiſterium: & qui magiſtri, aliorũ diſcipulatũ

Simile.

Hominum impudẽtia.

B contẽnentes: & tandẽ qui auditorum vicem obtinent, doctores legis eſſe cupientes. Ac denique ſic omnia ruſticitate ſua, & barbarie inuoluũt & confundũt hęretici, vt nihil fœdius aut abſurdius in rerũ natura videri poſsit quàm quod à nobis in Chriſtiana lege, eorũ ſtolida & excęcata mens expoſcit. Quod ſi nec adhuc, apoſtolica hac metaphora excitati ſunt, neq; eius tam ſalubri, & efficaciſsima doctrina cõuictos ſe agnoſcũt: vel nũc ſaltẽ in illud Apoſtolicum documentum

C oculos injiciant, quod hic idem ſupremus diuini verbi cõcionator, ſuper eadem metaphora, huic propoſito repetit, quãdo ad Epheſios 4. capit. ſic ſcribit: Obſecro itaque vos, ego vinctus

Expoſitio ephe ſi. 4.

A in domino, vt dignè ambuletis, vocatione qua vocati eſtis, cum omni humilitate, ſupportantes inuicem in charitate, ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis: vnũ corpus, & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. Vnicuiq; autem noſtrum data eſt gratia, ſecundum menſuram donationis Chriſti. Et ipſe dedit quidem quoſdam Apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores, ad conſumationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ędificationem corporis Chriſti. Hæc eſt namque politia & ordo, atq; fidei noſtrę pulchritudo, & decor, quẽ Deus in eccle-

B ſia ſua ſeruãdũ decreuit cõducẽs quidẽ, & hominũ cõuictui prorſus neceſſariũ. Quẽ vt ne vtique frãgat Deus, etiãſi vulgari homini, quãtumuis aliàs ingenioſo, & optimis moribus inſtituto, atq; eius intimo amico, poſsit ſcripturæ ſuæ, & legis myſteria detegere: nequaquã vtiq; facit, quia eis præciſè munus hoc reſeruandũ fore d̃creuit, qui eius legis magiſtri, atq; doctores eſſe haberẽt & ad argumẽtũ, quia Chriſtus apoſtolis ſuis aſſeruit ſe manifeſtaſ-

Eccleſię decor.

C ſe ſacramẽta & myſteria, ob hoc ſolũ, quia eius erant amici, & nõ quia Theologi. Reſpõdeo, ꝙ eſtò verũ ſit, Apoſtolorũ cũ Chriſto amicitiã, in cauſa fuiſſe, ꝙ myſteriorũ Dei ſit illis facta tã ſupre-

Solutio.

E ma

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A ma & diuina reuelatione. nõ tamen ea fuit ſola & pręciſa ratio, ſed etiã quia eccleſiæ Chriſti paſtores, necnõ & legis doctores in toto orbe eſſe deberẽt, ex quorũ diuina ſchola oẽs alij legis præceptores, chriſtianæ fidei regulas & præcepta accepturi erant. Vnde nimirũ decẽtiſsimũ negotiũ fuit, ꝙ quia Apoſtoli, homines idiotæ alioqui erant, ꝙ ipſemet Chriſtus eorũ eſſet pręceptor, qui intus miraculoſè, ſpiritus ſancti miniſterio, illos doceret: quod alij oẽs nõ niſi ſtudiorum labore attingũt: & quod in alijs magiſteriũ eſt humanũ, in illis Apoſtolicis viris eſſet diuinũ. Itaque in præſenti articulo, B nullum poteſt ex illorum facto ad nos deſumi argumentum.

## CAPVT. XII. VBI EXponitur, qualiter intelligi debeat, quod ſæculares ſacras litteras non tractent.

HAEC omnia, quæ ſuprà diximus, de eorũ temeritate, qui cùm aliàs ſint à Theologa profeſsione alieni, nõ verẽtur curioſè litteras ſacras ſcrutari, intelligi habet, primò, quando quis ſacræ doctrinæ C ſe præceptorem publicè exhiberet, veluti eſſet in cathedra, vel ſuggeſtu, aut alio ſimili loco ad docendum deſtinato. Vel ſecundò, ſi alio quouis peculiari loco, vti vellet hoc docendi munere qui huius non eſſet profeſsionis A ſiue, ſit ſęcularis, aut clericus, ſiue fæmina. Aut demũ tertiò, quãdo iſtorum aliquis temerè ſe ingereret in ſcrutandis, aut diſputandis eis, quæ ad difficiles quęſtiones, & ſubtilia quęque, ſeu ad myſteria grauiſsima, atque ſacramenta ſcripturę ſacrę attinerẽt. *Senſus hui⁹ doctrinæ.* Sed tamen non propterea denegatur cuiuſcunque generis aut conditionis ſæcularibus, ſiue viri ſint, ſiue fœminæ (eſto facultatem hanc Theologam non fuerint profeſsi) (quod inter ſeipſos conferre poſsint, & tractare familiari quadam collocutione, nunc domi, nunc in menſa, nũc ruri (vt ſæpenumero inter Chriſtianos, & religioſos, atque deuotos alios viros fieri cõſueuit) res B ſanctas ac diuinas ſacræ ſcripturæ, & eas maximè, quę eorũ conſciẽtias & vitę reformationẽ cõcernũt: quę alioqui in aliquo deuotionis libro legerũt, aut certè quę à cõcionatorib⁹, quãdoq; audierũt. Nãq; laudabile admodũ eſt hoc eorũ exercitiũ religioſũq; & chriſtianũ: vt in deuotionẽ, & *Prima ratio.* ſpiritualis vitę augmentũ, atque diſciplinã feruẽtius accẽdãtur. *ſecunda ratio.* Cõducit pręterea hoc, ad eam vitæ optimã inſtitutionẽ atque diſ C ciplinã, quã patres filijs ſuis præſtare tenentur. Ac demũ ad amicitiam, quam ad ſe inuicem veri amici ſeruare debent. Præte- *Tertia ratio.* reà etiã ad charitatẽ, quã chriſtianorũ quilibet ſibi proximo viciſsim

A vicißim exhibere adſtringitur: videlicet eum illuminare, conſolari, atque in rebus fidei, & virtutū exercitio, animū & vires præſtare, vt indies in virtute creſcat. Et hoc, inquā, iuxta ingenij ſui talentum & vires, necnō & ſciētiæ, prudētięq; menſurā, iuxta eā diui Pauli ſententiā ad Galatas. 6. capi. alter alterius onera portate & ſic adimplebitis legē Chriſti. Portare namq; proximi noſtri pōdus, nō ſolū eſt materialē rerū ſarcinā brachijs ſuſtētare, ſed eius deiectum atq; mærentem animum ſacræ doctrinę verbis erigere. Et huic concordat ſententiæ, altera ipſius apoſtoli doctrina, eodē cap. 6. ad Galatas, vbi ſic ait: Fratres etſi pręocupatus fuerit homo in aliquo

Expoſitio Galatas. 6.

Expoſitio Galatas. 6.

B delicto, vos qui ſpiritales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderās te ipſum, ne & tu tenteris. Vos (inquit) qui ſpiritales eſtis. Ac ſi apertiùs diceret, vos qui in ipſo ſtudioſi operis exercitio, atq; in ipſa ſancta & dulciſsima ſcripturę ſacrę lectione didiciſtis, quę ſit vera ſalutis via, & Chriſtiani cordis verū gaudiū & lætitia libēter alijs miſeris, & tētatis hominibus, huiuſmodi doctrinā & animi ſola-

C tium impartimini. Siquidem in hūc finē proponūtur ſibi in tēplis quotidie à cōcionatoribus hę diuinæ veritates, vt poſtmodùm audiētes de eiſdē confabulētur, ac familiare quoddā & aſiduū colloquiū inter ſe habeant,

Finis cōcionis.

nec ſtatim à memoria decidant ſancta Dei verba. Nā qui cōcionatoris verba auribus dūtaxat reponit, terra illa eſt dura, & à viatoribus cōculcata, in qua granū, quod ſupra eā cecidit, volucres cęli comederūt. Parui ſiquidē momēti eſt, concionē audiſſe ſi auribus dūtaxat adhæſit. Sed memoria auditoris, theſaurus quidā eſſe debet, vbi pretioſiſsimæ diuini verbi margaritæ recondātur: vt inde poſtmodū de theſauro ſuo proferre poſsit noua & vetera, in ſui ipſius & aliorum cōſolationē. Itaq; ſicut bos, poſtquā herbā in ſtomachū traiecerit, inde paulatim in buccā reuocat, & dētibus ruminat: ſic etiā audientes, in memoria tanquā in animæ ventre, concionatorū verba, reponere habent, vt B poſtmodū ſanctæ conſiderationis dētibus terāt, & ruminēt. Attendētes ſemper, ꝙ ex ſacris litteris, ea maximè decerpāt quę ingenij ſui vires & capacitatē nō excedāt: difficilia loca, & obſcura, ſubtilia & curioſa doctioribus & legis pręceptoribus relinquētes, quorū muneris & officij eſt, ea interpretari & diluere. Ita vt in hac ſanctę ſcripturæ lectione, ea vtatur prudētia, qua quotidie in vnius corporalis cibi C ſumptione vti haberet. Quandoquidem carnis pulpam comedendam eligit, & oſſa relinquit: & corticem nucis omittens, medulam accipit perdicisque plumas projiciens, carnem deglu-

Simile. Simile. Simile. Simile. Simile. Simile.

A tiendam aſſumit: nam oſſa dentibus terere nõ valet, neq; corticem maſticare expedit. Et ſimiliter in cæteris corporis alimẽtis eligũt ſemper homines quod comeſtibile eſt, projcientes quod durum, & indigeſtibile videtur.

¶ Ad eum igitur modũ ſacrarũ litterarũ diuina verba, eiuſdẽ redduntur omnino cõditionis, & naturæ, cũ corporis cibo. Nã etſi verum ſit, ꝙ de ſe omnia diuinę legis documenta, ſaluberrima ſint & comeſtibilia: & nihil nociuũ, inutile, vanũ, aut infirmum, quod projiciendum ſit in eis reperitur (eſt enim hęc ſumma ſapientia, quam Deus à ſede ſancta ſua de cælo miſit, vt omnium viuẽtium eſſet medicina, B ſubtilis, acuta, omnia proſpiciẽs & inqua nihil coninquinatum, aut immũdũ inuenitur) eſtò in quã de ſe tã mirabilis ſit & proficua, attamẽ hominũ debilitas & ignorãtia in cauſa eſt, ꝙ non Simile. omniũ legẽtiũ cibus eſſe poſsit: ſed aliquibus eſt pulpa, alijs autem duriſsimũ os: quibuſdã itidem ſuauiſsima medula, cæteris verò amariſsimus nucis cortex. quia eis vtiq; deficiũt ſapientię atq; diſcretionis dentes, quibus C illã maſticare, & cõminuere valeant. Eſt enim ad ſanctę huius ſcripturæ negotiũ ſanè & catholicè intelligendũ, neceſſaria quędã ingenij vis, quę fidei optimo Simile. zelo & profundę humilitatis virtute ſit infręnata, vt vnũ ab alio diſcernere queat. Itaq; ſit tã diſcretus & catholicus lector, ꝙ inter tot ſacræ ſcripturæ documẽta poſitus, vnũ eligere, aliud verò relinquere ſciat. Nõ enim ſapientis viri potior eſt pars, quæcunq; legit colligere: ſicut neq; diſcreti eſt viri, oẽs campi flores excerpere, ſed eos dũtaxat qui vitæ eius ſalutiferi ſunt. Sic etiam (iudicio meo) diſcreti lectoris, eã potiorẽ exiſtimauerim partẽ, quãdo ex multis quæ legit, pauca quidẽ, & quę ingeniũ eius bene inſtituãt, & vitæ mores cõponãt, deligere ſciat. Res profectò cõſideratione admodũ digna eſt videre homines in rebus humanis adeò attentos, & ſagaces, vt nullus eorum audeat parũ duri oſsis comprimere, aut bis vnius nucis corticẽ dẽtibus euoluere, quin ſtatim eã extrà projiciat, ob hoc ſolũ, ne vnũ dũtaxat conterat dentem, aut aliquis ab ore eius molaris decidat: & tamen ꝙ velit ſui ingenij paruitate, has ſanctæ ſcripturæ difficiles veritates, & fidei articulos ita pręmere, quouſque in illis mens & ingeniũ eius frangatur. Mera nãq; dementia eſſet, ſiquis in ſtrictiſſimum & quadratum vas, amplum aliquid conaretur immittere: neceſſariũ enim eſſet ipſum vas frangi, quia illud capere minimè poſſet. Hæc eadem eſt ſæcularium hominum ſtultitia, ne ſtoliditas dixerim, nã cum eorũ ingenij capacitas anguſta ſit & ſtricta

A
Sapiẽtis viri eſt, nõ omnia quæ legit eligere.
Simile.
Simile.
B
Simile.
Simile.
C

A ſtricta nimis, Dei miſteria eiusq; abditiſsima ſacramēta attentãt capere, & ita præmere, vt neceſſarium ſit eos frãgi & ita in manifeſtas hæreſes, aut certè in ſolemnes quaſdã ſtultitias proſilire cogantur.

Aliud eſt de Deo intelligere aliud vero de Deo docere.

¶ Et vt meliùs tandē hęc quæ diximus percipiantur, attendere hic maximè oportet, ꝙ in hoc ſacrarũ litterarũ exercitio, aliud eſt de Deo intelligere, aliud verò de Deo docere: aliud eſt de Deo loqui, aliud aũt de Deo prædicare. Ad primũ nãq; ſufficiet vnicuiq; id, quod ingenij ſui paruitas adminiſtrauerit, aut mediocri attigerit ſtudio, vel quod ſibi Deus (qui verus animæ ſuæ eſt pręceptor) inſpirauerit, vel quia id in aliquo deuotionis libro quãdoq; legerit, ſiue quia ali B quãdo à Sapiēti aliquo audierit cõcionatore. Nã etſi parũ ſapientię ſit, aut doctrinę id quod de ſacris litteris obtineat cũ tamē ſibi ſoli inſeruiat, pręcioſus eſt, ꝑfectò ſibi ſapiētię theſaurus, ex quo animi ſui nõ mediocre ſolatiũ, & intimã cõſolationē eliciet, & vt etiã amicis ſuis, & alijs, quibus bene afficitur, eiuſdē doctrinæ aliquid impartiatur. Sed tamen C ad docendũ de Deo ſiue de Deo cõcionandũ abũdantiorē oportet habere rerũ intelligentiã. Si quidē oportet tũc, limatã, & ad vltimũ elaboratã habere veritatē: & ꝙ nõ ſolũ fidei corticē agnoſcat, ſed etiã ipſius ſanctę ſcripturę viſcera penetret. Nãm eſtò ex A parte aliquã ſcripturę veritatē aliquis attingat, nuſquã eius magiſter eſt, aut dicitur, niſi etiã cęteras eiuſdē facultatis propoſitiones (à quibus tãquã ab eius principio & radice depēdet) cognouerit. Sicut videmus hoc in domeſticis rebus quotidie accidere. Nã nullus eſt paterfamilias cui intra ſui domicilij ianuas qualiſcũq; cibus nõ ſufficit: atq; nulla tã pauperrima veſtis eſt, quę pręcioſa ſibi non videatur groſsiorēq; panē, & vinũ acidũ intra domũ, ſuauiſsimũ & delicatiorem cenſet. Attamē ſi talis hic vir cęteris cõuiuiũ pararet, opulentiorē mēſam, atq; nimiũ lautos & ꝑtioſos oporteret parare cibos. Nec ſolũ varietate ferculorũ abũdare ſufficeret, ſed miro etiã, & ſapiētiſsimo ordine diſpoſita eſſe omnia oporteret. Sicuti eſſet, pretioſa apponere vaſa curioſam mēſam, mappas feſtiuas, ita vt cõtentus minimè ſit ſubſtãtiali alimentorũ numero, niſi omnia etiã ſint delicatiſsime ordinata & diſpoſita: ob hoc ſolũ inquã, quia hæc omnia in publicũ prodire debēt, & multorũ oculis & cenſuræ pręſentari. Ad eũ igitur modũ, vt homo aliquid ſecũ de ſancta tractet ſcriptura, vel cum amicis conferat, ſiue quicquam de illis (iuxta ingenij ſui talentum cum alio in familiari colloquio euoluat: ad hoc inquam, non vſque adeò

Simile. Simile. Simile. Simile.

B C



ALEXANDER PP. VI VALENTINUS FERDINANDUS

A ſapiens eſſe exigitur, neq; tã exacta requiritur doctrina. (Simile.) Eſt nẽpe hoc domeſticũ quoddã prandiũ, quod intra ſuæ conſcientiæ fores clauditur, quod velut quotidianus panis porrigitur: quapropter quibuſcunq; verbis, & quocunq; tẽpore homines inter ſemetipſos pro ſuo modo hęc cõferãt, ſufficit. Cęterũ ad docẽdũ alios, cũ iam ibi in publicã fidei diſputationẽ, vel quęſtionẽ talis adducatur doctrina, iã hoc vtiq; eſt, conuiuiũ publicum populo parare. Quapropter nõ ſat eſſet, vtcunq; tunc temporis de ſacris litteris philoſophari, ſed oportet vt feſtiua ſint omnia, quę ibi apponuntur. Oportet enim ibi
B euãgelij veritates ad vnguẽ elimatas, politas que, & proprio ſuo ſenſu adducere. Vbi etiã ſcire diſertè, & expeditè de eis loqui cõuenit. Nã cũ in omniũ audiẽtiũ cenſurã & iudiciũ peruenire habeãt neceſſũ eſt, quidquid dixerit, vtile & catholicũ eſſe, ac demũ tale, vt nullius aures offẽdat

## CAPVT. XIII. VTRVM fœminis ſacra lectio ſit deneganda.

C CVM igitur ſermonẽ de lectione ſacrę ſcripturę hucuſq, extenderimus, & tandẽ ad eũ vſq, locũ peruentum ſit, vt ſcilicet nulli hominũ nõ Theologo cõcedenda ſit, ſiue viro, ſiue fœminę (ad ſenſũ, quo iã expoſuimus) vt tamẽ iam negotio huic finẽ demus, operepręcium erit videre, quo gradu fœ- A minis ſit interdicẽda ſcripturæ ſanctæ lectio. Nã eſtò verũ ſit ꝙ omnes invniuerſum hãc litteris ſanctis reuerentiã exhibere teneãtur, ne temerè aut curioſiùs eas ſcrutẽtur: pręſertim tamẽ fœminis hoc indecentiſsimũ apparet, & earũ ſtatui indecorũ valde, tum etiã earũ ſaluti periculoſum nimis. Iuxta eam diui Pauli ſentẽtiã, prima ad Corinth. cap. 14. (Expoſitio 1. Corinth. 14) Vbi ſic ait: Mulieres in eccleſia taceãt, non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit: ſi quid aũt volũt diſcere, domi viros ſuos interrogẽt turpe eſt enim mulieri loqui in eccleſia. Hæc eadẽ eſt iterũ eiuſdem Pauli Apoſtoli aſſertio B prima ad Thimotheũ, cap. 2. (Expoſitio 1. Timoth. 2.) Cuius hæc ſunt verba: Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione: docere autem mulieri nõ permitto, neq; dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio: Adam enim primus formatus eſt, deinde Eua & Adam nõ eſt ſeductus, mulier autẽ ſeducta in præuaricatione fuit. Vbi expreſsè apoſtolus in vtroq, lloco, in cauſa eſſe dicit, quare mulieri docẽdi munus nõ C cõcedatur, nec magiſterij nomẽ ſibi aſcribẽdũ ſit: eam ſubiectionem ſcilicet & obediẽtiam, quã viro ſuo præſtare habet: tum etiã, quia à dæmone ſeducta eſt, nõ autem vir. Hinc oritur, eam docendi officium ſortiri non debere:

A bere: nam doctoris eſt imperare, non autem ſubijci, aut obedire: neque ſeduci etiam ſapientis eſt viri, qui alium docere debet, ſed ignorantis potiùs, & infimi diſcipuli, cuius eſt ſemper in omnibus ſubijci, & à magiſtro ſuo inſtitui. Ex vtraq; igitur cauſa, & ratione ſubiectionis ſcilicet, & ſeductionis, meritò fœmina à dignitate ſecluditur magiſterij.

Chriſoſtomus. S.Thomas. Prima ratio. ¶ Primã huius rationem aſsignat diuus Chryſoſtomus, quẽadmodum refert ſanctus Thomas, in primam Pauli epiſtolam ad Corinthios ſcribens, cap. 14. lectione ſeptima. Quia videlicet primo verbo, quod mulier ex ore ſuo protulit, totum infecit orbẽ, cuius nimirùm morbus vſq; in præſentem perſeuerat diẽ. Fuit ſiquidẽ vſq; adeò peſtifera eius doctrina, vt hominem à creato- B re ſuo separaret, atque legis fractionẽ, mandatorumq; eius ſibi perſuaderet. Et ideò apoſtolus Paulus nõ inueniẽs in ea tã ſolidũ ingenij talentũ, quale euãgelij ſacra expoſcit doctrina, docẽdi cathedra eã priuat. Et hęc eadem eſt, quã apoſtolus in pręallegatis verbis aſsignat cauſam, cũ dicit, quia Eua ſeducta fuit, ſed non Adam. Ac ſi apertius diceret, fœmina, quæ tam parũ ſaga- C citatis & prudẽtiæ obtinuit, vt dæmonis tentamenta probare neſciret, ſed mendacis doctrinæ retiaculis tam facilè capta fuit, non vtique digna eſt, vt docendi officium illi fidatur.

Secũda ratio. ¶ Secũda (quam format) ratio hic idem egregius doctor, eodẽ ſuprà citato loco, hæc eſt. Nam mulierem à ſua primęua inſtitutione Deus viro ſubiectam inſtituit, eumq; ipſius caput fore decreuit: ſicut ex illis verbis, quæ Expoſitio Geneſis. 3. Geneſis cap. 3. adducuntur, conſtat: ſub viri poteſtate eris. Cùm igitur docẽdi officiũ capitis ſit propriũ (nã ad eum modũ, quo Simile. in membra capitis influẽtię deriuantur, ſic à præceptore varia doctrinæ documenta in diſcipulos quaſi in ipſius diffundũtur mẽbra) apertè colligitur, minimè decens eſſe, vt hoc docendi munere mulier fungatur. Et hãc eandẽ cauſam oſtẽdit Paulus in verbis illis, quæ ad Timotheũ ſcripſit dicens. Nã primò formatus eſt Adam, deinde Eua: Ac ſi diceret capiti ipſi, veluti corpo- B ris principaliori parti docere maximè cõuenit. Et quia Adam informatione ipſa priorẽ, quàm Eua locũ obtinuit, veluti principiũ, & ipſius mulieris caput: inde inquã ortum habuit viro docendi cathedram adaptari, non autem fœminæ.

Tertia ratio. ¶ Tertia ratio eſt. Quia mulieris verba de ſe mollia ſunt atq; ſuauiſsima, & quæ facilè hominis animum illaqueare poſsint. C Qua de cauſa antiquum eſt ſanctorum documentum, eis qui animæ ſuę puritatem ſeruare appetunt, fœminarum fugere non



ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A ſolùm conſortia & familiaritatem, ſed etiam ſimplicia colloquia: nam fœminea confabulatio manifeſtum parat viro nocumẽtum. Hinc igitur eſt, quòd cùm doctrina ad religioſam hominum viuendi formam dirigatur, ſi docendi officio fœminę fruerentur, vnde diſcipuli animarum profectum, atque diſciplinæ virtutem, ſibi elicere deberent, damnum ſibi nõ mediocre acquirerent. Et quando ita eſſet, quòd fœminæ nullam de ſe mali cauſam præſtarent, nempe quia honeſtè admodùm atque exẽplariter docerent: eſſent tũc in culpa ipſi viri, qui vt in plurimùm talis redduntur naturæ, & conditionis, vt ex bono malum ſugant. Ac proinde veritas ipſa doctrinæ, eorum ſenſualis appe-

B titus tenebris obfuſcaretur, ac demum diſciplinæ ſynceritas, peruerſa virorum intentione, infecta maneret. Et hoc eſt Salomonis, quaſi hominis iam experti, Eccleſiaſtici capite 9. expreſſum documentum. Vbi ſuadens homini, fœminarum commercium debere fugere, rationem huius talem affert: quia colloquium illius, quaſi ignis exardeſcit. Quare ne vtique decet,

*Expoſitio Eccleſ. 9.*

C vt doctrina, quæ de ſe ad edomãdam hominis ſenſualitatem, & paſsiones, eſt inſtituta, ad eaſdẽ excitãdas deſeruiat: & quod ſanctus hic & grauiſsimus docendi locus (cui tanta eſt annexa, tum honeſtas, tum etiam modeſtia) alicui ſit turpitudinis anſa: eſſet namque hoc in docendi arte abſurdum nimis. A

¶ Sunt tamen argumẽta, quæ huic noſtræ aſſertioni contrauenire videntur, atq; proinde, quæ hanc fœminarum partẽ tueantur. Videntur enim multa ſcripturæ ſanctæ loca, docẽdi magiſterium illis concedere, necnon & facultatem diuina legis atque fidei præcepta diſputandi, ſicut & ipſiſmet hominibus.

*argumẽta.*

¶ Primus ergo ſanctæ ſcripturæ locus eſt Iudicũ capite quarto. vbi hiſtoria loci illius refert, fuiſſe in Iudæorum republica celebrem mulierem quadam nomine Deboram, quæ adeò prophetiæ nomen obtinuerat, & in tantùm doctrinam, & viuendi præcepta toti populo, tanquam B legis doctrix, præſtabat, vt pro tribunali ſedendo totius reipublicæ cauſas dijudicaret, necnõ & controuerſias, negotiaque populi ardua, ſapientia maxima cõponeret. Ad quam totius plebis concurſus, pro quacunque legis quæſtione, aut alia quauis difficultate fiebat: per quam itidem Dei voluntatem omnes conſulebant, in ijs quæ eorum concernebant religionem, & mores. Cuius denique conſilio bellum cõtra Siſaram inſignem Ducẽ, C motum eſt, in quo & ipſe victus fuit, atque in libertatem redacta omnis Iſraelitarum reſpublica.

*Primus locus Iudicũ. 4.*

*Debora*

Ecce

A Ecce ergo celebrem mulierem, in qua maximè pollebat ſapientia:& quæ apud Deum,& homines in ſummo pretio eſt habita.

Secũdꝰ locus. 4. Reg. 22. ¶ Secundus ſcripturæ locus eſt,quarti libri Regum, cap. 22. vbi in illius capituli hiſtoria nihil aliud habetur, quàm cuiuſdam celeberrimæ mulieris memoria,cui nomen erat Oldã

Oldam. prophetiſſa quidem:cuius officium erat, ſemper populo nunciare quæ ventura erant,atque Dei ſibi voluntatem intimare. Cuius dignitas,& ſapientia vſque adeò apud omnem populum vigebat, quod ſacerdos dubitans aliquãdo de quodã legis articulo, qui in ipſo legis libro cõtinebatur, quem quidem non ſatis percipiebat,ad eam eundem legis librũ

B adduxit, vt vice ipſius,illius loci obſcuritatem,populo diſſereret. Quę cùm difficilem quęſtionem diſſertè admodùm diluiſſet,immane & horribile flagellum,quod eis à Deo deſtinatum foret,aperuit.

Tertius locus Iudith. ¶Tertius locus, quem ſcriptura habet eſt,illius inſignis,& nõ ſatis laudatæ fœminæ, nomine Iudith.In cuius celebrem atque immortalem memoriam, peculiaris liber in ſcriptura ſacra cõ

C ſcribitur:vbi đ admirabili eius ſapiẽtia & induſtria agitur, qua totius populi puſillanimitatem abſtulit,& Holofernis caput amputauit, totumq́ue Iſraeliticum populum in libertatem reduxit.

Mirabile admodùm profectò,& A hominum memoria dignum eſt, mulierculę illius elegãtiã con- Mira mulieris eloquẽtia. ſpicere,ſummamq́ue oris eius ſapientiam contemplari, qua errorem,& vulgaris populi ruſticitatem compeſcuit,in eo quòd ciuitatem in manus inimicorum tradere decreuerant,niſi Deus taxato tempore illis auxilium præſtiſſet. Qua de re elegantiſsimum cõpoſuit ſermonem, in quo acerrimè de animi puſillanimitate,& de populi diffidentia maxima erga Deũ eos redarguit: atq; anteceſſorũ ſcelera,& ſuorũ patrũ enormia peccata in eorũ cõ ſpectu accumulauit: necnon terribilem Dei iram, & punitionẽ, quã iã diu meruerãt propoſuit: ſimulque immenſam Dei clemẽ B tiam,quã ſemper erga illos exercuerat:& grauiſsimum denique eorum errorem in eo quòd limitem Dei impoſuiſſent voluntati, præſentauit. Quibus verbis omnes à minimo vſque ad maximum excitati ſunt,& conuerſi à via ſua mala, mulieris huius efficaciſsima perſuaſione adducti. Qui omnes viuis lachrymis perfuſi,percutiẽtes pectora ſua,atq; eiulatu magno vociferantes, ad C omnipotentem Deum accurrerunt:qui omnium ſuſcipiẽs preces,pro ſua mera liberalitate dignatus eſt miſerum & deiectum populum exaudire, atque eum à valida Holofernis oppreſſione liberare:& hoc quidem per indu-

A ſtriam, atque admirabilem mulieris huius ſapientiam.

Quart⁹ locus. Prouer. 31.

¶ Quartus locus eſt, Salomonis prouerbiorũ cap. 31. Cuius quidem capitis initiũ ſiue ſummarium ſic habet: verba Lamuelis regis, viſio qua erudiuit eum mater ſua. Ac ſi dixerit clariùs, Salomonis regis hęc verba ſunt admirabili ſapientia plena: quæ nimirùm ſapientia, nihil aliud quam eruditio quædam fuit ab eius matre acquiſita. Aut certè ꝙ ipſius (quã Salomõ obtinuit) ſapientię mater, eius inſtrumentum quoddam & organum fuit, per quam diuinus ipſe ſpiritus, eã ſibi cõmunicauerit. Et vtrolibet accipiatur ſenſu, inſinua- B tur nobis, Salomonem eam, quã obtinuit, rerum cognitionem, à matre ſua didiciſſe. Si ergo mulier hæc, fuit fons & origo, vnde tanta in Salomone ſapiẽtia promanauerit, videtur quod fœminis ingenium & capacitas ineſſe poſsit, vt litteras ſacras ſufficienter ſcrutari valeant.

Quint⁹ locus. Prou. 4.

¶ Quintus locus eſt eiuſdem Salomonis, Prouerbiorũ cap. 4. Vbi intendens Salomon rationem reddere eius curę & officij, quæ matri eius erant annexa erga diſciplinam & filij ſui inſti- C tutionem, vt Deo inſeruiret, & optimam regni ſui gubernationem gerere poſset, ſic ait: Nã & ego filius fui patris mei tenellus, & vnigenitus coram matre mea, & docebat me atque dicebat, ſuſcipiat verba mea cor tuũ A & præcepta mea, & viues. Ego (inquit) tenerrimus fui patris mei, atque vnigenitus meæ matris filius, quæ vtique ſapientiæ pręcepta me docebat, dicens, inſideant obſecro fili mi oris mei verba in corde tuo, atq; maxima attentione auſculta viuendi formam, quam tibi pro nunc trado, vt eam in perpetuum obſerues & viuas. Et ſic veriſsimũ profectò eſt, quòd omnis huius capituli doctrina, nihil aliud ſit quam matris eius diſciplina, in Salomonis filij ſui directionem, vt nullatenus à ſui regiminis ſcopo aberraret. Apparet igitur quemadmodum fœmina hęc docendi officium obtinuerit. B

Sextus locus. Ioan. 4.

Samaritana.

¶ Sextus locus eſt, quem Ioannes Euangeliſta quarto cap. adducit, vbi notiſsima illa hiſtoria mulieris Samaritanæ continetur, cum qua Chriſtus Redẽptor noſter tam intimum familiariſſimumq́ue habuit ſermonem, in quo ſui pectoris arcana, & abditiſsima ſacramenta in lucẽ eduxit. Et tam diu inter eos permãſit diuinũ illud colloquiũ, quouſque palam Chriſtus ipſe, ſeipſum illi manifeſtauerit, cũ diuina illa verba feliciter audire meruit, quòd ipſe eſſet Meſsias in le- C ge promiſſus, dũ dixit: Ego ipſe ſum, qui loquor tecum. Cũ quo etiam ingenioſiſsimè quæſtionẽ illam diſſeruit de controuerſia, quę inter Iudęos & Samaritanos iam

[library stamp: ... ALEXANDER ... FERDINANDVS ...]

A iam diu de oratione verſabatur, vtrum ſcilicet in Samariæ monte, an verò in Ieruſalem templo fieri oporteret. Vbi clarè cõſtat, mulieris huius ingeniũ, & prudentiam, ad vtrumque ſuffeciſſe, tum ad ſubtiliſsimam interrogationem, quam Chriſtus fecit de aqua viua, quam ipſe Redemptor noſter ſe habere dicebat: tũ etiam ad examen, quod de tempore Aduentus meſsiæ, cum eo conferebat.

Septim⁹ loc⁹ Mathæi. 15. cananea ¶Septimus locus eſt, Matthęi capit. 15. Vbi alia adducitur hiſtoria, illius nõ minùs admirãdę mulieris Cananeæ. Cuius viua fides, atque efficaciſsima verba, tum etiam perſeuerantia, necnõ & humilitatis profunda virtus, B atque ingenij promptitudo, in æternam hominum memoriam exiſtent duratura. Eius ſiquidẽ viuacitas, & in reſpondendo acuties & prõptitudo, tanta fuit, vt vix ex Chriſti ore verbũ decideret, quin iam ipſa eiuſdem verbi reſponſum præmanibus haberet. Et quod magis admiratione dignum eſt, quòd reſpõſionibus Chriſti contradicere audebat. Mira mulieris prõptitudo, & ingeniũ. Dicente namq; ſaluatore noſtro, non eſſe bonum, panem filiorum ſumere, & mittere cani C bus: ipſa ècontrario dicebat, potiùs decentiſsimũ eſſe affirmãs, micas (quę de menſa domini ſui cadebãt) nuſquam canibus denegari. Nec ſat illi erat, diuina Redẽptoris verba ſatis percipere, ſed quodammodo velle illum A docere videbatur, qualiter ſcilicet canibus eſſet porrigendus panis. Quæ vſque adeò fuit perſeuerans, & in verbis ſuis efficaciſsima, vt non ſolùm filiæ ſuæ ſalutem obtineret, ſed etiã Chriſtus eam tanquã illuſtrẽ mulierẽ in cælum vſque extolleret. Ait ſiquidẽ: O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis.

¶Octauus, & poſtremus locus Octau⁹ locus. Actuũ. cap. 21. eſt, quem Lucas in Actis Apoſtolorum adducit, capit. 21. de viro quodam nomine Philippo à Cæſarea ciuitate, in cuius domo Apoſtolus Paulus in peregrinatione ſua aliquando hoſpitatus fuerat. Cui inquam viro erant quatuor religioſiſsimæ filię, quę B omnes prophetiæ donum ſortiebãtur: quibus Deus futurarum rerum ſecreta magnificè impartiebatur, vt inde populus intelligentiam eorum caperet, quę in poſterum prouidere haberent.

¶Nec ſolùm ex his ſanctę ſcripturæ locis, quæ hucuſque adduximus, ſed etiam ex alijs multis tum ſcripturæ, tum etiam ex humaniſtarũ hiſtorijs, reperiemus Celeberrimę fœminæ multæ. quidẽ, quàm plurimas celeberrimas mulieres, quæ vſque adeò ingenio ſummo, & prudẽtia, atq; ſapientia inſignes fuerũt, vt homines quoſque erudierint, & ſu- C perauerint: ita vt ſapiẽtia ſua & induſtria multos alios excitauerint, vt memorabilia facta & grãdia nimis in ſuarũ republicarũ hono-

A honorem & dignitatem aſſumerent: quarum conſilio, & induſtria, plurima bella ſunt deuicta. Et hinc eſt, quòd Plutarchus attendens rem hanc dignã eſſe immortali hominum memoria, vt mulierum vtique tam inſignia opera ſcriptis mandarẽtur, neq; tanta fœminarum ſapiẽtia obliuioni daretur, tractatum quendam edidit, cui titulus eſt, de illuſtribus mulieribus, in quo vniuerſa earũ notabilia facta ingenioſè accumulauit, quæ earum conſilio & ſapientia diuerſis tẽporibus cõtigerant: Et hoc quidem in virorum grandem confuſionem, & verecundiam. Vbi conſcribuntur induſtrię multę, atque earum animoſiſsima opera, ſuiſmet manibus exercita: B quæ dumtaxat ex earum acutiſſimo ingenio dimanarũt, ad quę raro profecto virorũ intellectus aliquis quantumcunque perſpicax peruenit. Ex quarum etiam prudentia ſumma, & capacitate, quàm plurima virtutis conſilia & diſciplinæ documẽta prodierunt, in optimam atque religioſam populorum inſtitutionem. Quas nimirùm viuendi regulas atque conſilia ſapientiſsimi ſæculi huius homines, quãtumuis ſtudioſiſsimi vix attigerũt: quæ C etiam veritates plurimas ſcientiarumque cõcluſiones ita in lucem diſſertas & elucidatas reddiderunt, vt Ariſtoteles, aut Plato, vel Seneca, ſiue quilibet alio-

Plutarchus.

Mira mulierũ prudentia.

rum inſignium philoſophorũ, A in ſcholis ſuis nunquam melius eas adinuenerint.

¶Sed tamẽ vt iſta omittamus, quid dicemus de ſapientia maxima, zelo, & efficacia, quibus multæ aliæ fœminæ tot perditiſsimos viros ad Deum ipſum creatorem ſuum conuerterunt? illos à brutali peccatorum ſuorũ vita abſtrahentes, quibus pertinaciſsimè anteà adhærebãt: quos tandem in veram ſalutis viam direxerunt. Sicut in huius conſequentiam adduci poteſt, quod ſanctus Thomas refert ſuper primam ad Corinthios Pauli epiſtolam capi. 7. lectione. ſecunda, de memorabili quodã facto, qđ tempore Clementis Pontificis in Romana curia contigit, vbi propter eminẽtem ſapietiam, B efficaciſsimamque cuiuſdam fœminæ perſuaſionem, Theodoræ nomine maximus Imperator Siſinus ad Chriſti legem conuerſus eſt. Et hoc etiam conſtat ex alio inſigni opere, nõ minus quidem laudabili, quod in hoc eodem loco idem diuus Thomas refert, de illuſtri illa, ac beatiſsima fœmina ſancta Cęcilia. Quæ tam mirabiliter, diuino ordine, denſiſsimas viri ſui tenebras effugauit, & tã excæcatos eius mẽtis oculos illuminauit, vt cùm iã C in abominabilem idolorum culturam immerſus eſſet eum tandẽ viriliter in Ieſu Chriſti fidẽ adduxerit. Hoc itidem de multis alijs

S. Thomas.

theodora, Siſinum Imperatorem cõuertit.

Beata Cęcilia.

A alijs mulierum generibus veriſſimè dici poteſt, quę quàm pluri mis viris, prudētia ſua, & virtute, necnō & religioſo fidei zelo, cauſa extiterunt reducendi eos à ſua ſpurciſsima viuēdi forma, atq; intellect' cęcitate, in agnitionē verā, & supernę beatitudinis claritatē. Hinc ergo liquidū manet, mulieres nō vſque adeò eſſe ſtolidę mētis, & craſsi ingenij, vt illis ſanè & catholicè cōmitti non poſsit ſacræ ſcripturę lectio, & magiſteriū, necnō & de ſacroſanctis myſterijs, & fidei arcanis tractare, ſicut & cęteri hominum.

B ¶ CAP. XIIII. VBI SVpradicta ſoluūtur argumēta.

Solutio primi, et ſecundi argumēti.

SED tamē argumēta hęc nō vſq; adeò ſunt efficatia, vt ipſis facilè reſponderi nō poſsit. Et quidē ad primum & ſecundum argumētum, quę de fœminis propheriſsis adduximus, reſpōdetur primò multū eſſe diſcriminis inter iſta duo eſſe vedelicet aliquē prophetam aut eſſe præceptorē legis. Nam primum nihil aliud eſt, quā quædam interior reuelatio, atq; diuina cōmunicatio, quam Deus myſteriorum & ſecretorum eius alicui intra ſeipſum tribuit, præſtādo illi diuinum quoddam lumē, quo ea quæ ventura ſunt denuntiare valeat. Quod quidem peculiare quoddā donum eſt, & priuilegiū, ex mera ſua, & gratuita voluntate procedēs & quod extra naturales & ordinarias regulas, cuicunq; voluerit præſtat. Neq; in hoc diſtinctionē aliquā obſeruat Deus inter viros & fœminas ſed hāc reponit cæleſtē gratiam in quo eius diuina maieſtas magis ſibi cōplacet, ſiue maſculus ſit, ſiue fœmina, & vbi paratius vas ad hoc tam admirabile prophetādi munus inuenerit. Quare ſæpenumero contingere videmus, eum in prophetā aſſumere, & excellenti hoc dono ſublimare, quē mundus infimum & deiectum exiſtimabat. Nam hæc fuit ſemper ſapientiſsimi Dei conditio, infirmiora ſcilicet atque mūdi debiliora extollere. Et hoc in excellentiam, & ſui ſancti nominis gloriam. Et hac eadē de cauſa priſcis temporibus dignatus eſt hoc excellenti prophetandi munere has celebres, & illuſtres mulieres veſtire. Sed cùm caſus hic admirabilis ſit, & extraordinariam legem contingēs, atque præciſè ex Dei beneplacito dependeat, nullum inde argumentum in nos deſumi poteſt, qui ſolùm de ijs, quæ ſecundum ordinariam legem accidunt, loquimur & tractamus. Nos namque certam formam, & viuendi regulam à Deo inſtitutam habemus, in qua abſq; miraculo in his diuinis dirigimur. In his ergo ſi fidei noſtræ diſpoſitionem, & ordinem ſequimur, & ſanctorū atten-

Propheta, & pceptor legis differunt.

Prophetarū aſſūptio.

A B C C

A tendimus doctrinam, & adhuc ſi naturalem etiam rationem perſpexerimus, apertiſsimè dignoſcetur, eos qui publicè docendi officium aſſumere habent, & litterarum magiſterio vti, non fœminas, ſed viros eſſe debere. Et hæc eſt reſolutiſsima diui Thomæ ſententia, in primam apoſtoli Pauli epiſtolã, ad Corinthios, & in prima quam ſcripſit Timotheo diſcipulo epiſtola, capite ſecũdo, lectione tertia, atque in ſecunda ſecundæ, quæſtione 177. articulo ſecundo, ad ſecundum argumentum.

S. Thomas.

Secũda ſolutio.

Fundamentũ.

¶ Secundò, eidem argumento reſpõderi poteſt. Et pro clariori eius intelligentia, ſupponendum eſt, quòd duplex eſt docendi modus, quo fidei noſtræ & religionis præcepta traduntur. B Alter quidem publicus, cũ videlicet aliquo ſacro loco, veluti in templo, doctrina fidei impartitur, qui locus peculiariter lectioni ſancti Euangelij dedicatus eſt, aut certè alius quilibet locus, vbi conuentus aliquis, aut populi concurſus fit, ſeu notabilis hominũ adunata multitudo, vt ibidem in C Chriſtiana doctrina inſtruantur. Et talis docendi modus fœminis eſt prohibitus, viris autem eſt conceſſus, ſupradictis iam à nobis adductis rationibus. Atque in hoc ſenſu, verum habent, omnia ſacræ ſcripturæ teſtimonia, conciliorumque, & ſanctorum ſententia, quibus pro A bauimus, lectionem ſacram mulieribus eſſe denegandam. Alter verò eſt docendi modus ſingularis & priuatus, vbi ſeorſum quiſque (vt ſuprà diximus) ſecum, vel cum amicis, aut priuatis, & ſibi deuotis & coniunctis perſonis, de ſacris litteris confert, quę vel in aliquo legit deuotionis libro, aut à concionatoribus quandoque audierit, aut certè quia Deus ipſe alicui (velut amico intimo) dignatus eſt interius inſpirare. Et talis doctrinæ qualitas, ſiue docẽdi modus, cuique legentium conceſſus eſt, ſiue vir ſit, ſiue fœmina. Hæc ad litteram eſt diui Thomę doctrina, ſecunda ſecundæ. quæſtione. 177. articulo ſecundo quem vide.

S. Thomas.

B

Solutio ad alia loca.

Expoſitio, Prouerb. 31 & 4.

¶ Ad duo alia loca, quę ex Salomone Prouerbiorum capite trigeſimo primo. Et capite quarto adduximus, quibus in locis datur nobis intelligi, quòd eam ſapientiam & doctrinam, quam Salomon obtinuit, à matre ſua didicerit. Reſpõdetur quod alia eſt diſciplina, ſiue inſtructio materna, qua parentes tenẽtur ſuos erudire filios, domeſtico quodã, ac familiari ſermone. Et in hoc C ſenſu accipienda ſunt ambo illa Salomonis loca, quæ ſonant, Salomonem ipſum à matre ſua edoctũ fuiſſe. Nã in tantum erat mater eius, virtutis filij ſui, & regni eius rectitudinis æmulatrix, vt

eum

A cum quotidie moneret, & familiari quadam colloquutione inſtrueret, quæ eſſet veri principis viuendi forma, & qualiter etiam bono adhærere deberet, malumque fugere, atque hominum cautelas, & machinamenta dignoſcere, necnon & religioſorum hominũ virtutes intelligere, vt illos punire, hos verò præmiare ſciret: vt ſic optimã regni ſui gereret curam. Hanc igitur docendi formam, fatemur quidem à matre ſua fuiſſe, à qua multa ſui regiminis documenta didicit. Cæterùm ſi de ea ſumma ſapientia, atque rerum omnium admirabili cognitione, quam Salomõ conſequutus fuit, loquamur & B de mirifico illo, diuinoq; prudentiæ talento, quod in regni ſui gubernatione obtinuit, negamus quidem hoc à matre ſua didiciſſe, ſed ab ipſa Dei omnipotentis manu, qui pro ſua mera liberalitate ſapientiam talem huic viro dignatus eſt infundere, ſicut ex ſacris litteris expreſsè conſtat. Habetur enim tertio libro Regum, capite tertio, Deum Salomoni in C ſomnis in hæc verba dixiſſe: quia poſtulaſti verbum hoc, & nõ petiſti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorũ tuorum, ſed poſtulaſti tibi ſapientiam, ad diſcernendum iudicium: ecce feci tibi ſecundũ ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens, & intelligens, in tantũ vt nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit, & hæc eadem eſt etiam ſolutio ſancti Thomæ in eiſdem tribus iam à nobis citatis locis.

Princi-pis forma.

Expoſitio 3. Regum. 3.

¶ Secundò reſpondetur argumento eidem. Fatemur ſiquidem mulierum quàm plurimas ingenium optimum ſortiri, & quæ optimè poſſint ſubtilia quæque litterarum pertractare. Nam ſic profectò eſt, quòd in ſubtilitate ingenij: & repentina rerum cognitione, quandam intellectus vim obtinent, qua homines ipſos multoties ſuperant: ſed tamen ſtatim earum degenerat intellectus. Nõ enim ſortiuntur tam ſolidum ingenij talentum, vt profundiùs, B & radicitus intelligentiam rerum attingere, atque penetrare valeant: ſed quò citiùs rem aliquã apprehendũt, eò citiùs ab eius intellectu decidunt. Ad eum modum quo vinũ aliquod reperitur, quod quã primũ exprimitur, & à torculari educitur, ſtatim vini perfectionẽ cõſequitur, hominumq; vſui adaptatur: ſed quò citius conficitur, eò citiùs deficit & in aceti naturam vertitur. Aliud tamen eſt vinum, quod vini optimi legem ſortitur, quod tardius quidem fit, ſed tamen nuſquã degenerat, immò quò eius eſſe,

S. Thomas.

Secũda ſolutio.

Mulieris ingenium.

Simile.

A esse, antiquius eſt & diutius, eò vini perfectiorem acquirit naturam,& ſuauius hominibus bibendum ſe præbet. Hoc igitur diſcriminis eſt inter fœminarum, & virorum ingenium. Nam in fœminis ea ingenij ſui viuacitas & habilitas repentina eſt,ita vt pro temporis momento omnia acutiſsimè penetret,ſed tamẽ illico degenerat. Virorum autem capacitas & intellectus,vini optimi legem ſortiũtur: nam etſi tardiores in rerum cognitione ſint, diuturnior tamen eſt, & permanentior ſemper eorum intellectus, & profundiùs res ipſas penetrat.

Diſcrimen inter viri & fæminæ ingenium.

B Hinc ſimiliter patet ſolutio, eorum quæ diximus in laudem Samaritanæ & Cananeæ: quarum ingenij vis fuit quidem ſubtiliſsima, & ad omnia quæ Chriſtus proferebat promptiſsima·quod etiam de Iudith fatendum eſt. Quapropter inſignes hæ mulieres à Deo ipſo aſſumptæ ſunt ad tam ardua, & præcipua negotia, veluti erat Holofernis caput abſcindere, & ſui pectoris arcana Samaritanæ detegere: quia animoſiores & acutiores, ad citiùs huiuſcemodi peragenda negotia, C quàm viri repertæ ſunt. Sicut patet de Iudith diligentia,quæ in temporis momento, Iſraeliticum populum in libertatem reſtituit, & Samaritanæ etiam A ſolicitudo maxima patentiſsima eſt, quæ relicta hydria, in ictu oculi Samariam totam cõmouit, & atraxit, vt Chriſtum dominum agnoſcerẽt. Et ad eũ modum ſanctiſsimas illas fœminas,quas euangeliſta refert, elegit Chriſtus,vt primæ reſurrectionis ſuæ teſtes eſſent, & veluti canes ſolicitè olfacerent, & indagarent, tam admirabile reſurrectionis ſuæ ſacramentum, cæteriſque ſtatim manifeſtarent.

Solutio.

Simile.

## ¶ CAP. XV. DE MOdo,quem coniugata fœmina erga familiam ſuam habere poterit,vt ſalua conſiſtat.

B POSTQVAM egimus de modo, quo mulieres erga ſacras litteras,& cætera fidei noſtræ myſteria ſeſe habere debeant, non abs re erit,poſtquàm de mulierũ ſciẽtia materiam tetigimus, inquirere,quiſnam eſſe poterit ſciẽdi modus, mulieri iam nuptæ, vt domui ſuæ,viro, atque filijs ſuisſit accõmodatior: vt ſic religioſa ſit & ſancta, vt tamen domus ſuæ regimen non amittat. C & vt ſic Chriſtianas adimpleat leges, vt nec tamen mariti ſui obſequium, & filiorum educationem relinquat. Quæ ideò dixerim

A xerim, quia hac noſtra infœlici ætate aliquę reperiuntur fœminarum, quibus cùm annexa ſit viri, atque filiorum cura, tāta in eis eſt contemplatiuæ vitæ ſolicitudo, ac ſi ad nulla matrimonij onera tenerentur: & ſic à domus ſuæ gubernatione, filiorumque inſtitutione ſe retrahunt, ac ſi vitium eſſet, illis intendere: cum tamen hæc oporteat facere, & illa nō omittere: & denique ſic ſe gerunt, quaſi non fuerit hæc ſui ſtatus principalis pars, de qua ante tribunal Chriſti reddituri ſint in die iudicij exactiſsimam rationem. Nam cui rogo, imputabuntur domus in curia, remiſſa filiorum educatio, ancillarum diſſolutio, & temporalium rerum iactura, niſi negligenti vxori? Hæc eſſe debet earum ſcientia, & ſapientia, ante Deū & homines: ſcire vtique virum ſuum ſummo amore, & omni reuerentia proſequi, & obſequium illi præſtare: filios in domino, omni doctrina, & religione nutrire: ſeruos in timore domini, & viri ſui inſtituere: & cætera, quæ ad ſtatum ſuum attinent, ſummo in pretio habere: nec plus decet illas ſapere, quàm oportet ſapere. Sunt enim aliquæ, quæ maiorem ferè temporis partē conſumunt in inquirendis fidei, & ſacrarum litterarum curioſitatibus, atque in contemplationis ſubtiliſsimis quibuſque inquirendis documentis, ſapientiſsimos viros vbiq; terrarum diſquirentes, cum quibus nuſquam ceſſant de mirabilibus fidei ſecretiſsimis rebus diu noctuque philoſophari, vſq; adeò, vt vice verſa, iam meritò Theologę atque eorum magiſtræ appellari poſsint: à quibus profectò impertinentia multa alia dicerunt, quæ ſtatui ſuo minimè conducunt. Et hæc omnia quidē cum maxima domus ſuæ iactura, necnon & ſui ipſarum graui damno. Nam etſi in aliud peius non inciderent malum, ab hoc ſaltē difficilè eximi poterunt, quòd videlicet ſemper inquietæ, & nunquā tutæ manent, tum in his, quæ mentis ſuæ ſalutem concernunt, tum etiam in rebus, quæ optimam domus ſuæ inſtitutionem reſpiciunt. Et tandem ad hanc viuendi formam multoties vir & vxor eius deueniunt, vt ſic ambo degant vitam, vt vir quaſi ſine vxore, & vxor ſine viro, ſeorſum maneant: ac demum tota domus quaſi ſine domino derelicta ſit, filij vero quaſi orphani. De quibus non immeritò dici poteſt: paruuli petierūt panem, & non erat qui frangeret eis. Quia inter diu noctuq; mater eius tota verſatur in templo, ſemper hinc inde curſitās,

Vitium vxoratę fœminę.

B

Vxoratæ fœminę ſapiētia.

C

Pulchre depingitur ī curia vxoratæ fœminæ.

Simile.

C

Expoſitio threnorū 4.

F &om-

A & omnia monachorum cœnobia diſcurrens, litteratiores viros inquirens, vt difficiles conſcientiæ ſuæ nodos diſſoluat, quaſi totius regni negotia pertractaret, & totius reipublicæ negotijs eſſet intricata: cùm tamen aliàs mulier quædam paupercula ſit, quæ intra fores ſuæ domus incluſa, vix vnius catuli curam gerit, & tamen totum tẽpus in indagandis ſapientioribus confeſſoribus conſumit. Et quod peius eſt, quòd hæc ianua eſt, qua viro ſuo tanta mali occaſio aperitur, atque ſcandali præſtatur anſa, vt quaſi vir, qui iam ſine vxore eſt, ſolicitus ſit
B aliunde quærere, quæ carnis ſunt, quomodo placeat alijs.

Ecce quò peruenit vxoratæ fœminę ſanctimonia, vt vir eius diſſolutus reddatur, & vxor eius vidua, & filij eius orphani, & tandem vt alieni veniant, & diripiant ſubſtãtiam eius. Nam ex quo vxor deuotionis cauſa, ſuæ obliuiſcitur domus, & maritus affectus odio, in multa carnis peccata dilabitur: ruit quidem tota domus, ſubſtan-
C tiaque rerum temporalium indies minoratur, & tandem matrimonij ſtatus totus euertitur.

*perditio domus vxoratę fæminę.*

Quod ſi hoc meæ relinquitur ſententiæ, laudo quidem in alijs religioſas has mulieres, ſed in hoc non laudo: & credo certè, quod zelum Dei habeant, ſed non ſecundum ſcientiam. Neque ideò hæc dixerim, vt virtuti nõ faueã: abſit enim à me tantum ſcelus. Oportet namque cõiugatam fœminam, religioſam & chriſtianam eſſe, humilem patientem, ſobriam, pudicam: oportet etiam vt templa inuiſat, miſſas & conciones libenter audiat, vſum ſacramẽtorum teneat, confeſsiones frequentet, puritatem conſcientiæ ſeruet, ad ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum reuerenter accedat, atque cætera virtutum ornamenta ſectetur. Sed tamen hęc omnia intra limites ſui ſtatus, attentè conſiderãs, ꝙ domũ habet, ꝙ virũ habet, ꝙ familiã habet, ꝙ filios educãdos habet, ꝙ ſeruos & ancillas habet: & tã dẽ taliter ſe gerat, ꝙ vtriq; operi ambas manus porrigat. Attẽtè etiam conſiderans, ꝙ familiæ ſuæ intẽdere, religioſum & ſanctũ eſt, & intra virtutis limitẽ cadit. Attẽte conſiderãs, ꝙ mulier, quę ſuę domui bene pręeſt duplici honore digna eſt habita, ac perconſequens, ꝙ duplici à Deo præmiabitur corona, & quia religioſa fuit, & quia domus ſuę curã geſsit. Attẽtè cõſiderans, ꝙ diuus Paulus ait prima ad Timotheum. 5. qui ſuorũ & maximè domeſticorum curã non habet, infideli eſt deterior. Quibus verbis Apoſtolus, fœminę quæ in hoc negligentior repe

*Authoris ſentẽtia.*

*A Notãdũ*

*Attẽtio vxoratę fæminę.*

B

C *Expoſitio 1. Timoth. 5.*

A reperitur, infidelitatis culpã impingit. Et adhuc (inquit) peior eſt quàm infidelis. Nã infideles ratione naturali ad curam ſuæ domus & familię ſe teneri vidẽt & peſsimã eſſe cenſent huius negligentiã. Sed quid de infidelibus dico, cùm tamẽ brutis ipſis huiuſcemodi mulier (quæ familiæ ſuæ eſſet oblita) peior ſit. Vi- Simile. demus quippe bruta ipſa, quãta cura & ſolicitudine filiorũ ſuorũ educationẽ pſequãtur Et fortaſſe in hoc caſu fœminis nõ tãta eſt imponenda culpa, quanta earũ cõfeſſoribus, & cõcionatoribus, qui eis fauent. quorũ cõſilio fortè iſta quãdoq; gerũtur & non dico de omnibus: nam qui B doctiores ſunt, nequaquã iſta cõſulunt. Hæc tamen omnia dixerim, niſi ambo cõiuges ex amborũ cõſenſu, ſoli Deo velint vacare, & mũdi põpis ſpretis, ſeculo renũtiare. Hoc nẽpe ſanctiſsimũ eſſe negotiũ, atq; cæteris omnibus optimũ viuẽdi exemplar.

Cui ad ſcribenda culpa

¶ Et ꝙ hęc eſſe debeat mulieris cõiugatæ vera ſcientia, atq; eius optimus viuẽdi modus, & ſui ſtatus chriſtiana forma, aſſerit expreſsè diuus Paulus in ea epiſtola, quã ad Titũ diſcipulũ ſuũ miſit, cap. 2. vbi ſic ait: Tu autem loquere quę decẽt ſanã doctrinam C adoleſcẽtulas vt viros ſuos amẽt filios ſuos diligãt, prudentes, caſtas, ſobrias, domus curã habentes, benignas, ſubditas viris ſuis, vt nõ blaſphemetur verbũ Dei.

Expoſitio ad titum. 2.

Vbi quid clarius, quã hæc Apoſtoli verba, vnde cõiugata fœmina diſcat, quæ debeat eſſe eius viuendi norma? Quibus verbis, nihil aliud Paulus magis comẽdare videtur quã ꝙ ſuæ domus, filiorũq; & mariti curã Chriſtianè gerat. Sed quòd maximopere in verbis his annotãdũ accedit, eſt nẽpe illud, quod ait: Ne blaſphemetur nomẽ dñi. Siquidem quãdo vxor extra viri obediẽtiã ſe ſubtrahit, vt illi non tã facilè obediat, atq; domus ſuę curã deſerat, viro ſuo maximã blaſphemãdi Deũ pręſtat anſam, quãdoquidẽ hoc videmus quotidie inter huiuſmodi cõiugatos cõtingere. Nec ſat fuerit vxori ſuę, ſanctis & deuotis ſe mãcipaſſe virtutũ exercitijs, vt mariti euitetur blaſphemia. Namq; marito eius nõ ſatis ſit, ſi his aut illis occupetur officijs: dũmodò domus ſuæ & familiæ curã omittat. Cõſiderare nãq; habet huiuſmodi coniux, ꝙ etſi eius propria conditio, naturaliſq; appetitus hãc deuotionis, & viuẽdi formã expoſcat: ad aliũ viuẽdi modũ iã in matrimonio ſe adſtrinxit. Nam non ſibi ipſi, ſed marito ſuo viuere habet neque quę ſua ſunt quęrere, ſed quę ſui viri, filiorũq; debet inquirere. Sicut enim Apoſtolus hominibus, qui in carne ſunt teſtatur ad Roma. 14. dicẽs, ꝙ Chriſtus nobis paſſus eſt, & reſurrexit, vt nemo noſtrũ iã ſibi viuat, ſed Chriſto dño: ita etiam

Notãdũ (A, B, C)

Expoſitio Roman. 14

A mulieri nuptæ ſuadēdum eſt, vt poſtquā matrimonij iugum ſuæ impoſuit ceruici, iā non ſibi, ſed viro ſuo atq; filijs viuat, ita vt in virtutū exercitio & deuotionis, quod quotidie manibus verſat, ſic ſe gerat, vt ſuæ domus curam non deſerat.

Expoſitio. 1. Timoth. 2. ¶ Hoc etiam teſtatur prima ad Timotheum, capite. 2. cum ait: Mulier in ſilentio diſcat, cum omni ſubiectione: ſaluabitur autem per filiorum generationem ſi permanſerit in fide & dilectione, & ſanctificatione, cum ſobrietate, vbi apertè beatus hic apoſtolus demōſtrat, vxoris ſalutem conſiſtere primū in Chriſti fide deinde in ſubiectione viri, eiuſque dilectione, ac deniq; tertiò in filiorū ſuorū optima educatione. B Hęc (inquit) ſācta & chriſtiana eſt: huic enim radici illico, tanquàm huius arboris flores Simile. facilè conſequuntur virtutes reliquæ, quæ huic matrimonij ſacramento ſunt annexæ.

¶ Hoc idem iterum cōfirmat Apoſtolus, hac eadem epiſtola prima ad Timotheum, cap. 3. dicens: Expoſitio. 1. Timoth. 3. Mulieres ſimiliter pudicas non detrahentes, ſobrias, fideles in omnibus. Atq; ſtatim de diaconibus coniugatis ſic ſubiungit, diaconi ſint vnius vxoris viri, qui filijs bene præſint, & ſuis domibus. Et iterum eodem C capite de epiſcopis vxoratis ſermonē faciens, ait: Oportet epiſcopum eſſe vnius vxoris virum, ſuæ domui bene præpoſitum, filios habentem ſubditos, cum omni caſtitate. A Si quis autem domui ſuę pręeſſe neſcit, quomodo eccleſię Dei diligētiam habebit? Verba profectò ſunt annotatu digna. Ait namq; ꝙ Epiſcopus qui ineptus reperitur ad domus ſuę pręſidentiam & regimen, ineptus etiam ad ſui epiſcopatus curā remanebit. Nec putat epiſcopi officium ſufficiēter adimpleri poſſe, ſi prius patris familias curam gerere neſcit. Hinc manifeſtè colliget coniugata mulier, quanti momēti eius poſſit eſſe ſanctimonia, ſi ſpreta ſuę domus & familiæ fuerit cura. Nā iuxta apoſtoli ſententiam, ſi inepta ad ſuæ B familiæ regimen inuenitur, ad ſecundùm etiam inhabilis exiſtet. Et idē dicit de Diaconibus nempe quòd eorum ſalus in optima domus ſuæ, filiorūq; præſidētia ſita eſt. Quæ ꝓculdubio Diaconorū doctrina, ad coniugatas fæminas, argumēti more deuoluitur. Nā ſi iſtorū ſtatus in huiuſmodi filiorū, atq; domus præſidentia reponitur, fæminarū rogo vbi ſita erit?

C ¶ Huic Apoſtoli ſentētiæ, cócordat quod Plutarchus refert, in libro Moraliū, tractatu quodā quē Plutarchus. de illuſtribus mulieribus cópoſuit ſtatim in principio prologi de quodā Philoſopho Tucydide nomine, qui rogatus ſemel, quęnā mulierū eſſet honoratior, & clarioris famę & opinionis, reſpō-

dit

A dit, illā ſibi eſſe maximo honori, quæ nullius eſſet opinionis aut famæ: de cuius fama, aut infamia, nullus vnquam hominum aliquid ſciret. Pro certo ſiquidem habebat, hoc eſſe optimum nomen & famam mulieris, nullum vtique nomen aut famam retinere; ſed quòd tanta eius ſit clauſura, & attentio circa familię ſuæ curam, vt à nemine gentium ſciatur an ſit. Hinc etiam eſt, ꝙ mulier quędam Pythagorica, nomine Theano, ſapientiſsima quidem in omnibus. Cùm interrogata fuiſſet, quęnam eſſet mulier illa, quam ipſa potiorem reputabat, reſpondit illum Homeri poëtę verſiculum, ſcilicet: quę labori ſuo & telę eſt vnita, cuius etiam B maritus ſibi anima eſt & vita. Refertur etiam de quadam Philonis philoſophi vxore, quòd cùm aliquando accidiſſet fœminarum plurimas in vnum conueniſſe, vt inter ſe ſolatium aliquod honeſtæ conuerſationis deſumerent, portabant omnes in ſignum lętitiæ coronas quaſdam roſeas ſuis capitibus ſuperpoſitas. Et cùm hęc Philonis mulier nullam deferret coronam, requiſita ab alijs matronis, faceret ne id, vt ſingularem ſe inter omnes alias oſtenderet, reſpondit: Nam corona C quam porto, maritus meus eſt. Nulla enim corona alia mulieri pretioſior eſſe debet, quàm eius maritus optimus.

Theano

Vxor Philonis

¶ Sed ſi oculatius apoſtoli Pauli verba perſpexerimus, acriùs A in hac loquitur materia quàm Plutarchus. Quandoquidem ſubiectionem hanc, & obedientiam, quam vxor viro ſuo exhibere debet, ſtrictiorem reddit, cùm prima ad Corinthios epiſtola, capite decimo quarto, ait: Mulieres in Eccleſijs taceant: ſi quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent. Durum ſiquidem, & difficile admodùm, eſt, quod hic diuus Paulus præcipit. Nam aut ignorantia quam mulieres habent, eſt de rebus agibilibus, quæ familiæ ſuæ, & domui conducunt. Et hoc planum eſt, nec aliquam ingerit difficultatem. Iuſtum enim eſt, vt in huiuſcemodi rebus à viro ſuo dirigatur, vt pote qui horum ſaniorem intelligentiam habeat. Si B tamen de rebus, quæ vxoris conſcientiam reſpiciunt intelligi habeant verba, quòd videlicet ſui cordis ſecretum, & dubium marito reuelet, vt eam dirigat, & quòd nullum alium requirat ſuæ mentis doctorem, à quo conſcientiæ ſuæ res addiſcat, niſi maritum ſuum: non intelligo qualiter hoc ſatis commodè fieri poſſit, abſq; maximo vxoris periculo C & grauamine. Nempe tempus illud in quo Paulus hęc hominibus perſuadebat, ętas quædā erat, vbi florebat ſynceritas, vbi coniuges tanta ſynceritate, tanto mentis candore, atque amoris vinculo, ad ſe inuicem adunabantur, quòd nul-

Expoſitio. 1. Corinth. 14.

Argumētum.

Antiquus cōiugatorū ſtatus

A nullũ mentis ſecretum ſibi reſeruabant: ſed omnia inter ſe aperta erant, & amborũ oculis nuda. Nã etſi duo erant amborum corpora, tanta erat mentis conformitas, & amoris vnio, vt duorũ corporum vna & eadem in eis videretur eſſe anima. At vbi venit noſtrum hoc miſerrimum tempus, vbi tanta viget hominum malitia, vbi coniuges non tanto fœdere & ſana mente, neq; amoris vinculo vniuntur, vbi etiam mariti non vſque adeò doctiores ſunt, vt ad hoc habiles & idonei inueniãtur: nequaquam ſine maximo dãno, & vxoris periculo, hoc fieri poſſet. Quapropter ſatius illi erit vxori, & ego ita cõ-
B ſulo, vt ſuos habeat cõfeſſores, qui
Conſilium. bus pectoris ſui arcanũ detegat: cũ quibus cõſcientiæ ſuæ dubia cõferat, à quibus etiã mentis ſuę medicinã expectet. Nam etſi inter cõiugatos, inter mille viros, vnus aut alter reperiri poſſit, qui hæc ſanè ſyncerè, & candidè faceret: vt in plurimùm tamen nequaquam decet. Nam ferè tota hominũ maſſa iam corrupta eſt, & ad malũ prona. Non eſt ergo de Apoſtoli mẽte, vt vxorata mulier ſui pectoris vulnus viro ſuo adaperiat, ita vt nullum alium, præter ipſum, cor-
C dis ſui habeat medicũ. Sed in his verbis, hoc tãtum exagerare voluit, ſynceritatẽ ſcilicet, & amoris vinculum, quo ambo ad ſe inuicem annecti deberent. Quia nimirum tanta inter ipſos haberet eſſe conformitas, & amoris vnio, ꝙ nullum inter ipſos ſecretum reſeruandum foret. Et hęc dicta ſint circa quæſtionem illam: quibus videlicet datum ſit populum docere, ſiue euangelium prædicare. Quia (ſicut diximus) in hoc nimia erat hominum corruptela, appetentium hoc concionandi officium.

¶ CAPVT. XVI. VBI explicatur, quid ſit auditorẽ docere, ſiue in quo conſiſtat, populo euangelium prædicare.

ABSOLVIMVS iam circa hanc primam par-
B tem, quæ docere eſt, primum dubium, cui videlicet hoc concionandi officium competat, an Theologis viris tãtùm, vel indiſcriminatim omnibus. Secundum principale, quod hic nobis circa hanc eandem partem inquirendũ reſtat, eſt quidẽ, quid ſit populum in cõcione docere, ſiue in quo conſiſtat hoc quod eſt, cõcionatorẽ auditores erudire: ſiue (vt explicatiùs dixerim) quęnam ſit, vel eſſe debeat doctrina hæc, quã concionator populo præſtare ha-
C bet. Cùm enim tã multa ſint, quæ
Multiplex doctrina. doceri poſſũt, & multa itidẽ, quibus chriſtianus populus inſtrui debeat: alia humana quidem, quæ domus & familiæ inſtitutionem reſpiciunt: alia, quæ reipublicæ gubernationem concernunt: alia, quæ ad hominum mores attinent:

A nent: alia verò, quæ fidei noſtræ præcepta includant: & alia, quæ Dei potentiam perfectionesq́;, & trium perſonarum attributa demonſtrent: ac demum alia, quæ de rerum naturalium eſſe, & perfectione tractent: videndum non immeritò eſt, vtra harũ partium debeat eſſe, in qua concionator optimus fidelem populũ inſtruere habet. In hoc namq; maximè articulo defectus, & concionatorum imperfectio propè ſemper apparent, quia vnuſquiſq; eam ſibi prædicandam doctrinam eligit, quæ magis ingenij ſui talento adaptatur. Alij quippe Moralẽ, alij ſcholaſticam: alij Theologicã, alij Philoſophicam, alij Methaphiſicã eli- B gunt: nec deſunt etiam, qui muſas ibi quandoq; decãtant, atque qui poëtarũ more inanes fabulas populo enarrant: & alij tandem qui inutiles quaſdam ibi quęſtiones mouent. Cæteraque id genus, quę ad nihilum valent, niſi ad ſubuerſionem audientium.

Ad ingenij ſui talentum, cõcionator doctrinam eligit.

¶Dubio igitur à nobis propoſito, in quo videlicet cõſiſtat prima hęc noſtra & principalis pars, ſcilicet docere auditorem, quam Cicero oratori, & Auguſtinus concionatori neceſſariam eſſe ducũt. C Reſpõdetur, ꝙ hoc eſt verè populũ docere, ſiue chriſtiano populo euangeliũ prędicare, ſcilicet, ſcripturam ſacrã in cõcione tractare, ſimulq́; ſanctas ac diuinas Eccleſię traditiones docere, hic enim ſcopus eſt totius concionandi officij, necnon & prædicatoris euãgelici ſtudij. A Et hoc confirmatur apertè ex diui Auguſtini ſentẽtia, qui in 4. libro de Doctrina chriſtiana, capit. 5. in hæc verba dicit: Sapienter autem dicit homo, tãtò magis, vel minus, quãto in ſcripturis ſanctis magis minusve profecit. Nõ dico, in eis multùm legendis, memoriæque mãdandis, ſed bene intelligendis, & diligenter earũ ſenſibus indagãdis. Sũt enim, qui eas legũt, & negligũt, legũt vt teneãt, negligũt vt intelligãt. Huic ergo qui ſapienter debet dicere, etiam quod non poteſt eloquẽter, verba ſcripturarum tenere maximè neceſſarium eſt. Quãtò enim ſe pauperiorem B cernit in ſuis, tãtò eum oportet in iſtis eſſe ditiorem, vt quod dixerit ſuis verbis, probet ex illis: & qui proprijs verbis minor erat, magnorũ teſtimonio quodãmodo creſcat: probãdo enim delectat, qui minùs poteſt delectare dicẽdo. Hæc Auguſtinus. Itaq; vt ſummatim eius ſententiã complectamur, eum vocat egregium diuini verbi cõcionatorem, ac legitimũ, & verũ diuinæ legis præceptorẽ, qui in pulpito ſacrã ſcripturã docet, qui prophetas interpretatur, qui veteris teſtamẽti figuras ediſſerit, qui ipſiuſmet Ieſu Chriſti re- C dẽptoris noſtri verba, quæ ſuo ſanctiſsimo ore protulit, reuerenter exponit: qui Apoſtolorum dicta & facta, veluti animarũ noſtrarũ ſpeculum, populo chriſtiano proponit: & qui non ſolùm ſeorſum

Tullius.

Auguſtinus.

Auguſtinus.

Verus cõcionator, quis dicatur.

A noſtræ fidei veritates intelligit,
ſed qui etiam vtriuſq;,veteris ſci-
licet,& noui teſtamenti,vnius ad
alterum correſpondẽtiam callet:
& qui denique ſacramentorum
vſum,in quo vera animæ noſtræ
medicina poſita eſt,inſtantiſsimè
populo perſuadet. Hoc inquam
eſt euangelium prædicare,ac per
conſequens ſcripturam docere.

¶ Et vt clariùs diſtinctiuſq; om
nes percipiant, quàm ſit veritas
hæc concionatoris officio neceſſa
ria, atq; euangelicæ prædicatio-
nis miniſterio decentiſsima, nec
non vt noſtra hæc aſſertio ſolida
magis maneat,& perſpicua:aliqui
B bus eam rationibus firmabo, &
quidem (iudicio meo) efficaciſsi
1.ratio. mis. Prima ergo ratio,quę vrget,
ne diuini verbi concionator ver-
uoſus tantùm ſit,ſolis verbis audi
torum auribus ſatisfaciens, ſed ꝙ
ſcripturam ſacram in ſuis tractet
concionibus,eſt nempe,quia hoc
ad chriſtiani populi eruditionem
ſummopere decet. Nam etſi ad
regni gubernationem,& vt bene
reipublicę forenſes agantur cau-
ſę,atq; vt homines naturaliter ſint
bonis moribus inſtituti,ſatis fue-
rit humana diſciplina,qualẽ anti
quiores illi,grauiſsimiq; philoſo
phi, Ariſtoteles ſcilicet,& Plato,
C Seneca item,& Cicero,atq; cęte-
ri ſapientiſsimi auctores rebus pu
blicis præſtiterunt:ad eam tamen
inſtitutionem,quæ ad regni cęlo-
rum beatitudinem conſequẽdam
exigitur,hęc inquam non ſufficit,
ſed alia eminentior atq; diuinior A
requiritur : quę mirabili quodam
modo,hominem ad tam eminen
tem patriam,& ſupercęleſtes diui
tias dirigat & diſponat. Iſta autẽ
nulla alia eſt,niſi ea,quę in ſacris
litteris habetur. Hęc ſiquidem ſu
percæleſtis ſcientia & cognitio Sacra doctrina, ſupercęleſtis ſcientia.
eſt,in qua creatura ad ſuum conſe
quẽdum creatorem formatur, &
diſponitur. Et hinc eſt, quòd di-
uus Thomas ait, in prima parte,
quęſtione.1.articulo.1.& eſt Theo S Tho.
logorum omnium cõmunis ſen-
tentia,ꝙ hæc ſacra doctrina,ſcien
tia eſt reuelata:ideſt non humano
aliquo ingenio, aut induſtria ac-
quiſita,ſed ſuprema quędã de cæ- B
lo deſcẽdens ſapientia. Hæc quip
pe differentia eſt,inter hanc & cæ
teras humanas diſciplinas,ꝙ reli
quæ facultates ratione naturali
probantur,atq; ingenij ſui virtu-
te eas nimirum homo conſequi-
tur. Itaq; earum regulæ & præce-
pta,hominis ingenium ſiue capa-
citatem ne vtiq; excedunt : vnde
originẽ inter homines traxit,eas
Phyſicas denominari diſciplinas: Vnde Phyſica dicatur diſciplina.
quod idem ſonat,quod doctrinæ,
ſeu eruditiones quædam natura-
les,quæ naturali quadam ratione
comprehendi poſſunt, & ad quę,
ipſa per ſe hominis natura ſuffi-
ciens eſt. Hæc autem ſuperna ſciẽ C
tia,omnem humanam ſuperat na
turam. Nam eius primum inten-
tum eſt, de Deo ipſo,atq; de eius
tractare perfectionibus, velut de
proprio hominis fine,inquẽ qui-
dem

A dē ipſe dirigitur homo. Hinc igitur eſt, quòd quia eſſe & perfectio huius tam ſupremi finis, omne hominis ingenium tranſcendit, ꝙ impoſsibile ſit in eius peruenire cognitionem, niſi per regulas & principia miraculoſè reuelata, atque diuinitus de cælo præſtita. Quo fit vt hęc ſacroſancta doctrina, ſupernaturalis ſcientia appelletur, ſiue Theologia: quæ ſecundum diui Thomę ſententiam, prima parte, quęſtione. 1. articulo. 7. in argumento ſed contra, idē eſt, quod de Deo locutio, ſiue ſermocinatio. Et hinc eſt, ꝙ etſi huius diuinę ſcientię concluſiones hic formemus, earum tamen principia

S. Thomas.

B in Deo ipſo ſunt. Quare articulos fidei, quos hic per fidem recipimus qui chriſtiani ſumus, non viſos aut ſcitos, ſed creditos tantùm, ea humilitate tenemus, qua fidei virtuti ſubijci debemus, eorum claritatem & euidentiam in beatorum patria expectātes. Itaq; ſicut accidere ſępenumero videmus, quòd inter nos aliqua ſit ſciētię facultas, quę ſua principia, iam aliòqui per ſe nota, atque in altera probata facultate recipiat (ſicut in perſpectiua fit ſcientia, quæ à Geometria, ipſiuſmet accipit principia: necnon & Muſica, quę

Simile.

C ea in Arithmetica ſupponit: ad eum etiam modū chriſtiani omnes cęleſtis huius doctrinæ principia à nobis credita, in cæleſti beatitudine euidentia eſſe pręſupponimus: vbi (Deo dante) quādo illuc tandem peruenerimus, clarā eorum intelligentiam percipiemus. A

¶ Sed quia hæc grauiſsima eſt materia, & quæ nimis hominis ſaluti conducit, atque concionatoris officio maximè conuenit, ipſiuſmet ſcripturę ſacræ teſtimonijs probabo, ſacram ſcilicet hanc doctrinam, cęleſtem & ſupranaturalem eſſe ſcientiam, nihilq; in ſe terrenum habere, ſed ꝙ omnia eius præcepta & inſtitutiones, diuinę ſint, atque nobis diuinitus reſeratę, ad hoc pręciſè, vt hominē in cęleſtem finem dirigat. Ex quo liquidò conſtabit, maximè neceſſarium eſſe, vt cōcionatores eam in pulpito euoluant, & chriſtianū populū doceant. Hoc igitur primùm patet, ex illa Chriſti redemptoris noſtri admirabili doctrina, Ioannis. 12. capite, vbi docet ꝙ homo omnem carnis ſuæ corruptæ, & ſanguinis ſaporem à ſe ipſo abijcere debet, vt regnum cęlorum conſequatur. Ait enim: Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuū fuerit, multum fructum habet. Qui amat animam ſuam perdet eam, & qui perdiderit animam ſuam propter me, in vitam ęternam cuſtodit eam. Vbi manifeſtè docet, ꝙ C etſi in hominis infecta natura ſitum ſit, carnis delitias & oblectamenta quęrere, victum etiam & veſtitum, cum cęteris mundi huius voluptatibus, appetere, necnō

Quòd ſacra doctrina, ſupercęleſtis ſit ſcientia ꝓbatur.

B

Primus locus. Expoſitio Ioannis. 12.

F 5 & ad

A & ad ſæculi huius pompas & honores anhelare: eſtò inquam hoc verum ſit, docet Chriſtus maximè conducere homini, vt aliud eminentius atq; diuinius eſſe acquirere valeat, his omnibus renuntiare: vſq; adeò, vt ipſaſmet ſuæ effrenis naturæ leges pedibus conculcet. Ad eum modum, quo granũ in terra ſeminatum & inuolutũ, totum ſuum priſtinum eſſe perdit, vt aliud perfectius acquirat: ita omnino oportet vt in homine totum eius carnis & ſanguinis eſſe putreſcat, vt aliud in eo cæleſtius eſſe inſurgat. Atque credere eum omnino oportet, quòd verus amor ſui, eſt odio ſe habere, & aſperam vitam ducere, paupertate, & labore, fame, ſiti, atq; cęteris mundi huius ærumnis eam inuoluendo. Et tandem vt à ſe procul expellat oportet ea, quæ eius naturalis expoſcit brutalis appetitus: ita vt homo per fidei lumẽ, & ſancti euãgelij doctrinam, carnis ſuę penitus ſapientiam corrigat, atq; in alterũ traſmutetur virum: quẽadmodum granum in aliud trãſmutatur eſſe.

Simile.

B

Simile.

2. locus

C

Expoſitio. Mat th i 5. Lucę. 6.

¶ Sic etiam eſt diuinum, atque admirabile documentum, quod Chriſtus Matthæi. 5. capite, atque Lucæ. 6. docuit, dicens: Audiſtis, ꝙ dictum eſt antiquis, oculũ pro oculo, dentem pro dente: ego autem dico vobis, nõ reſiſtere malo, ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: & ei qui vult tecũ in iudicio contendere, & tunicam tuã tollere, dimitte ei & pallium: & quicũq; te angariauerit mille paſſus, vade cum illo alia duo. Vbi apertè docet, ꝙ etſi bruto homini tam ſit appetibile, ſeſe ab inimico ſuo defendere, iniuriamque propriam vindicare: oſtendit Chriſtus aliam nouam in euangelio viuendi formam, homini vtiq; conſulens, vt ſi inimicus, vnam eius percuſſerit maxillam, præbeat ei & alteram: ꝙ ſi etiam pallium ab eo velit auferre, non ſolùm ei nõ reſiſtat, ſed ꝙ tunicam illi pręſtet: ac perconſequens, ꝙ ipſius carnis corruptæ legibus in omnibus renuntiet. A

B

3. locus

Expoſitio. Matthęi. 5.

Perfectionis chriſtianę culmen,

¶ Pari forma eſt admodùm cæleſtis, atque ſupra modum noua illa doctrina, quam Matthæus euãgeliſta in eodem capite. 5. ex ipſo ſãctiſsimo Chriſti ore refert (quę quidem veritas inter cæteras fidei noſtræ regulas, perfectionis chriſtianæ culmẽ tenet) vbi Chriſtus ait: Audiſtis, quia dictum eſt, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autẽ dico vobis, diligite inimicos veſtros, & benefacite ijs qui oderunt vos, & orate pro perſequẽtibus & calumniãtibus vos, vt ſitis filij patris veſtri, qui in cælis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Vbi redemptor docet, ꝙ etſi ex quo mundus hic viſibilis formatus eſt, homines conſueuerunt odio habere malefactores

C

ſuos,

A ſuos,atq; totis viribus eos in mortem vſque perſequi (quaſi res,quæ iam in hominis ipſa ſit innata natura infecta) etſi hoc inquam ita ſit,vult Deus ipſius naturę auctor, ꝙ beſtialem hunc appetitum homo ipſe reſcindat,& frangat,atq; vt ex feris reddantur homines domeſtici , manſueti,& tractabiles, magiſq; ac magis perficiãtur. Vſq; adeò,vt ſe odiẽtes diligãt,& malefactoribus ſuis bene faciãt , necnon & properſequentibus ſe,Deũ exorẽt,ſynceroſque,& dulces ſeſe oſtendant,his qui ſibi machinantur mala. Atque vt in eis tam no-
B bilis,& generoſa reſplendeat con-
Simile. ditio , qualis eſt ſolis natura : qui cùm tam ſupremum & inſigne ſit luminare,radios ſuos ſupra omnes ſtercorum fœtidiſsimas im-
Simile munditias extẽdit:nec ſolùm floridas arbores,& pulcherrimas calefacit,ſed etiã ſylueſtres & ſteriles prorſus atque ſpinoſas. In hoc generoſam Dei cõditionem imitantes,qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos , iuſtos atq; iniuſtos.

4.locus. ¶ Sed quid dicemus de illo tam ineffabili,ac diuino ſermone,quẽ Matthæus euangeliſta capite.5.refert,de Chriſto redẽptore noſtro,
C qui cùm montem aſcendiſſet , vt diſcipulis ſuis virtutis culmẽ oſtẽ-
Expoſitio. Matthæi.5. deret,ſic eos docebat : Beati pauperes ſpiritu , quoniã ipſorum eſt regnum cælorũ. Beati mites,quoniam ipſi poſsidebunt terrã. Beati qui lugent,quoniam ipſi conſolabuntur. Beati qui eſuriũt & ſitiũt A iuſtitiam,quoniam ipſi ſaturabũtur. Beati miſericordes,quoniam ipſi miſericordiam cõſequentur. Beati mũdo corde , quoniam ipſi Deũ videbunt. Beati pacifici,quoniam filij Dei vocabuntur. Beati qui perſecutionẽ patiuntur propter iuſtitiam,quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Quibus verbis Chriſtus dominus noſter , ſapientiæ ſuæ theſaurum nobis aperuit,vbi inæſtimabiles virtutum margaritas nobis oſtendit,vbi nouas penitus & inauditas veritates nobis patefecit : vbi nũquam à ſæculo documenta talia , ſiue legis præcepta homines acceperunt. B
Omnia ſiquidem fuerũt ſupra hominis ingeniũ auolantia,atq; omne quod ſupra terrã ſe extollit,excedẽtia. Hominũ nãq; ſemper fuit Hominum cõditio. conditio & effrænis appetitus,diuitias diligere,mundi voluptates amplexari,extinguere famem , ſedare ſitim,honorẽ appetere,gaudia mundi vana concupiſcere,inimicos perſequi,duros & inexorabiles in ſuorum proximorum calamitatibus ſe exhibere , immundarum cogitationum cor ſuũ depoſitũ facere. Docet igitur Deus, vt in his omnibus,aliam omninò C teneat homo viuẽdi formam,atquè vt in omnibus ſuam perficiat naturam & conditionem. Vt ſcilicet credat,felicem fortunam ſuã, & beatam vitam omnino conſiſtere in paupertate , manſuetudine, lachrymis,fame,ſiti,& in proximi

A ximi miſericordia,cordiſque puritate,in perſecutionum ab inimicis tolerantia,ac demum in proximi ſui vera pace & concordia. Itaque omnia hæc virtutum documenta,regulæ quædam & cæleſtes concluſiones ſunt,quæ ipſas naturæ leges perficiunt,& in altiorem finem eleuant.

5.locus.

¶Quo fit,vt quia tãta eſt ſacræ huius doctrinę auctoritas & generoſa conditio,inde nomen humanum ne vtique ſortiatur,ſed diuinum penitus,& cęleſte:vocatur ſiquidem non hominum cognitio, ſed ſcientia ſanctorum. Vt perſpicuè conſtat ex Salomone ſapientię.10.capite, vbi loquens de immenſis beneficijs, quę viro iuſto Deus in hac vita confert,inter cętera, hoc ſingulare donũ enumerat,videlicet,hanc diuinam & cęleſtem ſacrę ſcripturæ ſcientiam, qua in beatam vitam homo dirigitur. Ait enim: Iuſtũ deduxit dominus per vias rectas,& oſtendit illi regnum Dei,& dedit illi ſciẽtiam ſanctorum. Vbi apertè conſtat,cognitionem hãc,non hominum ſcientiam,ſed ſanctorum appellaſſe,quaſi quoddam ſit eius ſupremum,& deificum nomen. Et verè quidem ſanctorum eſt ſcientia. Nam non hominum,ſed ſanctorum eſt,pauperẽ eſſe velle,honoribus renuntiare, iniurias perpeti, inimicis benefacere, cordis puritatem ſeruare. Hęc ſiquidem viuendi forma,angelorũ potiùs, quàm eorũ qui carne veſtiti ſunt,

Expoſitio. Sapiẽtię.10

B

Sacra doctrina,ſãctorum ſcientia.

C

exiſtit.Nam in terra eſſe,& nõ ſecundum terrã viuere,ſed cęleſtia exequi opera,non hominum,ſed angelorũ eſt vita. Et in hoc vno, voluit propheta Moyſes,illius veteris legis hominum mentes excitare,vt ſcilicet magnitudinem,& legis illius excellentiam agnoſcerent, quam Deus illis pręſtiterat. quemadmodũ Deuteronomij capite.4.habetur,cùm dicitur: Audi Iſraël præcepta & iudicia,quæ ego doceo te:hæc eſt enim veſtra ſapientia & intellectus coram populis,vt audientes vniuerſi pręcepta hæc dicant. En populus ſapiens,& intelligens,gens magna: neq; eſt alia natio tam grãdis,quę habeat deos appropinquãtes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cũctis obſecrationibus noſtris: quę eſt enim alia gens ſic inclyta,vt habeat cęrimonias, & vniuerſam legem, quã ego propono hodie ante oculos veſtros. Si ergo hoc tam veraciter dictũ fuit de veteris legis cærimonijs,quę in arietum & taurorum ſacrificijs abſumebãtur,quãtò digniùs de ſacroſancto Ieſu Chriſti euãgelio verum habebit, quòd diuina,& ſupra modum mirabilis exiſtat lex? Quãdoquidem lex vetus iſtius figura fuit,hęc verò non niſi illius veritas:in qua tã alta & diuina myſteria & ſacramenta abſq; vllo obſcuritatis velamine,pro noſtra omnium ſalute Deus nobis reſerauit. Et hoc eſt,quod Eccleſiaſtici capite.3.Salomon ſub his verbis aſſerit: Non

eſt

A

Excellẽtia veteris legis.

Expoſitio. Deutero.4.

B

C

Expoſitio. Eccleſiaſ.3.

A tibi neceſſariũ,ea quæ abſcõdita ſunt videre oculis tuis, plurima enim ſupra ſenſum hominũ oſtenſa ſunt tibi. Vbi apertè mõſtratur, hanc diuinæ ſcripturæ cognitionem, omnem hominis intellectum excedere.

6.locus. ¶ Et quòd cognitio hęc,& ſapientia, quam ſacra hæc doctrina nobis adminiſtrat,cęleſtis ſit & extra hominis carnem & ſanguinem. Conſtat quidem apertè ex diuino illo Ieſu Chriſti reſpõſo, Ioannis cap. 16. vbi cùm Petrus Chriſto domino dixiſſet Tu es Chriſtus filius Dei viui: illico Chriſtus ſubiũxit, Beatus eſt Simon Bariona,quia caro & ſanguis nõ reuelauit tibi, ſed pater meus cæleſtis,qui in cęlis eſt. Ac

Expoſitio Ioãnis 16.

B ſi dixiſſet apertiùs,beatus es Petrus, omniumque hominum feliciſsimus: quia hęc eſſentię meę & naturę confeſsio, quam tuiſmet corporeis labijs protuliſti, cæleſtis prorſus eſt,& diuina, nõ niſi à meo æterno patre diuinitus tibi præſtita. Et iuxta diſciplinã & eruditionem, quam hic Petrus à Chriſto domino didicit,ſolicitus fuit ſemper Apoſtolicus hic vir,in omnibus ( quas

C ſcripſit)epiſtolis, hãc gentibus reddere rationẽ,videlicet, quòd prædicatio illa euangelica, quã ipſe exercebat,mirabilis erat, & diuina, de cælo à patre luminũ deſcendens. Quam itidem locutionem Apoſtoli omnes in ſuis ſemper ſuſtentarũt cõcionibus, vt hac via omnem mundi arrogantiam,atque ſuperbam hominum ceruicẽ & intellectũ vincerent. A

7.locus. ¶ Hoc idem Redẽptor noſter Chriſtus expreſsè oſtendere voluit Ioãnis 7.cap. in ea reſpõſione,quã Iudæis tribuit. Qui cùm maxima admiratione tenerentur, quomodo Chriſtus litteras ſciret, cũ non didiciſſet,& tamẽ ſumma ſapientia illũ pollentem videret,reſpõdit: Mea doctrina nõ eſt mea,ſed eius qui miſit me patris. Reſponſio certè,conſideratione admodũ digna. Nã ſi doctrina illa nõ erat ſua, quomodo ſua?& ſi ſua, quomodo non ſua?

Expoſitio Ioanis. 7.

Vbi manifeſtè in hac reciproca locutionis forma, nobis oſtẽdere voluit, doctrinã illã, qua Chriſtianũ populũ erudiebat,cęleſtẽ totã,ac miraculoſam fuiſſe, erat ſiquidem Ieſus Chriſtus, Deus & homo: & quatenus Deus,ſapiẽtiam illam à natura ſua ſibi vẽdicabat: ſed quatenus homo, eã proprijs,& corporeis labijs proferebat, atque populũ eã docebat. Ne ergo mundus deciperetur,exiſtimans, ꝙ ex ea parte, qua homo erat tã admirabilis ab eo poſſet prodire doctrina: vt eos inquã à tali errore educeret,ait: Mea doctrina nõ eſt mea,ac ſi clariùs dixiſſet, doctrina, hęc, quã me,veſtrę naturę conſortẽ hominẽ verũ, & veſtri ſimilẽ videtis docere,atq; aperto ore, humanis verbis ꝓferre (quia ſicut in alijs B C

ita

A ita & in hoc; hominis conditionē gero) ſcitote inquā doctrinā hāc non à mea humana natura, quatenus homo ſum, ꝓmanare: eius quippe fons & origo altior vtique eſt, nempe ipſamet eſſentia diuina quia quatenus Deus ſum, admirabilis hęc à me ſapiētia procedit. Vnde verum habet, ꝙ mea doctrina nō eſt mea. Quæ enim mea eſt, quia tanquā homo & ſimilis veſtri pręceptor doceo, non eſt vtique mea, quia non hominis tantū, ſed Dei eſt eruditio: à me ſiquidem, tanquam à verò Deo & viuo promanat. Hinc igitur eſt, quòd cū Redēptoris noſtri veritates omnes, tā cęleſtes diuinęque eſſent & vniuerſo orbi nouę & inauditæ, omnes in hoc Euangeliſtę cōcordant, quòd vniuerſi qui eum audiebāt, maxima admiratione tenebantur, vidētes in terra hominē, quaſi Deum loqui. Vt eſt videre apud Matthæum capi. 7. & Marcum 6. capite. & apud Lucam etiam 4. capi. Et hęc nimirùm fuit in terris, principalis Ieſu Chriſti attentio & cura ſcilicet inſtruere, & præuenire homines in hoc vno, ꝙ hęc eius diſciplina noua erat in terris, & cælitus miſſa doctrina, ac proinde ꝙ omnē humanā intellectus capacitatē excedebat: vt ſic Iudęorum omnium & Gentilium turbationem, atque cæcitatē ab eis auferret.

Mea doctrina non eſt mea.

B

Expoſitio Matthæi. 7. Marc. 6. Lucę. 4.

C

8. locus.

¶ Hæc eadem eſt expreſſa Redemptoris noſtri ſententia Matthæi capite 11. & Lucæ 10. vbi Chriſtus diuinæ huius facultatis excellentiam exagerans, ait: Nemo nouit filium, niſi pater, neque patrem nouit quis, niſi filius, aut cui voluerit filius reuelare. Cùm igitur cognitio hæc chriſtiana, quā nobis ſacra præſtat ſcriptura, nihil aliud ſit, quā harum trium perſonarum ſapiētia, perſpicuum eſt, nō eſſe in hominis poteſtate eam attingere, ſed à Deo pręciſè reuelatam eſſe, ac proinde non humanam, ſed diuinam prorſus exiſtere: nec nō & ſuæ meræ gratiæ liberalitatique tribuendum eſſe, quòd homines alioqui rudes & beſtiales, diuinæ huius ſapientiæ aliquid attigerint.

A

Expoſitio Matthæi. 11. Luc. 10.

B

9. locus.

¶ Hoc idem confirmatur manifeſtè Apoſtoli Pauli ſentētia, prima ad Corinthios, capite ſecundo, dicentis: Oculus non vidit, neque auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus ijs, qui diligūt illum: nobis autem reuelauit Deus, per ſpiritum ſuum. Quis enim hominum ſcit, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt: ita & quæ Dei ſunt, nemo nouit, niſi ſpūs Dei. Vbi perſpicuè Apoſtolicus hic vir deſignat ſupremæ patriæ cognitionem, quam ſacræ litteræ nobis tradunt, omnes hominis potentias ſuperare, & ſolùm à Deo ſibi eſſe reuelatam.

Expoſitio. 1. corinth. 2.

C

¶ Hinc

A 10. loc°. Expoſitio. Act. 2.

¶Hinc etiã ortũ habuit admirabilis & repentinus ille ſpiritus ſancti deſcenſus ſupra Apoſtolos omnes, atque cęteros eiuſdem ſcholæ diſcipulos, vt habetur Actuũ cap. 2. Vbi totius mũdi nationibus aſsiſtẽtibus, tãto ſonitu & tonitru diuinus ille ſpiritus in apoſtolica pectora deſcẽdit. Qui nõ ſolùm gratia eorum mentes impleuit, ſed etiã ſapientia & linguarũ dono, quibus vniuerſum orbẽ inſtruere deberẽt: abundantiſsimè ad ſummũ vſq; veſtiuit, vt omnium gentium nationibus compertiſsimũ eſſet, ꝙ doctrina & eruditio, quã apoſtoli omnes, atq; eorũ vicem gerentes, per vniuerſum orbẽ diſſeminaturi erãt, nõ humana erat, aut ab eorũ ingenio procedens, ſed cælitus à Deo ipſo miraculoſè præſtita. Nã etſi ipſe Redẽptor noſter in terra poſitus, hanc ſapientiæ plenitudinẽ Apoſtolis per ſeipſũ tribuere poſſet (quia nimirũ Deus erat verus, qui omnia & ſciebat, & poterat) noluit tamen, niſi quòd huiuſmodi ſapientiæ donatio in totius mũdi præſentia fieret patentiſsima: vt inde omnes perciperent, non humanam, ſed diuinam eſſe, ſuiſq; apoſtolis mirabiliter cõceſſam.

B Spiritus ſancti deſcenſus.

C Gregor.

¶ Et hæc eſt excellentia maxima, quam diuus Gregorius huic ſacræ tribuit doctrinæ. Qui vigeſimo Moralium libro, capit. 1. his verbis luculenter eam extollit dicens: quamuis omnem ſciẽtiam atque doctrinam ſcriptura ſacra, ſine aliqua comparatione, tranſcendat, vt taceã ꝙ vera prædicat, ꝙ ad cæleſtem patriam vocat, q̃d à terrenis deſiderijs ad ſuperna amplectẽda cor legẽtis immutat, ꝙ dictis exterioribus exercet fortes, & paruulis humili ſermone blanditur, ꝙ nec ſic clauſa eſt vt paueſci debeat, nec ſic patet vt vileſcat, ꝙ vſu faſtidiũ tollit & tãtò amplius diligitur, quãtò amplius meditatur, ꝙ legẽtis animũ humilibus verbis adiuuat, ſublimibus ſenſibus leuat, ꝙ aliquo modo cũ legẽtibus creſcit, ꝙ à rudibus lectoribus quaſi recognoſcitur, & tamẽ doctis ſemper noua reperitur, vt ergo de rerũ pondere taceã: ſcientias tamẽ omnes, atq; doctrinas, ipſo etiã loquutionis ſuæ more, tranſcẽdit: quia vno eodẽq; ſermone, dũ narrat textũ, ꝓdit myſteriũ: & ſic ſcit p̃terita dicere, vt ipſo nouerit futura p̃dicare: & nõ immutato dicẽdi ordine, eiſdẽ ipſis ſermonibus nouit, & anteacta deſcribere, & agenda nuntiare. Hæc ille. Ecce ergo quam noua & inaudita eſt viuendi forma, & ſupcęleſtis cognitio, quã ſacra nos ſcriptura docet. Quæ ꝓfectò nuſquã antehac lecta eſt, nuſquã anteà comperta, tã noua inquã & inaudita, vt peregrina prorſus ſit, & aliena ab ea, quã totus mũdus đ rerũ cognitione habet. Quãdoquidem diuina hęc ſciẽtia docet, ꝙ vita eſt mors, ꝙ labor

A Excellẽtia ſacrę doctrinę. B C

A labor eſt requies, quòd triſtitia ſolatiũ eſt, ꝙ lachrymæ ſunt lętitia, quòd luctus eſt gaudium, ꝙ dedecus & vituperiũ honor eſt immenſus, quòd infirmitas eſt ſanitas, quòd debilitas eſt fortitudo, & quòd inſipientia ipſa eſt ſapiẽtia, ac demum quòd ſimplicitas, ſagacitas & prudentia maxima eſt. Itaque tam admirabilis iam & diuina eſt hæc ſacrę ſcripturæ ſciẽtia, vt in ſtuporem, & extaſim induxerit omnes ſæculi huius ſapiẽtes. Sic enim ait euãgeliſta Marcus capite primo (ꝙ admirati ſunt omnes, ita vt conquirent inter ſe, dicentes, quidnam eſt hoc? Quænam doctrina hæc noua? & proceſsit rumor

Expoſitio Marci. 1.

B eius in omnem religionem Galileæ. Sic etiam Ioannes Euangeliſta refert capite ſexto, quòd hæc diuina ſcientia, vſque adeò ſuos terruit diſcipulos, vt illorũ quã plurimi ab eius ſchola receſſerint: quia dura admodũ, & aſpera, atque inaudita eius ſanctiſsima verba ſibi apparebant. Dixerunt ſiquidem: Durus eſt hic ſermo, & quis poterit ſuſtinere? Erat quippe doctrina hæc eis omnino peregrina, & extra eo-

Expoſitio Ioannis. 6.

C rum intelligendi, atque viuendi modum.

11. loc⁹.

¶ Et hoc idem eſt, quod diuus Paulus prima ad Corinthios capite primo ſcribit. Ait enim, tã eminentẽ fuiſſe huius Chriſtianæ legis Sapientiam, vt omnem mũdi ſcientiã perdiderit, & euerterit: necnon & ſapiẽtes omnes, A atque ſęculi huius potentes, quaſi attonitos penitus, & extra ſe reddiderit. Ait enim: non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare, non inſapientia verbi, vt nõ euacuetur crux Chriſti: verbum enim crucis pereũtibus ſtultitia eſt, his aũt qui ſalui fiũt virtus Dei eſt, ſcriptum eſt enim, perdam ſapientiam ſapiẽtium, & prudentiam prudentiũ reprobabo. Vbi ſapiẽs? Vbi ſcriba? Vbi cõquiſitor huius ſeculi? Nonne ſtultam fecit Deus ſapiẽtiam huius mundi? Itaque ſicut orto iam ſole, poſtquam per totũ orbem ſuos lucidiſsimos extenderit radios, ſtellę ipſę cœli illi- B co obnubilatæ manent, & obſcuræ, atque ſolis nimio ſplendore omnes terræ imperfectiones, & immunditiæ, & vilia quæq;, atq; fœtidiſsima diſcooperiuntur: & quæ anteà pulcherrima precioſaq; hominibus apparebãt, poſt ſolis ortũ vilia admodùm & imperfecta videtur: pari etiam forma in hac noſtra catholica eccleſia cõtingit, vt ait Apoſtolus Paulus. Quia ex quo ſol ipſe iuſtitię, Chriſtus Redẽptor noſter, C mundo apparuit, & ex quo per totũ orbẽ irradiare cœpit diuina eius euãgelij ſapiẽtia, in tãtũ chriſtiana hęc lex & doctrina reſplẽduit, ꝙ illico in eius pręſentia oẽs alię humanę ſapientię facultates viluerũt, earũq; imperfectiones omnibus innotuerũt, atque

Expoſitio. 1. corinth. 1.

Simile.

A atq; omnino humi proſtratæ māſerunt. Vnde iam homines apertè cognouerunt, diuinæ huius ſapiētiæ excellentiā: atq; id eſſe diſcriminis inter humanam & chriſtianam hanc ſcientiā, quòd inter humanū & diuinū, corruptibile & incorruptibile, terrenū & cæleſte. Et quemadmodum ſplendeſcente auro, cætera omnium metallorum genera in pręſentia eius infima manent, & abiecta nimis: ſic etiam quàm primum in mūdo apparuit chriſtiana hęc doctrina, ex templo reliquæ omnes ſæculi huius facultates obtenebratæ ſunt, & quaſi in nihilum redactæ. Fuit ſiquidem ſapientia hæc, illa admirabilis Aaron virga, quę cæteras ſapientium Pharaonis virgas deuorauit. Sic enim ait apoſtolus Paulus prima ad Corinth. cap. 1. vbi ſapiens? vbi ſcriba? vbi cōquiſitor huius ſęculi? Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi? Quod iterum confirmat. 1. ad Corinth. 2. dicens: Non enim iudicaui me aliquid ſcire inter vos, niſi Chriſtum, & hunc crucifixū. Vbi quaſi deriſum & confuſum ſe inueniebat Apoſtolus, eo quòd in alijs humanę ſcientiæ facultatibus tempus conſumpſiſſet, omiſſa hac tam diuina & ſupercęleſti cognitione. Cùm igitur hęc admiranda ſcripturæ ſacræ cognitio, veſtis ſit, qua chriſtianum hominem indui oporteat: Et cùm hæc ſola facultas, lumen verum ſit, quod auditoris intellectum illuminare debeat, & inſtruere: & cùm hæc ſcientia, ea ſit præciſè, qua homines chriſtiani diſponi, & formari debeant, vt cæleſtis beatitudinis capaces inueniantur: ac demum cùm hæc ſolummodò ſit via, qua progredi, atque dirigi habeant, qui regnum Dei ſunt conſequuturi: & tandem cùm hæc ſola doctrina ſit, quam Chriſtus redemptor noſter Apoſtolis ſuis præcepit, cùm per vniuerſum orbem erant progreſſuri, vt chriſtiano populo, tanquam verum vitæ ſuę exemplar, præſentarēt: ex hoc inquam manifeſtus apparet eorum concionatorum abuſus, qui omiſſa ſacra hac doctrina, aliud in ſuis cōcionibus principaliter docent. Veluti ſunt peregrina quędā & ſophiſtica ex philoſophorum libris, & ſpeculatiuis diſciplinis, multaq; alia impertinentia adducentes. Quandoquidem hoc nō vſquequaq; fidei profeſſoribus, niſi ſuo opportuno tēpore, conſonum eſt. Namq; chriſtianorum aures paſsim in cōcionibus, philoſophorum argumentis implere, oratorum declamationibus ꝑ pulſare, Platonicis & Ariſtotelicis ſophiſmatibus vincere: etſi vim aliquam & humanam efficaciam inauditorum animis habeant, vt plurimum tamen de ſe, ſi nudè accipiantur, parùm profectò conducunt ad futuram perſuadendam gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Hæc ſiquidē talis eſt, quam neq; oculus vidit, neq; 

Differētia. Simile. B Figura, Exod. 7. Expoſitio. 1. Corinth. 1. Expoſitio. 1. Corin. 2. C Annotādum maxime. A Simile. B Abuſus cōcionatorum. Concionatorū vitium. C Philoſophia quādo prædicanda.

A auris audiuit, neq; in cor hominis
aſcendit. Parũ igitur prẹſtant pro
pè ſemper hẹc philoſophorum at
gutiæ, niſi quatenus à concionato
re euangelico quandoq; ad eluci-
dationẽ euangelicæ veritatis, quã
tũc tẽporis tractat, ſuo opportuno
tempore adducuntur: vt ſacroſan
cta hæc fidei chriſtianæ dogma-
ta auditoribus magis eluceſcant.
Sic enim aliquando (& hoc raro,
ſicuti infra dicemus) euangelico
præceptori conceditur, philo-
ſophorum immiſcere lectionem.
Itaque in cõcione euãgelica eum
locũ habeat philoſophica ratio,
quem famula reginæ Eſther obti
Figura, Eſther, 15. nebat, quę retro poſita, dominæ
ſuę defluẽtia humi veſtimẽta por
tabat. Siquidem humana hęc ſciẽ
B tia, huic diuinæ ſacrę ſcripturę ſa
pientiæ, reuerenter, ſicuti famula,
deſeruire habet. Et hoc dixerim,
propter concionatorum aliquos,
qui minimè contenti ſunt, niſi cõ
cionem totã philoſophicis, & pe-
regrinis quæſtionibus abſolue-
rint: & præcipuum locùm in con
cione ſacra, philoſophorũ huma-
nę ſapientiæ præſtant.
12. locus, ¶ Huic diui Pauli ſuprà poſitæ
ſententiæ, cõcordat propheta Da
uid, Pſalmo. 47. vbi mirificè de-
pingit admirationẽ maximã, &
C grandem ſtuporẽ, quem reges om-
nes, & ſæculi huius potẽtiores, de
Expoſitio. Pſal. 47. hac inaudita & noua ſapiẽtia cõ-
ceperunt: cum ait: Quoniam ecce
reges terrę congregati ſunt, cõue-
nerunt in vnum, ipſi videntes ſic,
admirati ſunt, conturbati ſunt, cõ A
moti ſunt, tremor apprehendit
eos. Quia tale, nec viderãt vnquã,
neq; audierãt. Erant enim ſanctiſ-
ſimæ legis huius ſanctiones, ſuæ
ſenſualitatis corrupto appetitui
cõtraueniẽtes. Vidimus ergo, quẽ
admodum humana philoſophia,
ad regnum cęlorum hominẽ for-
mare nõ ſufficiat. Quia cùm tã ſu
premus ſit beatitudinis finis, alia
opus eſt ſapientia, quæ de ſurſum
ſit à patre luminum deſcendens,
diuina & cæleſtis, quæ hominem
ad cæleſtem hac beatitudinẽ in-
ſtruat, & dirigat. qualis (ſicut pro-
bauimus) ſacra eſt doctrina. Hãc
igitur oportet, vt concionator in
ſuis cõcionibus ſemper tractet, & B
ea populum veſtire curet.

## ¶ CAPVT. XVII. VBI de ſecunda agitur ratione, quare videlicet concionator ſacram habeat in pulpito tractare ſcripturam.

SECVNDA ratio, qua 2. ratio.
re oporteat euãgelicæ le-
gis præceptorẽ in concio
nibus ſuis ſacrã tractare ſcripturã,
eſt quidem, vt efficatiùs audito-
rum animos commouere poſsit.
Nulla ſiquidem doctrina eſt, quę
fortius proteruam, & rebellem
hominis voluntatem proſternat, C
quàm doctrina hæc ſacra. Eſt
enim quæ verè vincit hominis in
tellectum, ac proinde, quę eiuſ-
dem attrahit voluntatem. Pro

quo

A quo preſupponendum eſt hic fundamentum quoddam, in quo tota veritatis huius elucidatio conſiſtit. Videlicet, ꝙ vix aut nūquā alicuius hominis voluntas ſuadetur ſatis, vt rem aliquā velit, & amet, quin priùs eius vincatur intellectus. Hæc namq; differentia eſt inter homines, & bruta ipſa: ꝙ illi ratione mouentur, cęterùm bruta non niſi minis & loris. Quod manifeſtè conſtat ex eo Geneſis loco capite. 9. vbi Noe eiusq; filijs iam poſt diluuium ab arca egreſsis, volens Deus formā pręſtare, qua erga homines atque bruta ſe gerere deberent, ait: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animantia terræ, & ſuper omnes volucres cæli, cum vniuerſis quę mouentur ſuper terram. Hoc (inquit) erit inter homines & bruta diſcrimen, quòd illi ratione & beneuolentia ducendi ſunt, veruntamen animalia bruta terroribus, atq; percuſsionibus ſunt dirigenda. Omnis namq; hominum vis & fortitudo, in ipſius mente, & ratione ſita eſt. Quemadmodū enim ferociſsimus taurus, in ceruice repoſitam habet omnem fortitudinem ſuam: Sic etiam hominis fortitudo, in intellectu, tanquam in eius ceruice reconditur. C Et hinc cuiuſdam philoſophi celebre dimanauit dictum, quòd homo ſapiens, fortiſsima quędam turris eſt, quia vis eius tota in ratione includitur, in qua, velut in tuto loco, omnem ſubſtantiam ſuam repoſitam habet: vbi nullus inimicorum eius, etiamſi dęmon ſit, vim aliquam illi inferre poteſt. Vnde tyranni omnes, qui ſanctorum carnes cruentiſsimè dilacerarunt, in eorum tantum corpora iram ſuā, & rabiem exercere valuerunt: eo enim eorum furia & tyrannides tantummodò peruenire potuerunt. Cæterùm eorum intellectui & menti, violentiam aliquam aut nocumētum minimè inferre valuerunt: neque ab ea fidei integritate & reuerentia, quam creatori ſuo exhibere debebāt, euellere ſufficientes fuerunt.

*Fundamētum.* *Expoſitio. Gene. 9.* *Simile* *Philoſophi dictum.* (B)

B ¶ Hinc eſt ꝙ diuus Thomas prima secūdę. q. 83. articulo. 3. ad tertium argumentum, & quæſtione 17. articulo. 5. necnon & quæſtione. 9. articulo. 1. tractans de naturali ordine, qui inter has duas verſatur potentias, ſcilicet intellectum & volūtatem, ait: ꝙ is eſt infallibilis ordo, quem ſemper hominis natura à ſua primęua habet inſtitutione, quòd priùs eſt, rem aliquam intelligere, quàm eam velle & amare. Itaque in hoc deſeruit hominis intellectus, ꝙ ſcilicet voluntati res ipſas præſentat, vt perpendat, an eas acceptare vel repudiare velit. Et quouſque ab intellectu ipſo, hoc lumine illuſtratur voluntas, ſemper de ſe indeterminata manet, vt in neutram declinet partem. C Et hinc eſt, quod voluntas ipſa de

*S. Thomas.* *Volūtatis et intellectus officia.*

A ſe, potentia cæca denominari ſolet, quia ex ſe ipſa inſufficiens eſt, vt res ipſas concipiat, aut eiſdem impregnetur, niſi per ipſius intellectus actionem. *Simile.* Vnde inter ſe, quaſi quodam maritali affectu, annectuntur: ita enim ſeſe habent, ac ſi vir eſſent & vxor. Verè namque dici poteſt, ꝙ optima quęque humanæ vitæ conuerſatio, atque virtutũ opera, cęteraque hominis exercitia, ſiue bona ſint, ſiue mala, filię ſunt intellectus eius. Quare mater earum volũtas fuit, quæ eas peperit, intellectus verò pater, qui eas genuit. Et ſiquidẽ peruer- B ſus fuerit intellectus, talis etiã propè ſemper erit, & voluntatis partus. *S. Thomas.* Vnde celebris hic doctor ait, in prima ſecundæ. q. 1. articulo. 2. ad argumentum tertiũ, & in quęſtione. 6. articulo. 2. ad primum argumentmm, ꝙ in ijs qui iudicio carent, nulla poteſt eſſe praua voluntas. Quo fit, vt lapis nec velle, nec amare poſſit, quia ratione vtique caret, qua quod volendum & amandum eſt, perſpicere debeat. Vnde etiam fit, vt is qui dormit, voluntatis vſum minimè habeat, quia ſopitum habet intellectum ipſum. Hinc etiam prouenit, vt in ijs hominibus, in quibus intellectiua potentia inordinata ma- C net, hinc inde vacillans (vt in phreneticis, cæteriſque mente captis contingere videmus) ꝙ etiã voluntas ipſa perturbata exiſtat, & ſine ordine aliquo. *Simile.* Et quemadmodum cæcum hominem in meridie palpare videmus, qui vbi manum, aut pedem figere debeat, ignorat: ſic omninò in voluntate, & intellectu rerum contingit, quòd videlicet vbi intellectus delirat, deliret etiam ipſa voluntas. Nec velle neq; amare ſcit, vbi cognitio eorum, quæ volenda & amanda ſunt, deeſt: *Simile.* ſed in his rebus, quaſi turbidis & fractis oculis ſe habet voluntatis potentia.

¶ Suppoſito ergo, in hac materia, hoc principaliſsimo fundamẽto, ꝙ videlicet voluntas nũquam mouetur ad alicuius virtutis opus, quin priùs eius vincatur intellectus: inde manifeſtè cõſequitur, ꝙ B euãgelicę legis pręceptor, non poteſt auditorũ animos mouere, niſi priùs eorũ inſtruat, & vincat intellectum: nec voluntatem chriſtiani hominis rectam omninò reddere poteſt, quin priùs intellectum eius rectũ & catholicum reddat. Cõſtat autem ꝙ hominis intellectus, nuſquam niſi veritate vincitur. *Sola veritate vincitur intellect⁹. S. Thomas.* Eſt enim veritas iuxta diui Thomæ ſentẽtiã, quædã ipſius rei ad intellectũ adęquatio, quę vtiq; ipſum cõplet: & qua veritate, intellectus ipſe ſatiatur, & quieſcit. *Simile.* Quia ſicut hominis ſtomachus materiali cibo contentus eſt, ſic etiã veritas, cibus eſt intellectus, C qua eius ſedatur fames. Inter cæteras autem omnium profeſsionum veritates, nulla eſt quę ſic intellectum hominis vincat, & cõpleat, ſicut ſacra eſt ſcriptura. Nam eſtò

verum

A verum ſit, ꝙ in litteris ſacris euidens aut Mathematica ratio de fidei rebus, qualẽ noſter appetit intellectus, non inueniatur: tamen diuina veritas vim quandã, & diuinam efficaciam in ſe habet, qua auditorẽ firmiùs, & efficatiùs mouet, quàm cęterę omnes humanæ rationes. Nec ſolùm ad virtutis opus homines radicitus attrahit, ſed hominẽ taliter extra ſe ipſum facit, vt omiſsis & conculcatis quę ipſius ſunt naturę, eis quę omnino ſupra ſe ſunt adhereat: quouſq; vitam ipſam pro Deo libẽter exponat. Habet namq; ſacra hęc doctrina tantam in homine viam & efficaciam, vt quæ oculis videt, & auribus percipit, atq; manibus tãgit, negare omninò faciat: & ea, quæ non videntur amplexari cõpellat, atq; hominis intellectum penitus captiuum ducat: in tantum, vt nobiles quoſq;, illuſtreſq;, atq; ſapiẽtiſsimos huius ſęculi viros, alligatos in compedibus, & in manicis ferreis reuinctos adducat. Hęc ſiquidem eſt euangelicæ veritatis maxima virtus, de qua ipſe Dauid propheta, pſalmo. 67. teſtatur dicens: dominus dabit verbum euãgelizãtibus in virtute multa. Hæc veritas eſt, de qua Chriſtus Ioannis. 14. capite teſtatur: Ego ſum via, veritas, & vita. Hęc eſt de qua iterum Ioannis. 18. capite ait. Ego in hoc natus ſum, vt teſtimoniũ perhibeam veritati. Et hæc tandem veritas eſt, de qua Ioannis. 5. Saluator ait. Scrutamini ſcripturas, in quibus putatis vitam æternam haberi. Si igitur Chriſtus ipſe, verus Deus, legis noſtræ chriſtianæ veritas eſt, à quo, tamquam à vero fonte, omnes alię fidei noſtræ promanant veritates: quam vim (rogo) quam efficaciam? quamve perſuaſionẽ diuina hæc veritas non habebit, vt rebellem hominem non ſolùm moueat, ſed captiuet, & omninò proſternat, & creatoris ſui ſeruitio mancipatum reddat? An verò magis Platonis, cæterorũq; philoſophorũ dicta, hominis intellectũ illuminabũt, & cor eius à mũdanis rebus eradicabunt, quàm ipſius veri Dei & creatoris mirabilia facta atque dicta? Quid (obſecro) magis rationi conſentaneũ eſſe videtur, quã euãgelij Ieſu Chriſti doctrina? Quid proprius hominis naturæ & inſtitutioni cõducit, quã decẽ illa pręcepta, quibus in optimã viuendi formã homo inſtituitur? Quid ſãctiùs? quid ſubtilius: quid delicatius, quã ſcripturæ ſacrę ſanctiones, & pręcepta? Nullus ſiquidem repertus eſt tã ſolicitus hominis pędagogus, ſicut ipſa eſt ſcriptura ſacra, quæ nunc verbis, nũc factis, tum in rebus humanis, tum etiam in diuinis, à minimo vſque ad maximum, delicatiſsimè totum hominẽ enutrit, & inſtruit. Hinc ergo ſatis dignoſcere poterit concionator, quantum ſibi incumbat in concionibus ſuis, ſacram euoluere ſcripturam. Cùm enim concionatoris principale

Sacra ſcriptura, hominis intellectũ cõplet.

Efficacia veritatis diuinę.

Expoſitio. Pſal. 67.

Ioannis. 14.

Ioãn. 18.

Ioãn. 5.

Mira euangelij virtus.

Simile.

Scriptura, hominis pędagogus.

A inſtitutum, & intentum ſit auditorem mouere, vt abdicatis à ſe huius ſæculi pompis & vitijs, ſoli Deo adhæreat: & hoc minimè perſuadere valeat, niſi priùs intellectum eius inſtruat, & vincat: hæc autem inſtructio & victoria efficaciter (& vt decet) ad tam altum finem, fieri nequeat, niſi per ſcripturę ſacrę præcepta, & ſanctiſsimas regulas & pijſsimas atque diuinas Eccleſię traditiones. Inde manifeſtè colligitur, principale concionatoris negotium debere eſſe, ſcripturam ſacram chriſtianum populum docere, atque Chriſti legis profeſſores B hac præſertim doctrina eruditos reddere. Nam hac ſola, in beatitudinis finem eorum rectificatur intellectus: & poſt hoc verè, & efficaciter in virtutis exercitium, eiuſdem mouetur etiam voluntas.

Ex inſtructione intellectus, feruor voluntatis oritur

¶Et quòd ex inſtructione, quã ſacra hæc doctrina in hominis intellectu gignit, virtutis ardor, & feruẽtiſsimus fidei zelus in hominis volũtate dimanet, poteſt egregiè aliquibus ſacræ ſcripturę locis comprobari. Primò ex eo quod Deuteronimij. 4. capite habetur, vbi volens Deus Iſraëliticum populum in veram mandatorũ ſuorum, atque cærimoniarum legis C obſeruantiam inducere, talem deſignauit ordinem dicens: Et nũc Iſraël, audi præcepta & iudicia, quæ ego doceo te, vt faciens ea viuas. Ex quibus nimirùm verbis colligitur, quòd vt Deus populum ad hanc legis obſeruantiam A afficeret, priùs ipſius intellectus eruditionem in ipſis legis cærimonijs & pręceptis præcedere decreuit. Quod nimirùm denotatur his verbis. Audi pręcepta & iudicia quę ego doceo te, vt ſic inſtructus, viuas in eis. Ac ſi clariùs dixiſſet, oportet te primum eorum habere ſanam intelligentiam & integram: nam inde ſtatim oritur feruor, atq; amoris efficacia, vt quę didiciſti, opere compleas.

Expoſitio. Deutero. 4.

Figura Deut. 11.

¶Hoc idem firmatur, Deuteronomij. 11. capite, vbi poſtquã toti populo Deus legẽ dediſſet, ſic ait. Ponite hęc verba in cordibus, & B in animis veſtris, & ſuſpendite ea pro ſigno in manibus, & inter oculos veſtros collocate; docete filios veſtros, vt illa meditentur: quando ſederis in domo tua, & ambulaueris in via, & accubueris, atq; ſurrexeris: ſcribes ea ſuper poſtes & ianuas domus tuæ. In quibus verbis mirabiliter propheta Moyſes ordinem deſignauit, qui in obſeruatione legis à populo Dei ſeruandus erat. Quia enim priùs decebat, ipſum Iudæorum intellectum veſtiri, atque inſtrui doctrina, veraque eruditione legis: ait, legem ipſam collocandam eſſe inter oculos atq; meditari, vbicũq; C populus eſſet, ſiue in domo, ſiue in via, ſiue in lecto. Ex hac namque intelligentia, quæ nomine oculorum deſignatur, necnon & ex continua illa mẽtis ruminatione præ-

Intelligẽtia rei amorem parit.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A præceptorum Dei, illico eorum amor oritur etiam in corde, atq; totus accenditur homo, vt quod aure percepit, opere compleat. Et hoc eſt, quod verba ipſa deſignãt, quando propheta, ait, quòd ex eis fierent tituli & ſchedulæ, quæ ante oculos collocari deberent: ſi-

Mos Iudęorum.

cut apud Iudæos mos erat, ſchedulas has in pileis portare, atque deinde in manibus ipſis circumponi.

Manus quid ſignificẽt.

Per manus ſiquidem in ſcriptura ſacra, ipſa virtutis opera exprimuntur, per oculos autem ipſius

Oculi quid deſignent.

virtutis intellectus deſignatur. Is ergo ordo ſeruandus præcipitur, vt priùs intellectus ipſam legẽ caperet, à quo ſtatim manus eam ac-

B cipere debebant. Quia verus operandi virtutem ordo eſt, eam nẽpe primò intelligere, deinde operis executioni demandare.

¶Intẽdebat ille regius propheta Dauid exactã tenere legis cuſtodiam, & nec vnum apicem mãda-

Expoſitio. Pſal. 118.

torũ Dei prætereire: ideoq; humiliter dominum tota mente pręcabatur, pſalmo. 118. dicẽs: Aequitas teſtimonia tua in æternum, intellectum da mihi & viuam. Grãdis admodùm eſt (inquit propheta) domine Deus, iuſtitia & æquitas, quæ in tuis diuinis ſcripturæ ſa-

C crę, claudũtur præceptis. Quapropter immẽſam maieſtatem tuam ſuppliciter exoro, vt primùm omnium, eorum mihi præſtes intelligentiam: ſic enim & in eis viuere potero, & ea opere exequi valebo. Vbi apertè monſtratur, ipſum prophetam, ordinem prædictum & ſucceſſum in oratione ſua ſeruaſſe. Primò enim vt Dei mandata intelligeret petiuit, vt inde ſecundò in eorum amorem & obſeruantiam deueniret. A

¶Hoc idem iterum eodem pſalmo repetit dicens: Da mihi intellectum domine, vt diſcam mã-

Expoſitio. Pſal. 118.

data tua. Primùm omnium (inquit propheta) exoro domine vt mihi intellectum tribuas, quo legis tuæ mandata diſcam: quandoquidẽ ex hoc omnis eorũ affectio pendet atque adimpletio. Neque his contentus eximius ille rex, iterum eandem repetit ſententiam, in eodem ſupradicto pſalmo, cũ ait: Quomodo dilexi legem tuam domine, tota die meditatio mea B

Expoſitio. pſal. 118.

eſt. Videtur enim, quòd egregius hic pſaltes admirationem quandam ex ſeipſo formaſſet, ex eo quòd tam intimè, & feruenter in amorem diuinæ legis deueniſſet. Et huius tandem rationem aſsignat, dicens, quia tota die eam meditatus fuiſſet. Ex frequenti enim eius intelligentia & contemplatione, fatetur ſe in illius maximum amorem, ardentiſsimumq; inſurrexiſſe deſyderium. Eſt igitur neceſſarium valde, vt fidelis populus in veram & chriſtianam inſtitutionem perueniat, C & vt auditores verbi Dei in amorem & cæleſtium rerum deſyderium à concionatore accendantur, atque vt puri & ſtabiles in fide, quã profeſsi ſunt, inueniantur:

A quòd concionator ipſe euangelicus in ſuis concionibus ſummo opere curet,ſacram differere ſcripturam. Quia malè profectò poteſt in voluntate auditoris ſubſequi diuini verbi fructus, quin priùs intellectus eius ſanctę ſcripturæ verbis fuerit inſtitutus.

Corruptela.

¶ Hinc corruptela maxima in auditorũ animis oritur,quam fortaſſe pauci ſunt qui aduerterint: quę (ni ego fallor) non mediocre parat chriſtiano populo nocumentum. Cùm enim (ſicut a nobis ſuprà dictum eſt) voluntas hominis, virtutis opus ab ipſo concipiat intellectu, & ab eo tanquam à verò eius impregnetur marito: inde manifeſtè cõſequitur,vt qualis fuerit doctrina intellectus, talis etiam ſit voluntatis partus: Si namq; error fuerit,erit & erronea voluntas. Si verò barbara & vulgaris extiterit,barbara etiam erũt atque vulgaria voluntatis opera. Quapropter hęc mea ſemper fuit & pro nunc etiam ſententia eſt,ꝙ periculoſiſsima & nociua admodùm ſit populo chriſtiano,vulgaris & rudis concionatoris eruditio,& doctrina. Quia præter quã quòd multa ingerit chriſtianis auditoribus damna,aliud habet perniciosius malum, videlicet quòd ſine medicamine manet. Hęreſis ſiquidẽ etiamſi de ſe multò ſit peſtilentior & pernicioſior : ſed tamen ſtatim huic malo facilè apponitur remedium & medicamẽ,ne auditores ipſos inficiat, & cõmaculet.Illico enim vt primũ à concionatore fuerit hæreſis prolata, ab omnibus radicitus impugnatur,& euellitur,velut peſtiferum à vero tritico zizanium. Omnes ſiquidem audita hæreſi ſcandalizantur,omnes concionatorem talem continuò accuſant,quem ſtatim iam verbis corripiunt:aut certè ſanctũ Inquiſitionis tribunal, ipſum concionatorem igne, aut aliqua alia publica pœna caſtigat & emendat. Attamen vulgaris & barbara doctrina,manet in auditorum animis abſque medicamento aliquo, & remedio. Nullus quippe de illius tractat correctione, quia numquam verbis, aut igne, aut tẽporali aliqua corripitur pœna. Quapropter morbus quidam eſt, qui inter cutem & carnem in ipſis auditorum animis incluſus manet, quouſq; totam chriſtiani populi maſſam, & bene viuendi mores vulgaris hæc inficiat doctrina. Quæ quidem vulgaritas, quàm plurima damna,atq; immẽſa peccata in tota plebe diſſeminat. Hinc namq; oritur in hominibus ipſis,ſubſtantialium rerum in lege ignorantia grandis: in quibus nimirùm rebus eorum ſalus, & beatitudinis conſequutio ſita erat. Quo malo quid (rogo) peius eſſe poteſt? Nullus ſiquidem rectè poteſt aut intelligere,aut operari,quod malè à ſuo didicerit pręceptore. Et cùm hæc chriſtianorum lex polita nimis ac delicata exiſtat, & quæ à nobis virtutis

Simile. B

Vulgaris doctrina, pericuLoſa.

C

Vulgaris doctrina, periculoſa valde.

Simile.

Primum malum.

opera

ALEXANDER PP VI ... FERDINANDVS ... SANTIVS VALENTINVS

A opera delicatiſsima,& tot circunſtantijs imbuta expoſcat: impoſsibile,aut certè difficile admodùm videtur, chriſtianos homines in tantæ perfectionis complementū deuenire poſſe, ſi pręceptores legis vulgares & rudes habeant.

a.malū Hinc præterea aliud oritur non minus malum,quod eſt tepiditas maxima in ipſis virtutum operibus. Nam cum prædicator euāgelicus dexteritate aliqua indicēdo non pollet,ſed torpeſcit,nec doctus in ſacris litteris exiſtit, ſed Simile. vulgari quadam doctrina populū inſtruit,tūc temporis,virtutis aut peccati faciem propriè & legitimè populo depingere neſcit, vt B ſic auditores ad virtutem afficiantur,& à peccato (ſicuti decet) abhorreant: non enim virtutis aut peccati naturam ſatis percipiunt, vt illam proſequi,iſtud autem fugere valeant. Quare oportet omnino,ad hoc vt chriſtianus populus in his duobus verè inſtruatur, vt talis ſit concionator,quòd virtutis & peccati vultum ad viuum populo præſentare ſciat; & quòd viuum ſacrę ſcripturę ſenſum auditoribus depingat. Quia dum doctrinam talem ſic legitimam,viuā, & efficacem,ab ipſis concionatoribus auditores non acceperint, C ſed vulgarem & remiſſam: parùm profectò vel nihil,ad ipſum virtutis opus mouetur: ſed frigidi prorſus,& remiſsi,atq; tepidi admodū in doctrinæ executione manent.

Simile. Nam ſicut in eo, qui imaginem reſpicit,vt ad illam afficiatur,atq; A eam ſibi habere cupiat,neceſſum eſt, vt pictor ſenſus membrorum eius proprietate maxima, & ad viuū delineet, & ad perfectū vſq; perducat: hæc enim ſunt,quę mētem ipſius vidētis excitant,vt eius cupiditate teneatur (quòd ſi econtrà,ipſius imaginis figura perfecta non extiterit,ſed ruſtica,& vulgari quadam forma delineata,& ea membrorum proportione carens, quam ipſa expoſcit natura,nō niſi ad riſum potius & contēptum illius,videntes prouocat) ad eum ergo modùm in euangelica doctrina accidere videmus. Vt enim diuini verbi auditores verè euan- B gelicis veritatibus afficiantur,earumq; teneantur amore & deſyderio,opus eſt vt concionator ipſius veritatis naturalem effigiem auditoribus referat, propriumq; & viuum ſenſum eius populo reddat,eam inquam veritatem omni eloquentia & dexteritate ediſſerens, vt ſic auditores veritatum amore capti, libētius feruentiuſque eas amplexētur,& efficacius proſequantur. Et idem etiam de peccato dicendum eſt. Nam vt illud verè auditor fugere atq; abhorrere poſsit,opus eſt vt concionator talis ſit, qui peccati vultum C proprietate quadā, ſicuti in ſe eſt, depingere & præſentare populo ſimile. poſsit. Quòd ſi ſecus fiat, quòd videlicet concionator impropriè, atq; barbarè,& vulgariter euāgelicā ediſſerat doctrinam,in riſum



[library stamp]

A potiùs,& ipſius doctrinæ vilipendium,quàm in zelum,& feruentē eius amorem auditores prouocat: vnde tepiditate maxima,& in virtute remiſsi manent,& deſides.

Præcipuū malū, tepiditas.

¶ Summo opere tamen hic animaduertendum eſt, non eſſe malorum omnium minimum, imò fortaſſe præcipuum,in concionibus chriſtiano populo tepiditatis anſam præſtare. Quia vt in plurimum tepiditas ipſa,& virtutis remiſsio, proxima valde & vicina eſt ipſius virtutis corruptioni. Nā quemadmodum in ſtomacho hominis ex frigiditate,& caloris naturalis defectu,cōtinuo ipſius hominis generatur mors: ſic etiam cum tepiditas,ipſius virtutis frigiditas quędam ſit & gelu,conſequitur ſtatim,vt ex ipſa oriatur in homine virtutis mors. Quapropter nō abs re (ſicut ex Apocalipſis.3. capite conſtat) Deus hominis tepiditatem adeò deteſtatur,cū dicit: Vtinam frigidus eſſes,aut calidus:ſed quia tepidus es, incipiā te euomere ex ore meo. Quo in loco vocabulū iſtud euomere, Dei erga talem hominem,exoſam voluntatem deſignat. Sicut enim tepida aqua ſtomachum alterat, omnemq; hominis valetudinem & quietem euertit & conturbat: ſic etiam virtutis tepiditas (ait dominus) eius pectus commouet,vt eam ſuſtinere nolit, quim ſtatim eam foris proijciat. Hoc autē malum ab ipſa concionatoris ruſticitate, & barbarie promanat. Feruor namque & populi deuotio, nuſquam excitatur aut acquiritur (vt diximus) niſi ex ipſa legitima atque efficaci concionatorum doctrina. Et hoc idem eſt,quod Salomon Sapientię.6.capite,confirmat dicens: Multitudo ſapientiū, ſanitas eſt orbis terrarū. Quia veritas ſapienter & propriè hominibus propoſita,ex natura ſua hominis mentem excitat,atq; illum in eius accēdit amorem. Quod ſi ita eſt,ꝙ ſapientes viri ſalis ſunt, & totius orbis condimentum, conſequitur manifeſtè, quòd vulgares & inſipientes homines,eiuſdē orbis corruptela etiam exiſtent. Et ita proculdubio rei veritas habet, quòd principalis huius corruptionis ianua,in republica ſemper eſt & fuit, ea introductio & conſuetudo,quam rudes,& vulgares homines in rebus ipſis ſua ruſticitate diſſeminarunt: præſertim tamen ignorantes & barbari prædicatores. Et puto quidem veriſsimum, quòd ſi modo curioſiùs morbi huius originem & radicem indagare velimus,quare ſcilicet hac noſtra tēpeſtate tam corrupta exiſtat chriſtianorum reſpublica, quòd nullam aliam certiorem aſsignare poſſemus,quàm concionatorū vulgaritatem. A quo itidem fonte,tanta his diebus in auditorum animis inſedit frigiditas,& remiſſio, vt iam omnes ſterilem quendam habitum,& curſum audiendi verbum Dei acquiſierint:quia non niſi veluti cæremonia quadā, ſermo-

Margin notes (left): Simile — B — Expoſitio. Apoca.3. — Simile. — C

Margin notes (right): A — Expoſitio. Sapiētię.6. — B — Vulgares homines, corruptela reipublicę ſunt. — C — Fons tepiditatis

A ſermonis auditione vtũtur. Nam exteriori tantum audiendi labore contenti ſunt, omni prorſus virtutis propoſito, & concionis fructu vacui. Exiſtimant enim apud ſe ipſos, ꝙ ſemper peccare, & ſemper ſermones audire, in eadẽ ſede morantur, nec ſibi inuicem contradicunt. Hinc colliget euãgelicus concionator, quanti mali extiterit cauſa, quando in concionibus ſuis ſacram non docuerit ſcripturam. Quia hinc profectò oritur tepiditas, vulgaritas, ac totius chriſtiani populi ruſticitas, & tãdem ipſius veræ chriſtianitas corruptio: cùm alia docet, quæ nec lex petit, nec euangelio concordant: B ſed verba ſunt tantùm, doctrinæ fructu, & dicendi ſtylo carentia, & vulgari quodã habitu veſtita.

¶CAPVT. XVIII. VBI de tertia agitur ratione, ob quam concionator ſcripturam ſacram in pulpito tractare habet.

3. ratio. TERTIA ratio, quę exigit, euãgelicum predicatorem ſacram debere tractare ſcripturam, eſt nempe, ne auditores ipſius ſcripturę in numeris, maximiſq; eius fructibus de- C fraudentur. In ea namq; repoſita ſunt animę noſtræ dulcedo tota, atque recreatio, ſimul & diuitiæ, quibus noſtra ornatur vita, vt gratioſa pulcherrimaq; diuinæ maieſtatis oculis præſentari valeat. Eſſet enim non ſolùm concionatoris deteſtabilis infidelitas, ſed etiam enorme damnum, quod toti populo pararet, ſi loco tam prætioſæ veritatis, & quę tantum noſtris conducit animis, peregrinas alias doctrinas chriſtiano populo in concione proponeret: quas vel à ſua mera imaginatione eliceret, aut certe à vulgaribus libris, qui parum ſecum eruditionis afferunt. Hoc enim eadem omninò eſſet falſitas & grauamen, quod Iacob irrogatum fuit. De quo Geneſis. 29. capite legitur, ꝙ cùm ſeptem annis Laban ſocero ſuo pro pulcherrima Rachele deſeruiſſet, Liam fœdã, oculiſq; lippã illi ſuppoſuit. Quod Iacob ſentiẽs, ita ſe à Laban ſocero ſuo fuiſſe deluſum, ægrè admodùm tulit, & cõqueſtus eſt de iniuria & grauamine, quod illi irrogauerat, quia vice pulcherrimę Rachelis aliam non ita pulchram, ſed deformem ſibi appoſuiſſet. Hæc igitur falſitas, & nocumẽtum maximum eſt, quod prędicator auditoribus irrogat: quando loco ſacrę ſcripturæ, doctrinam aliam peregrinam illis ſupponit. Hęc enim ſcriptura, illa eſt pulcherrima Rachel, in qua omnis pulchritudo, & perfectionis decor, atq; animæ noſtræ diuitiæ relucent: pro cuius contẽplatione chriſtiani omnes, qui hanc Chriſti legẽ profeſsi ſumus, interdiu noctuq; virtuti inſudamus, & labores omnes atq; ęrumnas ſuſtinemus. Quia cum noſtrũ princi-

Marginalia (right): A; Simile; Figura. Gene. 29; B; C

[library stamp]

A principale intentum, & potiſsimus finis ſit, ſupremam beatitudinem conſequi, quę in ſolo Deo cōſiſtit: imago autē & ſplendor beatitudinis huius, in litteris ſacris reluceat, iuxta Redemptoris noſtri ſententiam Ioannis. 17. capite, in qua ait: Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te verum Deum, & quē miſiſti Ieſum Chriſtum: quemadmodum in beatorum patria, in Dei viſione eorum conſiſtit felicitas, ſic quodāmodo in hac lachrymarum valle poſitis, ipſius Dei cognitio & contemplatio, beatitudo appellatur. Hæc enim illius vigilia eſt, nam hinc ad illam tranſimus: & quod illis in eius viſione

Expoſitio. Ioānis. 17.

Simile.

B recreationem ingerit, hoc in ipſius contemplatione & cognitione hic nobis felicitas, ſolatium, & leuamen eſt. Et hoc eſt quod verbis illis deſignare voluit, cùm dixit: Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te & Chriſtum filium tuum. Quia etſi vera vita æterna in Dei viſione in patria conſiſtat, tamen quia cognitio eius in terra, origo & radix eſt, ad beatitudinem illam perueniendi, & in qua noſtra hic recreatio conſtituta eſt: cōſequitur inde, quòd hæc etiam cognitio vita æterna pariter appelletur. Qua de cauſa obſeruan-

Dei cognitio, vita ęterna.

C tiam diuini verbi, & eius cognitionem, beatitudinem Redēptor noſter in homine eſſe dixit, cùm Lucæ. 11. capite, aſſeruit: Beati qui audiunt verbū Dei, & cuſtodiunt illud. Cū ergo in ſacra ſcriptura, ipſius Dei imago reſplendeat

Expoſitio. Lucę 11.

A (quia bonitatis eius, diuitiarum, atq; cæterarum perfectionum, nobis prę ſtat notitiam) hinc oritur, vt amorem & appetitum, quęm ad Deum ipſum habemus conſequendum, eundem habeamus etiā ad ipſum intelligendum. Quare loco illius delectationis & dulcedinis, qua in patria fruuntur beati diuinam ipſam eſſentiam cōtemplantes, nos miſeri, quamdiu ad illam peruenimus beatitudinem, in conuerſatione & ſanctæ ſcripturæ communicatione omnis noſtra felicitas, recreatio, & dulcedo poſita ſit: quia quod nos hic intelligimus, idem eſt quod ipſi poſſi-

B dent. Itaq; nos huius ſuauitatis & dulcedinis auidi, hanc ſanctæ ſcripturę faciē ſumma auiditate quęrimus: & pro ea die nocteq; inſeruimus, ſicut Iacob pro famoſiſsima Rachele, vt eam nobis hic ſociam & ſpōſam habere poſsimus, vt cum ea hic conuiuamus, & cōſolemur, interea dum ad veram patriam peruenire valeamus.

¶ Et hæc quidem acutiſsima illa eſt, atq; admirabilis ſanctiſsimę huius ſcripturæ ſapientia, quam Deus Salomoni regi mirabiliter præſtitit, vt habetur eiuſdem Sapiētiæ libro, capite. 7. 8. & 9. Qui

C bus in locis ſapientiſsimus ipſe Salomon, quaſi formoſiſsimę ſponſæ ipſius amore captus, encomiū quoddam illi compoſuit, omni quidē elegantia ac dulcedine plenum, ſic inquiens. Hanc amaui & ex-

Simile.

A exquiſiui eam à iuuentute mea,& queſiui ſpōſam mihi eam aſſumere,& amator factus ſum formæ illius. Propoſui ergo hāc adducere mihi ad cōuiuendum, ſciens quoniam mecum cōmunicabit de bonis;& erit allocutio cogitationis & tædij mei, intrans in domum meam cōquieſcam cum illa. Non enim habet amaritudinem cōuerſatio illius, nec tædiū cōuictus illius, ſed lætitiam & gaudiū. Præpoſui illā regnis & ſedibus,& diuitias nihil eſſe dixi in cōparatione illius:& propoſui pro luce habere illam, quoniā inextinguibile eſt lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa.
B Infinitus enim theſaurus eſt hominibus: quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei. Eſt enim in illa ſpiritus intelligentiæ, ſanctus, multiplex, vnicus, ſubtilis, diſſertus, mobilis, incoinquinatus, certus, ſuauis, amans bonum, acutus, qui nihil vetat benefacere, humanus, benignus, ſtabilis, certus, ſecurus, omnem habens virtutem, omnia proſpiciens, & qui capiat omnes ſpiritus intelligibiles, mundus, ſubtilis. Vapor eſt enim virtutis Dei, & emanatio quædam eſt claritatis omnipotentis Dei, ſyncera:&
C ideo nihil inquinatum in eam incurrit, candor eſt enim lucis æternæ,& ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius. Mitte illam de cælis ſanctis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ, vt mecum ſit, & mecum laboret, A vt ſciam quid acceptum ſit apud te. Scit enim illa omnia, & intelligit, & deducet me in operibus meis ſobriè,& cuſtodiet me in ſua potentia: & erunt accepta opera mea & diſponam populum tuum iuſtè, & ero dignus ſedium patris mei.

¶ Res quidē admiratione eſt digna, videre, quā ad viuū ſapiētiſſimus hic vir proprietates, excellētias, atq; ſubtilitates, maximoſque huius pulcherrimę Rachelis profectus obtinuerit, quāq; eas elegāter ediſſerat,& quanta adhuc proprietate & eloquentia eas expreſſerit: quæ nō ſolùm ipſæ per ſe vitam nobis,& feruētiſſimum præ- B ſtant ſpiritū, ſed adhuc etiā verba ipſa nuda & ſicca animos noſtros cōſolari,& ſuauitate quadā reficere videtur, ſi tamen attentè curioſus lector eas contemplari velit.

¶ Hæc igitur ſunt perfectiones, fructuſq; maximi, quos hic Salomon in his verbis depingit, quos pro totius populi chriſtiani cōmodo ſacta hæc in ſe claudit ſcriptura. Vbi annotandū maximè eſt, ꝙ in veriori fortaſsè, ac magis legitimo ſenſu, cumulus hic perfectionū ſapientiæ, quę verba iſta ſonāt, de ipſamet diuini verbi perſona intelligi poteſt. Ipſe namque vera eſt,& propria ſui æterni patris ſapiētia, iuxta eiuſdem Salomonis ſententiā, Eccleſiaſtici. 24. capite, vbi de filio Dei ſermonem texens, ſic ait. Ego ex ore altiſsimi ꝓdij, pri-

Fructus ſacrę doctrinæ.

Expoſitio. Sapiētię. 7. 8. 9.

C

Expoſitio. Eccle. 24.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A primogenita ante omnem creatu ram. Vbi verba ipſa, æternam diui ni verbi originem à ſuo patre deſignant, modumq; ipſum generãdi filiũ. Quia eo ipſo ꝙ patris ſui oris ſapientiam vocat, originẽ verbi denotat: filius ſiquidẽ per modũ verbi à ſuo patre procedit. Cui ſententię cõſona etiam eſt & alia Ioannis euãgeliſtę veritas, qui ſtatim in ſui euangelij initio ſic ait. In principio erat verbum. Quod in idem redit cum Salomonis ſententia. Sicut enim verbum eſt, quod ex ore hominis procedit, ſic etiam vnigenitus Dei filius, ſapiẽtia fuit, ex ſui patris ore procedẽs. Ex quo tanquam hęreditario iure, omnes hæ ſupradictæ perfectiones, quas hic Salomon depingit, legitimè illi adaptãtur. Nam ex quo filius, patris ſui eandem ſortitur naturam & ſubſtantiam, conſequitur inde ſtatim, ab eo tanquam à vero fonte, omnes has perfectiones, diuinaſque conſequi proprietates, quæ ipſius Dei naturę ſunt annexæ. Quapropter Salomon poſtquam in eodem Sapientiæ libro, capite. 7. omnes has gratias, & filij Dei conditiones retuliſſet, rationẽ huius (quare videlicet tam immẽſum diuitiarum theſaurum filius Dei intra ſemetipſum cõtineat) illico ſubiũxit, dicens, Quia vapor eſt virtutis Dei, & emanatio quędam eſt claritatis omnipotentis Dei ſyncera, atque imago, ſpeculumq; maieſtatis eius. Quæ omnia attributa, nihil aliud nobis

Expoſitio. Ioannis. 1.

B

Expoſitio. Sapiẽtię. 7.

C

Vapor.

inſinuãt, quã ſimilitudinẽ ipſam, quam Dei filius cũ ſuo ęterno patre, in eadem habet natura. Sicut enim vapor ab aqua, ſiue à terra procedit, & tanquã à vera & propria origine, ex ea cõſurgit: ſic etiã filius ſapiẽtia eſt, ab ipſa patris ſui ſubſtantia tanquã à vera ſua origine orta. Et quemadmodũ imago, eius cuius eſt imago, ſimilitudinẽ gerit: ſic etiã filius, patris ſui exiſtit ſimilitudo, & veriùs quidẽ ac perfectiùs, quàm rerum omnium reliquæ ſimilitudines: nam pręter quam ꝙ illius ſit imago, habet etiã in ſubſtantia idem cum patre eſſe & naturã. Quod vtique idem omnino eſt, quod apoſtolus Paulus de eodem Dei filio, ad Hebræos capite primo, ſcribit dicens: Qui cùm ſit ſplendor, & figura ſubſtãtiæ eius. Vbi apertè hanc filij Dei ſimilitudinem, non ſolum in ipſa patris effigie conſtituit, ſed etiam in ipſamet ſubſtantia atq; Dei natura.

¶Eſtò igitur verum ſit, ꝙ Salomonis verba de vero Dei filio accipi debeant, poſſumus etiam, nec extra litteralem ſenſum, aſſerere, ꝙ hæ ſapientiæ conditiones, quas Salomon hoc in loco refert, ſacræ etiã optimè adaptẽtur ſcripturæ. Verba nãq; ſcripturę, ipſius Dei verba ſunt, quia ſicut à natura ſua ſupradictas Deus ſibi vẽdicat perfectiones, ſimiliter ſãctiſsima ſcripturę verba, ex eo ꝙ eius ſunt, ipſius virtutem & vitam continent. Itaq; in eis verbis reliquit nobis

Deus

A

Simile.

Simile.

B

Expoſitio. Hebræ. 1.

2. ſenſus.

C

ALEXANDER PP VI ... FERDINANDVS ... VALENTINUS

A Deus ſui ipſius ſaporem & virtutem. Sic nempe ait Saluator: Ioãnis cap. 5. Scrutamini ſcripturas, ipſę enim ſunt quę teſtimonium perhibent de me. Vnde fit, ꝙ cùm ipſe in euãgelio teſtetur, ſe anima rum noſtrarũ eſſe vitam (ego inquit ſum veritas & vita) hoc idẽ de oris ſui verbis pariter affirmet, Ioannis capite. 6. dicens: Verba quæ ego loquor vobis, ſpiritus & vita ſunt. Vnde verè de Chriſto redemptore noſtro aſſerẽdum eſt, quod quaſi in prouerbium inter homines vertitur, videlicet, quòd qualis vnuſquiſq; eſt, talia & eius verba ſunt. Quia qualis filij Dei fuit perſona, talia & ipſius extiterunt verba. Et quia Deus fuit, qui

Expoſitio. Ioãnis.5.

Miraverbi Dei virtus.

B loquutus eſt: ita & eius ſãctiſsima verba non terrenum quid, ſed diuinum quoddam atq; cæleſte ſapiunt. Ac proinde dicemus etiam verè, quòd hic gratiarum, & perfe ctionum epilogus, quem hic Salo mon fecit, iuxta textus litteram, huic æternæ ſapiẽtiæ, quam Deus in ſuis ſacris litteris recluſit, ſatis propriè adaptetur.

Hæc igitur ſcriptura ſancta, ea eſt ſponſa atque ſpecioſiſsima Rachel, cuius amore chriſtiani omnes attrahimur: cuius ſpecioſa for ma deuicti, interdiu noctuque in

Rachel.

C hac chriſtiana lege, velut alter Iacob inſeruimus, vniuerſiſque laborum generibus, propter eius ve ritatem, exponimur, quos ſecũ vir tutum opera afferunt: vt tandem ex ea, qui in hac miſerabili vita

A ſumus conſtituti, animabus noſtris ſolatium illud, & animi recreationem conſequi valeamus, quã hæc ſcriptura ſancta, ſua dulciſsima conuerſatione efficit. Præſtat ſiquidem nobis cæleſtium diuitiarum notitiam, quę nos quotidie in aliam vitam ad ſe vocant, & expectant. Qua inquam cognitione, noſtra adiuuatur infirmitas, quando in hoc exilio, labore oppreſsi, deficimus: quia ſpem nobis illuc perueniẽdi ob oculos po nit. Qua quidem reuiuiſcimus, vi reſque & animum reſumimus, in ſacra pagina contemplantes, quãdo illud iam feliciſsimum adueniet tempus, quo illam ſupremam patriã poſsidebimus, quando ante

Solatiũ ſcripturę.

B noſtri creatoris faciem apparere merebimur: quando ſic liberi & glorioſi erimus, vt à laboribus, lachrymis, triſtitia, doloribus, atque cæteris ſęculi huius ærumnis nos metipſos conſpiciamus ereptos. Et quãdo denique in cellam illam vinariam introducemur, in qua à torrente voluptatis eius inebriabimur: vbi etiam in perpetuam quietem, & refrigerium introducemur, vbi ſumma quies, ſummum gaudium, & ſumma etiam felicitas erit: & vbi iam nõ erit luctus, nec labor, ſed neq; vl-

Simile.

C lus dolor, quoniam priora tranſierunt.

¶ Itẽ ſcriptura hęc diuina, mulier eſt, de qua velut ex propria vxo re, ipſa virtutum opera, veluti veros filios, generamus. Nam eo calore

Vxor.

Simile.

A lore & ſpiritu, qui ex ea nobis pręſtatur, bonum ipſum cōcipimus, ac deinde accendimur, accingimurq́;, vt opera talia ſtudioſa executioni demandemus.

Simile. ¶ Item hęc mulier eſt, cuius dote atque patrimonio diteſcimus, atq; felices viuimus omnes. Venerunt ſiquidem nobis omnia bona pariter cū illa. Quia virtutes omnes, ſapiētięq́; dona ſecum adducit, charitatē videlicet, ſapientiā, patiētiam, iuſtitiam, humilitatē, pietatem, fortitudinem, cōſilium, temperantiam, & timorem, cum cæteris virtutibus. Nulla ſiquidē B eſt, de qua nō agat, & qua animos noſtros non reficiat. Quibus profectò, quaſi eius dote, & opulentiſsimo patrimonio, in hac vita Simile. paſcimur & nutrimur. Quotidie namq; noſtræ mentis oculis Deū ipſum proponit, in quo omnia ſimul bona, diuitiarumq́; vniuerſi theſauri clauduntur.

Simile. ¶ Hæc preterea mulier eſt, cum qua, quàm diu hanc trāſigimus vitam, maritali quodam affectu coniungimur: cum qua intra conſciētiæ noſtræ domicilium recludimur, vt in ſæculi huius laboribus, & miſerijs eius, ſuauiſsima cōuerſatione viuamus: cuius aſsidua cōmunicatione, à nobis procul faſtidia cuncta, atque moleſtias effu- C gamus, quibus huius mundi malignitas nos premit: cū qua quieſcimus, cui tædia, & noſtri cordis triſtitias detegimus: cum qua cōſolamur, à qua conſilium inagendis ſemper requirimus, & cuius deniq; fauore huius miſerrimæ vitæ A curſum feliciter conſummamus: cuius amplexibus fouemur. Cùm hac quotidie lætamur, cum hac quotidie triſtamur, ac tādem cum hac ſola recreamur, & moleſtias omnes, quas hæc odioſa vita nobis generat, ſuſtinemus: quandoquidem conuerſatio eius, nullam amaritudinem, ſiue faſtidium admittit.

¶ Hęc inſuper ſcriptura ſancta, Theſaurus. infinitus ille theſaurus eſt, à quo ſemper extrahimus animarum noſtrarum incomparabiles diuitias, quibus paſsim noſtrum adornamus ſpiritum, pulcherrimamque, Simile. quam viuimus vitam, reddimus: B vt ſic Deo amabiles, gratioſiq; apparere poſsimus, iuxta eius mādatorum (quam nobis inſtituit) ſanctiſsimam regulam: cum qua demum ſperamus omnes qui chriſtianæ huius profeſsionis ſumus, ad eius diuinæ maieſtatis amicitiam admitti debere.

¶ Hæc itidem lumen illud eſt, Lumen. quod nunquam extinguitur: nam intelligentia, quam noſtris inſerit animis, nequaquam deficit. Non enim ſæuiētibus inimicis, ſiue huius mundi procellis, ſubiecta eſt: quemadmodum noſtra hęc cor- C poris vita, ſæculi huius calamita- Simile. tibus ſubeſt. Non inquam ſic de hac ſacra ſcientia dici poteſt, quia nec ſiti, nec fami, nec frigori, nec nuditati, nec calori, nec gelu, ſicut corporis ſalus ſubiacet: nec cę- Simile.



ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A lorum influentijs aut intemperiei, ſicut cāporum meſſes. Lōgè ſiquidem aliud eſt de hoc ſacro lumine: nam non aëri, non Soli, non grandini, non niui, ſicut tēporalia hæc bona obediunt. Nā talis eſt huiuſcemodi ſapientia, quæ intra ipſius hominis mētis & intellectus ſecretum reconditur, atq; in ipſius animæ abditiſſimis venis latitat: quapropter ſemper ſecura permanet, quia in tutiſsimo loco cōſiſtit, nempe in intellectu, & mente. De qua verè dici poteſt, ꝙ non accedet ad eā malum & flagellū non appropinquabit tabernaculo ſuo. Et ſic legitur de quodam inſigni philoſopho, ꝙ cum domum & vniuerſam eius ſubſtantiam ignis quidam deuoraſſet, rogatus à quodā amico ſuo, an aliquid perdidiſſet reſpondit nihil ſe omninò amiſiſſe: nam omnem ſubſtantiā ſuā & ſupellectilem ſecum ferebat. Exiſtimans quidem, nullam aliā eſſe ſuam poſſeſsionem aut diuitias, præter ſapientiam, quam ignis minimè deuorare poterat. Huic etiam ſententię concordat C philoſophi alterius aliud nō minus celebre dictum, quo aſſeruit nihil in mūdo fortius eſſe homine ſapiente, quia omnes diuitias ſuas in intellectu, tanquàm immunitiſsima turri, tutiſsimas habebat. Quòd ſi hoc de humana ſapientia verum habet, quid obſecro de diuina, quam nobis ſacræ litteræ tradunt, aſſerendum

Simile.

Simile.

Simile.

Expoſitio. pſal. 90.

Inſigne Stilbontis philoſophi dictum.

Celebre philoſophi dictum.

erit? Cuius intelligentia vſque A adeò fortem & ſecurum hominē reddit, vt non ſolum ſæculi huius puerſi homines, ſed nec omnes ſimul ipſius inferni dęmones vim aliquam illi inferre poſsint. Et hoc eſt quod diſcipulis ſuis Chriſtus redemptor noſter dixit vt eos fortes viros ad mundi mala deuincenda redderet, cū Matthæi cap, 10. ait. Nolite timere eos qui occidunt corpus, & poſt quā occiderint, non habēt ampliùs quid faciant: ſed eum potiùs timere, qui poſtquā corpus occiderit, potens eſt & animam in barathrum retrudere. Quaſi dixerit, omnia mūdi mala eo vſq; tantum peruenire poterunt, vt vt veſtrum pungant corpus: cæterum ipſam animam tāgere neque in minimo valent. Ideoque liberi & erepti penitus ſunt, qui hac diuina ſapiētia præditi exiſtunt, vt à mundi huius malis in animo conculcari nequeāt, quia omne eorū negotiū & ſolicitudo præcipua eſt, mentē quidē in tutiſsimo reponere loco, & immunē à ſęculi huius periculis ſe cōſeruare, quā quidē ſecuritatem intellectus ipſe, & hominis mens per ſapientiæ donum operatur. B C

¶ Et quidem cùm intellectus hominis ſanctæ ſcripturę veritatibus ornatus exiſtit, vſque adeò fortiſsimum quoddam caſtrū eſt, vt à nulla mūdi machina euerti poſsit. Ex quo prouenit vt tyrāni qui corpora dilacerabāt ſāctorū,

Simile

Expoſitio Matthæi. 10.

Simile.



[library stamp: ...ANDER ... VALENTINUS ... FERDINAND...]

A qui iam huius ſanctæ ſcripturæ veſtiti erant diſciplina ) etiamſi eorum frangebant corpora, eorũ animam aut mentem frãgere minime poterãt, vt eos ab hac ſacrarum litterarũ cognitione, & integra fidei fiducia, quam ex ſacris didicerunt litteris deſiſtere compellerent. Potius enim omnia tormentorum genera, adhuc & mortem ipſam ſuſtinuerunt, quã vnũ ſolùm præterirent iota, ex ijs quę in hac ſacratiſsima ſcientia intellexerũt. Quam cognitionem ſic fortiter apprehenderunt, vt nec ignis, nec minæ, nec tyrannorũ flagella, nec carceres, nec compedes, nec ferreæ catenæ, ab hac firmiſsima fidei ſcientia eos euellere poſſent. Eduxerunt quidem il-

B los tyrannorũ tormenta ab huius mũdi ſubſtãtia, & proprio domicilio. Eduxerũt eos ab eorum parentibus & amicis: eduxerunt ab eorum vxoribus & dilectiſsimis filiis: & tandem extraxerunt illos ab eorum proprio corpore & vita. Cæterum ab illa ſumma ſapientia & veritate, quam illis ſacræ hæ litteræ tradiderunt, educere nullatenus valuerunt.

¶ Et ex hac ſanctæ ſcripturæ co-

Simile. gnitione, omnes religioſi viri, firmiſsimum ſibi fecerũt ſcutum

C quo vno tanquam fortiſsimi milites, vniuerſum orbem validiſsimè ſũt aggreſsi: in quo omnia ſpiritus contradictionis ignea tela confracta ſunt, in quo etiam maledicẽtium linguæ & ſuſurronũ detractorum, qui ſemper Deo odibiles extiterunt, comminutę ſunt. Quibus, hoc idem contigit, quod latratori cani, qui lapidem proiectum dentibus arripit, vt ipſum comminuat, & de lapide vindictam ſumat: non tamen ſic illi euenit cani, ſed lapis ſaluus manet & canis dentes confringuntur. Sic etiam ſęculi huius ſuſurrones, & maledici homines, vt de religioſis viris vindictam ſumant, dentibus mordent, perſequutionibus inſequuntur, iniurijs afficiunt: Sed tamẽ, ipſi euangelica veritate armati ſalui ſemper permãſerunt: perſecutores verò, non niſi dilacerati, & comminuti. Ac demum in tantũ potẽtiſſima fuit ſemper hæc euangelica veritas, vt ipſos ſuos profeſſores in ſalutis portũ tã liberos & ſecuros reddiderit, vt proſtractis iam ſub pedibus, ſuis inimicis, quaſi triũphantes de victoria, cũ propheta dicere potuerint: laqueus cõtritus eſt, & nos liberati ſumus, & hoc idẽ eſt, quod Christus diſcipulis ſuis Ioannis. 8. capite, dixit. Videns nãque eos poſt paſſionẽ ſuã totius orbis cõtradictionibus, ac perſequutionibus manere expoſitos, hoc ſolùm quo ( ſe protegerent ) reliquit ſcutum cognoſcetis ( inquit ) veritatem, & veritas liberabit vos. Amplectimini eam, quæ in ſacris litteris vobis manet veritas: Hæc enim liberos ac

Simile.

Maxima, veritatis virtus.

Simile.

Expoſitio. pſal. 123.

Expoſitio Ioãnis. 8.

A ac ſaluos, à ſumma hominum cõ traditione vos educet. Quãtumcunque enim in profundiſsimo perſecutionum lacu ſitis immerſi, ab omni eius triſtitia & miſeria, mei euangelij veritas ſufficiens vtique erit vos eripere.

Simile.

Ratio.

¶ Ratio vero huius noſtræ aſſertionis eſt, quia hęc fuit ſemper huius diuinæ veritatis cõditio, quòd etſi permittat ſe ab hominibus conculcari & percuti, nũquam tamẽ ſepeliri aut funditus abradi. Suo namq; tempore, cũ homines non ſperant, apparet ex templo, & proclamat, amatoresq; ſuos defendit & protegit. Hac ſola ſanctæ ſcripturę veritate Apoſtoli oẽs, veluti acutiſsimo enſe B muniti, carceres, compedes, flagella, atque cętera tyrannorum machinamenta, dæmonumq́ue varia tentamenta ruperũt: necnon & nouellam eccleſiæ plantam in hominum viſceribus radicarunt, atque fidei noſtræ vexillum leuauerunt, regesq́ue, illuſtres, & magnates, & huius ſæculi potentiores in ſuam adduxerunt ſententiam, enſibus, equis, lanceis, & loricis ferreis cæterisq́ue bellatorum armis omnino carentes, huic ſcripturę C ſanctæ veritati dumtaxat nixi. Hic ergo pretioſiſsimus valor eſt, quem in hominibus ſanctę hæ litteræ conſtituunt, vt potiùs mundus totus deficiat, & pereat, quàm ipſa deficiat, & pereat veritas. Quia arbor, cui

Simile.

Simile.

Apoſtolorũ vigor.

A huiuſcemodi veritat... tãquam eius inſeruntur rami, Deus ipſe eſt: qui nimirum, cùm nunquam deficiat, ab eo etiam habent, & nũquam deficere veritates. Vnde Chriſtus Redemptor noſter, tãquã verus ſcripturæ huius auctor Matth. 24. cap. veritatis huius infallibilem certitudinẽ promittit dicẽs: cælũ & terra tranſibũt, verba aũt mea nõ trãſibũt. Hoc (inquit Chriſtus) attẽtiùs intelligite, quod in maximũ veſtri cõmodũ, atq; animi ſolamen vergit: quòd videlicet cælum & terra peribũt, potiùs quàm hęc mea ſancta atq; legis veſtrę verba deficiant.

Simile

Expoſitio Matthæ. 24.

¶ Et hoc idem eſt, quod Salomon ſapientiæ cap. 6. de hac eadem ſapientia fatetur dicẽs: clara eſt, & quæ nunquã marceſcit ſapientia. Viridis eſt (inquit) & quæ nunquã deficit, huius ſanctiſsimæ doctrinæ virtus. Quia hæc planta ſola eſt, quæ intra ſemetipſam aquam, qua rigatur & vireſcit, continet. Hæc ſola palma eſt, quæ dactylos omni tẽpore habet. Hæc ſola roſetum floridiſsimum eſt, quod odoriferis ſemper, atque pulcherrimis abundat roſis. Reliquę autem C arbores omnes marceſcunt, & tandem à flore & viriditate quãdoq; decidũt, & exſiccantur: vel quia aqua carẽt, vel quia virtus in radice illis deeſt, aut quia eas corrodit vermis, aut quia frigidus exurit aër aut certè quia diu

Expoſitio ſapiẽtiæ. 6. B

Simile.

Simile.

Simile.

Simile.

A plantata ſeneſcit. Et tãdem nulla vſquã arbor reperitur ſiue planta, cuius folium aliquo tempore non decidat. Sola tamen hæc ſanctæ ſcripturæ arbor ſemper viridis ac florida manet, quę nunquam hyemem, vbi eius cadant folia expectat, ſicut ipſe regius teſtatur propheta Pſalmo primo, dicens, Beatus vir qui nõ abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum nõ ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Sed in lege Domini fuit voluntas eius, & in lege eius permanet die ac nocte. Et erit tanquã lignũ, quod plãtatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum dabit in tempore ſuo: & folium eius non defluet. Beatus

Simile.

Expoſitio. ps. 1.

B (inquit propheta) ac feliciſsimus erit homo ille, qui Dei legẽ, & ſanctiſsima eius mandata tota die fuerit ruminatus, nam vſque adeò erit viriditate plenus, quòd nunquam excidẽt eius ſapientię folia. Nam aquę ductus, quò ille vireſcit (qui vtique ſapientia quædam Chriſtiana eſt) ſemper coruſcat, ac viuens perſeuerat. Habemus ergo comprobatum ſatis, quod Salomon de ſacra ſapientia aſſerit, quòd ſcilicet inextinguibile ſit lumen illius. Nam ſicut ſolis tres ſunt principaliores effectus, illuminare ſcilicet, & lætificare, atque calefacere: ſic etiam diuinum huius ſanctæ ſcripturæ lumen ſemper nos illumĩnat, & ſemper nos lætificat, atq; vbiq;, nos accẽdit: quouſq; in Deum ipſum, verum huius luminis fontem, nos introducat.

C

Simile.

A

## ¶CAPVT. XIX. VBI multiplex ſcripturæ ſacræ ſpiritus declaratur.

HABET præterea, iuxta Salomonis ſententiam, diuina huius ſcripturę ſapientia, in vtilitatem & viuentium omnium leuamen, multiplicem ſpiritum, vt multiplici hominis morbo mederi poſsit. Et primò quidem habet ſpiritum quẽdam intelligentiæ ſanctum, vt à nobis malignum intelligentiæ ſpiritum (quo dęmones, atque mundus nos infeſtant) effugare poſsimus. Et annotandum hic nobis eſt, quòd ſpiritus hic ſanctus, multipliciter hominibus impartiri ſolet, iuxta varios ægritudinum modos, & debilitates, quæ in hominibus medicandæ veniunt ac reparãdæ. Quaproter maxima ſua prouidentia Deus multiplicẽ huic ſacroſancto ſpiritui virtutem infudit, vt in omnes hominũ defectus ſufficiens eſſe valeat. Quod nimirùm fatetur optìmè Eſaias propheta. 11. cap. dicens: Requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, ſpiritus conſilij, & for

B

Spiritus intelligẽtię ſãctus.

Multiplex ſpiritus.

C

Expoſitio Eſai. 11.

A & fortitudinis, ſpiritus ſcientię, & pietatis, & repleuit eum ſpiritus timoris domini. Nam etſi verum ſit, quòd locus hic de ipſamet Ieſu Chriſti perſona, qui verus Dei eſt filius, ad litteram exponi habeat, in quo omnes gratiæ, & ſpiritus ſancti dona, velut in proprio loco, ad plenum vſq; requieuerunt: ſed tamen verum etiam habet, hanc eandem virtutem in ſuæ ſanctæ ſcripturæ verbis reliquiſſe. Ad hunc modum, quòd qui diuina audierit verba, & tractauerit, eliciet inde has eaſdem gratias, & dona. Quia in eo huius ſanctæ ſcripturæ lectio ac meditatio, in cauſa erunt, vt hic talis vir diſponatur, & accēdatur, B quouſque à Deo ipſo eiſdemmet veſtiatur, & ornetur ſpiritus ſancti donis. Quia in ipſa eius aſsidua lectione, ſuarum omnium infirmitatum reperiet medicamenta, ſcientiam quidem ad ignorantiæ ſuæ medelam, cōſilium pro imprudentiæ ſuæ reparatione, fortitudinem ad ſuā roborandam debilitatem, pietatem, qua eius crudelitas & furor temperetur, timorem quo eius infręnetur temeritas & audacia. Vnde apertè colligitur verum C eſſe, quòd in hac ſacra ſcriptura, ſpiritus hic diuinus multiplex reperiatur.

Perſona Chriſti.

Spiritus vnicus.

¶Eſt prætereà ſpiritus huius ſapientiæ vnicus (ait Salomon) quia nos adinuicem, & cū Deo ipſo, vnanimes efficere intendit, omni pace, & amore, atque charitatis vinculo nos adunans, ſubjiciens nos vni Deo, vni legi, atque vni fidei. Quemadmodum ipſe teſtatur Apoſtolus ad Epheſios ſcribens capite quarto, cùm ait: ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus, in vinculo pacis, vnum corpus, & vnus ſpiritus: ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ, vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus, & pater omnium, qui ſuper omnes, & per omnia eſt in omnibus nobis. A

Expoſitio. epheſi. 4.

Quam quidem vnitatem, pręcipuè inter cætera ipſius documenta, ſancta hæc ſcriptura admonet, & viribus totis hominibus ſuadet. Licet enim plurima ſint, & varia, quæ diuinæ ſcripturæ lectio doceat, ſed tamen quod præcipuum in ea doctrinæ & eruditionis reperitur, pax eſt, atque animorum vnitas & conformitas. Hęc ſiquidem fuit Ieſu Chriſti Redemptoris noſtri aſsidua illa, & efficaciſsima oratio, quam ad ſuū æternum patrem, pro diſcipulorum ſuorum ſchola flexis genibus emiſit dicens: Pater ſanctæ ſerua eos, vt ſint vnum, ſicut & ego & tu. Ecce quàm amator vnitatis & pacis ſeſe exhibuit redemptor noſter Chriſtus, qui nō vtcunque noſtram exoptat concordiā & pacē: ſed ad eū modū, quo pater & filius inter ſe adinuicem vniuntur, ſic à patre ex- B C

Præcipuū in ſcriptura eſt pax.

Expoſitio Ioannis. 17.

 poſcit

A poſcit inter homines fieri, tanta vnitate & concordia, vt nulla res ſufficiat in mundo hunc diſſoluere nodum.

Spiritus ſubtilis.

¶Eſt & alia ſpiritus huius cõditio, ꝙ ſcilicet ſubtilis eſt, quia omne eius negotium, & intentum eſt, interiorem hominem componere. Verſatur ſiquidem ſemper circa ipſius ſpiritus interiora & delicatiſsima quæq;: hominibus vtique ſuggerens non craſſa carnis & ſanguinis opera ſed ipſius animæ ſubtilia & delicatiora. Nã ſicut ſpiritus, & corporis eſſe & ſubſtantia, inter ſe maximè diſtãt (nam corpus carnem habet, & oſſa: ſpiritus autẽ B à tali corporis craſsitudine immunis eſt, vſque adeò, vt in hac vita, corporis ſenſibus minimè comprehendi poſsit) ſic etiam loquela, atque vtriuſque opera inter ſe plurimum diſtant. quia corporis exercitamenta omnia rudia ſunt nimis, & craſsioribus carnis & ſanguinis veſtimentis induta: cæterum ſpiritus actiones nobiles ſunt, atque illuſtres omnes. Neque enim tractant niſi de inæſtimabilibus margaritis, & pretioſis monilibus, qui- C bus noſter adornatur animus: quæ quidem nihil aliud ſunt, niſi virtutes, quæ hominem ipſum interiorem honeſtant, & decorũ reddunt. quod ita expreſſè docet Apoſtolus Paulus ad Galatas ſcribens, cap. 5. vbi ait: Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt,

Simile.

Expoſitio. Galat. 5.

fornicatio & immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitię, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, & his ſimilia. Quæ prędico vobis, ſicut prędixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequuntur. Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. quæ omnes delicatiſsimæ virtutes ſunt, quæ hominem in omni virtutum exercitio expolitum, atque apprimè elaboratum reddunt, ita vt magis angeli quàm hominis ſaporem retineat: in quibus iam cæleſtem potius, quàm terrenum ſe oſtendat. Et quemadmodum ſpiritus huius opera in tantum polita & ſubtilia ſunt, vt vix intellectus noſter, illorum præcipuum & valorem attingere poſsit, vſquequo præſentes Deo, in illa beatorum patria inueniamur, vbi luce clariùs aperta facie, infinitus eorum nobis aperietur valor: pari forma eiuſdem etiam ſpiritus linguã, in tantum delicatior & ſubtilis exiſtit, vt varij & non ſatis certi, quandoque ſimus in ipſius cognitione, quia non exactè percipimus, vtrum Dei an mundi ſpiritus iſte ſit. quo fit, vt Euangeliſta Ioannes ſua prima epiſtola, capite quarto, ſummo opere tractet, nos præmonitos habere, vt

A B Simile. C

vt attenti, & cauti admodum ſimus in cognitione huius ſpiritus: quippe qui tam ſubtilis exiſtat, ꝙ facilè in abſentia eius, vel præſentia falli poſsimus. Ait enim ſic, chariſsimi nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſint an non.

Itē ſubtilis. ¶ Secundò etiam, ſubtilis hic dicitur ſpiritus, quia omnes res humanas atq; diuinas, ſua potenti virtute penetrat, terrenas, & cęleſtes, interiores & exteriores. Ac tandem nihil omnino in orbe toto reperitur, quod diuinũ iſtum ſpiritum lateat. Habet ſiquidem tam lynceos oculos, vt in terra exiſtens, cælum ipſum penetret, & omnipotẽtis Dei naturam ita calleat, vt ſecretiora & profũdiora eius ſcrutetur. quod ita expreſſè confitetur Paulus apoſtolus prima ad Corinthios. 2. capite his verbis dicens: Spiritus omnia ſcrutatur, etiã profunda Dei. (Expoſitio. 1. corinth. 2.)

Spiritus diſertus. ¶ Aliam itidem habet huius ſapientiæ ſpiritus excellentiam, ait Salomon, ꝙ videlicet diſertus eſt, quia diſertas infantiũ linguas facit. Tam integer enim eſt vt in nullo ſit deficiens. Prouidet namque in hoc, vt non ſolũ cæleſtes res à noſtro percipiãtur intellectu, ſed hominis etiam linguam diſertam facit, vt dexteritate quadam & facilitate eas eloqui poſsit, atq; hominibus exponere, quantũcumq; diuerſa ſint linguarũ genera. Sicut Actuum cap. 2. apoſtolis ſuis apertè cõſtat mirabiliter prouidiſſe, vbi non ſolũ eis euãgelij ſui arcanũ patefecit, atq; regni cœlorũ notitiã præſtitit, ſed adhuc varia linguarum dona, quibus cõmodè poſſent diuerſarũ nationum gentes ipſum docere euangeliũ. Vnde non ſolũ huius ſanctæ ſcripturę lectio reddit homines in ſapientia habiles & reſolutos: ſed etiã vt in hoc quod norunt, dexteritate quadã indicendo, & eloquẽtia polleant, vt id quod ſciunt, eleganter & diſertè proponant, ſiquidem ipſamet diuinarum veritatũ intelligentia diſertam facit etiam eorum linguam, atq; illis propria adminiſtrat vocabula, quibus eaſdem valeant proloqui veritates. (Expoſitio. Act. 2.)

Spiritus mobilis. ¶ Alia huius ſpiritus proprietas eſt, mobilis, quia ipſum quẽ docet, mouet, atq; ab ipſius carnis illecebris, & tepiditate maxima extrahit. Tam fortiter enim & efficaciter ea quæ vult, hominibus perſuadet, vt quaſi violentia quadam hominẽ ad virtutis exercitiũ rapiat. Et hoc eſt quod apoſtolus inſinuare voluit ad Romanos cap. 8. dicẽs. qui ſpiritu Dei agũtur, hi filij Dei ſunt, qui profectò raptus, & vehementia, illo vocabulo agũtur, deſignatur. Sicut enim dͤ brutis animalibus dicitur, ꝙ in operationibus, quas exercent, non agunt, ſed agũtur, (quia à natura ſua rapiuntur, nec vllum libertatis arbitrium (Expoſitio Roman. 8.) (Simile.)

A in eis exercendis manet, neque eius quod operatur aliquā ſciunt præbere rationem, quia à ſuo naturali inſtinctu mouētur.) adeū ferme modum hic accidere videtur. Nam etſi verum ſit, ꝙ Dei ſpiritus ab homine libertatem non adimat, quia ſemper in quocumque virtutis opere liberum manet arbitrium, vt in vtramq; partem flecti poſsit. Attamē tanta eſt huius diuini ſpiritus vis, & vehementia, vt ſubitò hominem rapiat, quaſi illi nulla ineſſet libertas, vt tali reſiſtere poſſet motioni. Nō vtiq; vt ab illo (ſicuti diximus) operandi virtutem, liberam facultatem auferat

B abſit enim hoc. Sed eſt dictu, ꝙ etſi ſua mera voluntate opus illud exerceat, tanta eſt ſpiritus huius efficacia & repentina motio, vt videatur iam motio iſta ſpiritus, affinitatem quandam habere cum ea, quæ à ſuo naturali inſtinctu in brutis generatur. Et hoc eſt, quod diuus Paulus deſignare voluit hoc nomine aguntur. Qui quidem terminus, brutorum dumtaxat adaptatur motioni, quæ à ſuo naturali oritur appetitu. Et hoc idem eſt quod propheta Dauid nobis deſignare voluit, pſalm. 142. cum dixit: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Namque videbat ſe regius ille homo tam grauī, tantoque mundi huius pondere preſſum, vt in nullo alio omnem ſuam collocaret fiduciā,

Optima & curioſa expoſitio.

C

Expoſitio. pſ. 142.

nisi in ſola fortitudinē, & vehemētiſsima huius validiſsimi ſpiritus motione: firmiter credens eius flatu & impulſu, à graui ſenſualitatis pondere ſe poſſe educi & tandem ſic in cęleſtem patriā poſſe peruenire. Itaq; ſicut in naui accidere videmus, quæ immobilis ad maris portum perſeuerat, quouſque aeris flatus inſurgat, qui eius percutiens vela, eā velociter nauigare cōpellit: ſic nimirum ad ianuas ſenſualitatis ſuæ, immobilis & remiſſus iacet omnino homo, & exanimis effectus, atque omni prorſus virtutum deſtitutus exercitio, vſq; dum validiſsimus diuini huius ſpiritus ventus inſurgit, qui eū ab huius mundi tenacitate euellit, atque lætanter per varias ſæculi huius vndas nauigare compellit. Et hoc inſigne quoddam opus eſt, quod in animis noſtris ſanctæ ſcripturę verba efficiunt ſcilicet leuare hominē à nimio pōdere & grauamine, quo ab ipſa eius ſenſualitate opprimebatur.

A

Simile.

B

¶ Depingit etiam Salomon aliam ſapientiæ huius excellentiam, ſcilicet ꝙ ſpiritus eius eſt incoinquinatus: quod eſt dicere purus, abſque vlla macula. Qui profectò alius eſt admirabilis fructus & effectus, quem in auditoribus diuini verbi ſancta hęc inſerit ſcriptura: attrahere videlicet hominem, vt de ſuæ conſcientiæ puritate, totis viribus tractet.

Spiritus incoinquinat⁹.

C

quia

A Quia cum præcipuum ſcientiæ huius intentum ſit, hominem cum Deo ipſo vnire: Deus autẽ à natura ſua & eſſentia, puriſsimum ſit ſpeculum ſine macula, in quem nulla infectionis nota cadit: hinc prouenit, vt hominẽ etiam velit puriſsimum eſſe, ſine aliqua peccati infectione: cuius cor & conſcientia ſynceriſsima ſit, omni carens immunditia. Et hæc eadem eſt conditio, quam redemptor noſter Chriſtus ab homine exigit, Matthæi. 5. capite, vbi egregiũ de beatitudinibus ſermonem faciens, vt homo idoneus inueniatur ad hoc, vt Dei præſentia, tantaque eius maieſtate in beatorũ patria frui valeat,

Simile.

Expoſitio. Matthæi. 5.

B inter alia, præcipuum quod intendit hominibus perſuadere, eſt cordis puritas. Ait ſiquidem, Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Et reuerà propè ſemper ita euenire experientia compertum eſt, vt qui in his ſanctis litteris aſsiduè nutritur, honeſtatis huius, & puri-

C tatis ſemper ſeſe præbeat exemplar.

¶ Eſt & alia eius proprietas, ſcilicet ꝙ hic ſpiritus eſt certus, quia ea omnia, quę in hac noſtra chriſtiana lege & diuina ſcriptura ſunt à Deo promiſſa, adeò certa ſunt, vt potius cælũ, & terra, & quæ cæli ambitu continentur, pereant, quàm huius ſanctæ ſcripturę promiſsio deficiat. Firma eſt enim in hoc ſaluatoris noſtri ſententia, qua Matthæi. 24. capite dicit: Cælum & terra trãſibunt, verba autẽ mea nõ tranſibunt. Et iterum Matthæi. 5. Iota aut vnus apex non pręteribit à lege, donec omnia fiant. Quod proculdubio nos contemplãtes, maximum animis noſtris ſolamen acquirimus, quia intelligere quàm firmam & infallibilem laborum noſtrorum repoſitam habeamus coronam, lætitiæ nobis maximã anſam præſtat. quia cum nõ alia, quam Deus ipſe ſit: cõſequitur inde, nequaquam deficere poſſe, niſi Deus ipſe deficeret. Et hac ſola fiducia & ſpe, ſecum ipſe congaudebat, & ſe cõſolabatur maximè apoſtolus Paulus, quando in ſecunda epiſtola, quam Timotheo ſcripſit, capi. 4 ſic ait. Ego enim iam delibor, & tempus meæ reſolutionis inſtat, bonum certamẽ certaui, curſum cõſummaui, fidem ſeruaui: in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex. Certus ſum, quia potens eſt depoſitũ meum ſeruare in illum diem iuſtus iudex. Ad eius namque ſpectat iuſtitiam, & auctoritatem, nequaquàm verba eius deficere poſſe.

Spiritus certus

A Expoſitio. Matthęi. 24. & 5.

B

Expoſitio 2. Timoth. 4.

C

¶ Eſt præterea certus huius diuinæ ſcripturę ſpiritus; quia nulla res in ea continetur, de qua dubiũ aliquod formari poſsit, quod eius certitudinem infirmet. Niſi forſan dixerimus, ꝙ Deũ ipſum

A infirmare poſſimus: quo quid abſurdius, pari enim paſſu duo iſta currunt etenim Deus ipſe illius rei ſeu veritatis auctor eſt, & origo. Hinc eſt, ꝙ prophetę omnes in ijs, quæ à Deo ſibi fiebant reuelationibus, grandi ſemper fiducia ac certitudine prophetabant: quia nimirum ipſimet Deo innitebãtur. Siquidem nullum aliud prophetię ſuæ ſupponebãt fundamẽtũ, quã hæc verba: hæc dicit dominus Deus. Quo vno

Fundamẽtũ ꝓphetiæ.

B verbo, omne ſuum prophetandi munus finiebant. Quapropter Hieremias propheta capite. 26. volẽs ſuæ prędicationis populo rationem reddere, nullam aliã illi appoſuit firmitatẽ, quã dicere. In veritate miſit me dominus ad vos. Ideoq; velut ipſiusmet Dei negotium, omnem meã (inquit) accipite prophetiam: eandemq; illi exhibite reuerentiam & fidẽ quam ipſi Deo exhibere deberetis. Ego enim nihil aliud, quàm quoddam mortuum inſtrumentum ſum, quo Deus pro ſuo vtitur beneplacito.

Expoſitio. Hiere. 26

Simile.

¶ Apponit etiam ſapientiſsimus Salomon excellentiam aliã,

Spiritus ſuauis.

C quam ſpiritus ſcripturæ huius ſanctæ habet, videlicet ꝙ ſuauis eſt. Cum eo quippe homo ſuam habet recreationem, conuerſationeq; dulciſsimã: qua faſtidia omnia, atque mundi huius moleſtias à ſe procul repellit. Neque vlla eſt tam hominis palato ſuauis dulcedo, & quæ eius guttur

Simile.

ita dulce reddat, quàm eſt ſapor ille, quem homo ex his ſacroſanctis litteris ſuggit. Qua de cauſa Eccleſiaſt. 15. capit. Salomon de huius ſpiritus ſuauitate loquens qui in ſacra hac doctrina latitat, ſic ait: Cibauit illum dominus pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illũ. Et non abs re ſapientia hæc diuina, intellectus noſtri panis appellatur. Nã ſicut panis hic materialis, ipſa hominis bucca prius maſticatur, ac deinde in ſtomachum traijcitur: ſic etiam ſapientiæ huius veritas, intellectu noſtro veluti dẽtibus atteritur, dũ apprehẽſa ruminatur: vnde poſtmodùm in animã, velut in eius mittitur ſtomachum. Sed adhuc hic intellectus noſtri panis materialem panem excedit. Nã hic triticeus panis poſtquam ab ſtomacho decoctus fuerit, corpori dumtaxat vitam præſtare ſufficiens eſt. Cæterum pretioſus hic diuinæ ſapientiæ panis, poſtquã corpori vitam cõceſſerit, animæ etiam noſtræ ſimul & vitam ingerit. Eſtque adeò ſubſtantialis virtus eius, vt anima, ſimul & corpus exultent in Deo viuo: tãtaque eius eſt dulcedo, ſuauiſsimuſque guſtus, vt nihil ſit in vita mortalium, quod in hominis palatum tantam infundere valeat ſuauitatem. Vnde propheta ille Dauid, quaſi iam in diuinæ huius lectionis guſtu expertus homo, pſal. 118. ſic ait. quam dul A

Expoſitio, Eccleſi. 15.

Simile.

B

Simile.

C

Expoſitio. pſ. 118



FERDINANDVS ... ALEXANDER ... VALENCIANUS

cia faucibus meis eloquia tua,ſu
A per mel ori meo. Et hoc eodem ſapientiæ ſapore nimium affecta ſponſa (quæ cuiuslibet ſapientis,atq; iuſti hominis anima eſt) Canticorum. 4. capite dicebat: Fauus diſtillans labia tua. Ad hunc etiam modum diuina hæc ſanctæ ſcripturæ verba, ſapiens quilibet in ſe ipſo, ſuo proprio ore recipiẽs, dulcis redditur valde, quaſi ab ipſamet perſona diuina dulciſsimæ guttæ diſtillantes eſſent.

Expoſitio. Cantic. 4.

Simile.

¶ Et de hac eadem dulcedine iterum Salomon ipſe loquitur, canticorum. 4. cap. cum ait. Mel
B & lac ſub lingua tua. Et ſatis quidem propriè ſacra ipſa ſcriptura Dei lingua appellatur. Nam ſicut oris noſtri materiali hac lingua interiores noſtros explicamus conceptus, omniaq; noſtri pectoris arcana alijs detegimus: ſic etiam ſancta hæc ſcriptura, ipſius Dei eſt vera lingua. Per ipſam namque eius velle, & nolle, nobis aperitur. Per ipſam cordis eius ſecreta nobis pateſiunt.
C Per ipſam vultum eius placidũ nobis vel iratum agnoſcimus ac per ipſam Dei clementia nobis aut indignatio innoteſcit. Sub hac ergo lingua mel & lac eſſe, Salomon atteſtatur. Quæ nimirum ſententia annotanda venit. nam difficultatis aliquid ſecum afferre videtur. Nam cibus non ſub lingua, ſed ſupra linguã ſemper eſſe cõſueuit. Quomodo igitur, aut quis nouus manducandi
A modus hic eſt, qui ſacræ huic ſcripturæ tribuitur, dicens, ꝙ mellis cibum ſub lingua ipſa reportet, & non ſupra linguã? Pro cuius intelligentia eſt aduertendum, ꝙ noſtra hæc corporea lingua deſuper quidem aſpera eſt & rigida, ſubtus autem non niſi mollis atque ſuauis. Ad hũc igitur modum ſcripturæ ſacræ ſuperficies aſpera eſt valde & amara. Eius quippe pręcepta, & viuẽdi regulæ, rigidæ ſunt nimis, & quę hominis naturam pungant. Quandoquidem amarũ eſt, pauperem eſſe, & à ſe funditus omnes mundi diuitias abdicare.
B Amarum eſt carnis concupiſcentias mortificare. Amarum eſt fameſcere, ſitire, ieiunare. Amarũ eſt inimico percutienti alteram præbere maxillam. Sed tamen lingua hæc ſubtus ſe tenera, dulciſsimaque reperitur. Nã ex quo homo ſemel exequutioni eius ſe ſubmittit, & iam legis mandata adimplere incipit, in ipſo operis ſtudioſo exercitio anima noſtra iam deguſtare incipit, quàm ſuauia ſint diuina dogmata, & quã
C guſtui noſtro dulciſsima. Sicut ẽnim puer, cum matris vbera ſugit, laborat quidem nimis, & quaſi totus in agoniam & ſudorem vertitur: attamen ſub eo labore & anxietate, lactis ſaporem elicit quo ſummè recreatur: ſic etiam chriſtianus quilibet cum primũ ſcripturæ ſanctæ præcepta operatur

Simile.

Expoſitio. Canticor. 4.

Simile.

Difficultas.

Simile.

ratur

A ratur, quia difficilia ſunt, anxiatur quidem, & laborat valde, atque oppreſsione quadã & moleſtia tenetur: Cæterum ſi in præceptorum cuſtodia perſeueret, cõtinuò ſub eodem virtutũ onere, ſuauiſsimum lac ſentiet, quod vſq; adeò ſibi dulciſsimum redditur, vt eius ſapore labores omnes, atque euangelij erumnas ſuſtineat.

Figura Deu. 32

¶ Ecce ergo quomodo fidelis homo ſugit mel de petra, oleũq; de ſaxo duriſsimo. Quemadmodum enim vitula, cum primum

Simile

iugo ceruicem ſubmittit, graue B admodum, & moleſtum ſibi eſt: cum tamen iam quotidie tali iugo aſſueta fuerit collum ſubiugare, in dulcedinem & ſuauitatẽ ſibi iugum ipſum vertitur, ſponteq; aratrũ, quo terram ſcindit, ipſamet ſupra ſe accipit: ad eum omnino modũ ſe habet ſcripturę ſacrę iugũ, qđ chriſtiano homini imponitur. In ipſo enim virtutis exordio, ſtatim homo reſiſtit, & recalcitrat, illudq; à ſua excutit ceruice. Cum tamen iam diu aſſuetus eſt, iugum ipſum ſu C pra ſuam portare ceruicem, cum ſcilicet iãdiu eſt, ꝙ opera virtutis exercet, tũc inquã dulciſsimũ

Expoſitio. Mat thæi. 11.

ſibi redditur tale legis iugũ. Sic enim ait ſaluator Matthæi. 11. Tollite iugũ meum ſuper vos, iugũ enim meũ ſuaue eſt, & onus meũ leue. Ac ſi clariùs dixiſſet, ne terreamini à pręceptorũ legis meæ aſperitate: quia etſi prima facie, rigiditatẽ quãdam prę A ſeferãt, veſtręq; mentis ceruici moleſta appareãt & grauia: conſuetudine tamẽ accepta, ſuauia nimis & leuia reddũtur. Nec vllus vnquã ſatis hæc explicare poteſt, niſi qui ipſum virtutis iugũ ſupra ſe quãdoq; duxerit. Quia ſolus ille pręceptorũ Dei ſuauitatẽ experitur, qui priùs opere ipſo, virtutis onus deguſtauerit, iuxta Pſalmiſtæ ſententiã Pſalmo. 33. Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt dominus. Ex guſtu ſiquidem virtutis, ad eius plenam deuenimus intelligentiã, & dulcedinem.

Expoſitio. pſal. 33.

B

¶ Eſt & alia ſpiritus huius excellẽtia, ſcilicet, ꝙ eſt amator boni. Quia principale ſcripturæ huius diuinę ꝓpoſitũ eſt, hominẽ à malo retrahere, eumque facere in bono conſidere. Quas duas vtiq; partes amplexatur noſtra hæc chriſtiana iuſtitia.

Spiritus amator boni.

Quas ambas ita refert propheta Dauid, pſal. 36. cũ ait: declina à malo, & fac bonũ. Itaq; ſicut artificis primus labor eſt, lapides à terra ipſa, qua immerſi erant, C euellere: Deinde politos, & elaboratos reddere, vt ſic curioſi ędificij partes eſſe poſsint: hoc idẽ eſt ſacræ huius ſcripturę intentũ, nẽpe quã primũ eradicare hominẽ à ſuę ſenſualitatis natura & effręni appetitu, quo totus erat immerſus, & tãquã à duriſsima petra illũ euellere, atq; craſſa carnis & ſanguinis opera fidei

Expoſitio. pſal. 36.

A ſidei malleo abſcindere, ac dein de delicatiſsimis virtutum operibus perfectum reddere, vt ſic tãquam viuus lapis regni cælorum particeps eſſe poſsit.

Spiritus acutus.

¶Alia eſt item ſpiritus huius excellẽtia, quòd videlicet eſt acutus. Quia peccatorem hominem pungit, vt ſuæ peſtiferæ vitæ fætorem relinquat: vt perpendens quantas creatori ſuo irrogauerit grauiſsimas offenſas, attendenſque in quanto animæ ſuæ quotidiæ verſatus fuerit periculo, amariſsimè peccatorum ſuorum maculas deploret, pro eisque à Deo ſuppliciter veniã petat. Sic enim propheta Dauid exemplo ſuo docet, pſalmo 31. cùm ait: Conuerſus ſum in ęrũna mea, dum configitur ſpina.

Expoſitio pſal. 31.

In lachrymas (inquit) meas, B meorumque peccatorum cõuerſus ſum miſeriam, dum eiuſdem peccati me pũgebat ſpina. Quęquidem ſpina tunc pungit, & verè in homine infigitur, quando hæ ſanctiſsimæ litteræ, ſui ipſius, & peccatorum ſuorum cognitionẽ præſentãt. Quia in hac ſacra lectione ad viuum reperit depictam virtutis, & peccati faciem: quanta videlicet impudenter honeſta reliquit opera: pariter & malũ, ad quod fuit tam leuiter cõuerſus. Aqua profectò boni maliq; cõtemplatione, cõtinuò oritur eorum dolor & contritio. Ideoq; ſpiritus hic vocatur acutus, quia admodum aculei, ab ipſo peccatore ſanguinem elicit, necnon, & in culparũ ſuarũ agnitionẽ eũ excitat. Eſt præterea acutus hic idẽ ſpiritus, quia ſtimulus quidã eſt, qui homines tepidos & remiſſos ferit, vt maiori diligentia & feruore, virtutis viam proſequantur, feruentiuſque regni cælorũ brabium (quod ſperant) adipiſcantur. atq; à ſe omnino frigiditatẽ abjiciant animiq; puſillanimitatem, quã in ſtudioſi operis exercitio tenent, procul expellãt.

Simile. C Simile. A Simile. Simile.

Spiritus human⁹

¶Habet adhuc excellẽtiã aliã, & proprietatem hic ſacrarũ litterarum ſpiritus, quòd videlicet humanus ſit, atque benignus. In omnibus enim humanæ noſtræ proportionatur fragilitati, vt ſic nos beneuolos, & propitios habeat: vt in altiora negotia, quàm res huius mundi ſunt, volũtariè, & gratioſè nos perducat. Et hæc B profectò eſt admirabilis excellẽtia quędã, quã ſupra alias omnes, pręcipue in vtilitatem noſtram cõtinet. Quę vtiq; excellẽtia, diuina quędam eſt ſpiritus ſancti induſtria, adlucrandum homines quoſcunq;, vt eos à ferocitate naturæ ſuæ, beſtialiq; educat appetitu, in Deũq; ipſum ſuauiter introducat. Itàq; ſicut hominũ mos eſt, hac vti induſtria, ꝙ ſcilicet cãpi feras leniter tractãt vt eas à ferocitate, qua tenentur, cadere faciant (leonem quippe & elephantum dulciſsimis attrahũt verbis, atq; manu ipſa eorũ capi-

capita emulcent, ſuauiterque & A leniter pertractant, & ſic in hominũ vſum inducũt, eorumque ſeruitio mãcipant) ſic etiam ſpiritus ſancti mira induſtria eſt, quã in ſua ſacta reliquit ſcriptura. Vti videlicet ſemper humanitate, manſuetudine, & clementia maxima, vt ab hominibus rebellem hanc voluntatem & ferocitatem, quam ex ſua ſibi vendicãt natura, auferat: eoſque manſuetos, domeſticos, atque tractabiles, in Dei obſequiũ reddat: ita vt ex feris homines fiãt, & ex hominibus angeli, ac demum ex angelis in Dei filios conuertãtur.

Spiritus ſãcti mira induſtria.

¶ Et tandem ait Salomon in præallegatis verbis, quòd ſpiritus huius ſapientiæ intra ſeipſũ incluſam habet omnium rerum B virtutem: vt nulla ſit in homine infirmitas, ſiue defectus, cuius hic vt in plurimum non reperiatur medicamen, quo reparari poſsit. Nam hęc ſancta ſcriptura omnia amplexatur, omnia proſpicit, & deniq; omnibus prouidet. Nam quia ab ipſa Dei omnipotentis natura eſt promanatio, quiquidem in ſeipſo, virtutẽ, C & omnium noſtrum malorũ remedium cõtinet, in quo tanquã in radice, noſtræ vitæ viriditas & conſeruatio ſita eſt: ſic etiam eius ſactiſsima verba, in hoc põdere & virtute ab eo vtique prodierũt, vt noſtrum eſſent in hac miſerabili vita ſolatium, & iuuamen. Et inde eſt quòd Salomon

Spiritus omnem cõtinet virtutẽ.

Simile.

hanc ſapientiã, vaporem vocat, A & candorem, virtutiſque Dei omnipotentis imaginẽ: quia omnia hæc tria ſimilitudinem, atq; tranſumptum dicunt eius diuinæ naturæ. Hęc igitur eſt ſapientia, quam tantopere Salomó exoptabat, tantaque ſpiritus efficacia Deum precabatur, vt eam ſibi de cælis, & à ſede ſancta ſua mittere dignaretur: vt ſibi in laboribus ſocia eſſet, ſpõſa, & amica, atque vt fauore eius, & induſtria, accepta eſſẽt in diuina præſẽtia opera ſua: ac deinde, vt eius eruditione, rectus poſſet eſſe princeps, & iudex, in ſuorum populorum regimine. Ecce ergo quantis ſcripturæ ſacræ excellẽtjis & profectibus concionator ille auditores priuaret, qui in ſuggeſtu ſacrã nõ doceret ſcripturam.

¶ Et confirmatur etiam hoc B auctoritate ſanctorum. Et quidẽ primò, hæc eadem eſt eminentia grandis, quam diuus Gregorius huic ſanctæ ſcripturę tribuit, ſupra mundi huius omnes alias facultates, in lib. 20. Moraliũ cap. 1. ſtatim in principio. Quẽ videre libeat, rogo, quia iã ſuprà hãc C eandem adduximus ſententiam, eſſetque lectori faſtidioſum nimis iterum repetere.

Sanctorum teſtimonia.

Gregor. 20. Moraliũ lib. cap. 1.

¶ Diuus Auguſtinus in. 2. lib. de doctrina Chriſtiana cap. 42. hoc idem propoſitum proſequẽs ꝙ videlicet Chriſtianus concionator, ſũmopere curet, vt in ſuis concionibus ſcripturam ſacram

Auguſt. 2. lib. de doctrina Chriſtiana. cap. 42.

A edoceat, aſsignat etiam immen-
ſas diuitias, ineſtimabilesq; mar-
garitas, quæ in ſacra hac ſcientia
cõtinentur. Aſsignat etiam dif-
ferentiam maximam, inter ſacræ
paginæ diuitias, et eas quas ex in
genij ſui theſauro concionator
quiſq; proferre poteſt, aut certè
quas ex alijs humaniſtarũ libris
producere valet. Cuius quidem
Simile. hęc ſunt ibi verba: Quantum au
tem minor eſt auri, et argenti, ve-
ſtisque copia, quàm de Aegyp-
to ſecum ille populus abſtulit, in
comparatione diuitiarum, quas
poſtea Hieroſolymæ cõſequutus
eſt, quæ maxime in Salomone re-
ge oſtenduntur: tanta ſit cuncta
B ſcientia, quæ quidẽ eſt vtilis col-
lecta de libris gentium, ſi diuina
rum ſcripturarum ſcientiæ com
paretur. Nam quicquid homo ex
tra didicerit, ſi noxium eſt, ibi dã
natur: ſi vtile eſt, ibi inuenitur.
Et cum ibi quiſq; inuenerit om-
nia, quæ vtiliter alibi didicit:
multò abundantius ibi inueniet
ea, quæ nuſquam omnino alibi,
ſed in illarum tantummodò ſcri
pturarum, mirabili altitudine, et
mirabili humilitate diſcuntur.
Hęc ille. Hoc inquam diſcri-
minis eſt, inter euangelicam,
C & aliarum facultatum doctri-
nam, quam ex diuerſis aliorum
libris prædicator in ſuggeſtu
adducere poteſt. Quia faculta-
tes aliæ, pro animarum ſalute
parui ſunt valoris monilia, atq;
veteris argẽti fragmẽta, torques
etiã & armillę inueteratæ nimis. A
Et quando euangelicus concio-
nator hęc omnia ex ſui ingenij
theſauro ꝓtulerit, adeò ſunt mini
ma & parui momẽti, vt eis quę ex
ſacrę ſcripturę theſauro produ-
cũtur, minimè conferri valeant.
Sũt enim ornamẽta, quę ex Aegy
pto furtim ſublata ſunt. Cæterũ
diuinę huius ſciẽtiæ veritates ꝓ-
cioſiſsimę ſũt margaritę, atq; in
cõparabiles Ieruſalẽ diuitiæ, ad
ductę quidẽ ex abundantiſsimis
Salomonis theſauris. Sũt namq;
omnia eius documẽta puriſsimũ
aurũ, lucidiſsimũq; argentũ: quo
rũ venæ, à quibus extractę ſunt,
non aliud, quã ipſummet diuinæ
maieſtatis ſunt pectus. Sic enim B
redẽptor noſter Ioan. 15. cap. ex-
preſſè fatetur dicens: Iã non dicã Ex poſitio, Ioãnis. 15.
vos ſeruos, ſed amicos, quia om-
nia quæ audiui à patre meo, nota
feci vobis. Vbi apertè ex patris
pectore has adduxiſſe veritates
confitetur. Quod iterũ Matth. 7. Expoſitio. Matthæi. 7.
cap. cõfirmat, cũ dicit: Neq; mit
tatis margaritas ante porcos. V-
bi harũ veritatũ pretiũ & valorẽ
maximè comendauit. Attendite
(inquit Deus) cui fidatis tam in
comparabiles meę ſanctę ſcriptu
ræ diuitias, ſiquidem ſunt pre- C
tioſæ admodùm margaritæ, quæ
porcis (brutis videlicet, & ma-
lignis hominibus, qui ſine intel-
lectu ſunt) mitti non merentur.
Et iterum Matthæi. 13. capite, eas Expoſitio, Matthęi. 13.
eodẽ nomine appellat, cũ ait: Si-
mile eſt regnum cælorũ homini
nego-

A Hieronimus ſuper Math.c.13. negotiatori quærēti bonas margaritas. Quæ quidem margaritę iuxta Diui Hieronymi, necnon & cõmunem ſanctorum ſententiam, hæ diuinæ ſunt veritates, in huius diuinæ ſcripturæ theſauro reconditæ. Negotiator autem illarũ, homo chriſtianus eſt, qui eis diteſcere conatur. Hę igitur diuitię (ait diuus Auguſti.) extra hanc diuinam facultatem minimè reperiuntur. Nam totũ quod ex alijs auctorũ libris prædicator didicerit, aut bonũ quidē eſt, aut malum: ſi malum hoc in loco refutatum inueniet, nã B malæ doctrinæ cenſura in ſacris litteris eſt: ſin vero bonum eſt, hic comprobatum reperiet, huiusque boni radicem & originē hic inueniet. Notãdũ Et tandem nulla eſt veritas, ſiue documentum, aut doctrinę ſubtilitas, vel ingenioſum dictum in cæteris ſcriptorũ libris, quod in hac ſacra profeſſione non reperiatur. Si quando autem contigerit, concionatorē in cæteris auctorum libris, has eaſdem reperire veritates, ſaltem habebit verum, ꝙ ſpiritum, ſtylumq; quo veritates in hac ſacra depinguntur lectione, non inueniet. Nam ſtylus hic, & ſpiritus C ipſiuſmet Dei eſt, qui verbis ſuis efficaciam talem & virturē præſtare dignatus eſt.

Figura. Gen. 29 ¶Eſt ergo ſancta hæc, diuinaque ſcriptura, formoſiſsima illa Rachel, cuius contemplatione famoſus ille Iacob quatuordecim ſeruiuit annis. Quia rutilantes eius gratiæ, & perfectiones, A quas in ſe continet, adeò nos delectant, ſuaque nos affectione captiuos tenent, vt pro ea obtinenda, tanquã pro amantiſsima vxore, quę nos in beatã patriã diſponit & gignit, labores omnes, atq; huius chriſtianæ legis ærumnas ſuſtineamus. Et hinc eſt, ꝙ eius ſanctiſsima lectio auditores ipſos commouet, & à ſuis proprijs domibus, filijſque & amicis auellit, & quaſi violentia quadã trahit, vt carnis & ſanguinis illecebris derelictis, auidiſsimè ad tēpla concurrant: vt audientes ſuauiſsimas eius gratias, inde animis ſuis aliquid cõſolationis B accipiant, eamque velut dilectiſsimam ſponſam, in ſuam ipſorum recreationem aſſumant omni tēpore, quo in hac lachrymarũ valle vitam degunt.

¶Cum igitur hęc ita ſeſe habeant, hęc falſitas eſt, & adulterium quod concionator committit in maximum emergens damnũ: ꝙ ſcilicet loco formoſiſsimæ huius Rachelis, lippam eis Liã Simile. ſupponit, quando in concionibus ſuis loco ſcripturæ ſanctę, in genij ſui inuentiones, aliaſq; peregrinas doctrinas chriſtiano C populo pręſentat. Quę quidē dum tam exactę fuerint, vt ad vltimũ Simile. ſint politę, ſi ad huius ſanctę ſcripturæ lectionem conferantur, lippę proculdubio, ſicut & ipſa Lia apparebunt veritates. Licet quãdoque

doquę

A doque in his prouerbium illud adimpleri videamus, q aliqui hominum ſunt, qui lippis delectantur oculis. Ita & in pręſentiarũ ſe rei veritas habet, quòd nunquam tam rudis exiſtit concionator, vt non reperiatur etiam alius tam barbarus & rudis auditor, cui ſupra modum eius non placeat ſermo, quantũcunq; vulgaris & barbara eius ſit doctrina, atq; inſulſus dicẽdi modus. Datur ſiquidẽ vnus ſatis doctus, & eloquens concionator, qui legis præcepta ſapienter, & eruditè proponit: qui velut conſummatus, & dexter officij huius præceptor, in oratione ſua diſtinctionẽ habet, gratioſumq; dicẽdi ſtylum ſeruat, tum

Prouerbium.

Notandum.

B in doctrina, tum in rationibus, tum etiam in vocabulorum proprietate, atq; in omnibus corporis geſtibus: dignus inquam, qui ad hoc prædicationis munus admittatur. Aſcẽdit autem & alius docendi cathedrã, ignarus prorſus, vulgaris, & barbarus, ac demum omni carẽs eruditione: qui clamoribus tantùm pulpitũ implet, qui impertinentiſsimis corporis geſtibus abundat, qui palmarum percuſsionibus audientium aures paſsim conturbat. In quibus omnibus ſunt auditores

Vulgaris cõcionator.

C vocem quidem audientes, neminem autem videntes, quia nihil ſolidi, aut diſtinctionis tractat, ſed omnia confundit: quia nihil eloquenter, ſed omnia barbarè proloquitur. Et cum his omnibus, pulcherrimam aliam relinquunt Rachelem, vt hanc lippam amplexẽtur Liam. Prouidit namq; rerum natura, vt nunquã ſit tam peſsimus concionator, vt non peiores reperiãtur etiam auditores, qui illum libenter audiant, conſolentur, adulentur, & in omnibus faueãt. Ex quo aliud non mediocre ſtatim oritur malum: quia tunc temporis audientium ruſticitas, & adulatio, quã tales ipſis præſtant concionatoribus, in cauſa ſunt, vt idiotæ, & vulgares prædicatores animentur, ac proinde indies magis ac magis in ſuo creſcant errore & vulgaritate. Exiſtimantes enim, quòd nunquam eis ignorantium auditorum multitudo deerit, qui eis faueãt, & adhuc magis, quàm ſi aliquis exiſteret eruditus concionator, in ſuamet perſeuerant ignorantia & peſsimo concionãdi ſtylo. Nam cùm ex hoc tam immenſo hominum aceruo, pauciores ſint, qui ſapientes exiſtãt, vt rectiùs veritatem calleant: & plures ſint, qui ignorantia, & vulgaritate laborent: conſequitur inde manifeſtè, plures eſſe, qui vulgarem ſequãtur prædicatorem.

Notandum.

B

¶Et hoc grauamẽ eſt, & nocumentum maximum, quod ipſa populi ruſticitas euãgelicę ingerit prędicationi: quia maximam prębet occaſionem & anſam, vt Chriſti euãgelium vulgariter, & barbarè doceatur. Nã hac rudis

C

Auditorũ ruſticitas.

A populi opinione,& fauore, vulgares & rudes concreantur etiã prędicatores. Notabile eſſet damnũ, quod ouibus ſuis paſtor irrogaret, ſi eas clariſsimo aquæ fonte adaquare poſſet (in quo quidem puriſsima arridet aqua, quæ non ſolùm ſitim extinguit, guſtumq; delectat, ſed etiam ipſis ouiũ oculis aſpectu eſt delectabilis) ſi hoc inquã derelicto fonte, oues ipſas ad turbidas & fœtidiſsimas adduceret aquas, vbi oues non niſi maximo ſalutis ſuę nocumẽto, ſitim ſedare poſſunt. Hoc idem eſt graue damnum, quod euangelici cõcionatores chriſtiano populo irrogant, qui cũ in hoc limpidiſſimo ſacræ ſcripturæ fonte chriſtianas oues adaquare deberent, vbi veritates puriſsimę exiſtunt, ſufficienteſq;, vt tam corpori quã animæ vitã pręſtare valeãt (hæc ſiquidem aqua viua eſt, quę penitus ſitim extinguit, palatum delectat, totumq; hominem refrigerat: hæc aqua eſt, quę maculas mẽtis lauat, atq; formoſam nimis redditanimę noſtrę faciẽ) omiſſa igitur tam pretioſa atque dulciſsima aqua, adducuntur aliquãdo à cõcionatoribus fideles auditores ad riuulos, qui ex libellis fluunt, & à conſcriptis alienorum papyris, atq; punctis, quæ ab humaniſtarum lectione promanant, omiſſa ſancta & grauiſsima ſanctorũ lectione. Quæ profectò riuulorũ aquæ neque extinguere audientium ſitim ſufficiunt, nec animis ſuis, id quod exigitur, refrigeriũ pręſtare, ſiue eam vitam, quæ in hac chriſtiana lege requiritur. Sed ad hoc ſolùm deſeruit peregrina talis eruditio, vt poſtquam cõcionator fideli populo huiuſmodi pręſtiterit doctrinam, inueniat ſe potiùs ſuæ curioſitati, aut humano ſatisfeciſſe appetitui, quàm populi vtilitati, aut chriſtianę eruditioni, quam Chriſti expoſcit euangelium.

Simile.

B

Concionatoris culpa.

C

¶CAPVT. XX. VBI quarta cõtinetur ratio, quare deceat cõcionatorẽ, ſcripturam ſacram, chriſtianũ populum docere.

QVARTA ratio, quæ exigit, vt cõcionatorum quilibet ſcripturã ſacrã, tanquã officij ſui principale intẽtum ſua prędicatione ediſſerat, eſt quidẽ propter fidelitatẽ, quã chriſtiano populo ſeruare tenetur. Tenetur enim voluntatis diuinæ veram populo relationẽ facere: quod vtique nihil aliud eſt, quã verè & fideliter ſanctam eius ſcripturã populo ꝓponere. Nãq; in hac ſola, velut in eius teſtamẽto, ſita eſt poſtrema eius volũtas. Si rex alicui ciuitati litteras ſuas ſuo ſigillo munitas, mitteret, vt ciuibus in ea cõmorantibus maniſeſtè fierent: & in hac litterarum notitia, repoſita eſſet totius populi ſalus & vita, totiuſq; reipublicæ honor & felicitas: Si pre-

4. ratio.

Simile.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A prætor ciuitatis huius, cui incũbit tales populo manifeſtare litteras, voluntatiſq; regię ciuibus fidelem exhibere relationem: ſi hanc inquam regis epiſtolã prętor ille ſubticeret, & loco eius aliam, quam ipſe fingeret, regis nomine ſubrogaret, ipſiq; populo publicè legeret, quã certè audiſſe, vel non audiſſe, parum ipſi reipublicæ præſtaret, & ob hoc ciues omnes graue incurrerent nocumentum, nempe quia vitam ſimul, atque omnem ſuam ſubſtãtiam perderent: quam iuſtè de infidelitate huiuſmodi prętoris omnes illius populi ciues
B conquererentur, ſicuti de inimico & falſo iudice, qui talem ſuæ reipublicæ acquiſiſſet perditionem? Hæc igitur eſt infidelitas maxima quam concionator chriſtianę ingerit reipublicæ, quando in hac ſanctiſsima cathedra, dum fideliter verba diuinę legis referre debet, loco huius ſuas dũtaxat imaginationes populo pręſentaret. Tunc enim Dei litteras abſcõderet, in quarũ notitia, tota hominum ſalus, & vita, atq; beatitudo repoſita erat, omniſq; totius vitæ felix ſucceſſus: in quarũ etiã intelligentia, omne bonum tam
C corporale, quàm ſpirituale huius reipublicę chriſtianæ ſitum eſt. Quemadmodũ ita expreſsè fatetur Chriſtus redẽptor noſter, Ioãnis. 6. capite cùm ait: Verba quę ego loquor vobis, ſpiritus & vita ſunt. Et iterum Ioannis. 17. Hæc

Expoſitio. Ioannis. 6.

A eſt vita ęterna, vt cognoſcant te verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Vbi apertiſsimè conſtat, quòd hominis vitam, felicemq; illius ſtatum in ipſa diuini verbi auditione Chriſtus cõſtituit. Quantò ergo rationabiliùs, quantaque maiori iuſtitia chriſtianus populus, velut contra perniciosiſsimum inimicum, in ſimilem concionatorem haberet inſurgere: & chriſtianę reipublicę manifeſtum proditorem? quia hanc omnipotentis Dei epiſtolam, ſacram videlicet ſcripturam, ſubticuit, in qua eius reconditur erga nos voluntas, vt ſuam B nobis concionator exhiberet forſaſſe meram phantaſiam.

Expoſitio. Ioannis. 17.

¶Hęc ita eſt expreſſa diui Gregorij ſentẽtia. 4. Epiſtolarum libro, epiſtola. 40. capite. 84. vbi ſic ait: Quid eſt autem ſcriptura ſacra, niſi quędam epiſtola omnipotentis Dei ad creaturam ſuam. Et certè ſicubi eſſet gloria veſtra alibi conſtituta, & ſcripta terreni iam imperatotis acciperet, nõ ceſſaret, non quieſceret, ſomnum oculis non daret, niſi priùs, quid ſibi imperator terrenus ſcripſiſſet, agnouiſſet. Imperator cęli, dominus hominum & angelorũ, pro vita tua tibi ſuas epiſtolas tranſmiſit, & tam glorioſè fili, C eaſdem epiſtolas ardenter legere negligis. Stude ergo, queſo, & quotidie creatoris tui verba meditare, diſce cor Dei, in verbis Dei, vt ardentiùs ad ęterna

Greg. 4. lib. epiſto. epiſtola. 40 cap. 84.

Scriptura ſacra, Dei epiſtola eſt.

 ſuſpi-

[library stamp: FERDINANDI ... ALEXANDER ...]

A ſuſpires, vt mens veſtra ad cæleſtia regna maioribus deſyderijs accendatur. Tātò enim tunc maior ei erit requies, quantò modò ab amore creatoris ſui requies nulla fuerit. Si ergo ſanctus hic vir, egregiuſque doctor, fatetur hanc Dei epiſtolā auditori christiano tanti eſſe momenti, quanta erit concionatoris falſitas, & grauiſsima culpa, quando hanc ſubticet, vt ſomnia ſua quandoq; prædicet. Et hæc quærela eſt, quam dominus per Hieremiam, capite. 23. de falſis prophetis format, dicens: propheta qui habet ſomnium, narret ſomnium: & qui habet ſermonē meum, loquatur ſermonem meū verè. Quid paleis ad triticum? Dicit dominus. Nullus (inquit) propheta tam temerarius eſſe audeat, vt meis ſanctiſsimis verbis ſomnia ſua immiſceat, ſed verba mea ſeorſum prophetent: ſomnia verò ſua ſeparatim, & non ſub nomine meo populo narrent. Nam ſicut inter paleas & triticum plurimum diſtat, quia triticum vtile eſt, & quod nimis hominū vſui conducat: palea vero, ea ſit, quę à vento diſpergitur ad eum omninò modum, ignorantes concionatores ſcripturam ſacram adulterant. Nam cùm hæc ſit verum Dei ſigillum & littera, vice huius ſomnia ſua populo enarrant; tradentes auditoribus quaſi Dei verba, quæ ſua mera ſunt quandoq; ſomnia, & loco veri tritici paleas populo vendentes ſunt. Quæ eadem eſt metaphora, quam Hieremias decātat. Nam ſicut triticum pretioſus eſt hominum cibus, paleę verò brutorum ſunt pabulum: ſic Dei verba, & huius ſanctæ ſcripturæ lectio, pretioſiſsimus eſt animarum noſtrarum cibus: nuda autem hominis verba, quæ ex ſua mera imaginatione prodeunt, licet in ſe vtile aliquid cōtinere valeant, tamen ſi ad ſacræ ſcripturæ ſolidiſſimam conferantur veritatem, ſpiritumq; eius, & efficaciā, quaſi paleę, ignorantium & brutaliū hominū quādoq; reputantur pabulum. Quia amantes ſimilium prędicatorum loquacitatem, & verborum ſolam cōpoſitionem, & loquendi fictionem, ad fabulas ferè cōuerti dicuntur: dum audire recuſant grauiſsima, & ſcripturę ſacrę animę ſuę ſubſtantialia, quę ex ore ſapientium virorum procedūt. Iſti nāq;, qui à ſapiētioribus viris edocētur ſolidiſsimè, verarū rerū cōſtituūtur diſcipuli: ceteri verò, qui ab eis, qui ſciētia & doctrina carēt, & ſacrę ſcripturæ verba ignorāt (atq; ſolis humanis verbis tēpus terūt) inſtituūtur, ſomnia audiſſe, propheta aſſerit. Vnde fit, vt volētes poſt modū auditores iſti, quam audierint doctrinā, operis executioni demādare, ſeſe illuſos omninò inueniant. Sicut ille qui ſe ridentē aquā bibere ſōniat, dū expergefactus fuerit, ita ſitientē ſe omnino inuenit, ac ſi

Marginalia: Expoſitio. Hierem. 23. — Simile. — B — C — Simile. — Simile.

[library stamp]

A ac ſi nullam omnino reperiſſet aquam.

Expoſitio, Hierem. 23.

¶ Hoc idem ſecundò repetit Deus per eundem prophetam capite. 23. dicens: In prophetis Hieruſalē vidi adulteriū, & iter mēdacij. Nolite audire verba ꝓphetarū, qui prophetāt vobis, & decipiunt vos, viſionem cordis ſui loquūtur, & non de ore domini. Et hoc idem in verbis illis Deus deſignare voluit, quibus Ezechielem prophetā eſt alloquutus, capite. 2. dum eum populo prędicaturum mittere decreuit, dicēs. Fili hominis, vade ad domū Iſraël, & loquere verba mea ad eos. Eo enim, quo in primo loco viſionē cordis ſui aſſerit, & hic verba mea dicit, Apertè deſignat, quòd non ſua, ſed ea quę à domino audierat, populo enarrare deberet,

Fxpoſitio, Ezechie. 2.

B

Et hoc idem eſt, quod diuus Gregorius hoc in loco, libro. 1. ſuper Ezechielem annotat, homilia decima, vbi ſic ait. In eo quod dominus prophetę dicit, loqueris verba mea ad eos, quid aliud quam eius ori frænū moderaminis imponit, ne quod prius intus nō audierit, foris dicere pręſumat? Nā ꝓphetę falſi ſua & nō Dei verba loquebantur. De quibus ſcriptū eſt, Nolite audire verba ꝓphetarū, qui prophetāt vobis & decipiūt vos, viſionē cordis ſui loquūtur, & non de ore domini. Et rurſum, non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant. Qua ex re quoq; colligēdū eſt, quia & quiſquis expoſitor in expoſitione ſacri eloquij, vt fortaſſe auditoribus placeat, aliquid mentiēdo cōponit, ſua & non domini verba loquitur. Si tamen placēdi, vel ſeducēdi ſtudio mētiatur. Nā ſi in verbis dominicis virtutē requirēs, ipſe aliter, quā is per quē prolata ſunt, ſenſerit, etiamſi ſub intellectu alio ædificationē charitatis requirat, domini ſunt verba quæ narrat, quia ad hoc ſolùm Deus per totam nobis ſacram ſcripturam loquitur, vt nos ad ſuum, & proximi amorē trahat. Hęc ille.

Gregorius, ſuper Ezechielē, libro. 1. hom. 10

C

A

Quid ſit de ſcriptura ſacra loquendū eſſe.

¶ Hæc diui Gregorij verba, pro eorū quæ diximus intelligētia, maximè nobis annotanda veniunt. Quandoquidem non hic prætendimus, ſacri euangelij auditoribus ſuadere, vt nullū aliud verbum ab ore cōcionatoris percipiant, pręter ipſam ſacram ſcripturam. Hoc namq; difficile admodum eſſet, tam exactum ſcilicet exigere euangelij concionatorem, vt neque vnum verbum, quod ex ſacra ſcriptura non eſſet, ab eius ore decidere poſſet: hoc ſiquidem ridiculum eſſet. Neque enim ſum tam mente captus, vt hoc attentauerim. Potiſsima enim prædicatoris pars in hoc concionandi officio eſt, poſtquam ſcripturam ſacrā bene legerit vti ingenio ſuo, & ab eo, tanquā de theſauro ſuo, proferre noua & vetera. Sed mēs noſtra in hoc articulo eſt, præceptoribus euangelicis ſūmopere comēdare,

B

C

A vt ante omnia, tãquam principale ſui officij munus, ſcripturã ſacram legant, & eius mentẽ & ſenſum teneant, & eam ſecundum patrum cenſuram, diligentiſsimè chriſtianum populum docere conentur; & exponere nitantur. Quia hæc ſola eſt regula & menſura, per quam à Chriſti fidelibus in terribili iudicij die exigenda eſt vitæ ſuæ ratio, & per quam in hac vita mores noſtri cõponendi ſunt, & vitia proijciẽda. Cæterum non negamus, multa eſſe neceſſario, quæ euangelicus cõcionator ex capite ſuo proferre, & proponere chriſtiano po-
B pulo debeat. Sed tamẽ quòd eius verba ſint talia, quę vel ſint ſacra ſcriptura, vel ſaltem ipſam ſapiant ſcripturam ſacram, aut certè quòd à ſacra ſcriptura dimanent, aut ad ſcripturę ſacrę declarationem attineant, aut tandem quòd ſermonis ſui loquutio ſuper ſacram fundetur ſcripturam, & illi innitatur: & quòd in hoc dicendi ſtylo ſemper pondus & cẽſuram ſanctorum ſeruet, qui enim talem phraſim non tenẽt, ſed diuinæ ſcripturæ lectionem ignorantes, toto ſtudio curioſitatibus, & Methaphyſicis quęſtioni-
C bus intendunt, & ſolam ſui ingenij fabricam ſequuntur, pulpitum nudis verbis, atque geſtibus & clamoribus potiùs quàm ſolida aliqua doctrina implẽtes: hos inquam, qui ita à ſacræ ſcripturę lectione prorſus alieni ſunt, hos ego non laudo. Quia non video, A qualis poſsit eſſe chriſtianæ legis pręceptor, qui ſcripturam ſacrã, in qua chriſtiana noſtra continetur lex, ignorat; aut qui ſanctorũ expoſitionem, per quos ipſa interpretatur lex, non tenet. Et hi ſunt quos dominus vocat prophetantes non ex ore Dei, ſed à ſe ipſis. Hi ſunt, quos ſomniantes dicit, & quos adulterantes vocat, & qui viſionem cordis ſui loquuntur. Quos itidem beatus Gregorius hoc in loco mendaces appellat: eos ſcilicet, qui placendi ſtudio, peregrinas ingenij ſui imaginationes populo vẽdunt. Nã etſi contrariũ ſacrę ſcripturę nõ prędicẽt (hoc ſiquidem iam aperta eſſet hęreſis) ſed tamẽ pręter ſcripturã ſacram, talem concionãtur doctrinã, quę non eam habet eruditionem, & pondus, quæ chriſtianos decet profeſſores. Dicunturq; mẽtiri, & populum defraudare, quia aliud, quã populus ipſe expectabat, illi ſupponunt. Quẽadmodum Laban dicitur mentitus fuiſſe Iacob, quia loco Rachelis, Liam illi ſuppoſuit. Sic etiam concionator iſte dicitur populo fuiſſe mentitus, quia cùm ab eo populus ſcripturæ ſacræ, legiſq; chriſtianæ expectaſſet doctrinã, loco inquam huius formoſiſsimæ Rachelis, ingenij ſui lippam inuẽtionem ſuppoſuit. Qui licet ex animo & corrupta intentione non fuerit populo mentitus, tamen factum ipſum, mendacium quod-

Notandum. B Simile. C Figura, Gen. 29.

[library stamp]

A quoddam & fraudulẽtia dicitur, atque pernicioſum adulterium. Nã ſicut ille adulter eſt, qui propria vxore repudiata alienam recipit, pari etiam forma huiuſmodi concionatores, adulteri appellantur, quia propria animarum doctrina repulſa (quę ſancta ſcriptura eſt) peregrinam aliam, & alienam populo ſupponunt.

Simile.

¶ Hoc idem eſt, quod ſuadere nititur apoſtolus Paulus ad Philippenſes ſcribens, capite quarto, cùm ſic ait. Si qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate, quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me. Vbi B annotandum eſt, verbum hoc, hæc cogitate, ideſt hanc in intellectu veſtro & animo parate & recipite doctrinam, non quæ à veſtro ſolùm dimanet ingenio, ſed quæ iuxta normam lectionis ſcripturæ ſanctæ, quàm à me didiciſtis, & vidiſtis, ſit inſtituta: omiſsis alijs peregrinis lectionibus, quæ huius ſanctæ doctrinæ ſaporem nõ retineant.

Expoſitio, ad Philippen. 4.

¶ Hoc idem documentum iterum docet Apoſtolus, prima ad Timoth teũ capite. 4. dicẽs, Hæc proponens fratribus, bonus eris miniſter Chriſti Ieſu, enutritus C verbis fidei, & bonæ doctrinæ, quam aſſequutus es, ineptas autem & aniles fabulas deuita. Vbi annotandum eſt, verbum illud, enutritus verbis fidei. Ex hoc enim manifeſtè nobis datur intelligi, concionatorem in ſacræ doctrinæ lectione debere educari. A Nam ſicut puer, qui lactè matris eſt enutritus, ipſius matris mores, atque maternam linguam ſapit: ſic tanta debet eſſe concionatorum in litteris ſacris aſsiduitas, continuaque lectio, vt tãquam lactè, ipſius ſcripturæ ſanctæ doctrina, dicantur enutriti: & inde nihil magis, quàm eius loquendi morem & phraſim in omnibus ſapiant, ac proinde ex hac doctrinæ ſacræ aſsiduitate, non ſolùm loquendi ſtylum grauem, ſed & viuendi chriſtianos mores induant.

Expoſitio, ad Timot. 4. c.

Simile.

¶ Diuus Thomas ſcribens ſuper hęc eadem Apoſtoli verba, B prima ad Timotheum. 4. capite, lectione. 2. exponens vtique, quid hoc loco ſonet hoc nomẽ, fabula: ait quòd fabula nihil aliud deſignat, niſi quandam rerum compoſitionem, quæ cùm in ſeipſis veritatem non habeant, illam tamen repræſentant. In comœdia enim vnus regiam perſonam ſe fingit, cùm tamen non ſit: alius verò pauperis perſonam agit, cùm diues ſit: & tandem alius medicum ſe exhibet, cùm nihil medicinæ artis attingat: ſicut & alius claudum ſe de- C monſtrat, & cæcum, qui tamen aliàs ſanus exiſtit. Ad hunc igitur modum concionatores aliqui in verbis ſuis potiùs ſe veritatis repręſentatores oſtendunt, quàm veros auctores: quia in ipſis verbis non veritas ipſa,

S. Thomas. 1. Timot. 4. lectio. 2.

Simile.

A ſed veritatis magis effigies appa
Simile. ret. Et quemadmodũ qui comœ-
diȩ ipſi aſsiſtunt, quia res ipſas
quȩ repręſentantur, vident om-
ni veritate & ſubſtantia eſſe va-
cuas, neque aliud habere, quàm
repreſentationem quandam, & in
de auditores ad riſum prouocan
tur, neque aliud quiquam gra-
uius, vel vtilius inde reportant:
ſic etiam concionatoris inuen-
tio, quæ ſolida ſcripturȩ ſacræ le
ctione caret, aut morum eruditio
ne, velut quiddam veritate va-
cuum, auditores ipſos ad riſum
potiùs & contemptum, quàm ad
veram culparum ſuarum cogni-
tionem, quandoq; prouocat, neq;
B aliquem in eis feruentem virtu-
tis appetitum excitat. Quia cùm
chriſtianum negotium, de quo
euangelicus pręceptor tractat,
vſque adeò ſit ſerium & graue,
vt non niſi de rebus tam arduis
agat, quàm eſt ipſa animarum ſa-
lus, & vera felicitas: ac virtutum
conſequutio, hinc profectò, quan
do in concione auditores aliud
vident, quod ſubſtantialem hanc
doctrinam, & grauitatem non ſa-
piat, ridendi anſam potiùs, quàm
plangendi aſſumunt. Vnde maxi
mè concionatorem ipſum decet,
C vt eas, quas populo ediſſerit veri-
tates, ſanctæ ſcripturæ teſtimo-
nijs confirmare conetur, ſancto-
rumq; exemplis & cenſura corro
borare: vt concionatoris docu-
menta, ſcripturæ ſanctȩ ſic aucto
ritate cõprobata, auditorum in-
tellectum, atque eorum rebellem A
voluntatem vincant.

¶Si inſignis quidam medicus, Simile.
qui in arte ſua peritiſsimus exi-
ſteret, pro ſalute infirmi potionẽ
aliquam faciendam diſponeret,
in qua quidem pharmaci confe-
ctione, illius infirmi ſalus & vi-
ta eſſet repoſita: ſi tunc temporis
pharmacopola, non iuxta medici
ſchedulam, talem conficeret po-
tionem, ſed iuxta ingenij ſui ad
inuentum: hic talis proculdu-
bio infidelis eſſet, & ipſius infir-
mi ſaluti pernicioſus, quia nimi-
rùm infirmo illi maximum para
ret damnum: à quo iuſtè talis in-
firmi mors ſubſequuta exigi poſ-
ſet, veluti ab inimico, qui ei me- B
dicinȩ loco, mortẽ parauit. Quid
ergo aliud ſcriptura ſacra eſt,
niſi ſchedula quædã, ab ipſa Dei
omnipotentis manu conſcripta,
vbi animæ noſtrȩ ſalus, atque fe-
licitas tota ſtabilita eſt, & conſi-
gnata? Nullum ſiquidem eſt in-
firmitatis ſpiritualis genus, cu-
ius hic non ſit certiſsimum me-
dicamentum. Hic ergo eſt cõcio-
natoris error, ſiue fraudulentia
maxima, quia cùm audientium
ſalus per ſcripturæ ſanctȩ regu-
las & pręcepta medicari debeat,
non niſi per ingenij ſui phanta-
ſiam, eorum ſalutem conantur di C
rigere, dum oris ſui verba nuda
dumtaxat populo proponit, gra-
uiſsima euangelij Chriſti reiecta
diſciplina, quȩ verà, certiſsimaq;
ſalutis documenta continet. Hęc

A ita eſt expreſſa doctrina, atque ingenioſiſsima diui Chryſoſtomi ſentētia, ſuper Geneſim capite. 9. homilia. 29. tomo. 1. vbi eloquentiſsimè ſcripturæ ſanctæ virtutem, diuitiasq; pro hominum ſalute depingit. Vbi ait, quòd nulla vſquam eſt in omni hominum natura, mentis aut corporis paſſio, vel morbus, cuius hic non ſit efficaciſsima medicina. Cuius nimirùm hæc ſunt ibi verba.

Chryſoſtomus, ſup Gene. 9. c. hom. 29 tom. 1.

¶Nulla enim eſt in humana natura, vel corporis, vel animæ paſsio, quæ medicinam hinc accipere nequeat. Quomodo dic obſecro? Ingreditur quis huc triſtitia, & negotiorū ſolicitudine one B ratus, & ingreſſus huc ita mærore obrutus, ſtatim vt audiuit prophetam dicentem: Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me, ſpera in Deum, quoniam confitebor ei, ſalutare vultus mei, & Deus meus: ſufficienti cōſolatione ſuſcepta abijt, & omnem illā mentis triſtitiam excutit. Alius item, extrema premitur inopia, grauatim fert, & mœret, videns alios diuitijs affluere, & valde inflari, & magno apparatu & pompa ſtipari. Audit & hunc eundē prophetam dicētem, Iacta in do C mino ſolicitudinem tuam, & ipſe te enutriet. & iterū, Ne timeas cùm ditatus fuerit homo, vel cū multiplicata fuerit gloria eius, quia cùm morietur, non accipiet omnia. Eſt & alius quoq;, qui inſidias, & calumnias ſuſtinens, dolet, & inſuauem putat vitā, nuſquam humanum inuenire valēs auxilium: docetur & ab eodem ꝓpheta, in talibus anguſtijs nō ad humanum præſidium confugiendum. Audi quid ipſe dicat, ipſi detrahebant mihi, ego autē orabam. Vidiſti, vnde quęrat auxiliū. Alij (inquit) dolos plectebant, & calūnias, & inſidias, ego autem ad inexpugnabilem murum confugio, ad tutam anchoram, ad portum fluctuū expertē, preces inquam, per quas omnia difficilia, leuia & facilia mihi fiunt. Inſuper alius ab ijs qui ſibi prius miniſtrabāt, deſpicitur, & contemnitur, & ab amicis relinquitur, & hoc eſt quod mentē eius maximè conturbat & confundit. Sed hic, ſi huc venerit, audit beatum illum dicētem: Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt, & proximi mei à longe ſteterunt, & vim faciebāt, qui quærebant animā meam, & qui quęrebant mala mihi, loquebantur vanitates, & fraudulentias tota die meditabantur. Vidiſti ſtructes inſidias vſque ad mortem ipſam, & perpetuum bellum gerentes: nam hoc indicat, cùm dicit, tota die, quia per totam vitam. Quid ergo ille interim, dum inſidiantur, & varia inſtruūt, egit? Ego autem (inquit) quaſi ſurdus non audiens, & quaſi mutus non aperiens os ſuum, & factus ſum quaſi homo non audiens, & non

Scriptura ſacra, omnū morborū medicina.

Expoſitio. Pſal. 41. Triſtitia curatur.

Inopia ſanatur.

Expoſitio. Pſal. 54.

Expoſitio. Pſal. 48.

Perſequutus, ſanatur.

Expoſitio. Pſal. 108.

Deſpectus, ſanatur.

Expoſitio. Pſal. 37.

A habẽs in ore ſuo redargutiones. Vidiſti excellẽtem philoſophiã, quomodo diuerſa via dicit, illi dolos inſtruebant, hic aures obturabat, ne audiret: illi omni tẽpore nõ ceſſabant vim acuere, & vanitates & fraudulentias meditari: hic autem ſilentio illorum inſaniam comprimebat. Et quare ſic ſegerit, & illis hęc apparantibus, ipſe ſic ſe diſponit, quaſi ſurdus, & mutus, & quaſi neq; aures, neq; linguam habeat? Audi ipſum tãtæ philoſophiæ cauſam dicentem. Quia in te ſperaui domine, quia in te pendet ſpes mea (inquit) & in te me proieci: nul B la mihi cura eſt, quid illi agant, tua enim gratia ſatis potens eſt ad diſſipanda hęc omnia, & irritãdas illorum machinationes & inſidias, vt nihil horum impleatur, quod apparant. Vidiſti quomodo quacũq; calamitate, humanam naturam premente, conueniens ex ſcripturis antidotũ accipere liceat, & omnis vitæ huius repleatur cura, nec ab vllo quod accidit grauemur. Propterea obſecro, vt ſubinde huc veniatis, & diuinæ ſcripturæ lectionem diligenter auſcultetis, non C ſolùm cum huc venias, ſed & domi diuina Biblia in manus ſumite, & vtilitatem in illis poſitam magno ſtudio ſuſcipite. Inde enim multum lucri naſcitur. Primum quidem, vt lectione lingua reformetur, deinde anima pennas aſſumit & eleuatur, iubareq; ſolis iuſtitiæ illuſtratur, perq; tẽpus illud ab immundarum cogitationũ illecebris liberatur, multa quiete, ac trãquilitate fruens: inſuper quod ad augendas vires corpori, ſenſibilis ille cibus facit, id animæ lectio præſtat. Hęc Chryſoſtomus. Maxima ergo eſt concionatoris culpa, quando in illa tam graui, & tam ſancta diuini verbi cathedra, ſcripturæ ſacræ doctrinam auditoribus non proponit, cum eius prædicationis principaliter intentus finis, nullus alius ſit, quàm eorum varijs medicari morbis, quorum vtique medicamen in his ſanctis litteris à Chriſto domino eſt relictum.

Exhortatio.

Simile.

B

Simile.

¶ Si ſpeculum, quod mulieris faciem propriè, ad viuum quę repræſentat, per quod eius faciei corriguntur defectus, iuxta quod etiam mulier omni puritate & pulchritudine ſe cõponit: ſi hoc inquàm ſpeculum mulier hęc in arca clauſum ſemper haberet, proculdubio neceſſarium foret, huiuſcemodi mulierem, quã plurimas in facie ipſa creare ſordes, eamq; deformem & turpem omnino incedere: quia nunc ſparſis capillis, nunc verò lippis oculis, aut certè torto velamine, ac tandem ſordida facie adeò exiſteret, vt aſtantes ad riſum prouocaret. Hoc eſt ergo grauamẽ, quod prædicator diuini verbi auditoribus ingerit. Nam cũ diuina hæc ſcriptura, verum ſit legitimũq; animę

Scriptura ſacra, ſpeculũ.

C

A animę noſtrę ſpeculū, cuius vtiq; effigiē nobis propriè ad viuūq; repręſentat, per quod anima noſtra ſuos propriè cognoſcit defectus, virtuteſq; dirigit & limat: cùm hoc inquam ita ſit, defraudat profectò cōcionator talis, vera animæ ſuæ ſalute auditores ipſos, ſi diuinum hoc ſpeculum abſcondit, & non in quotidianis cōcionibus illud ipſis pręſentat. Nā ex quo huius euangelicę profeſſionis eſt pręedicator, huius ſanctę ſcripturę faciem tenetur eis quotidie depingere, vt inde animę ſuę ſordes abſtergant, omniq; virtutum exercicio ſe adornent.
B Auditores quippe nulla alia de cauſa concionem audituri conueniunt, niſi vt ibi, tanquam ad ſpeculum, vitę ſuę errores deprehendant, & ſic vitam in melius commutent. Hęc ita eſt expreſſa diui Gregorij ſententia, ſecundo Moralīū libro, capite primo, vbi ſic ait. Scriptura ſacra mentis oculis, quaſi quoddam ſpeculum opponitur, vt interna noſtra facies in ipſa videatur: ibi enim fœda, ibi pulchra noſtra cognoſcimus, ibi ſentimus quantū proficimus, ibi à profectu quàm longè diſtamus. Narrat autem geſta ſanctorum,

Grego. 2. libro, Mora. cap. 1.

C rum, & ad imitationē corda prouocat infirmorum: dumq; illorū victricia facta commemorat, contra vitiorum pręlia, debilia noſtra confirmat: fitq; verbis illius, vt eo mens minus inter certamina trepidet, quo ante ſe poſitos tot virorum fortium triumphos videt. Nonnunquam verò non ſolū nobis eorum virtutes aſſerit, ſed etiam caſus innoteſcit, vt & in victoria fortium, quod imitando arripere, & rurſum videamus in lapſis, quod debeamus timere. Ecce enim Iob deſcribitur tentatione auctus, ſed Dauid tentatione proſtratus, vt & maiorum virtus ſpem noſtram foueat, & maiorum caſus ad cautelam nos humilitatis accingant: quatenus dum illa gaudentes ſubleuant, iſta metuētes premant: & audientis animus illinc ſpe ſuperbiat, quia formidine premitur, ne preſſus timore deſperet, quia ad ſpei fiduciam, virtutis exemplo roboratur. A

Iob.

Dauid.

B

¶Hinc igitur apertè colligitur, quātum irroget auditoribus nocumentum concionator ille, qui hunc ſacrę ſcripturę theſaurum ipſis non aperit: quandoquidem hic talis, ſuę mentis ſpeculū abſcondit, qua de cauſa fœdi, atque inordinati manēt fideles omnes, quia cordis ſui maculas neq; agnoſcunt, neq; abſtergūt. Quod nimirùm apertiſsimè noſtris his tēporibus dignoſcitur. Nam vbi tanta abundat doctrina, auditorumq; in concionibus tāta adeſt multitudo, necnon & ſermonum immēſitas: oporteret quidē, chriſtianos ipſos in hac chriſtiana lege, virtutumq; exercitio, elaboratos eſſe nimis atque politos, necnō & in ſcripturę ſacrę pręceptis eruditiſsimos exiſtere. Quod tamen

Maxima doctrinæ abundātia.

C

A men non ita comperimus: quia nuſquam ferè tot ignorãtias, atq; peccatorum ruſticitates, barbaroſque viuendi modos vidimus. Vſque adeò, vt in ipſis iam legis naturæ principijs cæci inueniantur, veluti ſunt publicæ vſuræ, ſimonię, beneficiorum pluralitas, prælatorum reſidentia rara, necnon & ſacramenta per mercenarios homines, & vt plurimũ ignaros adminiſtrata. Quòd ſi etiam de hominũ moribus loquamur, reperiemus quidem in eorum vita, omnium virtutum corruptelam. Rara eſt quippe iam inter

Miſeria noſtri tẽporis, vbi ſoluta vitia omnia.

B eos veritas, nulla benignitas, virtutis conſtantia nulla, patiẽtia rara, ſynceritas omnino perijt, abſtinentia iam cõſepulta eſt. Quæ omnia exploſa ſunt, & à cordibus viuentium abraſa, quia profectò abundauit iniquitas, & hominũ refriguit charitas. Inde enim increuerunt maxime mala, ita vt radicata in hominibus ſint iam falſitas, malignitas, inimicitiæ, odium, luxuria, erga parentes irreuerentia maxima. Ventris autem voracitas eo vſque ſuas laxauit habenas, vt iam in ſumptione cibi, nullus ſeruetur ordo ſeu temporis diſtinctio, ſed quo-

Vitæ chriſtianæ corruptio.

C cumq; tempore, vtroq; indiſcriminatim vtuntur cibo, quadrageſimali videlicet, & carneo: ita vt non ſicuti homines, ſed velut bruta, ſeſe iam in hoc gerere videantur. Luxuria verò vſq; adeò dilatauit os ſuum, vt nihil intactum reliquerit. Verecundia ſiquidem, quę olim huic vitio erat frænum, iam à fronte hominum abraſa eſt: quandoquidem vix reperitur, qui ſic ſe honeſtè gerat, vt de hoc verecundetur, tum verbis, tum factis; tum etiam publicis de hoc cõtractationibus. Sed quid de auaritia dicemus, quæ velut mordaciſsima beſtia, hinc inde diſcurrens, omnia deuorat? Ac deniq; ad hoc malum peruenerunt homines hoc noſtro miſerabili æuo, vt eam formam teneant, & viuendi leges, quas antiqui, qui in ſola lege naturali viuebant, execrarentur: verecundarentur enim Gentiles modò, de hac noſtra tam corrupta vitæ forma.

Simile.

Notandum maxime.

¶ Quòd ſi radicem, & horum omnium malorum originem inquirere velimus, nõ vtiq; eſt prædicatorum paucitas, quia nuſquã ab orbe condito tot legis pręceptores in terris apparuerũt: nec etiam quia ad cõciones cymbala non pulſentur, quia nuſquam cãpanas repertum eſt ſic officium ſuum exercuiſſe: neq; adhuc, quia chriſtiani homines ad euangelicã prædicationem non accurrãt. Videmus naq; quotidie templa omnia auditorũ multitudine ad ſummum vſq; plena. Sed ab hoc certè fõte (iudicio meo) orta eſt hęc viuẽdi peſtifera forma, quia chriſtiano populo diuinum hoc ſacræ ſcripturæ ſpeculũ concionatores rarò pręſentant. Hoc eſt, quia

Cauſa.

A quia in cõcionibus ſuis chriſtianos non docent ea, quę ſubſtãtialia, & grauiora ſunt legis. Video quippe eos nimiùm deditos edisſerẽdis alijs peregrinis diſciplinis, & delicatioribus pũctis, quę nequaquã auditorum appetitum ſatiãt, aut eorum ſitim extingũt: ſed poſt cõcionẽ, ita famelici manent, ac ſi nunquã diuini verbi cibus ſibi eſſet appoſitus. Eſt enim huiuſcemodi doctrina, quę in ſola verborum garrulitate cõſiſtit, & quę à mero prędicatoris ingenio prodijt, tanquam arborũ fructus, qui non niſi poſt prandium, hominibus iã ſatiatis deſeruiunt.

Simile.

B Quemadmodum enim in comedente fieri conſueuit, qui pyra & pomum, minimè ſumit, niſi cùm iam in fine prãdij ſtomachũ ſubſtãtiali cibo plenũ habet: ſic etiã ſermonis loquacitas, eloquenter loquendi, atq; curioſa ediſſerẽdi puncta, cęteraq; tractãdi ſubtilia quęq;, hęc omnia inquam, ſupponunt iam auditorum ſtomachũ, ſcilicet intellectum & mentẽ, ſubſtãtialibus ſcripturę ſacrę veritatibus eſſe refecta. Et quod peius eſt, auditores ipſi vſque adeò ſunt huic friuolo ac vulgari concionandi modo aſſueti, vt nullum ſe exiſtiment audiſſe ſermonem, niC ſi cum audiunt eum qui ſibi minus conducit: cùm videlicet talem concionatorem reperiunt, ex quo ſolis verbis plenas aures & clamoribus reportant. Rationem autẽ defectus huius reddẽt vtiq; Deo, primùm pręlati, quibus officij huius incumbit cura, & quibus propriè datum eſt concionatorum examen, nõ ſolùm eorum erroribus prouidẽdo, qui contra legẽ hęreſes proferũt, ſed ijs etiã, qui vulgarẽ populo, & nõ grauẽ, atq; ſacrę ſcripturę ſubſtãtialem proponunt in concionibus ſuis doctrinam. Sicut enim paſtoris exiſtit officium, nõ ſolùm ab ouibus ſuis nociuas abſtrahere herbas, ſed etiam ſubſtantiales & ſalutiferas, & quæ potiores ſunt, acquirere: ad eum modum epiſcopis datum eſt, non ſolùm concionatorum errores extirpare, ſed ſalubriorem & ſubſtantialem doctrinam, qualis ea eſt, quæ in ſacris reconditur litteris ſuis ouibus acquirere. Quorum nimirũ in hac parte negligentia, in cauſa eſt, vt iam difficilè, vulgari doctrinę aſſuetum populum, in veram, grauem, & ſolidam chriſtianę legis diſciplinã, reuocare poſſimus: & ad eam, quæ in litteris ſacris continetur, reducere. Immò vt puto, cõcionatorem illum, qui hac graui ſanctę ſcripturę lectione, auditores veſtire attentaret, & eis viuendi formam chriſtianam, ſicuti in ſacris eſt litteris depicta, proponeret & perſuaderet, nouitium appellarent, & qui concionandi officij prima rudimenta ignoraret. Ecce quò peruenit vulgaris prædicandi modus, vt tam ruſticum & beſtialẽ populum teneat. Igitur epiſcoporum

Auditorum ruſticitas.

A Pręlati.

Simile.

B

C Vulgaris doctrina.

A porum eſt munus proprium, concionatoribus præcipuè intendere, & vnum quemq; in ſua diœceſi curare, quos & quales habeat concionatores, ipſoſq; agnoſcere, ſi docti ſint, aut ignari, ipſos præterea quandoq; audire, & intelligere, qualis ſit (quam prædicant) doctrina, ſi leuis, ſi grauis, ſi curioſa, ſi talis ſit, quæ legem doceat, vel tempus in quęſtionibus impertinentibus in concionibus abſumant, & prouidere, vt quales fuerint ouium ſuarum defectus, & peccatorũ morbi, quos in populo creant, talis ſit concionatorum doctrina, quæ eorũ moribus, virtutibus, & defectibus B concordet.

Epiſcopi cura, & ſolicitudo.

Simile.

¶ Qui ſemel auri inueniſſet venam, ex qua pretioſiſsimũ poſſet educere theſaurum, quo ſe, ſuãq; patriam ditiſsimam reddere poſſet: ſi hac auri vena omiſſa, aliam infimi metalli venam, ferri ſcilicet, vel plumbi eligeret, inſenſatus prorſus ab omnibus cenſeretur: quippe qui pretioſum aurum à ſe proijceret, quo omnes diteſcunt, & felices fiunt, & ferrum, quod vile exiſtit eligat, ex quo non niſi vilia quæq; homines fabricare valent. In hoc idem deliramentum concionatores inci-C dunt, qui cùm ſuæ ſint affecti doctrinæ, eam quæ ex libris ſacris elicitur relinquũt, alijs peregrinis intendentes diſciplinis, quæ etſi in ſe valorem habeant, ſi ad ſacram tamen lectionem confe-

A rantur, plumbi vel ferri metallum quoddã eſt. Sacra verò ſcriptura, pretioſiſsimi auri eſt vena, à qua harũ diuinarum veritatũ theſaurus prodit, vt ornatæ atq; pulcherrimę reddantur auditorum mentes. Et hæc ita eſt diui Gregorij ſingularis doctrina, libro. 18. Moraliũ, capite. 14. ſuper illa verba Iob, quæ capite. 28. referuntur, cùm dicit: Habet argẽtum venarum ſuarum principia, & auro locus eſt, in quo conflatur. Vbi quidem hæc ſunt eius verba: In argento eloquium, in auro vitæ vel ſapientiæ claritas deſignari ſolet. Et quia hæretici ſic de eloquij ſui nitore ſuperbiunt, vt nulla ſacrorum librorum B auctoritate ſolidentur (qui libri ad loquendum, quaſi quædam argenti venæ ſunt, quia de ipſis loquutionis noſtræ originẽ trahimus) eos ad ſacræ auctoritatis paginas vocat, vt ſi verè loqui deſyderent, inde ſumere debeant, quid loquãtur. Et ait: Habet argentum venarum ſuarum principia. Ac ſi apertè dicat, qui ad verè prædicationis verba ſe pręparat, neceſſe eſt vt cauſarum origines à ſacris paginis ſumat, vt omne quod loquitur, ad diuinæ auctoritatis fundamẽtum reuocet, atq; in eo loquutionis ſuæ C ędificium firmet. Vt enim prædiximus, ſæpe hęretici, dum ſua ſtudent peruerſa aſtruere, ea proferunt, quæ profectò in ſacrorum librorum paginis non tenentur.

Grego. lib. 18. Mor. capit. 14.

Expoſitio. Iob. 28.

Vnde

A Vnde & diſcipulum ſuum prędicator egregius admonet, dicens: O Timotheę, depoſitũ cuſtodi, deuitans prophanas vocum nouitates, quia dum laudari hęretici, tanquã de excellenti ingenio, cupiunt, quaſi noua quędam proferunt, quæ in antiquorum patrum libris veteribus non tenentur: ſicq; fit, vt dum videri ſapientes deſiderant, miſeris ſuis auditoribus ſtultitiæ ſemina ſpargant.

Simile. ¶Cùm res aliqua grauis eſt, atque plurimũ homini conducẽs, tractant vtiq; litigantes corã iudice, grauiſsimis atque fide dignis teſtibus, proceſſum corroborare: quia nimirùm nõ tale eſt B negotium, vbi ſolis verbis agendum ſit. Pari forma negotiũ hoc, vbi hominibus perſuadentur fidei noſtræ catholicæ concluſiones, quæ animæ noſtræ ſalutem concernunt, arduum vtiq; & grauiſsimum eſt, & quod omne ingenium, atque hominum talentum ſuperat. Sicut apertè ex diui Pauli doctrina conſtat, prima ad Corinthios epiſtola, capite ſecundo, vbi ſic ait: Neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis aſcendit, quę pręparauit Deus diligentibus ſe. Cũ ergo res hęc tam grauis ſit, & ho C minum ſaluti conducens, non vtique expedit, vt ſolis verbis concionator agat, ſed ſummo opere curare habet, vt cõcionem ſuam ſanctiſsimis grauiſsimiſque ſcripturæ ſanctę teſtimonijs firmet:

Expoſitio, primæ ad Corint. cap. 2.

in hoc enim ſita eſt omnis noſtra A ſpes, & ſalus. Hęc eadem eſt ſingularis diui Chriſoſtomi doctrina, ſuper pſalmum. 95. tomo primo, iuxta finem, vbi ſic ait: Neq; enim oportet quicquam dicere ſine teſtibus, ſolaq; animi cogitatione: Nam ſi quid dicitur abſq; ſcriptura, auditorum cogitatio claudicat, nunc annuens, nunc hæſitans, & interdum ſermonem vt friuolum auerſans, interdum vt probabilem recipiens: verum vbi à ſcriptura diuinę vocis prodit teſtimonium, & loquentis ſermonem, & audientis animum cõfirmat.

Chryſoſtomus. Pſal. 95. tom. 1.

¶Quæ (obſecro) in orbe toto B tam efficacia poſſent reperiri verba, vt homines ipſos cogerent, ad hoc, vt tam difficiles fidei noſtrę cõcluſiones reciperent, quales in hac chriſtiana lege homines profeſſas habẽt: niſi euangelicus pręceptor validiſsimis ſcripturę ſacrę teſtimonijs eas ſolidaret? Qualia ſunt diuina illa ſtatuta, quę ſonant, debere hominem ad hoc, vt felicem vitã conſequatur, ſuę proprię infectę naturę renuntiare, leges carnis & ſanguinis abijcere, carnis concupiſcentiã ſuffocare, labores atque mũdi huius ęrũnas patienter tolerare, inimicorũ ſuorũ vindictã nõ aſſumere, maxillã vnã percutiẽti, alterã tri C buere: itẽ ꝙ credat recipiatq; veritates, quę omnẽ eius intellectũ ſuperant. Qualiter (obſecro) hic tã difficilis, grauiſsimuſq; animę



[library stamp]

A noſtrę proceſſus, firmus maneret, niſi maxima teſtiũ firmaretur authoritate: qui quidẽ tam fide digni ſint, vt vim & efficaciam prębeant & talẽ, quæ ab hominibus recipi debeat, ſicuti ſunt ſcripturę diuinæ ſacra teſtimonia. Hæc eſt ergo cõcionatoris ignorantia maxima, quòd cùm huiuſcemodi negotium tam graue ſit, animarumq; ſaluti cõducens, ſine teſtibus fide dignis illud conatur relinquere, volens nimirũ ſolis ſuis verbis firmare. Quod profectò in maximũ fidei noſtrę redũdat nocumentũ, & chriſtiani populi notabile dãnum. Quia dũ verbi diuini auditores apertè cõſpiciũt, legis nòſtrę cõcluſiones, & pręcepta tã eſſe difficilia, & quę omnino

Concionatoris ignorantia.

B ingenium ſuum ſuperant, atq; ſupra omnem ſuam capacitatem auolant, & quòd tandẽ tales ſunt veritates, quæ ſuo proprio repugnant corrupto appetitui: cùm hoc inquam ita clarè perſpiciãt, & cùm ex alia parte earũ cõcluſionũ firmitatẽ & fundamẽtum, quod in ſacris cõtinetur litteris, non agnoſcant, quia concionator eos huiuſmodi pręcepta non docet, manẽt omnino infirmi in fide, & quodammodo apud ſemetipſos hęſitãtes, vera ne ſint, an falſa, quę audierunt. Quo malo nul

C lũ peius chriſtianis auditoribus euenire poteſt.

Simile.

¶Res profectò eſſet ſummo habẽda in pretio, atq; admiratione digna, ſi depingendi artifex, aliquod haberet exemplar, ſeu formam, per quam omnem facierum varietatẽ, & totius mundi rerum multiplex eſſe depingere poſſet, & ad viuum formare, ita vt cùm vnum ſolumq; eſſet huiuſcemodi exemplar, formarum omnium & effigierum haberet ſimilitudinem. Hæc eadem eſt ſcripturę diuinæ excellentia. Eſt namq; vna eademq; omnium rerum imago & figura, per quam concionator quiſq; ad viuum debet omnium hominum mores & rerum facies, cuiuſcũq; ſint cõditionis aut ſtatus, deſcribere: ſiue pauper ſit, ſiue diues, eccleſiaſticus, aut ſęcularis, Pontifex, aut ſimplex epiſcopus, monachus, ſiue clericus, coniugatus aut ſolutus, miles vel agricola, ciuis vel ruſticus: omnes quippe huius vitę humanę facies & effigies, in hac ſancta ſcriptura ſuam habẽt imaginem & ſimilitudinem. Et hęc eſt diui Chryſoſtomi expreſſa ſingulariſq; doctrina, ſuper beati Pauli ad Philippenſes epiſtolã, cap. 3. tomo. 4. ſermone. 12. in quadam eiuſdẽ ſermonis moralitate. Cuius verba eo in loco legere libeat, rogo: hęc tamen in ſubſtantia eſt eius quæ ibi ſequitur ſententia.

Scriptura ſacra, omniũ rerũ exẽplar.

Chryſoſtom' ad Philip. 3 tom. 4. ſermone. 12.

¶Ex hoc ſacræ ſcripturę loco (ait egregius hic doctor) tam cõcionator, quã ipſius diuini verbi auditor, vitæ ſuæ exẽplar extrahere poteſt: nulla nãq; ad viuum magis, & proprior eſt imago, & quę potiùs ipſam humanam, atq; diuinam

A diuinã viuẽdi formam repreſentet, quã ſacra hęc ſcriptura. Quã ſemper ob oculos te oportet habere, ad eiuſq; imitationem Chriſtianam vitam depingere: neque vnam ſolum hic inuenies rerum imaginem, ſed mille rerum omnium in ſanctiſſimis his litteris reperies ſimilitudines, quæ diuerſis virtutũ formis deſeruiunt.

Paupertatis imago.

¶ Si pauperem vitam vis degere, hic veræ ipſius paupertatis imaginem reperies. Conijce ſiquidem in Eliam oculos, in quo apertè paupertatis virtutem ſplẽdeſcere videbis.

Elias.

Vixit enim integerrimus Dei hic ſeruus, propè ſemper humum ipſam pro lectu-

B lo habens, pro domicilio vero cauernas terræ, & riparum rimas, montiumq; latibula: pro cibo autẽ hordeaceos panes cinere cõfectos, ac deniq; pro indumẽto brutorum animalium pelles, & quod maximè mirandũ eſt, in hac vitæ huius aſperitate, neq; in vno apice, à fidelitate, quã Deo debebat,

C degenerauit.

Diuitis imago. Abrahã

¶ Si vis hominis diuitis exemplar contemplari, inſpice patriarchã illũ Abrahã, & videbis quã immunis atq; incõtaminatus ab huius mũdi diuitiarũ periculo, ſeſe exemerit: ita vt nec vnus offenſæ Dei apex ipſum tetigerit, cum tamen inter oẽs ſæculi huius homines fuerit ditiſsimus. In hoc imitari valebis dexteritatẽ maximã, qua in dirigẽdis humanis rebus, & tẽporalibus bonis vſus eſt ita vt in vnũ, & Deũ, & tẽporalia A bona adunauerit, & conſidere ſimul fecerit. Quia ita his caducis bonis vſus fuit, vt nec tamẽ Deũ creatorẽ ſuũ amitteret. & ſic Dei obſeruãtiã tenuit, vt in forẽſibus agendis rebus curã nõ deſereret: nec diuinũ negotiũ, humanũ abſorbuit, nec humanũ diuinum diminuit: quia mira quadã prudentia, atq; ſinceritate, bona hæc tẽporalia volũtati ſubiecit diuinę. Omnia nãq; diuinæ relinquẽs diſpoſitioni, vt de eis ſemper, iuxta

B ſuũ beneplacitũ ageret, ſic direxit vitã, vt pręter hoc nihil aliud appetierit, neq; aliquãdo in mũdi huius rebus ſibi cõplacuerit, niſi quatenus in ſui ſãcti nominis gloriã, atq; in animæ ſuę ſalutẽ redũdarẽt. Hic ergo habes exẽplaria duo, alterũ quidẽ diuitis, alterũ verò pauperis: quia relicta omni ſua cognatione atq; patria in alienam gẽtem nudus peregrinatus eſt. Deſume igitur ex his, quod tibi magis conduxerit.

C

Caſtitatis imago. Elias.

¶ Si caſtitatis virtutẽ amas, & id quod honeſtatis saporẽ retineat, reſpice Eliã, in quo carnis ſũmã puritatẽ videbis. At ſi magis ſtatus tui conditioni conduxerit, in

Abrahã

Abrahã caſtũ coniugiũ cõtẽplare: in quo vera ſancti matrimonij relucet imago, tũ in fidelitate & amore atq; vniformitate, quã erga propriã ſeruauit vxorẽ, tũ in optima filiorũ inſtitutione, atq; recta domus ſuæ & familię directione. Et quacumq; harum via proce-

A dere velis, ſalutis via tibi parata eſt, cęlumque attingere potes, ſi tamen attentè contemplari velis vtriuſque ſtatus formam, quã tibi ſacræ litteræ adminiſtrant.

Abſtinẽtię imago.

¶ Si abſtinentiæ viam inſequi velis, attentè inſpice eximium illum ſanctitatis virum Ioannem Baptiſtam.

Ioannes Baptiſta

Sin autem cibis vti velis, te ipſum in prophetã Iob conuerte, & reperies quidẽ, quod in vtroque imitari poſsis.

Veſcẽtium imago. Iob.

Videbis ſiquidem quemadmodum vnus illorum diuitijs plenus, vxore atque filijs fruens, Deum neutiquam amiſit: alter verò ſolitariam vitam agens, miramq́ue abſtinentię virtutem ducens, atque B aſperrimam pœnitentiæ vitam, intimus Dei amicus ſemper manſit: & quantò magis in heremo nudus ac famelicus incedebat, tãto magis in Dei creſcebat amicitiam.

Principis imago. Rex Dauid.

¶ Si princeps es, & formam regiæ gubernationis ſcire deſideras, celebrem illum, & non ſatis laudatum virum regem Dauid contemplare: & inuenies quidem quanta dexteritate & prudentia regis officium exequutus eſt. Quem neque imperij corona, neque magnatum obſeruantia, nec famulorum exhibita re- C uerentia, nec purpureæ imperiales veſtes, neque etiam obtentæ inimicorum victoriæ, ab ea ſubiectione & reuerentia, quæ Deo erat exhibenda retraxit.

Sed ita ſeſe regem exhibuit, vt ſe etiam ſeruum oſtenderet: & A ita dominum ſe oſtendit, vt ſimul ſeruum ſe præberet: regem quidem mundi, ſed ſeruum vtique Dei: hominum dominum, ſeruum verò Chriſti, quem per fidem ſuis attigerat vaticinijs. Quæ profectò viuendi forma, ea eſt, quam verus Chriſti ſeruus in proſperitate, ſeu regia dignitate conſtitutus, habere debet: vt ſic hominibus maieſtatem & imperium oſtendat exterius, vt tamen Deo humi proſtratus iaceat interiùs, omnibus alijs ſemper ſe exiſtimãs viliorem. Quod profectò miro modo ſupra om- B nes alios mundi principes in hoc regio propheta reſplenduit. Nũquam ſiquidem tanta fuit eius proſperitas, vt intra ſeipſum eua neſceret, neque etiam tam ingens aduerſitas, vt eius ad virtutem frangeretur animus: ſed illico in terram corruens Deum factorem ſuum adorabat reatum humiliter agnoſcebat, veniam inſtantiſsimè precabatur, ac tandem in omnibus Dei voluntatẽ libenter amplexatus eſt.

Iudicis imago.

¶ Si autem tibi conducit reipublicæ gubernationem gerere, iudiciariamq́ue exercere poteſtatem (quod nimirum officio C rum omnium difficilimum apparet, propter innumera pericula, quæ in hoc paſsim inſtant articulo) inuenies proculdubio imaginem huius, in inſigni illo propheta Moyſe, qui per tã lõga tempora

A pora multitudini illi gentium, Iſraelitici populi extitit præſidens, eorũ cauſas diu noctuq; mira ſapientia iudicãdo, eorũ moleſtias & nænias ſũma patientia tolerans, eorũq; diſſenſiones maxima cõponens prudentia & induſtria. Quæ omnia ita ꝑfectè adimpleuit, vt hominibus gratũ, benignũ, atq; placidũ ſe oſtẽdẽs, nuſquã à Dei voluntate & obediẽtia ſe ſubduxerit. Qui ſic optimi iudicis cõditiones adimpleuit, vt nec tamen prophetæ ſancti regulas, & Dei ſui præcepta obliuiſceretur: & ſic attẽtus fuit ad populi B Iudæorũ litigia & controuerſias ſedãdas, vt nec tamen religionis obſeruantiã, qua Deũ reuereri tenebatur amitteret. Itaq; humanã diuinãq; politiã in vna eadẽq; ſe de adunauit: dum populi regimẽ in forẽſibus cauſis ſapienter impleuit, & religioſam vitam in omnibus his ſimul exercuit.

Militis imago. ¶ Si artis militaris formã attingere appetis, vt in armorũ exercicio integrũ te artificẽ exhibeas, & ſi C mul militis geras humanum officiũ, atq; etiã diuinũ te militẽ cõtra nequiſsimi inimici tela fortiter dimicantẽ demõſtres: attẽde obſecro Corneliũ Centurionẽ: cuius laus in ſcriptura ſacra nõ minor habetur, quàm ꝙ erat vir religioſus ac timens Deum. Ecce ſub armorũ ſpecie, quàm celebre ſanctitatis nomen retinebat: qui quando virilem animum in inimicos oſtendebat, tunc fortiùs

Corneli⁹ Cẽturio

contra ſpiritales nequitias dimicabat. Quia Dei timor (quem in animo ſemper gerebat) vſque adeò inſignem atque potentem faciebat, vt non ſolum contra reipublicæ inimicos, bellare eſſet auſus, ſed etiam contra carnis illecebras, mundique portenta, atque inferni officinam, bellum auderet attentare. Contemplari etiam poteris, miram militiæ formam, quæ in regia Dauid perſona effulſit. Qui cum contra Philiſtæos viriliter decertaſſet, ſimul etiam grauiſsimum peccatorum ſuorum exercitum proſternebat: & ita hominibus ſe ferocem oſtẽdebat, atque formidabilem, vt ſi B mul in Dei præſentia nihil abiectius reperiri poſſet. Cuius ſanctiſsima conſideratione, grandeuincebat ab inimicorum bella, grandiaque peragebat negotia, nimirum quia Dei nuptum & beneplacitum in his omnibus ſemper conſulebat.

Rex Dauid

Patiẽtię imago.

¶ Si agnoſcere vis, quis nam ſit modus habendus ad labores, mundique tolerãda mala, vt nec C captiuitas, nec ſeruitus, nec fames, nec infirmitas, te vllo modo frangat, ſed ex his omnibus triumphator euadas: attentiſsimè reſpice Patriarcham Ioſeph. Qui cum ab Iſmaelitis in captiuitatem fuiſſet ductus, atque in manus Putiphar, ſerui Pharaonis traditus, ſub his omnibus fideliter in ipſis carceris vinculis Deo creatori ſuo deſeruiuit. Nã

A etſi cōpeditos habebat pedes, nūquā tamē permiſit, vt animę ſuæ cōpedes inijcerentur. Qui etſi dñm haberet tēporalē, minimè tamen permiſit peccatū in ſe dominari. Figura. Gen. 39 Nā cum eius domina in eum manus mitteret, vt ſibi turpiter conſentiret, nequaquā eius acquieuit precibus, ſed viriliter ab eius ſe exemit oppreſsione pallio tātū in eius manibus relicto. Volens, velut integerrimus vir in ſua captiuitate, eā ſpiritus libertatē ſeruare, quā quilibet verus Dei ſeruus in omnibus cōſeruare tenetur: obſeruans ſemper B quicquid ſibi cōtigerit, ne à peccati vinculis incarceretur. Quēadmodū Expoſi- in hoc egregio viro accidiſſe videmus, qui ab ipſis cōpedibus maniciſq; ferreis, & ab ipſis etiā peccatorū retiaculis liber omninò atq; purus euaſit: vſque adeò, vt etiā Pharaoni & inimicis eius ſupra modū amabilis redderetur, necnō & diuitiarum proſperitate plenus extiterit. Et quod maius eſt, inter hæc omnia mala, mundiq; tentamēta, amabilior Deo fuit: nā hæc fuit ſemper eius ſumma attentio, vt nec vnū legis Dei punctū pręteriret. Attende prætereà, ſi adhuc pro tolerandis malis aliud vis exēplar in C Daniel. ſpicere. Attende inquā Danielē prophetā, illoſq; alios duos iuuenes cōſodales ſuos, quāta dexteritate in captiuitate Babylonis regis ſe immunes cōſeruarunt. In fornace nāq; incluſi inter viuas ardentis ignis flāmas, multò magis ſplendorē virtutis de ſe emiſerunt, quā cū in ſua mera libertate erant cōſtituti: & vbi ignis eorū manus habebat cōburere, ibi eas ſolutas reddidit, atq; omnino liberas reſtituit: & vbi eorū linguas ignis flāma in cinerē deberet cōuertere, ita diſertas fecit, vt intrepidè multò magis Deū confiterētur, atq; virtutis fideiq; vexillū p̄dicarent, Deiq; omnipotentiā & maieſtatē publicè cōfiterētur. Si corporis plagas, grauiſsimoſq; dolores ſuſtinere deſideras, p̄ſentē habe pauperrimū virū illū, nomine Lazarū. Tollerādi plagas, imago. B Lazarus Qui cū vlcerū ſuorū nullū aliud haberet medicamē, aut chirurgū, niſi canū dūtaxat linguas quæ vulnerū eius putredinē lambebāt: tā admirabilis in vehemētiſsimis doloribus eius fuit tolerātia, ꝙ in ſinū Abrahę recipi meruit, ibiq; perpetuò ab ipſa Dei omnipotētis manu cōfoueri, miroque modo crebris cōſolationibus recreari: attēde prętereà quibus horrēdis percuſsionibus, quibus itidē grauiſsimis plagis, corpus beati Iob dæmon affecerit. quia in tantū diaboli tentamēta eū oppreſſerūt, vt corporis ſaniē C Iob. texta raderet, propriaſq; nares à ſui corporis corrupto odore manibus ſuis auerteret, quia ſui ipſius fœtorē ferre nō ſuſtinebat. Et eò tandē eius p̄uenit miſeria, vt propria vxor & amici eū ſpreuerint. At verò egregiè ac ſapiētiſsimè

in

in hac ſtercoris putredine ſe geſſit: nam plus animæ, quàm corporis fætorē formidauit. Quia in hac acerrima dæmonis ꝑcuſsione, nequaquā eā virtutis rectitudinē fregit, quā ante in proſperitate, ac rerū abundātia retinere ſolebat. Quapropter ſummis eū diuina ſcriptura laudibus effert

Simile. dicens: In omnibus his non peccauit Iob, neq; ſtultū quid cōtra Deū loquutus eſt. Simul etiā conſpice aliud propoſito huic aptiſſimū exēplū, quod in Timotheo

Timot. apoſtoli Pauli diſcipulo nobis pſtatur. Fuit enim cōtinuis atq;

B grauiſsimis ſtomachi doloribus grauatus, quē tamē nequaquā ab integra euāgelij pdicatione, & cōtinuo, virtutis retraxerūt ſancto exercicio.

Ratio. Ratio verò horū illuſtriū virorū in virtute cōſiſtētiæ hæc eſt. Nā ſicut in humanis cōtingere videmus, ꝙ videlicet ſi aliquis reperitur ſapiens architector, qui optimè officij ſui regulas attingat, quātūcumq; poſtmodū diuerſis calamitatum generibus atteratur, multiſq; ęgritudinibus cōprimatur, nunquā tamē artis ſuæ dexteritatē, ſiue officij ſui ſapientiā amittit: nā etſi infir

Simile.

C mus ſit, pauper aut ꝑcuſſus, ſemper tamē ſapiēs manet, & in arte ſua integer: quia inter tot mala, ſapiētiæ huius principia ſemper intra ſemetipſum retinet, ita vt nulla vnquā miſeria ſapientiam hāc violare poſsit: nā etſi calamitates corpus ipſum feriāt, intellectū tamen, aut hominis mentē lędere minimè poſſunt, ad eū omninò modū ſeſe habet in viris religioſis virtus. Qui quando ad eius perfectionē deueniūt, quādo virtutis culmē attingunt, quādo deniq; iā cōſūmati virtutis artifices effecti ſunt, nulla in hoc ſæculo miſeriæ cōtingentia, nulla vſquā aduerſitas in virtutis officio eū imminuit: ſiue ſit diues vel pauper, ſanus aut infirmus, dñs ſiue ſeruus, honoratus vel abiectus: quia in his omnibus calamitatibus ſemper ſuæ virtutis valorē oſtendit. Quod ita apoſtolus Paulus expreſſè fatetur, 2. ad Corint. 6. c. dicēs. In omnibus exhibeamus nos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſsitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientia, in lōganimitate, in ſuauitate, in ſpiritu ſancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis in virtute Dei, per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris, per gloriā & ignobilitatē, per infamiā & bonam famam, vt ſeductores & veraces ſicut qui ignoti & cogniti, quaſi morientes & ecce viuimus, vt caſtigati & non mortificati: quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes: ſicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia poſsidentes. A dextris (inquit) & à ſiniſtris in rebus mundi huius, dexte

A

Expoſi. loci, 2. ad Cor. 6.

B

C

A ros virtutis artifices nos oſterdamus: per dexteram namque proſperitas, per ſiniſtrã autẽ aduerſitas deſignatur. Vult ergo nos diuus Paulus tã ſufficientes firmiſſimosq; virtutis eſſe operarios, vt nec proſperitas vanos, nec aduerſitas deiectos nos efficiat: ſed ꝙ integerrimi atq; cõſtantiſsimi ſemper virtutis opifices pſeueremus.

dextera & ſiniſtra.

¶ Vidimus ergo in ſacris litteris virorũ religioſorũ imaginẽ: qui ita illuſtres & excellentes in virtutũ exercicio firmiter permanſerunt, vt nunquã inter proſpera & huius mũdi aduerſa poſiti, ab ipſa virtute degenerarint. Si ergo vis in eiſdem ex aduerſo imaginem eorum cõtemplari, qui in virtutis via perierunt, qui ab incepto ſanctiſsimo viuendi modo deciderũt, qui vtiq; velut imperfectiſsimi virtutis milites, ea ſtrenuè vti neſcierũt, ſed eos tanquã imperfectos & nouitios ſuis machinamẽtis & verſutijs mundus ſuffocauit, & ab vndis perſequutionũ ſubmerſi ſunt: horũ ergo pariter figurã, etiã ſacrę ipſæ litterę tibi depingũt: vt poſtquàm attẽtè eos contẽplatus fueris velut expertus vir, deinceps te ipſũ diligenter inſpicias, & ſagaciter viuas: ne & tu pariter à virtutis tramite decidas, & ab huius ſęculi tẽtationibus oppreſſus obruaris. Si ergo diligenter ſcripturã ſacrã perpẽderis, quàm plurimos reperies ex omni genere perditos viros, qui incepta iam religionis via reiecta, retrorſum abierũt. In uenies quippe perditos in ſtatu matrimonij, in virginitate, in diuitijs, in paupertate, in dominio, in ſeruitute, in principũ regimine, in prælatia. Et tandem nullus fuit ferè hucuſq; tã ſanctus hominũ ſtatus, à quo ſãctiſsimi viri nõ degenerarint. Reſpice Samſonẽ qui cũ Dei ſpiritũ indueret, & tã validè in rebus bellicis ſe gereret, tamque facile inimicos proſtraſſet, adeò debilis & animo deiectus effectus eſt, vt à ſola vna muliercula deuictus, oẽs ſuas vires & fortitudinẽ perdiderit, quouſq; turpiter & ignomioſè inter inimicos vitã exhalaret. In virginitate cõtẽplare obſecro, quinq; fatuę illæ virgines, quas euangeliũ cõmemorat, quàm indiſcretè perierũt, quia innocẽtię lumẽ & cãdorẽ cõſeruare neglexerũt: extinctis ſiquidẽ lãpadibus, dormitauerũt omnes & dormierũt: quapropter ſalutis ſuę ianuam clauſam inuenerũt. In diuitiarũ autẽ ſtatu, quis non formidabit infeliciſsimũ illum hominẽ videre, diuitẽ auarum. Qui cùm potẽs eſſet tam facilè ſibi cælorum regnum emere, tam timidus ac puſillanimis in bonorũ tẽporalium extitit vſu, vt nec animũ haberet ad miſerrimo Lazaro de mẽſa ſua cadẽtes micas porrigendum. Ex quo in alio ſęculo, ad tam calamitoſam vitæ formam deuenit, vt nec ſolam vnam aquæ guttam inuenire potuerit, qua linguæ ſuæ ardo-

Peccatorũ hominũ imago.

Samſon

Qui in virtutis via perierunt,

Quinq; fatuę virgines.

Auarus diues.

A ardorem mitigaret, & qua arden tẽ buccam refrigeraret. Quod ſi adhuc malos pauperes conſpicere velis, peruerſos principes, corruptos prælatos, qui vtiq; neſciẽtes ſui ſtatus ſcopũ attingere, neque gubernationis nauẽ dirigere, in ipſis ſuorũ officiorũ vndis ſubmerſi ſũt: ex his tot ſunt quos nobis diuina ſcriptura pręſentat in noſtram ipſorum medelá & remedium, ac ſingularem vitæ noſtræ diſciplinam, vt legentibus nimium eſſet faſtidium generare ſi omnes in memoriam hic reducere deberemus. Quapropter ſatis fuerit, diligentem lectorẽ hoc in loco ad ſcripturæ ſanctæ loca remittere, in quibus quàm plurima reperire valebit.

B ¶ Vides ergo cõcionator optime quemadmodũ totius boni & mali effigiẽ ſacra in ſe habeat ſcriptura. Vidiſti namque celebres, atq; in omni ſtatu approbatos homines, tam in diuitijs quã in paupertate: tũ in matrimonio, tũ prętereà in virginitate religioſos viros, & Dei cultui mancipatos: vidiſti pariter deſides ac perditos alios, qui à virtutis exercitio, optimaq; ſtatus ſui rectitudine ceciderunt: & ꝙ vtrorumq; horũ ſingulare habes in litteris ſacris exẽplar, & figurã. C Cũ ergo ita ſe rei veritas habeat dolendũ eſſet maximè concionatoribus atque intrinſecus tacti dolore cordis ingemiſcere haberẽt oẽs, ꝙ in hoc ſanctiſsimo euãgelicæ prædicationis loco, christiano populo ipſius ſanctæ ſcripturæ imaginem non proponant: quippe in qua re poſitam habeant omnem ſuæ vitæ formam & figuram. A

¶ Sanctus Thomas in prima ſecũdæ, q. 111. art. 4. hanc ſanctorũ doctrinã egregiè confirmat. Ait ſiquidẽ, ꝙ pręd icator euangelicus hoc pro cõperto apud ſe ipſũ habere debet, eã videlicet euãgelicæ prædicationis gratiã, quã ſibi Deus impartiri dignatus eſt, in hunc pręciſè finẽ eſſe pręſtitã, vt ſomnolẽtos hoĩes in Deũ creatorem ſuũ leuet. Et cũ hoc efficaciter implere nõ poſsit, niſi ad ſe eorũ corda mouendo, hæc autẽ motio in poteſtate eius non ſit, eſt enim ſolius Dei mirificũ opus, in B cuius cũcta ſunt poſita volũtate, qui ſicut renes & hominũ ſcrutatur corda, ſic etiã ea pro ſua mera voluntate, ad ſe quando vult, efficaciter mouet, manifeſtè inde colligitur, cõcionatorẽ talem, opus hoc exercere non poſſe, niſi euangelicas has veritates auditoribus inſtanter perſuadẽdo. Ad hoc autẽ neceſſum eſt (ait hic egregius doctor) vt talis concionator aſsiduus ſit lector, atq; in ſacris litte C ris eruditiſsimus vir, ità vt ſãctæ huius ſcripturæ integrũ & ſanũ attingat intellectũ, eiuſq; myſteria ac ſacramẽta calleat, ita vt q̃d dixerit, eius firmiſsimis teſtimonijs cõprobare valeat. Alioqui nullã vim aut efficaciã eius apud populũ obtinebit doctrina: nec

S. Thomas. 12 q. 111. arti. 4.



ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

adhuc ipſe apud eundem populum euangelicus præceptor merebitur appellari. Nō enim euāgelicus doctor eſt, quia ſua dogmata doceat, ſed quia Chriſti legem iuxta ſcripturæ ſacræ præcepta ediſſerit. Nec ſatis fuerit (inquit ſanctus Thomas) ad hoc vt idoneus ſit ſanctæ huius doctrinæ præceptor, vt quam prædicat doctrinam, ipſius ſcripturæ ſacræ teſtimonijs confirmet, ſed ꝙ adhuc rerum naturalium lectionem etiam teneat, atque vt in his, quàm plurimis abundet exemplis. Nam res diuinæ atque cœleſtes nimiam in auditorum animis vim imprimunt, quando rebus ipſis naturalibus veſtiuntur, & per eas dilucidãtur. Quia cum naturalia de ſe clariora ſint magiſque hominum intellectui accōmodata, faciliùs per ea, qua ſi manu ductus diuini verbi auditor, in rerum ſpiritualium agnitionem introducetur. Quod ſanè confirmat ſatis Apoſtolus Paulus ad Romanos primo capite dicens. Inuiſibilia Dei à creatura mūdi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus & diuinitas.

*Lectio naturalis cōcionatori neceſſaria.*

*Expoſitio loci, ad Roma. 1. c.*

¶ Habemus ergo comprobatã ſatis veritatem hanc, tum rationibus, tum etiam ſanctorum ſententia, qui in hac concionandi arte artifices fuerũt peritiſsimi. Quòd ſcilicet ante omnia ipſum decet euangelicum concionatorem ad hoc vt ipſius ſanctæ ſcripturę idoneus poſsit eſſe præceptor, vt eam chriſtiano populo in ſuis concionibus proponat & tractet. Cum hæc nimirum lex ſit, per quam chriſtianorum hominũ iuſtitia, examinari habeat, & per quam itidem in ea tremenda iudicij die exigenda ſit ab hominibus eorũ vitæ exactiſsima ratio. Cuius vtique defectus & negligentiæ culpa, quando hęc ignorauerint, concionatoribus ipſis impingenda erit.

## ¶ CAPVT. XXI. VBI hæc eadem ſententia, ſcripturę ſacræ teſtimonijs confirmatur.

FIRMAVIMVS HVC vſque concluſionẽ hanc ꝙ ſcilicet potiſsimũ ſit officium concionatoris, ſacram docere ſcripturam rationibus, ſanctorumque auctoritate. Attamen cùm veritas hæc valde ſit audientium ſaluti conducens, reſtat vt etiam ſcripturę ſacrę teſtimonijs comprobemus. Hæc igitur ſententia, quę tam eloquenter per hos excellentes viros atq; eruditiſsimos eccleſiæ doctores perſuaſa eſt, non minùs eiuſdem ſcripturæ ſanctę teſtimonijs eſt comẽdata. Et primùm omnium ponderandum admodum venit illud Diui Pauli teſtimonium prima ad Timotheum ca. 4. vbi ſic ait: Hęc proponens fratribus bonus

*Expoſitio loci, 1. ad Timot. 4.*

A bonus eris miniſter Chriſti Ieſu, enutritus verbis fidei,& bonę doctrinæ, quam aſſequutus es: ineptas autem & aniles fabulas deuita. In hoc (inquit Paulus) te fidelem Ieſu Chriſti euangelij pręceptorem, Deique verum miniſtrũ exhibebis, ſi in hac doctrina, quã quotidie fidelibus tribuis, ab ea vtique docendi forma & diſciplina non deuiaueris, quàm à me recepiſti: ita vt in eiſdem verbis, & in eadem euangelij phraſi, quo tanquam matris lacte à me enutritus es, & quod à me tanquàm paruulus ſuxiſti, in his inquàm diſciplinæ verbis & forma perſeueres: vana ſemper hominũ verba declinans & peregrina, quæ inutilia prope ſemper auditoribus exiſtunt. Hoc enim ſonat verbum illud, enutritus. Ac ſi explicatiùs dixiſſet, ſolicitè huius ſanctæ doctrinæ lacte ad vbera mea te educaui, vt poſtmodũ, quando Chriſti euangelij præceptor euaderes, nihil aliud chriſtianis auditoribus euomas, nihil aliud ſapias, nihil aliud loquaris, neque aliud deniq; doceas, quàm quod à me ab initio ſuxiſti.

Simile.

B

C

Expoſitio loci, ad Teſſalonicẽſes, c, 2.

¶Hoc idem cõfirmat idẽ apoſtolus, prima ad Theſſalonicenſes epiſtola, capite 2. dicens: ideo & nos gratias agimus Deo ſine intermiſsione, quoniam cum accepiſſetis à nobis verbũ auditus Dei, accepiſtis illud, non vt verbum hominum, ſed ſicut eſt verè verbum Dei: Qui operatur in vobis, qui credidiſtis. Vbi annotanda profectò venit apoſtolici huius viri cura, & fidelitas maxima quam erga euangelij Chriſti doctrinam ſeruauit, & quanta etiã ſolicitudine alijs eiuſdem euangelij concionatoribus hoc idem comẽdare voluerit. Nam ex hoc ꝙ tam fideliter Ieſu Chriſti diuina verba, & non humana propoſuerit, ex hoc ꝙ ipſam chriſtianã legem ſemper fideles docuerit, ex hoc ꝙ à ſacra ſcriptura, quam ex Ieſu Chriſti pectore imbibit, nullatenus deuiauerit: ex hoc inquã, immenſas Deo gratias egit. Quãdoquidem donum eſſe Dei exiſtimabat, ꝙ eius præcepta, non hominum inania verba, non poetarum commenta, non fabularum ſomnia, nõ logicorum ſophiſmata extitiſſent, ſed vera Dei verba ex ipſo Ieſu Chriſti ore promanãtia. Hęc erat eius gloria, hęc eius cordis lætitia, quod tam graui legis fundamento relicto, in aliam hominum peregrinam doctrinã minimè tranſiſſet. A

B

C

S. Tho. 1. Theſ. c. 2. lec. 2

¶Diuus Thomas ſcribens ſuper hæc eadem Apoſtoli verba, prima ad Theſſalonicenſes, capite. 2. lectione ſecũda, textus huius litterã exponẽs, cauſam aſsignat, quare diuus Paulus glorietur, ſẽper populo, Dei verba & nõ ſua propoſuiſſe, quia ſcilicet hominum verba vacua ſunt de ſe: quia quãtumuis firma ſint & certa, carent tamen ea radice, & fundamento, quod ad tam ſublime exigitur

Ratio.

A gitur negotium, quale vtiq; eſt animę ſalutem pręſtare. Hoc nãque tanquàm primogenitura, ſolius Dei verbis reſeruatum eſt. Quod ſic ipſe fatetur Chriſtus, Ioannis. 6. capite, cum ait: Verba quæ ego loquor vobis, ſpiritus & vita ſunt. Vnde eandem hic apoſtolus facti huius conſcientiam habebat, ſi quando hæc Ieſu Chriſti verba gentibus non proponebat, acſi vitam illis adimeret: atque hanc eandem formare habet quilibet concionator, cum ſacra hac doctrina populum priuauerit, quia idẽ profectò eſſet, ac ſi ab eis animæ ſuæ B ſalutem, ſimulq; vitam auferret.

Expoſitio loci, Ioã. 6. c.

¶ De hoc eodem iterum ſe iactabat apoſtolus. 2. ad Corinthi. epiſtola, cap. 13. dicens: an experimentum quęritis eius, qui in me loquitur Chriſtus: qui in vobis non infirmatur, ſed potens eſt in vobis: nam etſi crucifixus eſt ex infirmitate, ſed viuit ex virtute Dei. Nullum (inquit apoſtolus) dilectiſsimi fratres maius experimentum à me inquiratis, ꝙ hæc (quam ego doceo) ſit vera fidei veſtræ diſciplina, niſi ꝙ omnia C verba mea, quædam ipſiuſmet Dei ſunt lingua, quę intra me ipſum loquitur. A me ſiquidem, non tanquam à vero eius auctore & fonte procedunt, ſed velut à quodam Dei inſtrumento, quo Deus ipſe pro ſuo vtitur beneplacito. Licet enim his corporeis labijs me videatis exterius hæc

Expoſitio loci, 2. ad co. 13.

verba proferre, eius tamen proprius auctor intus latet: qui nimirum corda mouet, atque vim & efficaciam illis præſtat. Quòd ſi debilis vobis infirmaque apparet doctrina hæc, quia verus aucthor eius Chriſtus, crucifixus fuit, quia hominibus mortalem hominem infirmumque ſe exhibuit: animaduertite ſimul in his ſanctiſsimis ſcripturæ verbis, ipſam Dei virtutem latere. Nã etſi Dei filius crucifixus eſt ex infirmitate, ſurrexit tamen ex virtute Dei: etſi velut homo paſſus eſt ſed tamen tanquam Deus verus loquutus eſt. Quod Chriſtus ipſe coram ſuis fuit teſtificatus diſcipulis. Nam cum eius humanæ naturæ fragilitatem admirarentur, reſpõdit Ioannis. 8. cap. An loquelam meam non cognoſcitis. quaſi dixerit, etſi natura mea fragilem me demonſtrat, ſed tamen loquela ipſa Deum me verum oſtendit. Sum enim inſignis ille ac verus Iacob, qui piloſas Eſau manus demõſtrabat, vocem autẽ Iacob retinebat: quia ſub hac piloſa & infirma carne, Dei potentiam & virtutem abſcondebat.

A B Expoſitio. Ioannis. 8.

Figura Gen. 27.

C

¶ Hanc eandem ſententiam ſuadet iterum apoſtolus, ad Timotheum ſcribens, epiſtola prima, capi. 4. cum ait: Recipe hæc & doce, dum venio, attẽde lectioni & exhortationi, & doctrinæ: hæc meditare, in his eſto, vt profectus tuus manifeſtus ſit omnibus

Expoſitio. 1. Timoth. 4.

FERDINANDVS SANTINVS ... ALEXANDER PP VI VALENTINUS

A bus: Attende enim tibi & doctrinæ, inſta in illis: hoc enim faciēs & te ipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt. Attende (inquit chariſsime) tota mente; vt hoc idem, quod tibi ſcribo, homines doceas: nam vera eſt christiani hominis forma: dumque te viſere venio, huic chriſtianæ lectioni nimium inſudes oportet, quouſque regulas atque eius præcepta, ſatis attingas: ita vt eam doctrinæ formam, quam à me didiciſti, non prætereas, quandoquidem in his omnibus repoſita eſt B hominū ſalus & vita. In his eſto, his inſuda, his ſanctiſsimis litteris indulge, harum eſto aſsiduus lector, in hac ſacra lectione chriſtianos ſemper homines inſtrue. Quod ſi ita feceris, te ipſum, nec non & eos qui te audiunt fideles lucraberis: & tandem, ſicut exactus chriſtianæ fidei præceptor atque Ieſu Chriſti ſeruus, exactā officij tui Deo reddes rationem: (Simile.) C & ſicut optimus denique paſtor, duplici præmiaberis laureola, altera, qua in virtutis iuſtitia te incolumen conſeruaſti, altera verò qua chriſtiānum auditorem in ſalutis portum reduxiſti.

¶ Præterea in prima epiſtola, quam ad Timotheum miſit, capite 5. terribilem quādam ei comminationem facit, exhortans eū ad ea, quæ maximè eius prædicationis officio conducebant, vt legitimè ſuæ prælaturæ exerceret officium: & ne in aliam, quàm euangelicam peregrinam declinaret doctrinā. Sic ergo ait. Teſtor coram Deo, & Chriſto Ieſu, & electis angelis, vt hæc cuſtodias ſine præiudicio, nihil faciēs in alteram partem declinando. Ego (inquit Paulus) teſtificor coram Deo, ſimul atque Ieſum Chriſtum filium eius, atque ipſius electos angelos in cælo, huius rei facio teſtes, vt fideliter agas, hanc chriſtianam doctrinæ formam ſemper obſeruans, modumque viuendi, quem tibi tradidi: abſque eo vt in alteram gentium partem declines, diuerſam vitę aut doctrinæ formam inquirens. Nam quemadmodum ſi in B parietis edificio lapis aliquis ipſam regulę ſeu parietis rectitudinem ſuperaret, aut extrà exiret, paries quidē ipſe minaretur ruinam, totumque domus edificium rueret: ſic etiam quando euangelicę huius doctrinę normam, aut vitę chriſtianæ limitem, quem à me didiciſti excederes, tota hæc ſpiritualis edificij machina, vtique rueret. Sunt enim hæ fidei noſtrę veritates primę: & præcepta quę modo prędicas primi ec C cleſiæ lapides, in hoc eccleſiæ fūdamento poſiti. Quod ſi eccleſię huius firmamentum falſum eſſet nulla eſſet nobis edificij huius chriſtiani ſecuritas. Et hæc profectò eſt ſingularis quędam, atq; prçcipua conſyderatio, quam cōcionator quiſq; in ſancto prædicationis officio ob oculos ſemper

Marginal notes: Expoſitio. 1. Timo. 5. — Formidāda cōminatio — Simile

A per habere debet. Nempe ſumma attentione perpendere, ꝙ inſtitutiones hæ diuinæ, quas in cōcione ſua profert, omnes ſunt eccleſiæ huius fundamentales lapides, ſuper quas vniuerſa chriſtianæ vitæ machina, omneſque aliæ virtutes, atque perfectionū varietas fundantur. Quapropter ſi euāgelij huius præceptor cautus nō exiſteret, cum in chriſtiano hoc edificio hæc prima cōſtituit præcepta, maximum procul dubio huic ſpiritali fidei noſtræ edificio irrogaret nocumentum.

Pcipua cōcionatoris cōſideratio

B Nam ſi non tam firma atque ſana eſſent prima hæc doctrinæ documenta, ſed mera eſſent hominum verba, quaſi ſupra arenam profectò eſſet ſitum edificium.

Expoſitio.2. ad Timo.1

¶ Hanc eādem concluſionem iterum ſuadet Apoſtolus eidem Timotheo, 2. epiſtola, capite primo dicens: Formam habe ſanotū verborum quæ à me audiſti in fide & in dilectione, in Chriſto Ieſu. Attende (inquit) vt in cōcionibus tuis, ſanā obſerues ſemper C tuę doctrinæ formā, iuxta lectionem quàm à me recepiſti. Ea autem vocat hic apoſtolus ſana verba, quæ ſcripturę ſacræ ſunt verba. Nam præuidens maxima ſua ſapiētia Deus, varios animarum debere eſſe lāguores, doctrinam hanc ſacram veluti earum infallibilem medicinam reliquit, qua ſalutem conſequerentur. Et inde eſt, ꝙ verba eius ſana vocantur, quia in ſeipſis hominum ſalutem

Quid ſana verba

continent, ad eum modum, quo, A herba aliqua ſana appellatur quia ea vtentibus ſalutē præſtat. Sicut ergo falſus atque peruerſus eſſet omnino chirurgus, qui ab infirmi vlcere ſalutiferam abſconderet vel auferret herbā, in qua eius erat conſtituta ſalus, aliamq́; applicaret, quæ nullā ſalutis haberet virtutem: ad eum omnino modū infidelis prorſus eſſet, atq; pernicioſus concionator, qui hāc ſanctam ſcripturæ doctrinam abijceret, quæ veluti ſalutifera herba nimis animarum ſaluti conducit, & ſua dumtaxat verba auditorum vulneribus applicaret. B

Simile.

Simile.

¶ Ad hæc etiam, præter hæc loca omnia, quæ ex diui Pauli adduximus doctrina, præſertim huic noſtro deſeruit propoſito alius eiuſdem apoſtoli locus, qui 2. ad Timotheum epiſtola, capite. 4. ſcribitur, vbi ſic ait: Teſtificor corā Deo, & Chriſto Ieſu, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos, per aduentum ipſius, & regnum eius: prædica verbum, inſta opportunè, importunè, argue, obſecra, increpa, in omni patientia & C doctrina. Erit enim tempus, cum ſanam doctrinam nō ſuſtinebūt, ſed ad ſua deſideria coaceruabūt ſibi magiſtros pruriētes auribus: & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem cōuertentur. Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac euangeliſtæ miniſterium tuum imple. Ego enim iam delibor, & tempus meæ reſo

Expoſitio.2. ad Timo.4

FERDINANDI ... VALENTINI

A resolutionis inſtat. Mirum profectò eſt videre, quàm inſtãter ac terribiliter comminatur Timotheo hic apoſtolicus vir, vt importunè opportunè ſacram euãgelij lectionẽ fideli populo prædicet, admonens ꝙ talia ſint verba, quæ proferre auditoribus habeat, vt omni ſint eruditione plena, & non tantum vacua verba. Etenim quod auditores mouet, & ad operis executionem impellit, eſt ea præſertim doctrina, quę ſanctæ ſcripturæ teſtimonijs eſt corroborata. Hæc ſola eſt, quę audientis intellectum arguit: hæc

Terribilis cõminatio.

B ſola eſt, quę ipſius mentem increpat: & hæc denique ſola eſt, quæ auditoris animum vincit. Et rationem huius Paulus aſsignat, dicens, quia tempus veniet, vbi diuini verbi auditores, tam corruptas habeãt aures, vt ſanam atq; ſubſtantialem euangelij diſciplinam nõ ſuſtineant: ſed eos tãtum præceptores inquirent, qui eorũ palatum inanibus verbis, atq; fabularum commentis delectent: quæ nimirum verba in hoc ſolũ

Ratio.

C deſeruient, vt curioſo ac vano auditorum appetitui ſatisfaciant. Quapropter (ait Paulus) inſtanter admoneo, vt in hoc prædicationis officio fidelem te euangeliſtam exhibeas. Ac proinde velut teſtamentum vltimum tibi ſummopere commendo, vt hæc mea poſtrema verba cordi tuo infixa maneant: & in hoc conſcientiam meam coram Deo exonero, in ijs quæ tuam concernunt prædicationem: iam ſiquidem vitæ meæ inſtat reſolutio. A

Simile.

¶ Et vt tandem in hoc articulo, huic Apoſtoli doctrinæ finem demus, hæc eadem eſt eiuſdem apoſtoli ſententia, in pluribus alijs ſcripturæ ſuæ locis: ſicuti eſt videre ad Titum diſcipulum eius, capite ſecundo, atque expreſsius ad eundem Titum capite primo. Videtur namque his in locis ſanctiſsimus hic vir in ſpiritu prophetiæ eos concionatorum defectus ſingulariter attigiſſe, qui venturis temporibus futuri erant. Ideoque hunc docendi modum, atque doctrinæ formam, tam inſtanter niſus eſt legis chriſtianæ præceptoribus commendare, vt hinc grande eſſe intelligerent periculũ, quod ſibi chriſtianiſque auditoribus poſſet accreſcere.

Expoſitio, ad titũ. 2. & 1

B

## ¶ CAPVT. XXII. QVOD concionator eruditiſsimus eſſe debet in ſacris litteris.

C

EX HIS QVAE SVprà diximus, manifeſtè colligitur ad hoc vt ea quæ ſupra diſſeruimus, à concionatore ſufficienter valeant operi demandari, neceſſarium admodum illi fore, vt in ſacris litteris maximè ſit eruditus, nimiumque in ſacra lectione aſsiduus

duus

A duus: alioqui malè profecto doſtrinam ſacram chriſtianum populum docere valebit. Hoc ita eſt diui Auguſtini expreſſum documentum, quarto libro de doctrina chriſtiana capite quarto, & quinto, vbi ait, q̃ prædicatoris officium, doctoris quidem officium eſt. Ex quo manifeſtè ſequitur, ſibi neceſſarium eſſe, vt tam idoneus in doctrina ſua ſit & potens, quòd non vtcumque ſed dexteritate quadam ex hac ſacra lectione bonum docere, atque malum dedocere valeat. Cuius quidem verba hæc ſunt: Debet igitur concionator diuinarum ſcripturarum tractator & doctor eſſe. Habet etiam eſſe defenſor rectæ fidei, ac debellator erroris, & bona docere, & mala dedocere, atque in hoc opere ſermonis conciliare auerſos, remiſſos erigere, neſcientibus quid agatur. Quid expectare debeant intimare: qui poſſit etiam diſputare & dicere ſapienter. Sapienter autem dicit homo, tantò magis vel minùs, quantò in ſcripturis ſanctis magis, minuſve profecit. Nec dico ſolùm in eis multùm legendis, memoriæque mandandis, ſed bene intelligendis, & diligenter earum ſenſibus indagandis. Sunt enim qui eas legunt & negligunt, legunt quidem vt teneant, negligunt autem ne intelligant. Sed vtriſque ille melior, qui eas dicit, & ſicut oportet intelligit. Huic ergo qui ſapienter debet dicere, verba ſcripturarum tenere maximè neceſſarium eſt. Quantò enim ſe pauperiorē cernit in ſuis, tantò eum oportet in iſtis eſſe ditiorem, vt quod dixerit ſuis verbis, probet ex illis: vt qui proprijs verbis minor eſt, magnorum teſtimonio quodammodo creſcat: probãdo enim delectat, qui minus poteſt delectare dicendo. Hæc ille.

*Auguſt. 4. de doctri. chriſtia. c. 4. & 5.*

*Concionator eſt doctor.*

B

*ſapiēter concionari.*

C

¶ Iuxta quam ſententiam, quatuor ibi imponit egregius hic doctor concionatoribus inſignia nomina: quæ omnia ſapientiam vtique deſignant maximam quam ex ſacris litteris prædicatores habere tenentur.

*quatuor cōcionatoris nomina.*

¶ Primum eius epitaphium, ſeu nomen, quod illi imponit eſt, tractator ſeu negotiator diuinarum ſcripturarum: vt hinc euangelicus Præceptor intelligat, quàm aſsiduus in continua ſacrarum ſcripturarum lectione habeat eſſe. Sicut enim mercator, qui humanarum mercium eſt negotiator, dies, noctéſque libris, in quibus negotiationis ratio perſcribitur, maximè intendit, & inſudat (vt inde omnis eius ſubſtantia & pecunia debito diſponantur ordine, & in dies eius pecuniarum cumulus accreſcat: & hac de cauſa ſemper inuigilat, ſolicitè inquirēs varias formas, atque inexcogitatos negotiandi modos, quibus inſe

*Primũ nomē negotiator ſcripturæ.*

*Simile.*

A in feliciorem poſsit ſtatum deuenire, pari forma tanta habet eſſe concionatoris cura & diligentia in litteris ſacris euoluendis, vt omni tempore eis ſemper inuigilet & inſudet: primum in eis continuè legendis: ſecundò in eis quæ legit memoriæ demandandis: ac demum tertiò in hoc quòd earum ſcripturarum ſenſum & intelligentiam veram ſolicitè inquirat. Nam ſcriptura hæc diuina, liber eſt, in quo B ſpiritualis huius negotiationis ratiocinatio continetur. Hic liber eſt, vbi omnis diſpoſitio, & vitæ noſtræ ordo deſcribitur. Et hic deniq; liber eſt, qui modum negotiandi regnum cęlorum nobis tradit, iuxta quem ordinem & formam quilibet euangelicus præceptor, negotiator, in ſacris his litteris conſtituitur, vt bonas quærat margaritas, iuxta ſaluatoris noſtri ſententiam, Matthæi decimo tertio capit. qua dicit, cælorum regnum ſimile eſſe homini negotiatori quęrenti bonas margaritas. Quæ autem ſunt margaritæ iſtæ, quas inquirere habet catholicus concionator? C Certè nullæ aliæ ſunt quàm virtutes, quibus regnum cælorum homines emunt, ſcilicet fides, charitas, & ſpes, quæ principaliores ſunt pecuniæ. Deinde cætera virtutum omnium ornamēta. Sunt præterea negotiationis huius margaritę omnium fidelium animæ, pro quibus certè tota ſolicitudine prædicator tenetur anhelare, vt eas de inimicorum manibus eripiat, ac domino ſuo lucretur. Anima ſiquidem cuiuslibet Chriſtiani, margarita illa eſt, qua inuenta abijt ille homo, qui dicitur Ieſus, & vendidit omnia quæ habuit, vt eam ſibi compararet, dum pro nobis omnibus, dilectam dedit animam ſuam, amaramque crucis mortem pro peccatoribus ſubijt. Omnia igitur hæc animæ ornamenta in ſacris litteris diſponuntur, quorum notitiam euāgelicus præceptor habere tenetur.

Simile.

Expoſitio. Matthæi. 13

Expoſitio, Matthæi. 13 Mar. 10 Luc. 18

¶ Secundum nomen quod concionatori diuus Auguſtinus imponit, eſt doctor legis: vt qui hanc ſanctiſsimam cathedram, grauiſsimumque locum aſcendere decreuerit, intelligat, ſe maiorem ſufficientiam habere debere, atque eruditionem, quàm quilibet legum humanarum doctor, quantumcumque humana doctoris laureola ſit inſignitus. Quia quò grauiores ſunt euangelicæ prædicationis veritates, quàm illæ, quæ in Digeſto & Codice continentur, eò ſapientiorem cæteris euangelicum doctorem eſſe oportet. Vnde apertiſſimè conſtat, quòd is, qui concionatoris officiū aſſumit, ſi hac doctoris ſufficientia careat, valde proculdubio, conſcientiam ſuam onerare videtur, quia facultatis huius doctorem ſe exhibet, cuius

Secūdū nomen doctor legis.

FERDINANDVS ... PP VI VALENTINVS

A cuius tamẽ regulas, & principia ignorat: & quia magiſtrum hic ſe demonſtrat, cuius nimirum magiſterij ſcientia caret. Hæc ideò dixerim, quia hac noſtra tempeſtate vſus quidam inoleuit, & vtinam non abuſus. Omnes ſiquidem, qui vt primum tribus aut quatuor annis, litteris operam dederunt, ſtatim ad doctoratus gradum aut magiſterij anhelant aſcendere. Qui etſi iuuenes ſint, & nouitij admodum, illico laureola coronari ſummo opere curant. Quos tamen nec ſociat ſtudiorum antiquitas, nec ornat annorum canicies, neque B adhuc infrænat aliqua prudentiæ maturitas: ſed magiſtri eſſe volunt, antequàm diſcipuli. Et eſtò eis litteris ſint vacui & ſtudio ſacro, quod euangelicum hoc & grauiſsimum expoſcit officium, dum tamen ſe laureatos iam videant, & à populo doctoris aut magiſtri nomine venerari, hoc ſat illis videtur, vt ſtatim euangelicos concionatores ſe populo exhibeant. Non igi- C tur in laureola, officij huius eſt ſufficientia. Sed in ipſa ſcripturæ ſacræ, ac ſanctorum vera lectione & digeſtione. Nam et ſi ſcholaſticas Theologiæ veritates, & ſophiſticos arguendi nodos, noſter hic doctor attigerit, alia ipſi longior reſtat terenda via, atque importunus labor, vt pulpiti officium dignè exercere quæat: ſanctorum videlicet, & ſacrarum litterarum ſtudium. A Nam cum chriſtianę legis præceptor eſſe debeat, & mens atque huius legis ſenſus in his ſacris litteris recondantur, neceſſum illi proculdubio eſt, ad hoc vt idoneus euangelij concionator eſſe poſsit, poſt ſcholaſticum laborem, huic ſacro litterarum ſtudio inſudare.

Abuſus huius tẽporis.

¶ Tertium nomen, quod beatus Auguſtinus euangelico imponit concionatori, eſt defenſor fidei. Ad quem nimirum conſequendum effectum, litterarum armis indui maximè eget. Quia profectò malè poſſet dux, quantumuis fortis, exercitum ſuum B ab inimicorum oppreſsione defendere, neque etiam rex aut Imperator ſuam rempubiicam, niſi armorum multitudine, atque cæteris munitionum generibus abundaret, vt ita ſuæ reipublicæ inimicos effugare valeat. Sic etiam euangelicus prædicator, ſi chriſtianæ fidei eſt defenſor, (iuxta diui Auguſtini ſententiam) ad hoc vt hæreticos, peruerſoſque Chriſtianos ignorantes, barbaros, rudeſque intellectu, atque hebetes homines deuincere valeat: quandoquidem C omnes iſti, genus quoddam inimicorum ſunt, qui contra fidem atque noſtras chriſtianas leges quotidie inſurgunt (nam hæretici ſuis infectis dogmatibus, peruerſi Chriſtiani, ſuis corruptis moribus, ignorantes vero & barbari

3. nomẽ defẽſor fidei.

Simile.

Inimici chriſtianæ veritatis.

A bari, atque rudes hebeteſque homines, ignorantia ſua & ruſticitate, chriſtianam ſemper veritatem conculcant & debellant) vt igitur omnem iſtam inimicorum caterua͂ ſufficiens ſit debellare concionator, & in fugam vertere, ipſoſq; iam debellatos inimicos in compedibus alligatos ad Chriſti legem adducere poſsit: neceſſariu͂ inqua͂ illi eſt, validiſsimis abu͂dare armis, varijſque militiæ huius inſtrumentis. Quæ profectò arma & inſtrume͂ta, nulla alia ſunt præter ipſius ſanctæ ſcripturæ docume͂ta: in quibus prædicator ipſe, dexter admodu͂ ac reſolutus eſſe debet. Hæc ita eſt apoſtoli

Arma co͂cionatoris, ſacra ſcriptura.

B Pauli doctrina, ad Titu͂ diſcipulu͂ ſuu͂ ſcribe͂s cap. 1. vbi de epiſcopo loque͂s, qui verus diuini verbi prædicator habet exiſtere, ſic dicit: Oportet autem epiſcopu͂ amplecti fidele͂ ſermone͂, vt pote͂s ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere. Sunt enim multi inobedientes, vaniloqui, & ſeductores, maxime qui de circu͂ciſione ſu͂t, quos oportet redargui, qui vniuerſas domos ſubuertu͂t, doce͂tes quæ non oportet turpis lucri gratia. Decet inqua͂ (ait Apoſtolus) ꝙ eua͂gelicæ huius doctrinæ præceptor fidelem ſcripturæ diuinę ſermone͂ amplectatur, vt hac doctrina ſacra (tanqua͂ lorica ferrea armatus) pote͂s

Expoſitio, ad Titu͂. 1.

C ſit inimicos crucis Chriſti proſternere, ac reuincere. Quales ſu͂t inobedientes, curioſi, vaniſsimi, atq; ſeductores homines: qui omni malignitate veſtiti, ſimpliciu͂ hominu͂ peruertu͂t vita͂, moreſq; optimos, atq; chriſtianę legis ſanctiſsimas inſtitutiones peſtile͂ter corru͂punt. Quòd aute͂ ſacra ſcriptura ad hæc omnia expellenda mala, & fide͂ noſtra͂ protege͂dam, vera ſit concionatoris armatura, fatetur iteru͂ ide͂ Apoſtolus. 2. ad Timotheu͂ cap. 3. dicens: Tu verò permane in his quę didiciſti, & credidiſti, ſciens à quo didiceris, & quòd ab infa͂tia ſacras litteras noſti, quę te poſſunt inſtruere ad ſalute͂, per fide͂ quę eſt in Chriſto Ieſu. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad doce͂dum, ad arguendum, ad corripie͂dum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonu͂ inſtructus. Ecce ergo quæ virtus, & quę ſit ſcripturę ſanctę potentia, vt bonos quidem meliores, ac perfectos efficiat, malos verò & perditos homines redarguat, & à ſuę proteruę vitę tenacitate deijciat. A

Expoſitio, ad Tim. 3. B

¶ Quartu͂ nome͂, quo beatus Auguſtinus Eua͂gelij prędicatorem co͂pellat, eſt, errorum debellator. Quare maximè ipſum oportet, ſacrę ſcripturę cor penetraſſe, vt ſufficienter auditoribus aperire poſsit, in quo eoru͂ error co͂ſiſtat, qui huic chriſtianę legi macula͂ imponunt. Et quòd ſit etiam attingens verum & catholicu͂ ſenſum, quem doctores ſancti, noſtrę fidei ſanctiſsimis co͂cluſionibus C

Quartu͂ nomen, erroru͂ debellator.

A tribuunt. Et item ꝙ eiuſdẽ ſacrę paginę adinuicẽ diuerſa loca cõferre ſciat, dubiaq; ſcripturæ decidere, atq; fidei noſtrę cõcluſiones liquidare, ac deniq; eas ad puritatẽ reducere. Quæ omnia fieri minimè poſſunt ſolis cõcionatoris verbis: quia fides quã prædicat, aliud firmius & grauius exigit fundamẽtum: ſed aſsidua grãdiq; ſcripturę ſacrę lectione, quę ſanctorum teſtimonijs ſit roborata. Et ſic ait inſignis hic doctor, quòd vt res dubię certiſsimę maneant, atque in auditorũ animis fixę, oportet cõcionatorẽ in negotio hoc rationibus & argumẽtis procedere, & nõ nudis verbis, ſed ſcripturæ ſanctæ documẽtis veſtitis.

B ¶Hæc ita eſt ſingularis diui Gregorij doctrina. 2. Paſtoralis parte, capite. 11. vbi ſic ait: Studio ſè quotidie ſacri eloquij præcepta meditetur, vt in eo vim ſolicitudinis erga cæleſtem vitã prouidę circũſpectionis, quã humanæ cõuerſationis vſus indeſinenter deſtruit, diuinę admonitionis verba reſtaurent: valde nãque inter humana verba corde fluit. Studere inceſſabiliter debet, vt per eruditionis ſtudiũ reſurgat: Hæc ille. Continuus habet eſſe

Grego.

C (inquit hic egregius vir) cõcionator in iugi ſcripturę ſacrę meditatione, vt hac eadẽ lectione in hominibus reparare poſsit cõtinuos humanę cõuerſationis defectus. Nam ſicut natura ipſa cibũ prouidit quotidianum, qui quotidianum detrimentũ (quod in hominis ſtomacho cõtinuus calor ingerit) res arciat, ſecus enim homo ipſe mortem incurreret: ad eũ omnino modum, continua habet eſſe in prædicatore ſcripturæ ſacræ lectio, qua veluti cibo, corruptionem virtutis, quam quotidiani hominum defectus operãtur, reſtauret. Etenim cor hominis in vitæ humanæ ſucceſſu, nimis ab integritate ſuę rectitudinis, & ſinceritate deijcitur, dũ quotidie huc atq; illuc ab humanis impellitur negotijs. Quapropter cõducit maximè, quòd Euãgelicus pręceptor ſtatim in prõptu habeat huius ſanctæ ſcripturæ ſtudiũ, vt cõtinuè auditorum corruptioni obuiare poſsit. Et ſicut experientia teſte veriſsimũ comprobatur, quòd piſcis vitã ſuam non niſi in aqua cõſeruare valet: neq; mechanicas artes niſi in earum vſu conſeruari videmus: ac proinde idẽ omnino eſſe fatemur de naturalibus alijs rebus, quę in vſu & exercitio ipſo, ad operationes ſuas potẽtes efficiuntur: pari forma, eſſe aliquẽ idoneũ Euãgelij prędicatorẽ, minimè conſeruatur, niſi in ipſo ſcripturę ſacræ cõtinuo ſtudio & vſu. Enimuerò hæc ſancta lectio aqua eſt, qua cõcionatoris vita vireſcit & perſiſtit, & qua eius ſciẽtia & cõcionãdi ſufficiẽtia cõſiſtit. Et tandẽ hęc lectio aqua eſt viua, quæ perfectũ eum reddit, & creſcere quotidie facit in officij huius

A Simile. B Simile. Simile. C Simile.

A huius arte. Ac denique ſola hæc ſcripturę ſanctę cõtinua meditatio, potentem eum reddit, vt tanquã poteſtatem habens, hominibus eloqui poſsit. Et hæc deniq; eſt, quę tam potentem, ac dexterũ legis pręceptorẽ efficit, vt in doctrina ſana, grauiſsima hominũ ſcelera extirpare ſit idoneus: atq; in legis virtutiſq; obſeruãtiam, totum chriſtianum gregem reſtituere. Et hinc eſt, quòd apoſtolus Paulus ad Timotheum ſcribens, prima epiſtola, capite. 4. inſtantiſsimè perſuadat, vt in hoc articulo maximè ſit circũſpectus, dũ dicit: Dum venio, attende lectioni. Attẽde (inquit) dilectiſsimè

Expoſitio. 1. ad Tim. 4.

B Timotheę, poſtquam Euangelij Chriſti effectus es prędicator, totiuſq; chriſtianę legis pręceptor, quã tibi ſit ſcripturę ſacrę lectio neceſſaria, quantunq; tibi incũbat in his ſanctiſsimis litteris peritiſsimum ac reſolutum eſſe. Eſt enim vſq; adeò conducens lectio hęc, vt nollem te nec vno tẽporis momẽto ab huius ſcripturę ſanctę conuerſatione diuerti. Quapropter inſtanter exoro, vt hoc exiguo tẽporis ſpatio, quo abſens eſſe compellor, continuè eius lectioni attendas.

C ¶Regius ille Dauid propheta volens rationẽ reddere, quare tãto Deum proſequeretur amore, eiuſq; legis pręcepta tam intimè amplexatus fuiſſet, Pſalmo. 118. ſic ait: Quomodo dilexi legẽ tuã domine, tota die meditatio mea eſt.

Expoſitio. Pſal. 118.

Maximè (inquit) legis tuę pręceptis & ſanctionibus affectus fui: radix tamen & origo huius fuit, quia eiuſdẽ legis lectionẽ, iugẽq; meditationẽ ſemper habui. Hoc enim deſignant nomina hęc, tota die: quaſi dixerit, nec vno tẽporis momẽto ab eius cõtinua meditatione deſiſto. Et quemadmodum fricatio lapidũ ignẽ excitat, pariter & cõtinua legis meditatio, fricatio quędã mẽtis eſt, quę feruentiſsimũ Dei amorem in hominis corde accẽdit. Ad eum ergo modũ (ait Dauid) cor meũ intra me ipſum incaluit, ſpirituſq; & mẽs ad te Deũ meum vehemẽtiſsimè anhelat. Sic etiã cõpertiſsimũ videmus, ꝙ dũ Euangelicus cõcionator cõtinuè in his ſacris litteris verſatur, calorẽ vtique habet, ſufficiẽtiſsmũq; amorẽ, tam ſibi ipſi, quã etiã vt alijs eum impartiri poſsit. Quòd ſi hãc ſacrã lectionẽ ignorat, etiamſi legat, nec ſibi nec alijs vtilis aut idoneus exiſtit. Nam quemadmodũ alicuius hominis faciem exterius videre nõ ſufficit, vt eius cor veramq; cõditionẽ attingamus, ſed opus eſt cũ eo per aliquod tẽporis interuallũ, cõmercium aliquod, ſiue peculiarem amicitiam iniuiſſe (ex hac quippe diuturna & intrinſeca cõuerſatione, eius intimam cordis proprietatem, & amoris penetramus) ſic etiam vt prædicator ſacrę ſcripturæ verum ſenſum & intimum eius cor atque viſcera calleat, nõ ſat illi fuerit eius tan-

Simile.

Simile.

A tùm faciem cõtemplari, quòd eſt litteræ ſuperficiem quandoq; vidiſſe: ſed oportet cum ea continuam duxiſſe conuerſationem, continuè legendo, ſemper meditando, iterum atque iterum ſanctorum ſcripta conſulendo, loca item ſcripturæ vnius ad alterum conferendo, ita vt hoc ſit ſtudij eius continuũ exercitium. Aliòqui ſi hac ſanctæ ſcripturæ familiaritate caret, manet proculdubio concionator, quaſi cæcus, vt de chriſtiana lege, ſicuti decet, ſermonem texere minimè ſit idoneus. At proinde conſequitur ſtatim, auditores ipſos eo penitus ſermonis fructu carere, quem prędicator ex concionibus ſuis intendebat.

Simile.

B

¶ Exodi. 25. capite, deſcribitur forma & modus, quẽ Deus Moyſi pręſtitit, quo arca domini à Leuitis portari deberet, dicens ſic: Facies in arca domini quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcę angulos, duo circuli ſint in latere vno, & duo in altero: facieſq; vectes de lignis ſethim, induceſq; eos per circulos, qui ſunt in arcę lateribus, vt portetur in eis: qui ſemper erũt in circulis, neq; vnquã extrahentur ab eis. Diuus Gregorius ſuper hæc verba, in. 2. paſtoralis parte capite. 11. ait quòd per hanc teſtamẽti arcã, chriſtiana hęc noſtra Eccleſia deſignatur, in qua incluſum eſt doctrinę atq; ſacramentorum Manna, tanquam delicatiſsimus animarum noſtrarũ cibus: in qua etiam Aarõ virga clauditur, quæ mare rubrum aperuit, totq; operata eſt mirabilia. Quę profectò virga, virtus ipſa eſt atq; potẽtia, quã Deus in ſcripturę ſuę ſanctæ lectione reliquit, qua homines virtutum opera viriliter proſequuntur, atque mundi machinamentis & perſequutionibus fortiter reſiſtunt, & tandem vincunt, necnon mundi huius validiſsimas vndas ſedare valent: & qua tandẽ in omnibus victores ac triumphatores exiſtunt homines, & mirifica virtutum opera perficiũt. Quatuor autem circuli, qui in quatuor arcæ angulis ſunt poſiti, quatuor ſunt euangeliſtarum doctrinę, cũ reliqua omnium prophetarũ atq; veteris teſtamenti diſciplina, cui tanquam eius correſpõdet figura. Vectes autẽ de lignis ſethim, qui in his aureis circulis ſunt inſerti, vt teſtamenti arca portetur, prædicatores diuini verbi ſunt, qui ſua prædicatione chriſtianam fidem, atque Eccleſiæ leges per totum orbem portant & diſſeminant: quandoquidem in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed annotandum maximè eſt, quòd vectes iſti ſemper in circulis arcæ poſiti eſſe debebant, neque ab illis vllo pacto extrahi. Quia Euãgelici prędicatores nũquam ab ſtudio ſanctæ huius ſcripturæ deſiſtere debent, ſed continuè eius lectioni inſiſte-

Figura, Exo. 25.

C Gregorius.

A B C

Predicatores inceſsãter ſtudere habent.

A inſiſtere: quia dexteri omnino ac prompti in eius myſteriorum atque ſacramentorum intelligentia reperiri habent, necnon & in omnibus alijs ſcripturæ dubijs, etiam & in minimis, quę eius fidelem doctrinam cõcernunt. Vſque adeò, vt dum populo chriſtiano neceſſaria fuerit ex ſcriptura ſancta alicuius queſtionis ſolutio, ſiue doctrinæ largitio, quantumcunq; fuerit repentinus caſus, parua aut nulla in nouo ſtudio conſumatur temporis mora: ſed ex templo ad manum habeat omnium ſubſtantiarũ rerum reſolutionem, & doctrinam. Tenetur enim tam integer eſſe chri-

Prõptitudo, in cõcionatore.

B ſtianæ legis præceptor, ex quo prædicandi ſibi aſſumpſit officium, vt cuiuſcunq; rei, & quocũq; tempore ab eo exigatur doctrina, illico rationem reddere ſit paratus. Et hoc eſt quod diuus Petrus pręſertim epiſcopos, cęteroſque Euangelicos concionatores, epiſtola prima, capite. 3. monere voluit, dum ait: Parati ſemper ad ſatiſfaciendum omni poſcenti vos rationem, de ea quę in vobis eſt fide. Hoc ipſo enim quo paratos debere eſſe dicit, nullas illis præſtare videtur inducias, ad veritatem per libros nouiter

Expoſitio. 1. Petri. 3.

C inquirendum, ſed quòd prædicator ipſe, theſaurus quidam in ſe ipſo ſit diuinarum litterarum abundantiſsimus, pro audientium omnium vtilitate & ſalute.

Simile.

¶CAPVT. XXIII. DE modo, quem Euangelicus concionator habere debet, vt verum ſenſum & mẽtem ſcripturę ſanctæ attingere valeat. A

SVFFICIENTER iudicio meo hucuſque à nobis diſertum eſt, tum ꝙ Euangelici cõcionatoris principale negotium ſit, ſcripturam ſacrã docere, & non ſolis verbis cõcionis tẽpus cõſumere, tum etiã, quòd in litteris ſacris eos peritiſſimos eſſe oporteat. Nũc verò inquirẽdum nobis reſtat, quiſnam erit huic noſtro Euangelico con B cionatori poſtquam ſcripturã ſacrã legere & tractare habet, quis inquã illi erit poſsibilis modus, vt verũ ſenſum & mentẽ ſcripturę ſanctę attingat. Et vt explicatiùs dixerim, quoniã in ſacris litteris diu noctuq; inſudare debet, vt eas populo ediſſerat: cũ ſcriptura hęc ſacra obſcura admodũ, & difficilis ſit (eſt enim quoddam Dei arcanum, atq; ſui pectoris abditiſsimũ ſecretum, quod nõ niſi pro ſuo beneplacito, quibus ipſe dignatur ſolum patefacit) poſtquã ergo ipſum aſtringimus con C cionatorem ſacrarum litterarum ſtudio, quis inquam prędicatori huic modus erit, aut poſsibilis via, quamue diſpoſitionem in ſe ipſo habere oportebit, vt Deus opt. maximus ei cor ſuum & mentem adaperiat, cùm ad ſacrarum

Simile.

A litterarum ſtudium acceſſerit.

Fundamentū.

¶ Ad hoc igitur deuenientes, primum à nobis ſupponendum hic eſt, quod iam ſuprà diſſeruimus, cùm de hac ſacra ſcripturæ ſanctæ facultate loquuti ſumus: ſcilicet quòd ſit ſcientia, non hominum ingenio adinuēta, ſed cęleſtis, quia ſecretū quoddā eſt, ſolùm ipſius Dei pectori reſeruatū, quod non niſi cui ipſe dignatur, pro ſuo beneplacito reuelat. Ex quo apertè colligitur, ſacrā hanc ſciētiam, diuinam eſſe, atq; ineffabili quodāmodo hominibus reuelatam, & nullo modo in eorū intellectu aut capacitate eſſe poſitam: ſed quòd illā, tanquam ſupra naturalē & cęleſtē, nos venerari oportet. Hoc ergo ſuppoſito, alia via cōcionatori Euangelico incedendū eſt, ſi verā ſcripturę huius ſanctę intelligentiā & ſenſum aſſequi appetit, quàm ſuarum viriū diligētia, aut humano ſtudio. Perpēdens autem ſanctorum omnium phraſim & doctrinam, quā hucuſq; in ſcriptis ſuis ſeruauerunt, nulla alia aptior via ſiue forma apparet, quā ipſius Dei, qui ſecreti huius auctor eſt, volūtatem lucrari, eiuſq; in hac parte mentem conſulere, ipſius amicitiam prius inquirēdo: vt ſic diuina ipſa maieſtas dignetur ſe illi amicabiliter manifeſtare in eius ſacroſanctæ ſcripturæ myſterijs. Sicut ipſe ita expreſsè facturū in hoc ſęculo amicis ſuis cōteſtatur, vt ex Ioānis. 14. capite conſtat, cùm dixit: Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligā eum, & manifeſtabo ei me ipſum. Ex hac (inquit Chriſtus) amicitia, quæ inter me & ſeruos meos verſabitur, conſequetur vtique, quòd velut amicis meis, nullum cordis mei ſecretum reſeruabo, ſed omnia illis erunt notiſsima, ac proinde ſcripturæ ſanctæ intelligentiam facilè conſequentur. Et eſtò verum ſit, quòd ad huius diuinæ ſcripturæ notitiam conſequendam omnes aliæ virtutes, quæ hominem rectum & verè Dei amicum efficiunt, cōcionatori Euāgelico neceſſariæ ſint: ſed tamē pręcipuè ſupra alias virtutes oēs, humilitas quidē eſt, ad hoc vt cōcionator iſte ſcripturę ſanctæ mentem aſſequi valeat. Siquidem hęc humilitatis virtus, ianua prima eſt, per quam ingreſſum habent doctores omnes ad ſcripturę ſanctę, & ſacramētorum eius ſecreta: quādoquidem per hanc humilitatis virtutē, inſufficientię ſuę partem prædicator recognoſcit; & Deo ſe totum ſubdit, Dei voluntatem ſolùm & auxilium ad ſacras intelligendas litteras expectans. Et pręterquā quòd ratio hoc ita exigit, eſt etiā ſanctorū omniū cōformis ſentētia, ꝙ videlicet oportet cōcionatorē Euāgelicum, dū ad ſanctarum ſcripturarum ſtudium acceſſerit, profūdiſsimam quandā induere humilitatē, intelligens quòd verum ſenſum, & diuinæ huius ſcripturæ conſequi men-

Sacra doctrina Dei ſecretum.

B

Sanctorū phraſis.

C

Expoſitio. Ioannis. 14.

A

B

Humilitas ſcripturę ſenſum attingit.

Simile.

C

A mentem, non in eius humano ſtudio, aut ingenio ſitum ſit: ſed in mera ipſius Dei voluntate, quam cui ſoli voluerit, ipſe reſerabit. *Modus ſtudēdi.* Itaq; cùm in diuinarum veritatum ſtudiū ingreſſus fuerit prædicator, auulſus omnino à ſui ingenij ſententia ſit, ſecluſa penitus ſuarum virium atque ſuę humanę diligentię confidentia, *Notandum.* diuinis & ſacroſanctis verbis reuerentiam ſummam & venerationē ſupra modùm exhibens: ita vt indignum ſe eſſe fateatur, non ſolùm vt ea intelligat, ſed neque vt legat: & quòd non niſi continua oratione pręmiſſa, feruentiſſimaq́; animi deuotione, atque profundiſſima humilitate pręcedenti, B impetranda ſit ipſius ſanctę legis cognitio, exiſtimet.

*Auguſtinus.* ¶Hæc ita eſt diui Auguſtini expreſſa ſententia. 2. libro de doctrina chriſtiana, capite. 7. ſtatim in principio, vbi ingenioſiſſimè chriſtianę doctrinę pręceptorem inſtruit. Neceſſariùm illi fore dicens, ad hoc vt verū ſcripturę ſenſum attingat, ſeptē graduū ſcalā eum aſcendere. *Scala ſeptē graduum.* Quorū omnium primus, eſt humilitas: in hoc ſiquidem ante omnia pedem figere ſummo opere decet. Quod quidem eſt dicere, quòd ſtatim in ſtudij ſui initio, Dei timorē ſemper ob oculos habeat. Qui nimi- C rū timor, iugū quoddā erit, quod ſuperbię eius ceruicē flectet, ne diuinas has veritates ſe corrigere poſſe exiſtimet: aut certè reputet ſe poſſe meliùs intelligere, ſiue dicere, quā ſcriptū eſt: ſed ꝙ ſi A fortè verū non attigerit ſenſum, putet vtiq; hoc eſſe, nō quia rectè ſcriptū non ſit, ſed quia ipſe rectè intelligere nō meretur. Qui profectò timor atq; Dei reuerētia cōcionatorē ipſum in ſanam & veram myſteriorū eius intelligentiam introducet. *Simile.* Itaq; quemadmodum qui paruam, humilemq́; ianuam eſt ingreſſurus, oportet vt priùs caput inclinet, erectumq́ue collum flectat alioqui eius profectò infringi caput neceſſum erit. ſimiliter, vt concionator ſtrictum ſacræ ſcripturæ ingredi valeat, oportet omnino proteruum ſuæ ceruicis collum B ſubmittere: quod eſt, eius rebellē intellectum ſcripturæ ſanctæ cenſurę ſubiugare. Secus enim, ipſęmet diuinæ veritates, quæ ianua erant, per quam in Deum ipſum ingredi habebat, duriſſimū erūt ſaxum, quo eius frangatur caput. Quia nimirū eius mens atq; animus, quo fortiores eſſe deberēt, deficient quidem: & ſcripturę huius litterę, *Simile.* quę anteà verum exiſtebant lumen, quo animę ſuę, auditorumq́; ſalutem apertè cōſpicere deberet, in obſcuriſſimas vertentur tenebras, quæ C eius intellectum obcæcatum penitus reddant. Sicut in noſtri tēporis modernis hæreticis iam diu accidiſſe videmus, qui in his ſanctę ſcripturę veritatibus, tanquam in duriſſimis lapidibus *Simile.*

A comminuti ſunt:& non ob aliud, niſi quia in hanc ſanctã ſcripturam extenſo ſuperbiæ ſuæ collo, arrogantes admodùm & vani ingredi attentauerunt. Et hoc ita eſt Salomonis ſingulare documẽtum, Eccleſiaſtici capite.1.dicentis: Initium ſapientiæ timor domini. Vera (inquit) & prima ianua, per quam legis pręceptor ad hanc ſcripturæ ſapientiam, veramque ſalutis viam eſt ingreſſurus, timor domini eſt: qui ex profundiſsima humilitatis virtute naſcitur, qua homo ſe ipſum Deo omnino ſubiectat.

Expoſitio. Eccle.1.

¶ Et hinc ortum habuit, quòd ſaluator noſter Christus hãc ſanctam legis ſuæ doctrinam, proprijſsimè iugum appellauerit, ſicut Matthæi.11.capite conſtat, cũ dixit: Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Si quis veſtrũ (ait Chriſtus) aliquid ſcripturæ meæ ſanctæ intelligere cupit, eam velut iugum ſupra ſe accipiat. Quia ſicut vitula vt iugũ ſupra ſe ferat, oportet vt abiecta naturæ ſuæ ferocitate, manſuetè caput ſubmittat: ad eum profectò modum decet, vt qui legem meam euoluere deſtinauerit, ſuã edomet ſenſualitatem, conculcatiſq; pręſumptionis ſuæ viribus, C quibus contra legis huius ſtimulum calcitrabat, iam totus humilis, atque mãſuetiſsimus effectus, huic legi tanquam iugo humiliter & deuotè pertinacẽ ſubmittat intellectũ, vt ſic Deus in tam alto prædicationis negotio eum illuminare dignetur.

Expoſitio Matthæ. 11. B

Simile.

¶ Nec puto in hoc propoſito, extra litteralem ſenſum omnino eſſe euãgelica illa verba, quæ Matthæus.7.capite refert, vbi Chriſtus ait: Intrate per anguſtam portam. Nam eſtò verum ſit, quòd regni cælorum anguſta ianua propriè loquendo, ipſa ſit virtutis via, quia difficilis admodùm hominibus exiſtat: ſed tamen ſacra etiam ſcriptura ianua eſt, per quã ad cęlorum regna homines quoſcunq; ingredi oportet: quæ quia obſcura admodùm & difficilima hominũ intellectui redditur, ſtricta ꝓculdubio denominatur porta. Sicut enim ipſa Chriſti lex ad operandũ rigida apparet, ſic etiã hominis intellectui difficilis redditur. Et ratio quę cogit, vt hanc Chriſti legem, ſenſualitatis iugũ appellemus, eſt ſanè, quia eius coërcet, atq; domat paſsiones. Hęc eadem ratio expoſcit etiam, vt ipſius intellectus etiam iugum appellemus, quia eius pariter arrogantiam corrigit, altitudinemq; premit. Quapropter humilitatis virtus, quæ ad operandum legem neceſſaria eſt, ea ipſa ad eam intelligẽdam ſimiliter requiritur: quandoquidem ſemper ſic eſt, vt voluntatis gubernaculum, intellectus ipſe ſit, à quo ipſa ſemper concipit voluntas: & qualis intellectus fuerit, talis erit & voluntatis propè ſemper partus. Quo fit, vt ſi

A

Expoſitio. Matthæi.7.

B

Simile.

Ratio.

Lex, iugũ intellectus & voluntatis.

C

Simile.

Intellectus, voluntatis gubernaculum.

A vt ſi ſuperbè homo intelligit, ſuperbè vt plurimum velit, atque operetur voluntas: ſi autem modeſtè intelligit, modeſte operatur: quòd ſi obedienter & humiliter intelligit, obedienter & humiliter operatur. Quapropter ante omnia neceſſum eſt, ipſum legis iugum, noſtri intellectus ceruici imponere: vt inde facilè voluntas idem amplectatur, quod intellectus ſic obediēter intelligit. Quę omnia ſola humilitatis virtute edomantur. Neceſſaria ergo eſt ad ſacræ ſcripturæ intelligentiā, quia ianua ſtrictiſsima eſt, profunda quædam cōcionatoris humilitas, B qua mentis caput deuotè ſubmittens, ad ſacroſancta legis myſteria pertractanda ingredi poſsit.

Simile.

¶Ridicula admodùm res eſſet, ſi quis talem attentaret demētiam, vt contra domini voluntatem, eius domum ingredi vellet, ipſo intus exiſtēte. Eſſet enim tūc temporis vnum de duobus neceſſarium, vel quòd ab ipſo violenter extra domum expelleretur, vel certe quòd domum vacuam ipſe qui ingreditur inueniret: nam illico verus dominus, eo ingreſſo, per aliam vtique egrederetur ianuam. (Simile.) Quòd ſi hoc hominis illius inſania eſſet, C maius proculdubio illius eſſet deliramentum, qui in alicuius hominis cor abſque eius voluntate ingredi attentaret, vt eius cordis intima ipſo inuito penetraret, quia cordis negotium ſolùm ſibi eſt reſeruatū. A Hæc eadem eſt penitus ſuperbi concionatoris inſignis fatuitas, quando humanæ ſuæ ſapientiæ, atque ingenij viribus fretus, ſacrarum litterarum ſtudium aggredi attentat: nam veluti in alienam domum, contra eius veri domini beneplacitum ingreditur. Nec ſolùm hic ſiſtit eius inſipiētia, ſed ꝙ peius eſt, cùm ſcripturę diuinæ veritates nihil aliud ſint, quàm cordis Dei intima ſecreta, in eius cor temerariè intrare præſumit, atq; ipſius arcana Deo ipſo inuito perſcrutari. B Cuius nimirū nulla alia pœna eſt, niſi quòd eo in ſacrarum litterarum ſtudiū ingreſſo, vacuam omnino reperiat domum, quia ſtatim ab eo verus ac proprius diuinę ſcripturę ſenſus aufugit, litteræ corticè dūtaxat illi relicto: aut certè quòd talem concionatorem, extra ſcripturæ ſacræ domum Deus violēter expellat: quia eum ſuiſmet ſanctæ ſcripturę verbis percutit, tradēs eum in reprobum ſenſum, vt loco veritatis, non niſi deprauatos ſenſus ex litteris ſacris eliciat. Et hoc quidem in aliorum, & ſui ipſius malum: ita vt cùm ſe verū litteræ ſenſum tenere exiſtimauerit, vacuum omnino à veritate ſe inueniat: C & cùm aliquid ſe ſcire putauerit, nihil penitus ſe cognoſcere deprehendat. De quibus verè per Hieremiam prophetam capite. 2. dicitur: Tenentes legem neſcierunt me. Quia præ oculis

Pœna ſuperbi cōcionatoris.

Expoſitio, Hieremiæ.

A legis litteram tenentes,atq; mate
rialibus labijs pronunciantes,&
de lege veluti pſitaci garrientes,
Deum adhuc neſcierũt,quia ſpi-
ritum & verũ litterę ſenſum non
attigerunt. Et ſi quãdoq; aliquid
inde emolumenti eduxerit con-
cionator, in eius potius vergit
perniciẽ,quàm cõmodum. Quæ
quidem ita eſt expreſſa prophetæ
Expoſitio.Pſa'. 63. Dauid ſententia,pſalmo.63.dicẽ
tis: Accedet homo ad cor altum,
&exaltabitur Deus. Sagittę par-
uulorum factę ſunt plagę eorum,
& infirmatæ ſunt contra eos lin-
guæ eorum. Quando(inquit)ſu
perbus homo, in ſui intellectus,
& vani cordis altitudinem aſcen-
B derit,putãs ſe ſuis viribus Deum
poſſe comprehendere,eiuſq; ab-
ditiſsima ſcripturæ ſacramenta
callere,tunc quidem diuina ipſa
maieſtas altiùs euolauit:nam ve-
ritas,quam iam ſe conſequi puta
bat,ſubitò ab eius oculis euane-
ſcet. Quemadmodum in venatio
Simile. ne auium ſępe contingere vide-
mus,vbi quando accipiter iam iã
volantem ardeam contingere vi
debatur,ſubitò ex aduerſo,ipſa ſe
in eminentiorem locum extulit,
& deluſum reliquit. Et quemad-
Simile. modũ etiam paleæ,quas paruulo
C rum ſagittæ emittunt, retrouer-
tuntur,eorumq; oculos feriũt(ſa
Expoſitio.Pſal. 63. gittæ enim paruulorũ factę ſunt
plagę eorũ)ad eum omnino mo-
dum veritates & ſcripturę ſacrę
ſenſus,quos arrogãtes & pręſum-
ptuoſi concionatores ſciunt, &
verba etiam quę populo propo- A
nunt,quæ deberent eſſe furioſiſ-
ſimę ſagittę,ex ore eorum emiſſę,
quę audientium corda ferirent,
vt eos à ſuis peſtiferis moribus
euellerent,& vitę ſuę peccata a-
marè deflerent:contra ipſoſmet
in acutiſsimas lanceas vertentur.
Nam eorum linguæ aduerſus ſe-
metipſos loquuntur:& vnde exi-
ſtimabant ſe negotium ſuum age
re cũ falſa & vana doctrina,inde
proculdubio diuina prouidẽtia
eorum permiſit oriri perditionẽ: Expoſitio. Iſa. 38.
quia cùm adhuc ordirentur ma-
litiæ telam,ſubitò,cùm non ſpe-
rabant,ſuccidit eos.

¶Et hęc eorum peccati pœna B
& flagellum eſt,quod Iſaias pro- Expoſitio. Iſa. 29.
pheta aſsignat,capite.29.dicens:
Obſtupeſcite & admiramini,flu
ctuate & vacillate, inebriamini
& non à vino, mouemini & non
ab ebrietate:quoniã miſcuit vo-
bis dominus ſpiritum ſoporis.
Claudet oculos veſtros, prophe-
tas & principes veſtros, qui vi-
dent viſiones operiet. Et erit vo-
bis viſio omnium,ſicut verba li-
bri ſignati, quem cùm dederint
ſcienti litteras,dicent, lege iſtũ:
& reſpondebit,non poſſum,ſigna
tus eſt enim. Et dabitur liber ne
ſcienti litteras,diceturq; ei,lege:
& reſpondebit neſcio litteras. Et C
dixit dominus,eo quòd appropin
quat populus iſte ore ſuo, & la-
bijs ſuis glorificat me,cor autem
eius longè eſt à me,& timuerunt
me mandato hominis,& doctri-

nis:

A nis: ideò ecce ego addam, vt admirationem faciã populo huic, miraculo grandi & ſtupendo: peribit enim ſapientia à ſapientibus eius, & intellectus prudentium eius abſcondetur. Loquitur hic propheta directè contra legis diuinæ illuſores, qui ſuo confiſi ingenio, & humanę ſapientiæ vanitate, diuinæ legis præceptis contra veniunt, exiſtimantes maiorẽ eſſe ſapientiæ ſuę firmitatem, quã eam quæ in litteris ſacris continetur. Et hi ſunt, quos hoc in loco propriè propheta oppugnatores Hariel denominat. Quippequi huic ſanctæ ciuitati Hieruſalem, cruentum inferunt bellum, B ciues eius continuè in ſequendo (qui quidem ciues, vniuerſa ſunt iuſtorum congregatio) aut quia ſanctiſsimas regulas atq; ſanctiones irrident, quas huic Eccleſiæ maximus Deus, ad optimam hominum & chriſtianam eiuſdem Eccleſiæ directionem præfixit. Vnde totius capituli ſumma & ſubſtantia, nihil aliud eſt, quàm quędam terribilis Dei comminatio in ſuperbos homines, ſuo ingenio & ſapientia fidentes, qui nullam humilitatis formam præſeferunt: affirmans ſe omnino ab eis abſconſurum ſuæ legis ſacramenta & myſteria: neq; iſta reſerari debere, niſi tãtùm paruulis, C qui hanc humilitatis viam ſequuntur.

Terribilis cõminatio in ſuperbũ cócionatorem.

¶Et hoc idem eſt, quod diuus Paulus in hoc eodẽ propoſito refert, epiſtola prima, quam ad Corinthios miſit, capite primo, vbi loquens de chriſtianæ legis myſteriorũ obſcuritate, & quàm parũ de huiuſcemodi myſterijs arrogantes homines attingunt, ſic ait: Perdam ſapiẽtiam ſapientiũ, & prudentiam prudẽtium reprobabo. Inanem faciam, atq; in puluerem penitus vertam huius mũdi hominum ſapientiam, nec non & humanam habilitatem: atq; ingenij ſui prudentiam, ſtultitiam prorſus faciam. Vbi in totius huius capituli diſcurſu, nihil aliud intendit Apoſtolus, quàm monſtrare horum hominum fatuitatem; & velut fatuos atque ſtultos eos deridere. Ait ſiquidem: Vbi ſapiens, vbi ſcriba, vbi conquiſitor huius ſæculi? nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi?

Expoſitio. 1. Corint. 1.

¶Et quia in hac parte, maximi eſt momenti negotium hoc, vt nimirùm contremiſcant, qui in hoc ſacrarum litterarum exercitium temerariè, abſq; hac humilitatis virtute, ingrediuntur: videre libeat rogo, quàm diſtinctiùs hoc idem Deus, per ipſummet Iſaiam prophetã capite. 6. explicat, prophetæ ipſi ſuadens, vt ab his verbis initium ſuæ prędicationis ſumeret. Ait enim: Vade, & dices populo huic: Audite audientes, & nolite intelligere: & videte viſionem, & nolite cognoſcere. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude,

Expoſitio, Iſa. 6.

A de, ne fortè videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat. Res profectò ponderatione digna eſt, videre quàm ex profeſſo hos ſuperbos homines irrideat, cùm illis intellectũ ſe pręſtare dicit, quo nõ intelligant, & aures quibus non audiant, oculoſq́;, quibus nequaquam videãt, atque linguam etiam qua loqui minimè valeãt, & etiam cor, quo excogitare aliquid nequaquam poſsint. Et vt propriùs hanc hominum irriſionem alijs explicemus verbis, vſq; adeò excęcatos Deus inſenſatoſq́; eos reddit, vt intelligentes non intelligant, & audientes non audiant, nec vidẽtes videant, nec loquentes loquãtur, neq; etiam excogitando cogitent: ſed ſint omnino velut quædam naturæ mõſtrua, ſiue homines in ſtatuas verſi. Ita vt de illis problema illud Hieremię ad Sorbonã ſacerdotem non abs re decantari poſsit: Quid tu hic, quaſi quis hic. Sunt enim cùm nihil ſint, quaſi aliquid ſint: apparent ſiquidem ſapientes, cùm tamẽ inſipientes penitus ſint: videntur prædicatores, cùm non ſint: apparent legis doctores, & non ſunt. Quorum perditio, & omne eorũ malum, ab hoc ſolo fonte dimanauit, quia videlicet has naturales potentias, & pręcipuè ingenium ea humilitatis virtute atque ſubiectione nõ infrenarũt, quę Deo, ſuiſq́; ſanctiſsimis debetur verbis.

Mira ſuperborũ irriſio.

B

Simile.

Expoſitio. Iſa. 22.

C

¶ Sententia hæc confirmatur apertè ea reſpõſione, quam Chriſtus redemptor noſter diſcipulis ſuis pręſtitit, Matthęi. 13. capite, cùm ab eis interrogatus, quiſnã eſſet verus illius parabolę ſenſus, de ſeminatione tritici in varias terrę partes, ſic ait: Quia vobis datum eſt noſſe myſteria regni cęlorum, illis autem non eſt datum, ideò in parabolis loquor eis, quia videntes non videant, & audientes non audiant. Vt impleatur in eis prophetia Iſaię dicentis: Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis: incraſſatum eſt enim cor populi huius. Vbi apertè oſtendit, verum ab eis potentiarũ ſuarum ſenſum & iudicium aufugiſſe, propter deteſtabile ſuperbiæ ſuæ vitium. Hoc enim ſonat habere incraſſatum cor: quod eſt, teneri & occupari arrogãtię & pręſũptionis craſsitudine, vbi quaſi ſuffocati intra ſemetipſos manent, verum intelligentiæ lumẽ minimè valentes conſpicere. Cęterùm vobis diſcipulis meis (ait Chriſtus) dignatus ſum hãc impartiri gratiam & liberalitatẽ, vt clarè abſque vllo metaphoræ ſiue obſcuritatis velamine, regni cælorum myſteria agnoſcatis, nẽpe propter meliorem quam ſortimini internam diſpoſitionẽ, qua cæteros omnes antecellitis. Eſtis namq; exuti omnino ab intellectus veſtri arrogantia, & profundiſsimę humilitatis excellentem induti

A

Expoſitio. Matthæ. 13.

B

Expoſitio Matthæi. 13.

Simile.

C

A induti virtutem, atque meę ſoli voluntati ſubijcimini.

Expoſitio. Ioannis. 9. ¶Hoc idē eſt, quod docuit Chriſtus, in illo admirabili facto Ioānis. 9. capite, vbi oculos cęci nati aperuiſſe deſcribitur: qui tamen eos luto priùs liniuit. Cui quidē cęco, cū ante ſaluatoris pedes humi proſtratus iaceret, ſic dixit dominus: In iudicium ego in hunc mundū veni, vt qui nō vident videant, & qui vidēt cęci fiant. Scito (inquit Chriſtus) huius prodigioſi facti ſignificationem eſſe, quia queadmodum tu à corporis cæcitate ad viſibilem mei cognitionē perueniſti, atq; ex luto hoc B oculorum tuorum lumen educere decreui: ſimiliter & ego in hūc mundum venire conſtitui, vt hoc terribile atq; inter homines formidandum iudiciū facerē: videlicet eis qui cęci ſunt, viſum pręſtarē: eos autem qui vident, obcecarem. Nam qui fuerint ſinceritate præditi, & meis ſanctiſsimis verbis tanta fuerint humilitate ſubiecti, vt ingenij ſui perſpicacitatem, fidei collyrio liniri permiſerint: etiamſi factum hoc ſuæ humanę ſententię & cēſurę relictū, lutum atq; deliramentum eſſe videatur: hi tales inquā, viſum ni- C mirū perſpicaciſsimū recipient, quo & me ſatis intelligant, & in pleniſsimā ſecretorum meorū cognitionem perueniāt. Et quod lutum eſſe putabāt, quo corū excęcarētur oculi, ſaluberrimū atque cæleſte collyriū erit, quo ſuę mētis debilitas confortetur, & quo eorū craſsi iudicij cataractę euaneſcant, & tandem ad diuinarum rerum intelligentiā perducātur. Econtrario verò qui in lege mea humiles obedienteſq; non extiterint, ſed ſuperbiæ ſuæ inflationi fidentes, putauerint ſufficiens ingenij ſui acumen ad ſacras penetrādas litteras ſe fuiſſe ſortitos, ſuę proprię ſententiæ adhęrētes, hos tales obcæcatos reddam: & quod ſibi ad videndum perlucidum apparebat lumen, erit nimirùm fœtidiſsimum lutū, quo eorum frangantur oculi. Simile.

B ¶Legitur Geneſis capite. 39. quòd cùm Ioſeph, præſtātiſsimus ille patriarca cuidam deſeruiret duci exercitus regis Pharaonis, cui nomē erat Putiphar, cùm accidiſſet eius dominum abſentem eſſę, & Ioſeph adeò extitiſſet elegans, & nimiùm decora facie, placiduſque & in cunctis venuſtus homo, domina ſua, eius amore capta, oculos in eum direxit, atque eius frui amplexibus vehementiſsimè cupiens, in eum manus iniecit, palliumque apprehēdit: Cùm autem ipſe honeſtus ſupra modum eſſet & compoſitus moribus, nimiumque timoratus vir, immani fœminæ illius flagitio reſiſtens, aufugit, ac tandem C in eius manibus palliū reliquit. Sic omnino eis cōtingit, qui humana ſapientia inflati, in diuina audent intrare myſteria, ſcripturæ ſanctæ verbis violentiam inferentes, Figura. Gen. 39.

A ferentes, qui ad ſuum in congruũ & humanum ſenſum, eam trahũt repugnantem. Huius ſiquidem temerarij & facinoroſi facti flagellum ſeu irriſio eſt, in eorum manibus nudum relinquere pallium, videlicet ſolum exterioris litteræ corticem, ab ipſius ſpiritualis ſenſus dulcedine vacuum dimittere.

Expoſitio. 2. Corint. 3. ¶ Hoc idem eſt, quod apoſtolus Paulus. 2. ad Corinthios epiſtola, capite. 3. huiuſmodi arrogantibus & de ſe prę ſumentibus hominibus, accidere aſſerit, cùm dicit: Obtuſi ſunt ſenſus eorũ, vſq; B in hodiernum enim diem, ipſum velamen in lectione veteris teſtamenti manet, non reuelatum, ſed vſq; in hodiernum diem, cùm legitur Moyſes velamen poſitum eſt ſuper cor eorum: cùm autem conuerſi fuerint ad dominum, au feretur velamẽ. Ac ſi apertiùs dixiſſet, ſicut in lege veteri Moyſes velamine ſe cooperiebat, ne filij Iſraël vultum eius cõſpicere poſſent: pari forma vſque in præſentem diem aliqui ſunt hominum, qui vſque adeò obtuſos habent ſenſus, vt etiam inter ipſos, & veteris ac noui teſtamenti lectionem, hoc idem velum & obſcuritas mediet, quando ipſe legitur Moyſes & Euangelium, ne ſcripturæ ſanctæ faciem percipere poſſint: & ne eius verum & legitimum ſenſum attingant, ſed ob nubilatum penitus habent in tellectum, atque hac eadem tenebroſitate obſcuratum cor: & non ob aliud, niſi propter eorum arrogantiam, quouſq; humiliter omni ſinceritate, ſuę ceruicis abrogata propria ſentẽtia, ad Deum verum conuertantur.

Figura. Exo. 34

Scripturæ facies ¶ Hic tamen annotandum eſt, quòd hoc in loco, ſcripturæ ſanctæ facies, nihil aliud appellatur, niſi ſpiritus in littera ipſa in cluſus. Nã ſicut hominis facies, membrum quoddam eſt, vbi citiùs omnes corporis ſenſus relucent, & in quo priùs ipſius cordis motus ſeſe oſtendunt, & vbi quàm primùm tota hominis cõplexio, cholerę, phlegmatis, & ſan guinis, atque melancholię, appa- B ret: ita quòd ipſa hominis conditio tota, ſiue lætitię ſit, ſiue triſtitiæ, ſtatim in facie ipſa oſtenditur: ſic etiam litterę ſpiritus viuum quid ſcripturæ ſacræ eſt: nam litteræ ipſi, & ipſius verbis legis, vitam & viuum quid præſtat. Sicut ipſemet apoſtolus Paulus in præallegato iam loco. 2. ad Corin. 3. expreſsè aſſerit, cùm ait: littera enim occidit, ſpiritus autem viuificat. Solus (inquit) ſpiritus, ipſius litteræ anima eſt, quę illi vitam tribuit. Hinc ergo ſcripturæ ſanctæ facies, ſenſus hic appellatur, quam nimirùm faciẽ arrogantes non agnoſcunt, propter velum, quod inter Deum C & ipſos mediat. Quod ſanè velũ, nullũ aliud appellamus, quã eorũ deteſtabilem prę ſumptionẽ, quæ radios ſibi veritatis obſcurat, vt

Simile.

Expoſitio. 2. Corint. 3.

C

quaſi

A quaſi cæci palpantes in meridie, à Deo penitus relinquantur.

Figura. Gen. 39. ¶ Legitur Geneſis capite. 39. de patriarcha Ioſeph, quòd cũ à fratribus ſuis, Iſmaëlitis vẽditus eſſet, vt eum à terra viuentium eradere nt, eiusque memoria penitus obliuioni traderetur, vnde mors & eius perditio ſperabatur, inde omnis eius dimanauit felicitas: nã captiuitas illa, totius eius proſperitatis cauſa fuit & origo. Cũ enim in Aegiptum deueniret, & in poteſtatẽ regis Pharaonis fuiſſet traditus, vſq; adeò charus regi ipſi fuit, & oculis eius gratus, B vt in omni regno ſuo ſecũdus eſſet à rege, atq; ab omnibus ſummo habitus in pretio. Cui Pharao non ſolùm domus ſuæ pretioſiſsimos theſauros contulit, ſed etiam regni totius negotia commiſit, ſimul atq; cordis ſui intima ſecreta patefecit, quæ tam ad perſonam regiã, quàm ad populi directionem concernebant: ita vt nullum eſſet tam arduum & graue in regno ſuo negotium, quod priùs per ipſas Ioſeph manus nõ tranſiret. Quem deniq; in ſummam felicitatem deduxit captiui- Simile. tas. Nam ſicut captiuorum propè ſemper conditio eſt, quòd educti C extra propriã patriam, & parentelam, atq; amicorum & ſodalium familiarem conuictum, dum ad extraneas deuenerint nationes, nouas agnoſcunt gentes, atq; varios experiuntur hominum viuẽdi mores, multaque inaudita vident, item & linguarum varieta- A tem addiſcunt, necnõ diuerſis veſtimentorum generibus vtuntur, aliaſq; quàm plurimas rerum varietates experiuntur, peregrinas quidem omnes, & alienas prorſus à ſua propria patria & natura: Sic etiam hæc eſt & fuit ſemper humilitatis cõditio. Quippe quę hominis intellectũ captiuat, atq; eum extra ſuæ propriæ ſententiæ patriam educit, eum vtique Deo, fideiq́ue pręceptis, ſubijciens, atque in omnes ſacræ ſcripturę theſauros, & ſummas introducit diuitias, & tanquam intimum Dei B amicum conſtituit, vt nullum ſit pectoris ſui ſecretum, cuius eum participem non efficiat. Quapropter vera comprobatur ſentẽtia, Simile. videlicet quòd in ſacra hac ſcriptura, ipſius legentis intellectus captiuatur, & quòd propriè cõpedibus alligari dicitur. In ea nãq; Captiuitas, intellectus, totius ſapiẽtiæ humanæ legibus (in quibus educatus fuerat) renũtiat. Hic omnino extra ſuę ſenſualitatis fit patriã, in qua antea (velut ruſticus, carnis, & ſanguinis craſsis legibus enutritus) exiſtebat. Hic nõ carneam, ſed aliam ſpiritus induit delicatiſsimã linguam. Hic nouas alias & inauditas reperit gentes, quæ non mate- C riale, ſed immortalitatis induũt Mira humilitatis cognitio veſtimentum: quia familiare colloquium non cum alijs, quàm cũ Deo ſemper habet, & cum ipſis etiam cæleſtis patriæ beatis. Hic verè, Deus infinitum ſapientiæ

A ſuę theſaurum illi communicat, vt diſertè de eius voluntate, potentia, atque perfectionibus, & cæteris attributis loqui valeat. Hic articulorum fidei ſecretum callet. Hic ſacramentorum eius myſterium attingit. Hic etiam aſſequitur grande illud Dei artificium, quod in redemptionem noſtram, atque totius humani generis ſalutem operatus eſt. Hic pretium, atque virtutum omnium ſubſtantiam: & ſecretum intelligit: ſcilicet lachrymarum virtutem, flagellorum ſolatiū, eleemoſynarum vigorem, ieiuniorum ſatietatem, cæterorumque laborū valorem & coronam, quæ in hac B christiana lege in iuſtorum præmium à Deo ſignata eſt. Hic tandem ſummam Dei prouidētiam cōſpicit, qua decreuit in fine mūdi terribile debere eſſe iudiciū, in quo exacta ab hominibus de eis omnibus exigatur ratio, quæ à Deo, ipſis ſunt præſtita beneficia, vbi iuſtorum præmium, malorumque cruentiſsimum flagellum ſtatuitur. Hęc inquam omnia videbit ibi, cū infinitis alijs rerum veritatibus, quas quotidie in hac ſancta ſcriptura cōcionator ille reperiet, ſi hac humilitatis virtute intellectum ſuum in C hac ſcripturę ſanctę lectione captiuum duxerit.

Secretū virtutis.

¶Hoc idē eſt quod diuus Paulus aſſerit. 2. ad Corinthios epiſtola, capite. 10. cùm ait. In captiuitatem redigentes intellectum, in obſequiū Christi. Decet (inquit A Apoſtolus) fratres mei dilectiſsimi; vt qui hanc ſacrarum litterarum ſyluam aggreſſus fuerit (vt ad hanc diuinæ maieſtatis ſapientiam, quam in ipſis ſacris litteris nobis cōmunicare dignatus eſt attingere poſsit) decet inquam, vt in captiuitatem redigat ingenij ſui talentum, ſubijciens vtiq; illud ſanctiſsimis legis huius ſanctionibus, atque pręceptis: etiam ſi præcepta hæc, humanæ ſuæ ſapientiæ relicta, viſa ſint deliramenta. Hoc namque ita debitum eſt fidei, atque christianæ obediētiæ, quam diuinæ maieſtati, eiuſque ſanctiſsimis verbis præſtare tenemur. B

Expoſitio. 2. corint. 10.

¶CAPVT. XXIIII. VBI exemplis alijs, & ſacrę ſcripturę teſtimonijs, eadem confirmatur veritas.

ET quidē veritatē hanc quam tam multis præcedentibus verbis explicuimus, confirmare proculdubio poſſumus ipſo brutorum animaliū facto. Quippe quæ rabidos oſtendunt dentes, atque ſuam ferocitatem maximè in eos exercent, qui durè & C aſperè ea pertractant, ac deniq; ita ab eis aufugiūt, vt nunquā ab ipſis edomari poſsint: Cæterùm eis tantū ſe ſubmittūt, & corā eis dūtaxat ceruicem ferocitatemq; deponunt, qui leniter eis vtūtur.

Simile.

Ad

A Ad eum omnino modum,ſanctæ huius ſcripturæ lectoribus contingit. Nam ſenſus atque diuina virtus,quæ in eis incluſa manet, aſpera atque proterua hominum ſuperborum ingenia fugit,& eorum,qui de ſua pręſumentes ſunt ſapientia : in quos ſuam exercet quãdoq; ferocitatem,ingenij eorum præſumptionem & ſapientiam dilaniando, atque ſæpenumero inſtultitiam conuertendo. Eis autem qui profundiſsimã humilitatis induunt virtutẽ, & procul à ſe excuſſa arrogantiæ ceruice,ſcripturæ ſanctæ lectionem recipiũt,ſuamq; chriſtianam legẽ humiliter venerantur,talibus inquam Deus intelligibilem, clarum,atque ſuauem, in ſcripturæ ſuæ lectione ſe præbet.

Scriptura, fera peſsima in ſuperbos.

B ¶Hoc idẽ Chriſtus docuit,humaniſsimo illo,totiuſq; clementiæ exemplo,quod Matthæus.19. capite refert. Vbi cũ ſibi paruuli præſentarẽtur, vt eis benedictionẽ præſtaret,maximè ſibi in ſinceritate atq; eorũ innocentia cõplacuiſſe oſtendit: quos cùm ſibi applicuiſſet,ſuas ſacroſanctas manus ſuper eos impoſuit. Diſcipulis autem ſuis,qui hoc paruulorũ factum præter auctoritatẽ,& ſuæ maieſtatis decentiam eſſe iudicabãt,ſic reſpõdit. Sinite paruulos, & nolite prohibere eos ad me

Expoſitio Matthæi.19.

C venire,talium eſt enim regnum cælorum. Nolite (inquit) prohibere infantes ad me approximare: in eis enim clementiſsimi Dei conditio maximè relucet:quę nimirum Dei conditio ſemper fuit, ab eis qui ſibi adhærent,ſinceritatem exigere, ſimplicẽque animum diligere. Qua de cauſa cælorũ regnũ inter cæteras omnes gentes,illis maximè eſt debitum. Ex quo apparet clarè, corporali familiaritate, quam hic infantibus his Chriſtus oſtendit,hac eadem opere ipſo promiſiſſe ſe vſurum,in ſanctæ ſcripturæ intelligentia,cùm ijs,qui ſibi in eadem adhęſerint ſinceritate & veritate. Et quod hic paruulorũ dixit eſſe proprium, cælorum ſcilicet regnum poſsidere,hoc idem erit humilium doctorum, in ſuæ legis intelligentia, propter maximam quam gerunt diuinæ perſonę imaginem, & ſimilitudinem. Sicut enim paruuli, quia ſinceritatem obtinent,cælorum regnum merentur:ſic pręceptores humilitate veſtiti, in ſacra ſcriptura cælorum regni intelligentiam conſequi merentur.

Simile.

B

Simile.

¶Hoc idem expreſsiùs confirmat ipſe Chriſtus, ſicut ex hiſtoria Matthæi. 11. capite conſtat, atque ex euangeliſta Luca, capite dezimo. Quibus in locis apertiùs confitetur, hoc Dei ſemper fuiſſe propriũ, ſcilicet ſui pectoris arcanum minimè reſeraſſe,niſi humilibus dumtaxat, cùm ſic ait: Confiteor tibi pater domine cæli & terræ, quia abſcondiſti hęc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis : ita

Expoſitio. Matthæ. 11. Luc. 10.

C

A pater, quoniã ſic fuit placitũ ante te. Vbi maximè annotandũ eſt ꝙ hoc in loco paruulos neutiq; appellat eos, qui ignari ſũt: neq; etiã eos qui ſapiẽtes exiſtunt, magnos denominat. Ac ſi in pręſentia Dei, humana hominũ ſapiẽtia impedimẽtũ aliquod extiterit, ne aliquis diuinã hanc ſapientiã obtinere valeat. Nec etiã intelligẽdum eſt, ꝙ alicuius hominis ſtultitia, in cauſa ſit, ꝙ Deus ei cordis ſui ſecreta impartiatur: ita vt in hac parte, ſapiẽtes homines De⁹ à ſe repellat, inſcios verò atq; ignorãtiſsimos eligat: abſit enim hoc à diuinę maieſtatis ſapientia. Nã ſi homines, quicũq; illi ſint, attẽtè curẽt humanas litteras, virtu-

Quis paruulus dicatur, ingenioſe diſſeritur,

B tis & præſertim humilitatis ſtudio veſtire: & ſemper in ſeipſis recognouerint, à diuina liberalitatis manu, in ſui ſãcti nominis gloriã & honorẽ eſſe pręſtitas, nec ea inflati vanitate inceſſerint, quam ſibi humana hęc ſapiẽtia vendicat, ſed eam ſemper chriſtiana illa tẽperent prudẽtia, quã ipſa ratio exigit: hi tales inquã ſapiẽtes, paruulorũ numero à domino cõprehenduntur: quos etiã Euangelium paruulos vocat, quibus ma-

C ximè ſcripturæ ſuæ myſteria pãdit. Sicut inter priſcos fuiſſe cõſtat diuũ Hieronymũ, atque Auguſtinũ, cęterosq; id genus excellentes viros, qui & ſi humana fuerint ſapiẽtia pollentes, atq; huius ſęculi prudentia maxima veſtiti, quia tamẽ ſapientiã hanc huma-

Hiero. Auguſtinus.

A nã diuinis litteris infrænare curauerũt, Euangelicæ cẽſuræ ſuũ vtiq; ingenium omni humilitate ſubijciẽtes: humiles nimirum, atq; Euangelici paruuli fuerunt: quibus tam magnifice Deus (vt videmus) ſcripturę ſuę ſanctę abditiſsima ſacramenta aperuit. Itaque in hoc dicendi genere, paruulus, magnus eſſe poteſt: atq; vice verſa magnum, fieri paruulũ continget. Ex quo apertè colligitur, redẽptorem noſtrum hoc in loco, eos tantùm ſapientes prudẽteſq; appellaſſe, qui arrogãtes atque de ſe præſumentes exiſtunt, & humanam oſtẽtant ſapientiã, ſuis ſolùm litteris fidẽtes. De qui

Qui ſapientes appellitur.

B bus Iſaias propheta capite. 5. ait, væ qui ſapiẽtes eſtis in oculis veſtris, & corã vobiſmet ipſis prudentes. De quibùs etiam iterum ipſemet propheta, capite. 29. teſtatur dicens: Peribit ſapientia à ſapientibus, & intellectus prudentium abſcondetur. Itaq; ſicut in campeſtri & florida ſylua videmus contingere, vbi paſſerculus, ſupra omnium arborum cacumina circũquaq; volitat, vt vni illarum inſideat, & tandem omiſſo

Expoſitio, Iſa. 5. Iſa. 29.

Simile.

C validiori ac fortiori arboris trũco, vlmi ſcilicet aut pyri, delicatiſsimum ſalicis virgultum eligit, quod ad terram vſq; flectitur, atque in eius extremitate ſedet: ad hunc omnino modum, volens diuina maieſtas ſupra huiuſmodi homines, veluti ſupra arbores, ſuis varijs & multiformis

gratiæ

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A gratię donis requieſcere, abiectis à ſe mundi huius potentioribus, qui ſæculi huius inflati ſapiētia, in domo Dei pompaticè incedūt: eos pręciſè eligit, qui ab ęſtimatione propria ſunt prorſus alieni, & qui ab humanæ ſuæ ſapientiæ oſtentatione deſiſtunt, qui etiam ſicut arborum rami, in diuina præſentia ad terram vſque humiliter flectuntur. Super hos inquã tales, Deus cum omnibus ſapientiæ ſuæ theſauris libēter requieſcit, atque magnificè illis ſcripturæ ſuæ myſteria impēdit.

Simile.

Profundū incarnationis myſterium.

¶Hinc igitur ſtupenda admodùm res, & ſupra quàm dici poteſt admirabilis apparere debet, profundiſsimum illud incarnationis myſterium. B Nam cùm tanto gratiarum pondere, & tam ingenti ſapientiæ ſuæ, diuitiarũq; theſauro Dei filius exiſteret plenus, ſupra tam debilem & delicatiſsimam vnius virginis virgulam dignatus eſt requieſcere, potentioribus nobilioribusq; mundi huius à ſe procul reiectis. Et hoc vnum eſt, in quo maximè homines Iſaias propheta capite. 11. excitare voluit dicens: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Et requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, ſpiritus ſapientiæ, & intel- C lectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientię & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris domini. Vbi non ſolùm incarnationis myſterium prophetare voluit, ſed eius etiam magnitudinē ponderare, hominumque intelle- A ctum ad tam ſublimis modi intelligentiam erigere, quo noſtrã Dei filius ſalutē in terra operatus eſt. Perpēdite (inquit) homines, ſumma que attentione hoc tam profundum Dei ſacramentum conſiderate. Namque vt diuina maieſtas cum omnipotentia ſua, & diuinæ ſapientiæ theſauris, in hac miſerabili hominum natura requieſceret, reiectis à ſe atq; ſpretis ſæculi huius potētioribus, nec non & acutioribus hominũ ingenijs excuſsis, inſedit ſanè ſup vnã virginis virgulam, ſolitariã quidem, & cuius tunc temporis mun- B dus totus fortaſſe erat oblitus. Super quam ad plenum vſq;, omne gratiarum genus, necnon & profundiſsimos ſapientiæ ſuæ theſauros effudit, omniaque ſpiritus ſancti dona abundantiſsimè diſſeminauit. Et quòd virgula hæc, glorioſa extiterit virgo Maria, ſententia eſt diui Hieronymi hoc loco, atque communis ſanctorum omnium ſententia, qui loci huius ſenſum litteralem deſignant. Quæ nempe illuſtriſsima virgo, non ob aliam præcipuè cauſam, tam excellentem à Deo gratiam obtinere meruit, niſi propter eius profundiſsimam C humilitatis virtutem, qua ſe Deo totam ſubiecit, ſicut ex contextu Lucę euãgeliſtæ capite primo cõſtat: vbi, nullam aliam ipſa virgo beata cauſam aſsignat, cũ dixit:

Simile.

Expoſitio. Iſa. 11.

Simile.

Hiero.

Expoſitio. Lucę. 1.

A Quia reſpexit dñs humilitatẽ ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beatã me dicẽt omnes generationes.

Simile. ¶Cõditio fuit ſemꝑ arborũ, quę in valle plantatę ſunt, vt quia ibi prope ſemper aquarũ & pluuiarũ decurſus abundat, alijs omnibus quę in mõtibus ſunt ſitę, luxuriãtes magis ac viridiores ſint. Ad eum ergo modũ, hęc eſt inſignis doctorũ proprietas, qui naturales gratias ſibi à Deo prę ſtitas, in profũdo humilitatis huius valle plãtarunt. Sunt nãq; ſupra cęterorũ gratias & dona, viridiores gratię eius, atque magis frugifera dona. Nã ſpiritus ſancti gratia & peculiare auxiliũ, quod ſapiẽtiæ eorũ

B eſt abũdãtiſsimũ irriguũ, ad eos profectò, tanquã ad profundiſsimã vallem decurrit. Cæterùm ab ijs qui ſuperbia & arrogãtia tenẽtur, & qui in præſumptionis ſuæ mõte ſedent, veluti à montiũ aſpe-

Simile. ritate & cacumine reſilit: ad eum modũ, quo aquarũ mos eſt, à ſaxorũ duritiæ & altitudine reſilire. Et hoc eſt quod Deus ipſe ꝑ Iſaiã

Expoſitio, Iſa. 66. prophetã affirmat. cap. 66. dicẽs: Ad quẽ reſpiciã, niſi ad pauperculũ, & contritũ ſpiritu, & tremẽtẽ ſermones meos. In quẽ (inquit

C Deus) oculos conijciã, vt gratiarum dono, & veritatis meę ſapiẽtia, eius intellectum induã, niſi in pauperem hominem, qui intra ſe metipſum, imminutum habet ſpiritum ſuum, cõculcatamq; ceruicis ſuæ propriam ſententiam, atque ſanctiſsimis meis verbis timorem exhibet & reuerentiam.

A

Figura, Apo. 5. ¶Cõcordat huic ſentẽtię admirabilis illa viſio, quę Ioãni Euãgeliſtæ Apocalyp. 5. cap. facta fuit, vbi Apoſtolus ait, ſe vidiſſe in dextera eius qui ſedebat in throno librum quendam, intus & foris ſcriptũ, atq; ſeptẽ ſignatum ſigillis. Vidit præterea fortiſsimũ angelum, qui magna voce clamabat, quiſnã dignus eſſe poſſet hũc aperire librũ, eiuſq; ſeptẽ ſoluere ſigilla. Et cùm nullus eſſet in cælo aut in terra, qui ad tam mirabile opus ſufficeret, non ſolùm quidem ad librum aperiendum, ſed neque vt eum aliquis oculis conſpicere valeret, cœpi (inquit hic

B beatus Euãgeliſta) intra me met ipſum anguſtia preſſus, amariſsimè flere, perpendens quòd nullus reperiretur dignus, qui libri huius ſecretum attingeret. Illico tamẽ vnus eorum ſeniorũ, qui throno ipſi aſsiſtebant, conſolatus eſt me, dicens: Vide ne fleueris, nam leo de Tribu Iuda, qui modò vicit, ipſe librum aperiet, eiuſque ſigilla ſeptem reſerabit. Cumq; attentiùs aſpicerem (ait Euangeliſta) ſtatim in medio throni & quatuor animalium, atque inter ſenes illos, qui ibi aſsiſtebant, vidi agnum quẽdam ſtantem, quaſi

C mortuum, qui accepit librum de dextera illius, qui in throno ſedebat: & cũ aperuiſſet illũ, cõtinuò animalia illa quatuor, necnon & viginti quatuor ſeniores, gaudio magno affecti ſunt, & tangentes ci-

A citharas ſuas, ad ipſius agni pedes ſunt prouoluti, ſummas illi pro tam inſigni beneficio agentes gratias.

Singularis loci huius declaratio.

¶ Profundiſsimum certè eſt ſacramentum hoc, atque nõ minùs ſingularis lectio, qua in hac admirabili viſione homines erudiuntur, vt iam rectè intelligant, quãtus ſit huius excellentiſsimę humilitatis valor, qua veſtiri habet cõcionator quiſq;, qui in ſacrarũ litterarum lectionem atq; ſecretum ingredi habet. Ex hac quippe hiſtoria deſignatur apertè, nullum idoneũ reperiri, qui ſcripturæ ſacræ ſigillum ſoluat, niſi prçcisè ille, qui humilis extiterit. Nã liber hic clauſus, quem euangeliſta ſeptem ſignatum ſigillis vi- B dit, totum eſt ſcripturę ſanctę volumen, quod nimirùm volumen, ambo vetus & nouum teſtamenta comprehendit: vbi ſeptem Eccleſiæ ſacramẽta ſunt clauſa, quorum virtute lauanda, atque redimenda venerant totius mũdi peccata. Attamẽ nec in cælo, neq; in terra, idoneus aliquis repertus eſt, qui hoc ſoluere ſacramẽtũ, veteriſq; teſtamẽti corticẽ frãgeret, illãq; ſacrificiorũ & præceptorũ legis obſcuritatẽ aperiret, niſi ſolus verus ille agnus, qui pro noſtris fuerat mortu⁹ peccatis. Vbi

Simile.

C ſignificãter euãgeliſta Ioãnes in his duobus verbis, ſcilicet, agnus & mortuus, profundiſsimã domini noſtri Ieſu Chriſti adũbrat humilitatem: qua quidem virtute librum hũc aperire meruit, atque A ſacramenta hęc, & myſteria, quæ retro actis tẽporibus homines reſerata videre tam anhelauerant. Agnus namq;, animal quoddã eſt manſuetiſsimum, domeſticum, & tractabile, nimiſq; paſtoris imperio deditũ: neq; enim mordet, aut recalcitrat, neq; in aliquo vnquã reſiſtit: quę omnia vera ſunt, veri humilis inſignia & cõditiones. Prçtereà etiã in morte hui⁹ agni, ſignificatur nobis obedientia illa ſumma, & profundiſsima ſubiectio, qua Chriſtus redẽptor noſter patri ſuo tã ſubditus extitit, eligens potiùs pro hominum ſalute propriã exponere vitam, quã eius prçterire mandatũ. Quod profectò opus, inſignis quędam eſt humilis veri conditio, ſcilicet cedere potiùs vitę proprię, quã fidelitatẽ & legis obedientiã, quã Deo debet, violare. Hinc ſatis intelliget Euangelicus cõcionator, qualis in ſcripturę ſanctę ſtudiũ ingredi habeat, vt eius myſteriũ & ſigillum ſoluat. Debet enim eſſe agnus, & mortuus, quia ſe huius profundiſsimę humilitatis habitu veſtiri oportet. Itẽ etiam mortuus, nam mortuus ingenio ſuo, mortuus ſuę humanę ſapiẽtię, & tandẽ in omnibus ſuis viribus & potentijs mortuus tenetur exiſtere. Totuſq; mãſuetus, humilis, domeſticus, & tractabilis eſſe debet, ſolũq; diuinę cẽſurę relict⁹. Huic enim ita diſpoſito viro & concionatori, reſerabitur liber hic:

Simile.

Humilitatis inſignia.

Simile.

B

Qualis concionator eſſe debeat.

C

A atque dignus erit, vt intelligat quidquid pro ſalute hominũ in his ſeptem Eccleſiæ ſacramentis eſt clauſum.

¶Et vt iam Euangelicis prece ptoribus negotium hoc ſatis ſuadeamus, videlicet, ꝙ qui hoc ſanctiſsmũ prędicationis officiũ ſibi habẽt aſſumere, primũ omniũ per hanc humilitatis ianuam ingredi debeant, derelicta prorſus, atq; à ſe procul abiecta & conculcata ingenij ſui confidentia: hoc tandẽ animaduertendũ eſt, quòd ſemper Deus in cõcionatorũ atq; prophetarũ electione, hac humilitate & ſui abiectione vſus eſt.

B Nam eos, quos ad hoc prędicationis munus eligere dignatus eſt, priùs in terra proſtrauit, vt eos à ſuarum potentiarum cõfidentia denudaret: quaſi totũ eorũ velit naturale confundere, & conſumere. totumq; eorum eſſe ſibi de nouo præſtare. Vt ſic manifeſtè homines agnoſcant, quàm parũ ſibi conducat ingenij ſui atq; potẽtiarum ſufficiẽtia, ad hãc ſanctiſsimam legis ſuæ prędicationẽ, niſi cùm dominus pręſtare dignabitur. Quod ꝑfectò manifeſtè apparet in illa Ezechielis prophetę viſione, quę tertio adducitur capite. Cũ enim Deus in legis ſuę pręceptorem illum inſtituere decre-

Mirum Dei artificiũ, in electione cõcionatorũ.

Figura, Ezechielis. 3.

C uiſſet, ne ipſe ꝓpheta in aliquod arrogantiæ vitium ex ipſa officij magnitudine incurreret, exiſtimãs, ſibi ipſi ſufficere poſſe ad tã altũ & inſigne prophetiæ atque prædicationis officiũ: magna voce eum quaſi ſomnolẽtum excitauit, dicens: Fili hominis, egredere in campum, & ibi loquar tecum. Quem cùm foras eduxiſſet, maximo mirabilique ſplendore illum circumfulſit. Qui totus tremens in terram corruit, manibus ipſis & buccis terrę adhęrẽtibus, nec non & cõpedes in eius miſit manus & pedes: cuius etiam linguã palato adhærere fecit, atq; os mutum reddidit. Cui tandẽ Deus in terra proſtrato ſic exorſus eſt: Ecce fili hominis excitare, & attende, quã miſerabilis & debilis ſis naturę, niſi te peculiari fauore & mea veſtirẽ gratia. Quapropter vt intelligas, quãtæ celſitudinis, hoc ſit prædicationis donum, ad quod te hodie eligere dignatus ſum, atque id quod ex te eſt, nullius eſſe momenti perpendas, niſi meo dũtaxat fueris innixus auxilio: in medio domus tuæ manebis incluſus, oculis excęcatus, lingua mutus, adhęrenſque terræ manibus, pedibuſque ligatus. Vt vel ſic iam ſatis perſpicias, nec linguã tuam, nec manus aut pedes, neque etiam vires omnes naturales, ad hoc tam cæleſte opus, aliquid pręſtare poſſe, niſi dum mihi vtique placuerit, te ſolutum & habilem reddere: & niſi quando te ad ea, quæ hoc cæleſte opus concernunt, diuinitus docere decreuero, & niſi cùm ego linguæ tuæ vinculum, atque manuum, pedumque compedes

Concionãdi mirabile donum, in manu Dei.

A pedes ſoluere decreuerim: tunc præciſè ad officij huius exequutionem idoneus exiſtes. Qua de cauſa, te hominis filium ſtatim in initio compello, vt agnoſcas nullam aliam in te maiorem ſuffiĉiētiam reperiri, quàm fragilem eſſe hominem & caducum, quandoquidem terra es atque vermis, debilis & omnino inconſtans: vt dum in tuæ naturæ miſeriam oculos conieceris, intelligas quã in te exerceo magnificentiam in hoc, vt ad tam excelſum prædicã B tionis munus te aſſumpſerim.

Figura, Actu.9. ¶ Et hoc fuit notabile illud, atq; mirabile opus, quod Actuum. 9. cap. adducitur, quod Chriſtus cũ apoſtolo Paulo diuinitus operatus eſt. Volens ſiquidem eum diuina maieſtas ſuæ euangelicę prędicationis electũ vas conſtituere in ipſo itineris progreſſu, quo totus furijs inuectus incedebat, vt quos inueniret chriſtianos oẽs in compedibus alligaret, & chriſtianam oppugnaret religionem, ſuæ ſolum humanæ ſapientiæ fi- C dens: Subitò circumfulſit eũ lux de cælo, quem in terram proſtrauit, eumq; oculorum lumine priuauit. Qui tandem ad hoc humilitatis genus peruenit, vt totus tremens ac ſtupefactus, viriũ ſuarum atque ingenij confidentia à ſe penitus excuſſa, totum ſe diuinæ voluntati ſubiecerit, dicens: Domine quid me vis facere? Ac ſi apertius dixiſſet, nihil in me remanſit, aut ingenij, ſiue naturalium virium, quibus ego confidere poſſim, ſed me omnino diuinę tuæ maieſtatis imperio trado, vt A quicquid in me operari digneris totis viribus libẽter amplectar. Quem deniq; ſic Deus à ſuo proprio eſſe penitus denudauit, atq; à ſuis priſtinis moribus, & naturæ malignitate exuit, veterẽque expoliauit hominem, vt nihil in eo penitus eius quod anteà erat, remanſerit virium: ſed cum prorſus conſumpſerit, nouumque ex integro ſuſcitauerit hominem, B ſimul atque nouum ſpiritus ſancti organũ leuauerit, vſque adeò, vt ipſe de ſe ipſo dixerit, ad Gala. 2. capi. Viuo ego iam non ego, ſed viuit in me Chriſtus: nã nullum (inquit) aliud eſſe in me ſentio, quàm Ieſu Chriſti mei redemptoris eſſe. Nec ſolùm à ſuis viribus, honore & mũdi valore ſe eſſe exutum cõfeſſus eſt, ſed etiam ab omni humana ſapientia, quã antea in ſęculo fuerat conſequutus. Quia pro nihilo ſane duxit, quicquid ad Gamalielis pedes priùs didicerat, præter eam dumtaxat C ſciẽtiam, quã hic Deus de vnigeto filio ſuo Chriſto redemptore noſtro, communicauerat. Quem admodum ipſemet fatetur, prima ad Corinthios epiſtola, cap. 2. cũ ait: Non enim me iudicaui aliquid ſcire inter vos niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixũ. Res profectò admiratione admodum digna eſt, cõtẽplari hoc tã admirabile opus, quod in homine hoc

Expoſitio. Gal. 2.

Expoſitio. 1. corinth. 2.



ALEXANDER ... FERDINANDVS ...

A diuina maieſtas operari dignata eſt: quandoquidem eum ab omni penitus mundano eſſe expoliauit

Simile.

vt nouam prorſus euangelij ſui tubam ſuſcitaret: vt inſigne hoc factum, profundiſsimæ eſſet in eo humilitatis cauſa, cæteriſq; Chriſti euangelicis concionatoribus ſingularis eſſet lectio, & exemplar vt ſuæ humanæ arrogantiæ pompam dimittentes, in hoc ſanctiſsimum prædicationis officium humiles, & à ſe ipſis penitus exinaniti ingrediantur.

B

¶ Hinc eſt, ꝙ ſi per omnē Chriſti legem oculos ſparſerimus, reperiemus quidem vt plurimum, tam in nouo quàm in veteri teſtamento, quotieſcumque Deus in hoc ſæculo decreuerit aliquid ſecretorum ſuorum, ſiue cæleſtis ſapiētiæ hominibus impartiri, hoc in ſomnijs propè ſemper accidiſſe: quaſi volens homines ipſos inuenire, à ſuo ſenſu & naturalium potentiarum vſu penitus alienos. vt ita in hoc humiles remanerēt ne quādoq; aſſerere poſſēt, huius

quare in ſōnis facta prope ſemp reuelatio.

C

adinuentionem ſapientiæ, ſui ingenij opus extitiſſe. ſed compertū ſibi omnino eſſet, ſolùm diuinæ voluntati tribuendum eſſe, eiuſq; diuinæ prouidentiæ concedendum, quòd ſapientiam talem in eis repoſuiſſet, & ꝙ miraculoſe ſolus ipſe his diuinis veritatibus eos veſtiebat, abſque eo ꝙ eorum naturales ſenſus & vires in cauſa eſſent, diuinam hanc ſapientiam obtinendi. Vnde in. 3. Regum libro, cap. 3. de Salomone habetur, ſapientiam quæ ſibi à Deo mirabiliter præſtita fuit, in ſomnis recepiſſe.

A

Expoſitio 3. Regum. 3.

Cui iterum iuxta hiſtoriā tertij libri Regum cap. 9. Dominus in ſomnis apparuit, vt eum circa ea quæ ad diuinum religionis cultum, atq; regni ſui gubernationem attinebant, inſtrueret.

3. Reg. 9

Figura. gen. 26.

Prætereà Geneſis ca. 26. habetur, ꝙ Iſaac dormienti in nocte, dominus apparuerit, vbi eūm in itinere quod agebat confortauit, & beneficia quàm plurima, atq; miſericordias, quas in illū & in poſteros ſuos exercere habebat, edocuit.

B

Figura, num. 12

Huic etiam concordat hiſtoria illa, quæ numerorum capi. 12. habetur, de Moyſe, qui cum ipſe & Aaron frater eius ſoli in tabernaculo templi conſediſſent, ſubitò in nubis caligine ad eos dominus deſcendit, vt eis nimirū modum & formā exponeret, qua veros domini prophetas dignoſcere haberēt. Quibus in hęc verba loquutus eſt: Si quis fuerit inter vos propheta domini, in viſione apparebo ei, & per ſomnium loquar ad illum.

Figura, gen. 28.

C

Eſt etiam in hāc eandem ſententiam celebris illa Iacob hiſtoria, quæ refertur Geneſis ca. 28. quia cum ſanctus hic Patriarcha ſuper vncto lapide dormiret, mirabilem illam ſcalā in ſomnis vidit, per quam angelos aſcendentes ad ſe, & deſcendētes conſpexit, ipſumque Deū, qui in ſummo ipſius ſcalæ ſedebat: quem inde mirificè confortauit atque

A atque ſui generis propagationem ei promiſit. Accedit etiam hiſtoria illa diuina & mirabilis admodum, quam euangeliſta Ioannes refert Apocalypſis,cap.1. Qui cũ in ſpiritu raptus eſſet,&à ſuę carnis & ſanguinis ſenſibus alienatus,reuelauit illi dñs in pathmos inſula omnia illa profunda & obſcuriſsima apocalypſis myſteria. Ex quo ortum habuit vt euangeliſta hic diuinus in relatione diuinorum myſteriorum, omnibus alijs excelluerit euãgeliſtis. quod nimirum non ab alio dimanauit

Figura. Apoc.1.

B fonte, niſi ab illa tam peculiari, & dulciſsima familiaritate, quã illi Chriſtus redemptor noſter exhibuit,cum in ſacratiſsima illa cœna, ſicut ex Ioanne. 21. cap. cõſtat ſupra domini pectus reclinatus obdormiſſet: vbi omnem illam ſapientiam imbibit, quam poſtmodum in ſui euangelij enarratione oſtendit. Hinc ergo ponderandum maximè accedit hoc Dei mirificum artificium, quo cum hominibus vſus eſt:quòd videlicet ſuæ diuinæ ſapientiæ theſauros propè ſemper non niſi in ſomnis,dormiẽtibus hominibus reſerauerit, vbi à corporis ſenſibus omninò eſſent alieni. Hoc ta-

Expoſitio. Ioãnis.21.

C men in hunc pręciſè finem,vt tã prophetas,quàm euãgelicos prædicatores, in hanc humilitatis formam induceret: nempe vt intelligant, quàm parum eorũ præſtent corporales ſenſus,vel ingenium, aut naturales aliæ vires,

Ingenio ſa ratio.

A ad penetrandum verum diuinarum litterarum ſenſum & virtutem, & quòd nudos, expoliatoſq́, omnino à virium ſuarum confidentia,ſe diuinę maieſtati pręſentare oportet,vt Deus illis cognitionem talem & ſapientiam impartiri dignetur. Et hac de cauſa (ut habetur Matthęi capite.7.) præueniẽs Deus eos,qui legis ſuę deberent eſſe præceptores,& qui in hanc ſcripturę ſuæ officinam ingreſſuri erãt,ne ſine huius humilitatis fræno,hanc aſſumerent profeſsionem,ſalubre admodùm documentum eis pręſtitit,dicẽs: Quęrite & inuenietis,pulſate &

Expoſitio. Matthæi.7.

B aperietur vobis. Pulſate (inquit) meę voluntatis ianuam:nulla ſiquidem alia porta eſt,intra quam diuina hęc ſacramenta claudantur,quàm meum beneplacitum. Vnde eo ipſo quòd pulſare pręcipit,clauſam eſſe ianuam pręſupponit,atque ſcripturę ſanctæ diuitiarum Deum eſſe verum dominum demonſtrat. Vbi concionatoribus minimè permittitur, frãgendo fores violẽter intrare,niſi priùs maieſtatis diuinę obtenta facultate: quia ſolus ipſe theſauri huius, tanquam verus dominus, claues poſsidet.

C

## ¶CAPVT. XXV. DE hæreticorum erroribus, in quos, humilitatis huius defectu, deuenerunt.

SED ut iam ex integro innoteſcat nobis huiuſcemodi veri-

A

tas, & quantum eius clara intelligentia pōderet, tum ad ſacræ ſcripturæ auctoritatem, tum etiam ad rectum euangelici concionatoris officium, vt illud non niſi hac humilitatis virtute infrænatus ingredi audeat, ſententiā hāc omnium priſcorum hæreticorū experientia confirmare valebimus.

Fons hę reſum.

Quorum ſanè principalior morbus ac peſtis, ex hoc ſolum fonte originem duxit, quia videlicet ingenio ſuo fidentes ſuperbi

Simile.

& arrogantes, litteras ſacras auſi ſunt ſibi aſſumere, & in hanc ſacram lectionem quadam temeritate & violentia ingredi, quaſi ip-

B

ſius ſcripturæ frangēdo fores, exiſtimātes quidem, has diuinas veritates, contra earum veri domini voluntatem, diabolica quadā audacia penetrare poſſe. Vnde maxima eſt orta tempeſtas, necnō & eccleſiæ catholicæ turbatio, non modica ſubſequuta eſt. ipſis autem hæreticis intolerabilis ge-

C

hena, & flammarum infernalis pœna conſequuta: quandoquidē luent, nō ſolum pro ſe pœnas, ſed pro eis etiam, qui ipſorum cauſa in viam Cain abierunt. Neq; huius tanti mali alia extitit cauſa, niſi quia in ſtudio ſcripturæ ſanctæ, hanc humilitatis formam ne vtique ſeruarunt.

Dux hæreticorū Arrius.

¶ Inter quos tanquam dux, & omnium Achilles, fuit peſtilentiſsimus ille Arrius, vir quidem alioqui humanarum litterarum peritus, atque ex alia parte religionis ſpeciem tenēs: ſed quia temerariè ſuum propriū eſt ſequutus ſuperbiæ ſpiritum, atque humano ſuo eſt confiſus ingenio, necnon & ſuæ propriæ ſentētiæ crinibus ſemper adhæſit, nollens eam ſanctorum atque ſacrorum conciliorum cenſuræ ſubmittere, in quandam enormem peſtilentemque incidit hæreſim. Ad quam tum propter doctrinę eius opinionem, tum etiā ob religionis fucum, quem præ ſe exterius ferebat, atque ſanctimoniæ imaginē, quā hominibus ſimulatè ꝑdicabat, infinitam ad ſe hominū multitudinem adduxit. Qui diu catholicam infeſtauit eccleſiam, quouſque immenſa Dei clementia, & ſpiritus ſancti cōcurſu, qui huic negotio peculiare præſtitit auxilium, & diuinam liberalitatis ſuæ porrexit manum, & qui ſanctis patribus in concilio congregatis peculiariter affuit, radicitus hæc fuit ab orbe auulſa hæreſis.

Simile.

Simile.

Macedonius.

¶ Huic ſucceſsit ſtatim Macedonius, non minus quàm prior eccleſiæ ſanctæ nociuus hæreticus: qui ingenij ſui libertatem ſequutus, famoſam aliam hæreſim ſuſcitauit, quę tēporibus multis fidei catholicæ moleſta fuit. Ab his ergo duobus, velut à principaliori fonte cōtinuò dimanauit aliorum grandis hæreticorū claſsis: qui omnes ſuæ infatuatæ ſententiæ pertinaciter dediti: ſuoque proprio ſpiritui adhęren-

tes

A tes, multos varioſq́; per vniuerſam Eccleſiam diſſeminauerunt errores: quibus adeò chriſtianitatem infecerunt, vt ad vſque noſtra hęc tempora (noſtris permittentibus, demeritis) contentionem in ſancta diſſeminauerint Eccleſia, atque Chriſti fideles inquietauerint.

Alij hęretici.

¶ De horũ igitur numero fuerunt Neſtorius, Eutyches, Eluidius, Iouinianus, Donatus, Pelagius, Vuiclef, cum reliqua hęreticorum caterua. Quorum aliqui tam inſenſati extiterunt & amentes, vt auſi ſint Apoſtolorum au-B ctoritati ſe ęquiparare: & etiam tam impudẽtes, vt cum ipſius ſpiritus ſancti natura ſe conferre nõ ſint veriti. Quemadmodum Aëtius hęreticus extitit, qui vſque adeò de ſe ipſo pręſumpſit, vt raſa fronte dixerit, quòd arcana, cæteraq́; myſteria, quę in ſancta ſcriptura Chriſtus apoſtolis ſuis celauit, ſibi ſoli reſerauerit: ſic enim habetur in libro. 5. Tripartitę hiſtorię, capite. 42. Huic ſtatim ſucceſsit alius, qui in tam nefandam incidit blaſphemiã, vt dicere attentauerit, quòd ipſemet erat ſpiritus ſanctus, ſicuti eſt videre in libro. 5. hiſtorię Eccleſiaſticæ, capite. 14. Vt ex hoc apertè iam videamus, in quos ſcopulos, atq; deC liramẽta, homines ingenij ſui adducit confidentia. Et ne tempus conſumamus in enarrãdis ſolùm antiquorum erroribus, in tãtum ſe morbi huius contagium extendit, vt aerem ipſum vſque ad noſtram infecerit tempeſtatem, in qua pariter ſeſe erexit infernalis hic ac diabolicus Lutherus, qui non minus quàm cæteri omnes, arrogans atque blaſphemus ſemper extitit: qui ſi non in toto, vel in parte ſaltem omnium aliorum hæreticorum hæreſes ſuſcitauit. Cuius ſanè perditio tota hinc nata eſt, quia diabolicam quandam ingenij ſui libertatem ſemper in ſacræ ſcripturæ intelligẽtia oſtẽtauit, de ſe ipſo præſumens, quòd in ſancta ſcriptura plus intelligẽtiæ obtinere poſſet, quàm ſancti omnes. Et adhuc apertiùs ſuã manifeſtat inſolentiam & venenum, cùm dicit, quòd ſpiritus ſanctus, B qui in ſanctiſsimis Eccleſiæ doctoribus reſidet (quemadmodum fuerunt Hieronymus, Auguſtinus, Gregorius, & Ambroſius) quos in Eccleſia Deus cõſtituit, vt ſcripturæ ſanctæ verum obtinerent ſenſum, in ſe ipſo etiam reſidet: affirmans ſe hunc eundem (ſicut cæteri ſancti doctores) ſpiritum ſanctum poſsidere. In quo luce clariùs inverecundi huius hominis blaſphemiæ virus aperitur: quandoquidem compertiſsimum eſt, quòd ſola hæc ſententia in cauſa eſſe debet, vt ab eo ſpiritus ſanctus penitus aufugiat. C Nã diuinus hic ſpiritus minimè habitare conſueuit, niſi in his qui à ſui æſtimatione vacui reperiuntur, atque in eis, qui gratiarũ ſpiritus ſancti ſe indignos fatentur.

Ingenij cõfidentia, hęreſim parit.

Hiſtoria Tripartita.

Hiſtoria Eccleſiaſtica.

A Simile.

Luther' omniũ hęreſes ſuſcitauit.

Hieron. Auguſt. Greg. Ambro.

Simile.

Habitaculũ ſpiritus ſancti.

Ex

A Exqua maledicta præſumptione deteſtabiliq; ſuperbia, diabolicus hic vir erga ſanctum Dei Euāgelium, ſanctosque Eccleſiæ doctores, reſpectum atque reuerentiam omnē perdidit, vniuerſam Christi legem in fœtidiſsimam carnis & ſanguinis libertatē cōuertens: quam profectò licētiam peccatores omnes ſummo opere appetūt, ad ſui ipſorum beſtialis appetitus ſatisfactionem. Et hac de cauſa tam libenter eius peſtifera ſecta, ab omnib' eſt tā cōcorditer amplexata, quia videlicet B ſuę carnis & ſanguinis legibus conformis eſt. Concordat ſiquidem ſentētię, quam ipſi auidiſsime cupiūt, quæ nimirùm eſt, moleſtum à ſe legis excutere iugum, & carnis delicias, mundique pōpam & honores liberè proſequi.

Arma lutheri, libertas carnis & ſanguinis.

Notādū valde.

¶ Expedit igitur, ad hoc vt cōcionator ſiue quicunque alius diuinarum veritatum præceptor, in hanc diuinæ ſcripturę ſiluam (ſicuti decet) ingrediatur, à ſuo proprio ingenio & ſententia penitus eſſe denudatū: & quòd poſtquam ſanctorum libros conſuluerit, atque vigilias multas continuis ſtudijs expenderit, tum etiā orationibus aſsiduis inſudauerit, tunc temporis inquam oportet, vt concionator talis profundiſsi C mam quandam humilitatis virtutem induat, diuinę ſe voluntati pręciſè ſubijciens: & quodam reuerentiali timore, ſacrā ipſam ſcripturam ſemper venerādo. Et veluti verbis ab ipſo Dei ore prolatis, ſummam exhibeat reuerentiam decet: quādoquidem verba ſunt, in quibus cordis eius ſecretū eſt clauſum. Atque iuxta hanc humilitatis & reuerentię formā, ſtatim veram inquirat diuinarū veritatum intelligentiam & ſpiritum. Quam profectò humilitatis formam, & exemplar, à doctiſsimis illis ac ſanctiſsimis viris deſumere poſſumus, videlicet, Baſilio magno, & Gregorio Nazianzeno: de quibus Eccleſiaſtica refert hiſtoria libro.11.cap.9. quòd reiectis procul à ſe omnibus Græcorum profanis hiſtorijs, in ſanctæ ſcripturæ libris ſe dumtaxat exercebant. Quorum intelligentiam, non ſuo proprio ingenio fidentes indagabant, ſed auctoritati, atq; maiorum ſuorum ſcriptis credentes: neque verò omnium ſcriptorum, ſed eorum dumtaxat, qui temporum diſcurſu, ex ipſa Apoſtolorum traditione ſapientiam hanc, & ſcripturæ ſenſum accepiſſent. De quorum numero potiſsimè fuerūt omnes quatuor Eccleſiæ doctores, quos profectò ſpiritus ſanctus in pręceptores, & ſuæ legis organa præciſè aſſumpſit. Et hanc eandem humilitatis viam inſequuti ſunt ſemper ſancti omnes, qui ſacras has litteras tractarunt.

Concionatoris ſtudiū.

A Baſilius. Gregorius Nazianzenus. Eccleſiaſ. hiſtoria. B C

## ¶CAP. XXVI. QVOMODO concionator hāc humilitatis virtutem aſſequi poterit.

Verum

A VERVM tamen non parua ſeſe ingerit hic difficultas, de modo videlicet, quo hanc humilitatis virtutem concionator aſſequi poterit, vt in ſacrarum litterarum lectione, humilis, atque ſuo ingenio & ſententia exutus, intrare valeat. Nam vndique profectò validiſsimis circundatur occaſionibus, quæ eum in hoc ſanctiſsimo prædicationis exercitio euaneſcere compellũt. Ex vna ſiquidem parte adeſt ſapientia ipſa, de qua quotidie ediſſerit, tam admirabilis & diuina, vt de ſe nata ſit ad huiuſmodi leuandum concionatorem in aliquam ſuperbiæ inflationẽ.

Occaſiones cadẽdi in cõcionatore.

B Ex alia autẽ parte, adeſt ipſius loci maieſtas, nec non & totius populi applauſus, & reuerentia maxima, quam ei, tanquam legis pręceptori exhibẽt. Ex alia verò parte adeſt prętereà naturalis ſui appetitus arrogãtia, qui ſemper honoris cupidus extitit. Ac demũ ex alia, eſt in promptu ipſius concionatoris vanitas, & curioſitas: qui vt plurimũ de ſuo pręſumẽs ingenio, noua dogmata ad ſolam ſui oſtentationem demõſtrare populo appetit.

C Quæ vtique omnia vſque adeò validiſsimę ſunt tentationum procellę, vt eum in manifeſto ſubmerſionis periculo cõſtituant, niſi Deus ſua benignitate, liberalem auxilij ſui manũ illi porrexerit. Quod niſi hoc diuinæ clementiæ auxilium illi affuerit, ſufficiẽtiſsimæ ſunt atque terribiles admodũ pręſtitę hic occaſiones, vt paſsim Euangelicũ pręceptorem concutiant, & ab officij huius recto tramite deuiare compellant, eumque inanem, vaniloquum, & honorem anhelantem potiùs, quàm animarum lucrum quęrentem, reddant.

Simile.

A Ideoque operępretiũ erit videre, quis concionatori poſsibilis erit modus, vt qui tam miſerabilem, fragilem, & caducum, ac denique tãta vndarum procella circundatum, ſe conſpicit: naturæ ſuæ poſſit, & appetitus rigidam domare ceruicem, & quoniam tam felicẽ ſortitus eſt partẽ, vt Deus in Euãgelij ſui pręceptorem eum vocare dignatus ſit, inquirendum meritò erit, qua via noſter hic concionator incedet, vt hanc humilitatis excellentem viam cõſequi valeat, & in hoc tam ſanctum, & graue euangelicæ prædicationis officium, humilis, manſuetus, & prorſus voluntati diuinæ ſubiectus ingrediatur, atque inter tot concutientium procellarum pericula ſe cõſeruare ſciat: vt in cacumine huius tam eminentis loci poſitus, ſic Deo obſequium pręſtare valeat, vt tamẽ ſui ipſius iacturam nõ patiatur.

Simile. Simile. B Simile.

C Nam etſi de quàm plurimis concionatoribus pręſumendum ſit, illis curę eſſe, habilitatem, & ingenium ſuum (ſicuti religioſos decet viros) hac humilitatis virtute temperare, vt ſic officium ſuũ dignè pro ſuo poſſe exerceant, quandoquidẽ

de

A de paucis quidem, ſiue de nullo, fateor, tãtum præſumo flagitium & dedecus, vt tam inſanè & malignè hoc ſibi munus vſurpare velit, quem non ſua tandem proclamet, & accuſet conſcientia, vt religioſè & ſanctè hęc omnia pertractet, & quòd tãdem Euangelicam hanc doctrinã proſequatur, ſi nõ vt Apoſtolus, ſaltem vt Dei timoratus vir, eſtò inquam hoc pro comperto habeam: ſed tamen vehementer ſuſpicor, quòd cùm in ipſorum natura innatũ ſit præſumptionis hoc, & vanitatis vitium, atque mundi honor & pompa, ꝙ etiamſi quotidie cum huiuſcemodi vitijs chriſtianus luB ctetur concionator, deniq; tantus eſt ipſarum occaſionum concurſus & vexatio, vt maximè timẽdum ſit, ne à ſuo vincatur importuno honoris appetitu. Quo fit, vt quãplurimi (ſi nõ omnes) arrogãter & vanè ſanctiſsimum hoc prædicationis officium ſibi vſurpent: quod proculdubio, manifeſta aliorum, & ſui ipſorũ perditionis eſt cauſa.

Grego. ¶Ob hoc ergo diuus Gregorius ſuper Ezechielẽ homilia octaua, ſingularẽ quãdam lectionem texit, quam ſi concionator quiſque C attentè perſpexerit, ſufficientiſsimum illi erit medicamẽ, quo naturæ ſuę rebellionem edomet, atque ſuperbiæ ſuæ extenſa colligat vela. Eſt igitur eo in loco celebris huius viri ſingulare docu Simile. mentum, quòd videlicet prædicator quiſq;, cùm ad prædicationis A munus & ſcripturæ ſanctæ lectionem ſe accinxerit, ante omnia diuinam ipſam maieſtatem attẽtiſſima cõſideratione cõtempletur, atque illico ſuam humanam ſciẽtiam cũ ipſa diuina ſapientia cõferat, ita vt ſingula ſingulis opponat: ſcilicet humanum ſuum ingenium, diuino: naturales gratias diuinis: habilitatẽ ſuam, diuinæ: humanas vires, diuinis. Ita vt nihil vel gratiæ, vel naturalis doni in ſe relinquat, quod nõ cũ diuina ſapientia cõponat. Et tũc in Deo ipſo tanquã in lucidiſsimo ſpeculo, fœditates oẽs, & ſuæ naturæ miſeriæ comparebunt, & quã ſit indignus hoc prædicationis munere deprehẽdet. Quę profectò contẽplatio in cauſa erit, vt B ſuperbus naturæ eius appetitus comprimatur, & in præſentia diuinæ maieſtatis humilietur. Cõfirmat autem ſententiam ſuam egregius hic vir, illa admirabili viſione, quæ Ezechielis capite primo adducitur. Vbi fertur, ipſi prophetę quatuor apparuiſſe animalia, admirabili quadam põpa alas extendentia, ſupra quorum capita regalis quidam eminebat thronus: tempore autẽ quo ipſa volabant animalia, vocẽ magnam ſupra firmamentum audiebãt, & ſtatim ad ipſius vocis emiſC ſionem omnino volare ceſſabãt, alasq; ſuas colligebant, necnon & capita omnia throno ipſi ſubmittebant. Per hæc ſupradicta ani-

Mirabilis induſtria, acquirẽdi humilitatem.

Simile

Figura, Eze. 1.

A animalia, ſancti omnes doctores, qui hunc ſcripturę locum interpretantur, ſcripturæ ſanctæ miniſtros intelligũt, ſicuti ſunt prædicatores, cæteriq; qui diuinæ legis ſunt præceptores. quorum extenſæ alæ, quibus in altum volãt, ſapientia ipſa eſt, quam illis Deus in ſcripturæ ſuæ ſanctæ lectione communicat. Nam ad eum modum, quo aquila alis ſuis in ſublimem ſe tollit locum, necnõ & ſupra omnia terrę infima ſe erigit, quouſq; montes omnes & ſuperba ædificia ſubigat: quæ velut regina & omnium domina, alarum põpa maxima ſuper omnia volitat, & quaſi deſpectui habet quicquid ſub ſe continet: pari forma B cæleſtis hæc prædicatoris ſapientia, alæ potentiſsimę ſunt, quibus ſupra omnia eleuatur, & ad ſydera vſq; in altum ſe extollit. Quæ quidem alæ tanquã regem & omnium dominum, ſupra mundi terrena hæc, illum portant: quia ſæculi huius rerum omnium naturam, fragilem admodùm conſiſtere intelligit, & quòd niſi ipſius Dei, nullũ aliud in orbe toto alicuius ponderis vel momenti reperitur eſſe. Et in hoc maximè C vir ſapiẽs ſemper idiotam hominem antecellit. Sapiens nãq;, tanquã ſtercus omnia iudicat, & pedibus ſuis cõculcanda cenſet: inſipiens autem ècõtrà ſub earum pedibus commoratur. Et hoc eſt quod de illuſtrib⁹ his viris Iſaias propheta cecinit capite. 40. dicens: qui autem ſperant in domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, volabunt, & non deficient. Quia qui diuinæ maieſtatis habent cognitionem, in eiuſque confidentia ſedent, mutabunt omnino vires: nã vice corporalis huius fortitudinis, necnon & loco ſapientiæ rerum naturalium, aſſument aquilarum pennas. Quæ nimirũ omnipotentis Dei ſupercæleſtis ſapientia eſt, quę illis tanquam de argentatæ pennæ, deſeruiet, quibus ſupra omnia mundi terrena mirabiliter ſe extollat: quia ea omnia profectò paruipendet, atque ſub pedibus ſuis ſtatuet. De quibus iterum idem propheta, B quaſi de eorum ſapientiæ altiſsimo volatu ſtupefactus, capite. 60. ſic ait: Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas. Quibus verbis nihil aliud hic propheta deſignat, quàm eorum altiſsimum pennarum volatum, quo ſupra omnia hæc terrena & caduca, cum ipſa (quam obtinent) Euangelij ſapientia ſe ſublimãt. Et ſicut hoc mirabile hominibus apparet, quòd nubes, quæ ex tam infimis terrę vaporibus, congelãtur, poſt modùm ſupra terram ipſam, de C qua genitæ ſunt eleuentur: Sic etiam mirum admodùm videtur quòd cùm ſancti omnes de terra, velut nubes, orti ſint & formati, poſtmodùm hac diuina ſapiẽtia veſtiti, ſupra ipſam terrã, de qua ſumpti

Simile. Simile. Expoſitio. Iſa. 40. Simile. Expoſitio. Iſa. 60. Simile.

[library stamp: ... ALEXANDER ... FERDINANDI ... VALENTINUS ...]

A ſumpti ſunt, tam mirabiliter eleuentur: & pręterea quòd eadem terrena, quę antea ſupra ipſorum capita erant conſtituta, poſteà eorum pedibus ſint proſtrata & cõculcata. Sunt ergo iſtorum animalium pennę, ſanctorum euangelica ſapientia, qua mirificè ſupra vniuerſum orbem eleuantur. Vox autem quæ ſupra firmamentum illico ſonuit, ad cuius ſonitum alas ſuas animalia complicuerũt, eſt profectò ipſius Dei ſapientia, eiusq; diuinę maieſtatis
B ſplendor: qui incomparabiliter omnia hęc mundi creata excellit: cuius cõparatione, quicquid
Simile. ſapientię homo obtinet, vileſcit: nam ex eo, velut ex infinito diuitiarum theſauro atque proprio
Simile. fonte cætera quę hic hominibus cõmunicantur, veluti riuuli promanant. Erigat igitur euangelicus pręceptor mentis ſuę oculos, eosque in Deum ipſum figat, atque ſummam eius ſapientiam, & gratiarum, perfectionũque inęſtimabiles diuitias contempletur, quas à natura ſibi ipſi maieſtas ipſa vendicat: ſtatimque infimę ſapientiæ ſuę alas colliget, & coram tanta maieſtate humi-
C liabitur. Nam hic profectò inueniet, quòd cùm ipſe ſit creatura, ille creator eſt.

Gregorius. ¶ Quod mirificè ſub his verbis diuus Gregorius, loco ſupra allegato ſuper Ezechielem, homilia. 8. depingit, dicens: Tranſeat ergo animus & ab ipſis tranſcendat omne quod creatum eſt, A & in ſolo creatoris ſui lumine fidei oculos figat, & inueniet quidem, quòd vnus viuificet omnia, qui creauit Deus: quòd vbiq; eſt, & vbiq; totus eſt: quòd incircũſcriptus, & incomprehenſibilis, ſentiri poteſt, & videri non poteſt: quòd nuſquam deeſt, & tamẽ ab iniquorum cogitationibus lõgè eſt: quòd neque ibi deeſt, vbi longè eſt, quia vbi nõ eſt per gratiam, adeſt per vindictam: quòd omnia tangit, nec tamen æqualiter omnia tangit. Quędam enim tangit vt ſint, nec tamen vt viuãt & ſentiant, ſicut ſunt cuncta inſenſibilia: quędam tangit vt ſint, B viuant, & ſentiant, nec tamen vt diſcernant, ſicut ſunt bruta animalia: quędam tangit vt ſint, viuant, & ſentiant, & diſcernant, ſicut eſt humana & angelica natura. Et cùm ipſe nũquam ſibimet ipſi ſit diſsimilis, diſsimiliter tãgit diſsimilia. Quòd vbique pręſens eſt, & inueniri vix poteſt: ꝙ ſtantem ſequimur, & apprehendere non valemus. Ponamus ergo ante oculos mentis, quę illa natura ſit, quę tenet omnia, implet omnia, circumplectitur omnia, ſuperexcedit omnia, ſuſtinet omnia. Neque alia ex parte ſuſtinet, atque alia ſuperexcedit, neq; alia ex parte implet, atque circumplectitur: ſed circumplectendo im- C plet, & implendo circumplectitur: ſuſtinẽdo ſuperexcedit, & ſuperexcedẽdo ſuſtinet. Huius naturæ

A turæ potentiam cùm ſtrictus cogitat animus, vox ſuper firmamẽtum fit, quia eius intellectum cõcipit, quia & angelorum ſenſum ſua incomprehenſibilitate tranſcendit. Cùm ergo vox ſuper firmamentum fit, ſtant animalia, & ſubmittunt alas ſuas: quia ſanctorum mẽtes cùm creatoris ſui potentiam intenta contemplatione conſiderãt, vileſcunt eorum animo virtutes, quas habent: & tantò fiunt apud ſe humiliores, quãto eis illud altius eſt, quod ſuper angelos ſonat. Fortaſſe enim doctores ſunt, ſed cùm cæperint tacita mente cogitare, quæ ſit ineffa-
B bilis Dei ſapientia, quæ mẽtes hominum ſine ſtrepitu verborũ docet: & quomodo hęc eadem ſapiẽtia, ſi auditorum mentes non doceat, vox docentium vacuè laborat: ſua eis doctrina protinus vileſcit: quia neque qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui incrementũ dat Deus. (Expoſitio. 1. corint. 3.) Fortaſſe prophetæ ſunt, ſed cùm tacita mẽte conſiderant, quia prophetiæ ſuę oculo ſimul omnia diuinitatis myſteria penetrare non poſſunt (quoniam ſicut ait Apoſtolus, ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus) (1.Cor. 13.) in illa immenſitate ſecretorum videt, quia parum eſt omne quod vident: atq; ex ipſa
C immenſa altitudine luminis cõſiderant, quam minus ſit illud, quod intento oculo quaſi per rimas viderũt. Deponant ergo alas ſuas, cùm vox ſuper firmamẽtum fit: id eſt humilientur in eo, quod apprehendunt, cùm ſuperna cõſpiciũt, in eis quę apprehendi nõ poſſunt. A Sic Abraham alas depoſuit, qui quãdo loqui cum Deo cepit, puluerem & cinerẽ ſe eſſe cognouit, dicens: Loquar ad dominum meum, cùm ſim puluis & cinis. (Abrahã Gen. 18.) Sic Moyſes alas depoſuit, qui eruditus, omni ſciẽtia Aegyptiorum, mox vt verba domini audiuit, verba ſe non habere deprehẽdit, dicens: Obſecro domine, non ſum eloquens ab heri & nudius tertius: ex quo enim loquutus es ad ſeruum tuum, impeditioris & tardioris linguę ſum. (Moyſes Exo. 4.) Ac ſi apertè diceret, poſtquã à te verba vitæ audio, confuſum me in verbis prioribus agnoſco. B Sic Iſaias alas depoſuit (cuius verba domino ad prædicandum placuerant) cùm eundem dominum cõtemplatus, carbone de altari in ore tactus, ait: Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego ſum. (Iſai. 6. c.) Ecce ad ſuperiora ſubleuat⁹, ſibimetipſi de labiorũ pollutione diſplicuit: niſi enim cæleſtis munditiæ alta conſpiceret, eſſe ſe iudicabilẽ nõ inueniſſet. Sic etiam loquẽte domino Ieremias clamat: A, a, a, domine Deus, ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. (Iere. 1. c.) C Iuxta enim ea verba, quæ audiebat, verba ſe nõ habere cognouerat. Sic Daniel ſublimem viſionem videns, per plurimos dies elanguit, & ęgrotauit: (Daniel. 8. c.) quia & hi qui in virtutibus fortes ſunt, cũ altiora Dei cõſpi-

A ciunt,in ſua ſibimet æſtimatione infirmi atq; imbecilles fiunt. Sic beatus Iob) de quo dominus amicis ſuis dixit: Non eſtis loquuti corã me rectũ, ſicut ſeruus meus Iob) cùm verba Dei colloquentis audiret,reſpondit dicens:Inſipienter loquutus ſum,& quæ vltra modũ excedunt ſcientiã meã. Et paulò pòſt:Idcirco ipſe me reprehẽdo,& ago pœnitentiã in fauilla & cinere. Qui enim quantũ ad homines ſapienter loquutus fuerat,loquentem ſibi Deum audiens,inſipienter ſe loquutum reprehendit:qũia in contemplatione veræ ſapientiæ, ſua ei ſapientia viluit. B Ad vocem ergo deſuper venientem animalia alas deponunt. Quia virtutem Dei, ſiue in natura ſua contemplari requiramus,ſiue in ocultis iudicijs inueſtigare cogitemus, eò quòd alta nobis eius impenetrabilia ſũt, noſtra nobis( ſi qua eſſe bona credebãtur) vileſcunt:& qui inquãtulacũq; ſcientia volare credebamur,inuiſibilem ſuper nos naturam,& impenetrabilia eius iudicia C perpẽdentes,ſubmiſsis alis humiliter ſtamus. Hæc ille.

Iob.42.

¶Hac eadẽ forma,depoſuerũt A alas etiam gloriæ ſuę,viginti illi quatuor ſeniores:ſicut ex Apocalypſis capite. 4. cõſtat. Qui cùm ad vidẽdum agnum,qui in throno ſedebat, oculos eleuaſſent, vt eius tantam cõtemplarentur maieſtatẽ,continuò omnes proprias ſuas deſerẽtes ſedes,ad pedes agni prouoluti ſunt, mittentes coronas de capitibus ſuis,voce magna dicẽtes:Dignus es domine Deus noſter accipere gloriam,& honorem,& virtutem, quia tu creaſti omnia.Hac igitur via,dum concionator Dei maieſtatẽ fuerit cõ B templatus,& in tam altã Dei ſapientiam oculos coniecerit,ſicuti eſt quæ in ſacris litteris continetur:poterit humiliter ante diuinos pedes ſe proſternere,ibique totius gloriæ ſuę & humanę oſtẽtationis & ſapientiæ coronã proijcere,atq; profundè huius humilitatis virtutẽ induere:vt ſic ſuperbiæ ſuæ depoſitis alis, in hoc tam ſanctum grauiſsimumq; concionãdi officium ingredi valeat, ſicuti ad Dei gloriam decet & honorem, atq; ad ipſius C concionatoris perſonæ auctoritatem.

Figura, Apo. 4.

# DE PRAEDICATIONE EVANGELICA.

## LIBER SECVNDVS.

¶CAPVT PRIMVM vbi quid ſit ſacra ſcriptura, ex definitione declaratur.

SVPPOSITIS ergo iam ijs, quę ſuprà in hoc primo diximus lib. videlicet ꝙ euangelicus concionator chr̃iano populo ſacrã ſcripturã vt ediſſerat oportet: & habito B prætereà, quòd vt verum ſcripturæ ſenſum attingat, cõducit quidem vt profundiſsimam teneat humilitatis virtutem: neceſſariũ ſtatim huic propoſito duximus in hoc ſecundo libro declaranda fore aliqua, ſine quibus malè profectò euangelicus concionator, concionandi cathedram exercere valebit. Igitur poſtquàm de ſacra ſcriptura in concione eius debet eſſe ſermo, operæpretiũ erit, vel ſummatim declarare, quid- C nam ſit ſacra hæc ſcriptura. Malè quippe de ea ſermonem texere valebit, niſi priùs ſatis perceperit, quęnam ſcriptura, ſancta appelletur & ſacra. Secundum verò quod meritò neceſſariò examinandum duximus, eſt quidem videre, quæ ſint regulæ & præcepta, ad ſanè & catholicè, diuinam hanc intelligendam ſcripturam: ex quibus eius linguam, verborumque proprietatem dignoſcere poſsimus. Quæ prætereà regulæ tales ſint, quæ ſanctorum etiam intelligentię concordent: cùm ad hoc in Eccleſia ſua eos Deus conſtituerit, vt legis ſuæ lingua eſſent, & ipſius diuini ſpiritus organa, qui in ſacris clauditur litteris. Simile. B

¶Vt igitur ad primum deueniamus, quænam ſcilicet ſcriptura ſancta appelletur & ſacra: eſtò vera & catholica partis huius deciſio ſit, quod ea ſolùm ſacra denominatur ſcriptura, quæ ab Eccleſia tanquam canonica eſt recepta, illiq; dumtaxat libri, ſcripturæ ſanctæ nomen obtinent, quos ſacri Canones atq; Cõcilia approbant. Volens tamen ad diffinitionis formam, hanc reducere cẽſuram, & vt materiam hanc explicatiùs, ad concionatoris propoſitum diſſeramus, diſtinctiuſq; & breuius proprietates eius, atq; excellentiæ nobis innoteſcãt, ſingularem quandã Ioannis Driedonis Driedõ. expoſitionem in pręſentia adducere ſtatuimus: doctoris quidem C egregij ac ſapiẽtiſsimi viri. Qui in primo libro, quẽ de cathalogo ſcripturæ ſcripſit, cap. 1. ſic ait: Sola illa ſcriptura eſt diuina, quę



ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A per ſpiritum Dei eſt aſpirata, & per eos qui per Dei ſpiritũ ſunt loquuti adminiſtrata, pura, integra ſtabilis. Pura quidẽ, hoc eſt abſq; cõmixtione alicuius falſitatis: ſtabilis, quia verbũ Dei verũ permanens in ęternũ: integra autẽ, omnia ferè quę ſunt ad ſalutẽ neceſſaria humano generi commonſtrans, aut per ſe ipſam plano ſermone, aut per eccleſiam catholicam. Quam vt veritatis magiſtrã indicat, iuſsitq; audiri, omnium aliarũ ſciẽtiarum regula, mẽſura, & norma (ſecundũ quã quicquid vel in Philoſophicis, vel in Moralibus, vel in liberalibus artibus, vel in poëtarũ carminibus, vel in

Deſcriptio ſcripturæ.

B oratorum hiſtorijs reperitur, aut cognitione dignum, aut humano generi vtile, flectere oportet, atq; interpretari) propoſita omnibus: tanquam eiuſdem Spiritus ſancti fidele depoſitum, certiſsimis ſuis definitum voluminibus. Ex quibus tota ſanctorum ſchola, tota Prophetarum & Apoſtolorũ Eccleſia, fidei noſtrę aſſertiones cõſtare voluerunt: & quarum ſentẽtias in dubiũ reuocare, iudicauerunt eſſe nefarium. Ex quibus tota ſalutis noſtræ via diſcenda eſt: ex quibus quotidianus vitæ noſtræ panis eſt colligẽdus. Ex qui-

Simile.

C bus aurienda ſunt ſapientiæ ſalutaris pocula: ex quibus Dei volũtas, ſapientia, miſericordia, bonitas, & iuſtitia eſt inueſtiganda: ex quibus etiam corroboranda eſt omnis orthodoxæ fidei veritas. De quibus, vtrùm verũ & rectũ ſit quicquid illic aſſertum reperitur, omnino dubitare non licet. A Eſt quidem inter eccleſiaſticos patres, pia quędam diuerſitas & diſputatio, non de hoc, an in huiuſmodi ſcripturis aſſertę ſententiæ ſint veræ & rectæ: ſed de hoc, quòd earundẽ ſcripturarũ verba vnus ſic, alius autem non ſic, ſed aliter exponit, atque interpretatur. Quibus fit, vt ſit ſancta inter eos quędã altercatio, ſuper earũdẽ ſcripturarũ intellectu: ſed hęc in vnitate ſpiritus, fidei, pacis, & vnitatis concordat: dum pro congruentia temporum, locorum, & B perſonarum audientiũ, vnus ſententias quaſdã catholicas ex propoſitis ſcripturis, alius autem ſentẽtias alias, tamẽ cõgruas etiam fidei & veriſimiles aut catholicas intellexit. Hęc ille.

¶ Hæc ſunt grauiſsimi huius auctoris verba, in ſacræ doctrinę expoſitione. Oportet tamen ad hoc, vt clariorem doctrinæ ſacrę intelligentiã teneamus, vt ex his ſuprà poſitis verbis, quæ principaliora ſunt paulò latiùs explicemus. Prima ergo huius definitionis particula, quæ ait, ſcripturam ſacram inſpiratam, ſiue reuelatam eſſe, atque per ſpiritum Dei hominibus communicatam, hæc inquam particula, dupliciter intelligi habet. Primò cùm Deus ipſe per ſemetipſum hominibus manifeſtauit, vel per angelos: ſicut veteris teſtamenti pa- C

Prima particula.

A ti patribus feciſſe legitur, quibus per ſe ipſum Deus loquutus eſt, eiſq; legis ſuę myſteria & ſacramenta impartitus eſt, quemadmodum cũ Abrahã, Iſaac & Iacob, atque Moyſe feciſſe cõſtat, cui in mõte in tabulis lapideis legẽ cõtulit, ipſiſmet Dei digitis ſcriptã. Item ſecũdò per Dei ſpiritũ etiã dicitur cõmunicaſſe nobis hanc ſacrã paginã, quando per prophetas ſuos, Apoſtolos, ſiue euangeliſtas, eſt nobis loquutus: quia omnem hanc ſcripturã Eccleſia catholica, tanquam per Dei ſpiritũ recipit. Quia ipſis Phrophetis & Apoſtolis ipſemet Deus etiam lo- B quutus fuit: & doctrinã quam nobis contulerunt, vel ab ipſomet Chriſto audierũt, vel per Dei ſpiritũ eã nobis tradiderũt. Ex hac igitur definitionis particula, prima huius diuinę ſciẽtię excellentia dimanat, ꝙ ſcilicet non hominum ſit adinuentũ hęc ſacra ſapiẽtia, ſed tanquã à proprio fõte, ex ipſo diuinę maieſtatis pectore ꝓmanauit. Quod expreſsè diuus Petrus ſua fatetur epiſtola dicẽs: Non enim voluntate humana, allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Dei homines.

Expoſitio. 2. Petri. 1.

C

Secũda particula.

¶In ſecũda definitionis parte, quę habet, ꝙ ſacra pagina pura eſſe debet, ſecũda eius excellẽtia deſignatur: quę nẽpe eſt, vt omni penit' falſitate careat. Et hoc profectò vnũ eſt, quod maximè homines admirari habent, eorũq; animos maximo debet afficere gaudio & ſolamine: videre ſcilicet, quãta litteris ſacris inſit infallibilitas, & quot ſuę veritatis & certitudinis hęc Chriſti lex (quã oẽs ꝓfeſsi ſumus) habeat teſtimonia. A

Primũ teſtimonium.

¶Primũ igitur eius infallibilitatis teſtimoniũ eſt, ꝙ vnũ fundamentũ eius, cui maximè eſt cõſona ipſa lex, ratio ipſa eſt. Quapropter in ſacris litteris hoc nomine, iuſtitia, denominatur, ſicut ex Matthęi cap. 5. conſtat, vbi dicitur: Niſi iuſtitia veſtra abũdauerit pluſquã ſcribarũ & phariſęorum, nõ intrabitis in regnũ cęlorum. Vbi apertiſsimũ eſt, hoc in loco nõ appellare iuſtitiã, niſi ipſamet legis opera: quę cõmuniſsima eſt ſcripturæ ſacræ loquutio, videlicet propè ſemper legis opera, iuſtitiã denominare. Cuius nimirũ loquutionis hęc exiſtit ratio: quia omnia legis chriſtianæ opera vſq; adeò in ſe ipſis ordinata ſunt, & iuſtũ quoddã intra ſe incluſum habent, vt ſi per ipſam hominis rationem examinentur, neq; in vno apice ab ipſamet degenerare videãtur iuſtitia. Quod ꝓculdubio vſq; adeò eſt veriſsimũ, ꝙ ſi homines oẽs nullã haberemus viuendi profeſſam legem, ſed ꝙ de nouo vitæ noſtræ formã eligere deberemus: quę hominis conditioni & rationi magis eſſet conformis, nulla profectò alia eſſet à nobis eligendi vitæ forma, præter eam dumtaxat, quæ iuxta chriſtianam legem in ſacris lit-

Expoſitio Matthæi. 5.

B

C

Chriſtiana lex rationi cõſẽtanea.

A litteris à Deo diſponitur. Nã omnis hęc lex, iuſtitię illi conformis eſt, quã ipſa expoſcit hominis ratio: vnde ortum habuit, ꝙ diuina ſcriptura nomẽ hoc, iuſtitia, ſibi appropriauerit. In hoc namq; deſignatur, quòd non ſolũ ipſa Christi lex iuſtitiæ opera diſponat & pręcipiat, ſed quòd ipſamet lex ipſum iuſtitiæ nomẽ ſortiatur, & iuſtitia denominetur. Quid enim magis rationi cõſentaneũ eſſe poteſt, quã decẽ legis chriſtianę pręcepta, quę in profeſsione noſtra ſeruãda tenemus? Quid item magis rationi conſentaneũ apparet, B quã alia miſericordię & charitatis opera, quę in chriſtiana lege diſponũtur? Quid pręterea rationi magis cõforme eſt, quàm delicatiſsima alia virtutũ opera, quæ Chriſtus tum vita, tum doctrina ſua hominibus commendauit? Adeò, vt Chriſtus inimicis ſuis (ſicut ex Ioãnis. 8. cap. habetur) doctrinã ſimul & vitã examinandam prebuerit, cũ dixit: Quis ex vobis arguet me de peccato: ſi veritatem dico vobis, quare nõ creditis mihi. Ac ſi clariùs dixiſſet, legẽ quam doceo, ſimul & opera, quibus legẽ ipſam cõfirmo, accipite: & videte, ꝙ nec in vno apice aliquid cõtra rationem geſtũ inuenietis. C Et hoc eſt quod ipſimet Chriſti inimici ſuo proprio ore confeſsi ſunt, dũ Matthæi. 22. hoc idipſum ſentientes dixerunt. Scimus quia verax es, & viã Dei in veritate doces. Ac ſi dixiſſent apertiùs, ꝙ magiſteriũ tuũ de cælò & nõ ab hominibus ſit, hoc vno maximè cõprobatur teſtimonio, ꝙ veritatẽ in omnibus tractes, nec aliquid falſitatis vel in doctrina vel in vita quam degis, admiſceatur. Et hac de cauſa (ſicut ex Ioãnis. 18. cap. cõſtat) corã pręſide Pilato Chriſtus redemptor noſter cõſtitutus, reſpondit: Ego in hoc natus ſum, vt teſtimoniũ perhibeã veritati. Quibus in verbis ſuũ principale munus & ſcopũ, quare in mũdum aduenıſſet, illud eſſe fatetur, nẽpe veritati teſtimonium perhibere. Et hac eadẽ ratione, quemadmodũ apud Ioannem. 14. cap. eſt videre, ſe ipſum veritatẽ appellauit, cũ dixit: Ego ſum via, veritas, & vita. Ac ſi dixiſſet, etſi multa alia ſint, quę mihi velut Dei vero filio cõueniãt, B in hoc tamẽ pręcipuè naturę meę conditio relucet, ꝙ veritas ſim, & in omnibus veritatẽ doceo. Si ergo legis huius doctor, qui Chriſtus fuit & auctor, tantę veritatis fuit inſtitutor, vt ipſamet appelletur veritas: cõſequitur apertiſſimè, chriſtianã hãc legẽ rationi valde cõſentaneam eſſe. Nã quod veritati cõcordat, vt rationi concordet, etiã neceſſe eſt. Nã ſecundũ diui Thomæ ſentẽtiã & rei veritatẽ, veritas nihil aliud eſt, quã C ad ipſum intellectum & rationis dictamẽ, adęquatio quędã. Quod vſq; adeò verũ eſt, vt S. Thomas in opuſculis, ꝙ articuli fidei rationi ſint cõſoni ꝓbare intẽdat.

Expoſitio. Ioãnis. 8.

Expoſitio. Matthæi. 22.

Expoſitio. Ioãnis. 18.

Expoſitio. Ioãnis. 14.

S. Tho.

Quid ſit veritas.

¶Secun-

A ¶Secundũ veritatis & infallibilitatis teſtimonium, quod hęc chriſtianorũ profeſsio retinet, ex quo eius perſpicue relucet firmitas, eſt nẽpe videre, quã breuis atque ſuccincta in ſuis verbis ſcriptura hęc ſacra apparet, & quàm propriè omnia depingit, tã mala, quã bona: malũ quidẽ pro malo, & bonũ pro bono proponẽs, abſque vllo prorſus adulationis aut ſimulationis fuco, quaſi malorũ peccata operire velit, aut bonorũ oſtẽtare virtutes: minimè inquã hoc, niſi quatenus hiſtoriæ veritati (quam enarrat) neceſſarium

Secundũ teſtimoniũ.

Sinceritas legis chriſtianæ.

B extiterit. Adeò vt de ipſo Ieſu Chriſto redẽptore noſtro (vt conſtat ex euangeliſtæ Ioannis vltimo capite) maiorem eius miraculorũ, atq; excellentiarum partem euãgeliſta enarrare omiſiſſe exiſtimetur. Et hinc eſt, quòd in laudibus diuæ virginis Mariæ matris eius, tam parcè euangeliſtę omnes ſegeſſerint, vt vix duo aut tria de tã ſuperexcellẽti angelorum regina relata fuerint. Et ad hũc omnino modũ ſcriptura hęc diuina apoſtolorũ laudes, & prophetarũ opera, tẽperatè admodũ enarrat. Quę omnia maximũ proculdubio veritatis, & certitudinis eius argumentum prẽſtant.

Ioannis vltimo.

Laudes virginis Mariæ.

C ¶Tertium firmitatis eius teſtimoniũ eſt, ꝙ auctor eius & origo, à qua promanauit, Deus ipſe eſt. Et quidẽ ſingularis ratio & præcipua, quę iudicio meo probat, ꝙ ſcripturę huius diuinę Deus ipſe & non alius fuerit auctor, qui nobis eam præſtiterit, hæc eſt: quia ſi attẽtè hiſtorias omnes, tam humanas, quàm diuinas inſpexerimus, tam librorum Gentiliũ, quã etiam ſanctorum nuſquã vbique terrarũ reperietur, ꝙ hominum aliquis ſe Deum appellauerit, quẽ illico Deus à tam deteſtabili ſuperbia, & præſumptione miſerabiliter & ignominioſè non deiecerit, atque crudeliſsimo aliquo non percuſſerit flagello. Sicut ex Daniele propheta cõſtat, capite. 3. & 4. & 5. de rege illo Nabuchdonoſor, qui cùm ſtatuam quandam præcepiſſet exigi, quæ perſonę eius gerebat ſimilitudinem, vt in ea ipſe, tãquam verus Deus ab vniuerſo veneraretur populo, confeſtim Deus ſuperbiam eius deiecit: illico enim eum regni ſui gubernatione priuauit, atque in campi ſolitudinem, velut ſylueſtrem beſtiam, eduxit, fœniq; pabulo veluti bouem paſci deſtinauit. Nec minus fuit crudele flagellum, quo primum angelum diuina percuſsit maieſtas. Nam eodem temporis momento, quo ſe in altum leuare decreuit, ſimilis Deo eſſe cupiens, omni eum expoliauit gloria, & ſplendore, atq; in barathri horribiles induxit tenebras: qui cùm antea formoſior cunctis, eminentiorq; eſſet creatura, inhorrendum & abominandum cacodæmonem verſus eſt. Pari etiam forma primum hominem flagellauit, qui

Tertiũ teſtimonium.

A Singularis ratio.

Daniel 3. & 5.

B

Apocalyp. 12. Iſa. 15.

C

Gen. 3.



[library stamp]

A vetitæ arboris pomi cupidus, vt deinceps ſicut Deus eſſe poſſet, ſciens bonum & malum: tam grauem & perpetuam in bonis eius Deus immiſit laboris & ærumnę plagam, ꝙ cùm antea beatus eſſet, atque in innocẽtię donis ditiſsimus, in tantam deuolutus eſt miſeriam, vt vſque in præſentem diem eius culpæ in nobis perſeueret flagellũ & pœna. Cùm ergo ſemper in retrò actis temporibus, homines qui ſe ipſos deos appellare attentauerunt, tam enormiter Deus conſumpſerit. in ſola hac Euangelica lege hoc vnum

Grande argumẽtũ quòd Christ⁹ ſit De⁹.

B conſpicimus, quòd in nulla alia ab orbe condito viſum vnquam fuit. Videlicet, quia cùm primũ redẽptor noſter Chriſtus in mũdum eſt ingreſſus, continuo pleno ore ſe verum Deum appellauit, & tanquã verus Deus voluit ſemper ab hominibus venerari. Et cùm in ipſo, hęc Dei veneratio, & quòd ab hominibus ſit receptus Deus, ab hinc pluſquam mille annis ſemper inter gentes perſeueret, in dieſq; magis ac magis chriſtianæ huius inſtitutionis religio increuerit, & vno quoque die in augmẽtum pergat: validiſsimũ proculdubio argumen

C tum eſt, quòd homo iſte ſacer, verus fuerit Deus: ac proinde quòd lex quam chriſtiani omnes profeſsi ſumus, ab eius diuina manu ſit præſtita. Ex quo pro indubitato eſt habendum, quòd chriſtianæ legis noſtrę firmitas, & certitudo, eadem eſt, quam in ſe ipſa diuina habet veritas. Quod maximi profectò animi leuamen, & cõſolatio eſt, his qui hanc chriſtianam profeſsionem ſupra ſe receperunt: quia tam certum & ſolidum fidei ſuæ habent firmamentum. Et hæc pręciſè ratio eſt, cur redemptor noſter Chriſtus magna voce in dictorum atque ſuorum operum cauſam, ſcripturas ipſas aſsignabat, quæ de ipſo vaticinabãtur: aſſerens omnino ad implendas eſſe. Quemadmodum ex Matthæi. 24. capite cõſtat, nec non & ex multis alijs ſcripturæ locis. Et non vtique ob aliud, niſi vt hominibus demõſtraret, omnem eam firmitatem & certitudinem, quã in ſe ipſis ſcripturæ cõtinebant, ab ipſomet Deo dimanaſſe: nec alium eſſe Meſsiam ſiue Deum, de quo ſcripturæ vaticinarentur, quàm ſe. Quapropter decebat maximè, vt ipſius Dei ſaporem ſcripturæ ipſæ retinerent.

Expoſitio. Matthæi. 24.

B

¶ Quòd ſi in contrarium obijcias ꝙ etiam Sarracenorũ ſecta, quę à Mahometo illis fuit pręſtita, vſq; in præſentẽ diem etiã perſeuerat, quæ profectò maiorẽ mũdi partem ad ſe attraxit, atque mirum in modum indies etiam increuit: ſi ergo noſtrę legis & Chriſti nominis perſeuerantia, argumentum eſt, quòd Chriſtus Deus extiterit: argumẽtum erit etiam quòd Mahometicæ ſectæ auctor Deus exiſtat. Ad hoc tamẽ reſpõdetur, quòd Mahometus nũquam ſe

Argumentũ.

C

Solutio.

A ſe Deum appellauit, nec ab hominib' vice Dei in terris receptus, aut veneratus eſt: ſed tãquam domini propheta maximus, atq; ſanctus Dei. Quod certè propter hominum peccata, ſæpe Deus in terrarum orbe permittit, eſſe ſcilicet, falſos quoſdam prophetas, qui homines fallant, & in falſos religionis cultus inducant: ſicuti eſt in veteri atque nouo teſtamento reperire. Et ad id quod vltra obijciebatur, quòd tam grandis gẽtium multitudo ex Sarracenis ad Mahometi legem accurrerit, in promptu eſt reſponſio, nẽpe quia carni & ſanguini lex cõſona eſt: id enim in ea permittitur, quod B ſenſualis hominis appetitus concupiſcit: quapropter in chriſtiana lege parua adeſt gentium congregatio, quia profectò vice verſa, carni & ſanguini aduerſa eſt.

Argumentũ. Quòd ſi iterum obijcias, de Gentilium idòlis, quæ ſicut deos veros gentes colebant, ipſaque veros deos appellabant. Reſpondeo primùm, ſectam hanc parùm durasse tẽporis, quin Deus eam vbicũq; vigebat incideret: ſicut iam cõſtat talem hominum religionem penitus eſſe abolitam. Solutio. Secũdò reſpondetur, nũquam in tali ſecta, quocũq; tempore regnauerit, defuiſſe aliquos, qui ſemper fuerint vel Dei Apoſtoli, vel Ecclesiæ miniſtri, aut aliqui certè religioſiſsimi viri, qui deos tales dęmones eſſe proclamauerint, vt exhibitus honos nõ tãquam dijs, ſed ceu veris dęmonibus exhiberetur, qui in ipſis lapidibus, & luteis fictilibus latitabant: vt videre eſt apud veteres omnes, nouaſque ſcripturas, tam veteris, quàm noui teſtamenti. Secũda ſolutio. C

Quartũ teſtimonium. ¶ Quartum veritatis teſtimonium, quod hæc chriſtiana lex in ſe habet, eſt quidem magnitudo miraculorũ chriſti, & multitudo quibus hæc fidei noſtræ ꝓfeſsio ſolidata eſt. Quo vno Chriſt' ſaluator noſter Iudęorũ pertinaciã deuincere voluit, vt iam eum tãquam Deum verum & crederent & reciperent, dum Ioannis cap. 10. dixit: Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc teſtimonium perhibẽt de me. Sunt enim tam extra omnẽ mũdi huius naturalem regulam, rerumque omnium naturã, vt efficaciſsimè probent, earum authorem verũ eſſe Deum, Chriſtum Redemptorem noſtrum & dominũ. Et hoc idẽ eſt, quod iterũ Chriſtus ipſe gẽti huic rebelli ſuadere niſus fuit, eodem Ioannis. 10. capite. Cùm iterum dixit: Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi, ſi autẽ facio, ſi mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoſcatis & credatis, quia pater in me eſt, & ego in patre. Quæ profectò opera, ipſa erant patentiſsima, à Chriſto redemptore noſtro geſta miracula. Expoſitio. Ioannis. 10. B Expoſitio. Ioannis. 10. C

¶ Hanc eandem cõcluſionẽ docuit Chriſtus, Ioannis. 15. cap. dicẽs: Si opera nõ feciſsẽ, quę nemo Expoſitio. Ioãnis. 15.

A alius fecit, peccatũ non haberẽt. Vſq; adeò (inquit Christus) validiſsima ſunt atq; diuina mea miraculorum opera, & in ipſo iudicij die, tam efficax contra malos erunt teſtimonium, vt nullam de delictis ſuis excuſationem valeant opponere. Pręterea quia admiranda hæc Chriſti opera, infinitam Dei virtutem eſſe in Chriſto prædicant. Quia non ſolùm per ſe ipſum mirabilia hęc operatus eſt, ſed etiam per Apoſtolos, & per omnes alios ſcholę ſuę diſcipulos, necnon & per amicos religioſos viros. Tanta enim erat B eius virtus, vt non ſolùm ſibi, ſed etiam omnibus ei adhærentibus ſufficeret. Sicut ex euangeliſta Ioanne. 14. capite conſtat, cùm ait: Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quę ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet. Sunt præterea hæc omnia, ipſius redemptoris noſtri Chriſti religioſiſſima viuendi forma, confirmata. Nam ex quo hic homo Ieſus, viſibilem hunc mundum eſt ingreſſus, ab initio vſque in vitæ ſuæ finem, nec in vno penitus virtutis apice à perfectionis recto tramite degenerauit. Quo C fit, vt non ſolùm mortuorum reſurrectio, & cæcis reſtitutum lumen, claudorumque conſolidati pedes, in Chriſto miracula extiterint, ſed etiam ipſamet in eo viuendi forma, in genere moris, miraculum quoddã fuerit. Quia ſic religioſè viuere, vt nec vnum virtutis iota prætermittatur, nec in verbis, nec in factis, ſed quòd in omnibus ſumma fuerit ſemper virtutis conſonantia: quando hoc inquam ex propria virtute dimanat, ſicut in Chriſto fuit, certè non hominis puri, ſed ſolius Dei eſſe perhibetur.

Ioan. 14

Admirãda Chriſti vita.

¶ Quintum veritatis teſtimonium, in hac ſancta ſcriptura eſt, quòd tot martyrum ſanguine comprobata fuerit. Quod nimirùm certitudinis eius validiſsimum eſt argumẽtum. Quia cùm vnicuique viuentium tam naturalis ſit vitæ ſuæ conſeruatio, & quòd hoc non obſtante, tanta fuerit gentium multitudo, quæ gladio vitam ſuam tam viriliter & libenter expoſuerint, & tam facilè ſui ipſorum naturale eſſe abnegauerint, vt chriſtianam hanc legem amplexarentur, grande proculdubio virtutis teſtimonium ac fortitudinis eſt, quam in lege hac chriſtiana Spiritus ſanctus incluſit. Et hoc vnum eſt, in quo pręcipuè Chriſtus legis ſuæ notitiam hominibus præſtare voluit, vt ſcilicet intelligerent omnes, tam pretioſam, admirabilemque eſſe chriſtianam legem: quòd dignum erat, vt pro ipſius obſeruantia, vitam ſuam homines commutarent. Quemadmodum conſtat Lucæ. 14. capite, cùm dixit: Qui non oderit patrẽ & ma-

Quintũ teſtimonium.

Expoſitio. Lucæ. 14.

A & matrem, adhuc & animam ſuã propter me, non eſt me dignus.

Sextum teſtimonium.

¶ Sextum veritatis teſtimoniũ eſt, libertas maxima, qua in vniuerſo orbe hęc Chriſti lex fuit introducta, ſine vlla prorſus armorum humana potentia, ſiue hominum auxilio, ſed ſolũ diuina virtute ſuffulta. Quod egregiè Dauid illo inſigni facto figurauit (quemadmodum primo regum libro, capite. 17. habetur) cùm in gentem illam beſtiã nomine Goliath tam validè proſtrauit. Qui cùm arma Saulis regis eſſet indutus, neque incedere poſſet, neque eorum ferreum pondus ſuſtinere, ea à ſe omnino proiecit, exiſtimans ſanè bellum illud ſatiùs in Dei nomine poſſe peragi, quàm in regis ferrea lorica: qui tandem diuino nomine fretus, eximium illum gigantem mirabiliter interemit. Et hæc profectò chriſtianæ legis excellentia, atque inſigne priuilegium eſt. quòd ſcilicet omne bellum atque dimicandi forma, quam chriſtiana lex cõtra mundi huius potẽtes ſemper aſſumpſit, nulla alia eſt aut fuit vnquam, præter ipſius diuini nominis virtutem: nullo alio prorſus mundi huius innixa auxilio, aut hominũ potentia. Et hoc nouum quoddam militiæ genus eſt, quod Chriſti adinuenit euangelium, cuius tota vis potiùs in ipſa laborum tolerantia, quã in armorum congreſſu ſita eſt. Quam militiæ formam manifeſtè Chriſtus docuit, Ioãnis. 18. capite, quãdo eius paſsionis tẽpore, iam iam diuinam eius perſonam miniſtri illi tartarei comprehendere attẽtarent. Tũc enim cum Petrus ira commotus, gladium euaginaſſet, vnumq́ue miniſtrorum percuſiſſet, iuſsit illi vt in vaginam gladium mitteret. Vt iam deinceps Petrus, & reliqua diſcipulorum eius ſchola animaduerterẽt, euãgelicam legem, quam per vniuerſum orbem erant promulgaturi, non armorum potentia introducendam fore: ſed liberè ipſorum inimicorum ictus, alapas, & flagella, ac tandem mortem ipſam patienter ſuſtinendo. Et hoc eſt quod mirifice Iſaias propheta, capite ſecundo, ſuo vaticinio deſignauerat, cùm de huius felicisſimi temporis euangelica libertate ſermonem faciens, ſic ait: Et cõflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces: non leuabit gens contra gentem gladium, non exercebuntur vltra ad prelium. Erit (inquit Iſaias) tam felix, pretioſumq́;, gratioſum, & pacificum euangelicę legis tempus, quòd omne armorum genus bellorumq́; inſtrumenta, in ſolã diuinam virtutem conuertentur: vt in hoc euangelici ſtatus libertas inter cæteras mundi ſectas reluceat, quia videlicet non vi, ſed ſuauitate maxima, & libertate introducta ſit. Et hęc libertas illa eſt, quã apertiſsimè Chriſtus nobis demõſtrare voluit, cùm Matthęi

Figura. 1. Reg. 17.

B

C

Nouum militiæ genus.

A Figura. Ioan. 18

B

Expoſitio, Iſa. 20.

C

[library stamp: ... ANDER ... VALENTINUS ... FERDINANDUS ...]

A Expoſitio. Matthæ. 10.

thæi capite.10. Apoſtolos cæteroſq; diſcipulos in huius euangelij prędicationem mittens, pręcepit, ne ſaculum, peram, aut baculum, ſed neq; adhuc calceos in hoc ſancto itinere portarent: & quòd ſi aliquis eos recipere nollet, ſuorum pedum excuſſum pulue rem in eorum domibus relinquerent: vt hæc laborum tolerãtia, in iudicij die firmiſsimũ eſſet contra eos, ſuę rebellionis teſtimonium. Neq; ad hanc prędicationis executionem, aliam præcepit Apoſtolis ſuis armorum aſſumere potentiam, præter ipſius

B Arma fidei chriſtianæ, patientia eſt.

Dei nomen & virtutem. Et quia Chriſtus tanquam verus Deus, in ſuo ſanctiſsimo aduentu hunc directè intendebat finẽ: elegit quidem in miniſtros atq; euangelicos ſuę legis pręceptores, nõ vtique mundi huius potentiores, ſiue principes, ſed quod in orbe toto infirmius erat atq; abiectius. Quemadmodũ in apoſtolorũ electione conſtat, quandoquidem quoſdam dumtaxat elegit piſcatores homines, qui neque in ſuis perſonis, neque in aliquo reipublicę officio eminentiores exiſtebant, ſed qui debiliorem potẽtiæ partem inter gentes erant ſortiti,

C

atque fortaſſe à multis vilipendio habiti: vt omnibus compertum eſſet, prędicationis euãgelicæ & conuerſionis hominum victoriam, non ſibi, ſed ſoli Deo, tãquam inſignis huius facti pręcipuo auctori tribuendam eſſe.

A Tertia particula.

¶Tertia ſcripturæ ſanctæ excellẽtia eſt, quòd ſit ſtabilis. Videlicet, quòd eius veritas perpetua ſit, neque aliquo vnquam tẽpore deficere poſsit: quemadmodum in noſtrę legis veritate reperitur. Nam cùm vitæ ęternę eius ſint ſanctiſsima verba, & vita hęc perpetua ſit, conſequitur ſtatim, ipſa etiam verba perpetuę veritatis eſſe debere: ac perconſequẽs, ꝙ ipſa veritas, quã hæc prædicãt verba, ęterna ſit. Et hoc eſt quod regius ille Dauid propheta, pſalmo.118. ait, dicẽs: Verbum tuum permanet in cælum & in ſæculũ ſęculi. Cui etiam concordat ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti ſentẽtia, quæ deſumitur ex Matth.24. capite, vbi dicitur: Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Et hoc grande profectò religioſis viris animi leuamen eſſe debet, nempe videre, quàm firmum laborum ſuorum habeant repoſitum pręmiũ: ecõtrà vero hominibus peſsimis triſtitia maxima, perpendere, quàm ſit infallibile malorum ſuorũ tormentum & pœna.

Expoſitio. Pſal. 118.

Mat. 24.

B

Leuamẽ bonorũ, & tormẽtum malorum.

## ¶CAP. II. VBI QVARta ſcripturæ ſacræ excellẽtia diſſeritur.

C

Quarta particula.

QVARTA eius proprietas atque excellentia eſt, ꝙ integra ſit. Videlicet quòd ex omni parte ſit tam diues & ſufficiẽs, vt in ſe ipſa omnia vt plu-

A plurimum includat medicamina, quę pro hominum ſalute extiterint neceſſaria. Vnde quod maximè hominibus in hac ſacra pagina ponderandum accedit, atq; admiratione dignum, eſt quidem contemplari, quàm diues, & omnis generis remedijs abundans in ſe ipſa reluceat. Nulla namq; eſt, quam fere non tangat virtus: neque defectus aliquis, quem nõ pertractet: neque adhuc infirmitas, cui non pręſtet medelam. Et hoc eſt, quod expreſſè Dauid pro-
B pheta de ſcripturæ huius virtute maxima affirmat, dicens: Dominus dabit verbum euangelizantibus in virtute multa, vt ex ea inquam virtute, tãquam ex pharmacopolio, omnes mundi huius infirmitates atque hominum fragilitates medicari valeant.

Expoſitio, pſal. 67 Simile.

¶ Qui autem curioſius hoc inſpicere cupit, quàm ſcilicet ſit ſcriptura ſacra diues, atque pro hominum ſalute integra officina, legat diuum Chriſoſtomum in epiſtola ad Philippenſes, cap. 3. ſermone. 12. in moralitate, quę iuxta ſermonis finem ſtatuitur, tomo
C 5. vbi copioſiſsimè & ingenioſè admodum vniuerſos hominũ morbos annotat, quibus illico in ſcriptura ſacra appoſitiſsima remedia atque medicamina, ſingula ſingulis aſsignat. Et adhuc nõ minus eleganter & curioſè per diuum Gregorium diſſeritur materia hæc, in Paſtoralis libro, vbi mirabili quadam eruditione, omnes vt plurimum, humanæ naturæ conditiones in lucem educit, ſtatimque earum omnium in diuina ſcriptura, correſpondentia adhibet medicamina. A

Chryſoſtomus.

Grego.

¶ Itaque ſicut artificis regula, quia integra eſt & recta, menſura fit, per quam ædificij rectitudo ab ipſo educitur artifice: ad eum omnino modum, tam integra eſt & recta huius ſanctę ſcripturę facultas, quod regula ſit & mẽſura, per quam omnium aliarum ſcientiarum profeſsiones corrigũ- B
tur. Quia iuxta eius ſententiam & veritatem, earum omnium expoſitio eſſe debet, atq; ex ore eius tanquam ex regina & earum omnium domina, alię omnes ſciẽtię pendent. Itaque ſicut ex domini facie, eius pendet ſeruus, quã ſemper attentiſsimè contemplatur, quia per eam ipſius domini volũtatem, quã exequuturus eſt, agnoſcit, vſque adeò, vt ſecundum vul- C
tus eius ſpeciem, totus ipſe formetur ſeruus: ſic etiam alię omnes ſcientiarum profeſsiones eodem veſtiũtur omninò habitu, quem ſcripturę ſanctę facies petit. Nã omnes in ſe ipſis formam hanc ſemper atque colorem habere debent, ita vt ſaporem catholicæ fidei vnaquęque in genere ſuo pręſeferat. Sit grãmatica, ſit rhetorica, ſit logica, ſit philoſophia, ius ciuile ſit aut canonicũ, ſit medicina, vel theologia ſcolaſtica, vel poſitiua, omnes tandem in vniuerſum per huius diuinę ſcientię

Simile.

Simile.

Simile.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

re vultum menſurari habent.

¶ Sentētia eſt Ariſt. 2. Metaphy. libro, ꝙ in vno quoq; genere rerū, vna eſt principalior ac perfectiſsima, atq; in illo eſſendi genere, tā eminens; vt ipſa ſit regula, per quā aliarum omnium regulatur perfectio. Sicur inter metalla eſt quidem aurū, & inter frigida reperitur aqua, inter calida vero ignis ipſe: cęterū inter aues aquila, atq; inter bruta ferociſsimus leo conſtituitur. Pari forma ex omni ſcientiarū genere, hæc ſola ſcripturę ſanctę profeſsio, velut caput & aliarū omniū perfectiſsima regula pręfigitur, cui cęteræ attendere habent, à qua ſuā deſumere tenentur perfectionē, & per quam denique cæteræ profeſsiones ſuos dignoſcunt errores.

Simile.

B

Philoſophia.

¶ Hinc naturalis philoſophia lucem accipit, qua propoſitiones ſuas ractificet, ſuaſque à ſe pellat inordinatas cōcluſiones. Per hāc Platonē condemnamus, qui omniū rerum materialium ideas, à Deo ipſo ſeparatas poſuit, à quibus vna quęque rerum, ſuum excipiebat eſſe. Fingebat ſiquidē quod quemadmodum ex ipſa panis maſſa, mulier cuiuſcūque panis excerpit eſſe: ita vna quæque res ab idea ſua, ſuum eſſe & naturam eliciebat. Hanc tamen Platonis ſententiam per ſcripturæ diuinæ cenſuram condemnamus. In Deo namque rerum omnium naturalium idea, nec materialis eſt, nec corporis craſsitudinem habet, ſed ſpirituale eſſe omnino: neque adhuc ipſarū rerum idea, à Deo ipſo eſt ſeparatū aliquid, ſed idem eſt cum ipſo Deo. Item per hanc eandem ſacram paginam, eorum philoſophorum errores pariter damnamus, qui dixerunt, ex nihilo nihil fieri poſſe: Cum ex ſacris litteris omnibus compertum ſit, Deum ex nihilo mundum creaſſe. Item per hanc ſcripturæ ſanctæ cēſuram, eorum etiam deliramenta dijudicamus, qui ſolē atq; lunam, tanquā verum Deum venerati ſunt, acſi totius mūdi creatores eſſent & principia. Cōſtat ſiquidē ex ſacris literis, ꝙ hæc, ſicut & reliqua omnia, à Deo ipſo ſint creata: ſicut legēti cōpertiſſimū erit in Deuteronom. libro. c. 5. & 17. Per hāc prætereà ſcripturæ ſacrę ſentētiā, aliorū philoſophorū dementiā reijcimus, qui vtiq; aſſeruerunt, vnum eſſe Deū bonarum rerum creatorem, alium verò malarum: quādoquidem ex diuina ſcriptura conſtat, vnum ſolum deum eſſe rerū omnium creatorē. Itaq; phiſica diſciplina ſic rerum omnium naturas ſpeculari habet, vt nec tamē ipſi creatori deroget: & ſic etiā naturales leges tractare debet, ꝙ minimè diuinas ſanctiones frāgat.

A

C

Simile.

B

Deuter. 5. 17.

C

Medicina.

¶ Medicorū etiam ars, per hāc diuinæ ſcripturæ lucē ſua illuſtrat præcepta. Nam taliter Auicenæ regulas pro hominū ſalute inſequi debet, vt hominū ſupſti-

tio-

A tiones,ac dæmonum incantamẽta, & fatalia,cæteraſque ſimiles fictiones & ſomnia,quæ gentium vanitas & curioſitas adinuenit, omninofugiat. Sed ſic in hac ſciẽtiæ facultate, hominum ſalus medicari habet & vita,ſicut ipſę naturales regulæ diſponunt: & ſic etiam naturalia ſalutis tractari habent præcepta, vt contra diuinas leges medicus non procedat:& taliter naturalibus herbis virtutem medicus tribuat,vt tandem Deum,principalem eſſe ſalutis auctorem affirmet.

Iuriſconſultus. ¶Per hanc prætereà facultatẽ dirigitur & formatur iuris cõſultorum facultas,quę de reipublicę B legibus ( quibus homo inſtituitur)tractat. Nam ſic mũdi huius principes,humanas leges cõdere tenẽtur,vt euãgelicę veritati minime cõtraueniant. Quorũ principale intentũ,dum iuſtitiã inter homines cõponunt, hoc eſſe debet,ſcilicet in virtutis finẽ eos dirigere:quãdoquidem princeps leges cõdit, vt homines bonos faciat. Quo fit,vt lex illa,quæ iniuſta extiterit,non obliget,quia nimirũ diuinę huius legis veritate caret. Prętereà etiã cõſtitutiones atq; humana ſtatuta,quæ in ipſa republica à ciuib⁹ ſanciũtur,ad optimã eius gubernationẽ,& poC litiã, per virtutes & rectitudinẽ quã hæc diuina lex diſponit,dirigi habent. Quo fit,vt regi,quantumuis potentiſsimo, fas non ſit, quicquid ſibi placuerit executioni demãdare,niſi pręciſè quod iuſtũ eſt,& ipſa legis expoſcit ratio. A

Theologia. ¶Hæc etiam ſcriptura ſancta eſt, quæ ſcholaſticæ Theologiæ concluſiones rectificat. Omnes namq; materiæ,tum potentiæ,tũ etiam Dei ſapientiæ,cum cęteris ſubtiliſsimis quæſtionibus, quæ hanc concernunt materiam,nec non quæ fidei noſtræ,& ſacramẽtorum deciſiones tangunt, per eiuſdem ſcripturæ ſanctæ cenſuram diriguntur,aut per traditiones,quæ ab ore Chriſti & apoſtolorum acceptæ,ad nos vſq; peruenerunt.

¶Nec ſolum hoc verũ eſſe reperitur in cęteris ſubſtãtialibus, B grauiſsimiſq; facultatib⁹,ſed adhuc Grãmatica ipſa,atq; Rhetorica,per hãc ſacrã ſcientiã,regulas ſuas atq; præcepta ſẽper dirigũt. Rhetorica & Grãmatica. Nã ſic Grãmaticus loquẽdi proprietatẽ docere habet,vt vocabula ipſa,ſanctę huius facultatis veritati nõ contraueniãt. Hæc igitur à nobis ſtatuitur hic firma veritas,ꝙ videlicet omnes ſupradictæ profeſsiones,hũc eundẽ honorem & reuerentiam ſacræ ſcripturæ exhibere habent,ac ſi omnes ipſius famulæ ſint & ancillę, ipſa verò earũ omnium ſit domina & regina. Legitur in Eſther C libro, cap.15. de celeberrima illa regina Eſther,ꝙ cũ ingreſſa eſſet, Figura, Eſther. 15. vt regem Aſſuerum viſitaret,pulcherrima admodùm,& pretioſiſſimis induta veſtimentis,duas ſecum ducebat ancillas,quarũ vna

retro

A retro poſita defluentia in terram veſtimenta ſuis manibus ſuſtentabat: humeris verò alterius, ipſius reginę manus innitebantur. Hæc ſancta ſcriptura, illa eſt formoſiſsima Eſther, de qua legitimè Dauid propheta, pſalmo. 44. vaticinatur dicens: Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate. Nam omnes eius veritates, quæ ipſius ſunt pretioſiſsima indumēta, animarumq́; noſtrarum leuamen, in noſtrum etiam vſum adaptamus: quibus inquam veritatibus, ſicut pretioſiſsimis indumentis ornata facultas hęc ſacra, velut aliarū omniū domina, & regina, reſplēdet. Hanc igitur reuerentiam & honorem, facultates aliæ illi deferunt, quòd videlicet earum altera eius veſtimētorum ſinus deportat, ſuper alteram verò manus imponit. Grāmatica enim, & cęteræ liberales artes, quę de vocabulis, & loquendi proprietate agunt: velut ancillæ & huius ſacræ facultatis famulæ, veſtimentorum eius defluētia ſuſtentant. Quia ſicut ſinus, vltimum ſunt ipſius veſtimenti, quæ hominis corpus honeſtant & decorant, ſic etiam vocabulorum proprietas, atque totius orationis compoſitio, more chlamydis, ſcripturę diuinæ ornatus quidā ſunt, qui ipſam pulcherrimam nimis & venuſtam reddunt: nam loquendi proprietas, pulchrā oſtendit cuiuſcumq; facultatis orationem.

Expoſitio. Pſal. 44.

Simile.

B

Simile.

C

¶ Attamen legum humanarū facultas, quæ imperatorum ſanctiones condit, altera eſt famula, ſuper cuius humeros fortitudinis ſuæ vires reclinantur. Principes namq; ea poteſtate, & imperio, quo vtūtur in republica, nerui quidam ſunt, & totius Eccleſiæ fortitudo: nam in hunc præciſe finem in illius defenſionem Deus eos inſtituit: vnde fidei noſtræ brachia & robur nominantur. Et hic finis eſt, & propoſitū, quod eorum poteſtatis apoſtolus Paulus ad Romanos capite. 13. aſſignat, cum ait: Nō ſine cauſa gladium portat, vindex enim eſt in pœnam malorum, laudē verò bonorū. Hęc namq; fuit diuina prouidentia, admirabiliſq́; rerum ordo, quem in Eccleſia ſua Deus ſtatuit, vt quotieſcumq; homo diuinæ legis dulcedinē, ſuauemq; ſpiritum, atque ſaluberrima eius cōſilia libenter recipere noluerint, in fauorem eius ſæculare ſtatim adſit brachium: vt ſaltē iam violentia faciat, quod gratioſè agere renuit. Sicut apertè conſtare videtur ex illa ſancti euangelij parabola, vbi quando conuiuæ, qui ad cænam ſuauiter vocati ſunt, ipſius domini beneuolētię leges, qui eos ad nuptias vocauerat, tā ruſticè fregerunt: violentia quadā, inuitatos ipſos in nuptias intrare compelli iuſsit. Licet hoc de chriſtianis iam profeſsis intelligi habeat: nam de Sarracenis & cęteris, qui extra Eccleſiā Chriſti

A

Simile.

Expoſitio, Roma 13.

B

Expoſitio. Lucę. 14.

C

A Chriſti ſunt, qui nondũ ad Chriſti cognitionem & fidẽ peruenerunt, iam à nobis expoſitum eſt ſuprà, quòd vim inferre minimè licet (niſi chriſtianorum terras inuaderent, aut bellum inferrent) ſed tantùm legẽ Chriſti illis proponere & prædicare. In hunc ergo finem ſæcularis principis poteſtas in republica deſeruit, vt cùm chriſtianus homo in has diuinas chriſtianæ religionis nuptias, per ſuaues eccleſiaſticas leges, intrare neglexerit, per ciuiles ſuo tempore ingredi compellatur. Et hunc ipſum diuinum ordinem iterum tractat apoſtolus Paulus, in epiſtola ad Romanos, capite. 13. ſic dicens: Non eſt

Officiũ ſęcularis poteſtatis.

Expoſitio, Roma.13.

B enim poteſtas niſi à Deo, qui enim poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Decreuit hic Apoſtolus nobis ſignificare, quemadmodum ſæcularis poteſtas, ipſius Eccleſiæ brachium ſit, & membrum, ſuper quod ipſa nixa eſt Eccleſia. Quapropter ait, quòd poteſtas hæc, & ſæculare imperium, mirificus quidam ordo eſt, quem Deus in ſua inſtituit Eccleſia, in eius quidem vtilitatem atque defenſionem. Quo fit, vt

Simile.

C qui hanc principis perturbat iuſticiam, huic diuino ordini contradicat. Et hinc etiam eſt, quòd omnes præcipui & chriſtiani principes, hoc ſemper tanquam principale regiminis ſui inſtitutum & coronam aſſumpſerũt, ſcilicet imperium ſuum ſemper Eccleſiæ ſanctæ cenſuræ ſubijcere, atque in eius honorem & commodum, regni ſui virgam dirigere. Hæc eadem repetit idem Apoſtolus, ad Romanos capite. 13. cùm ait: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: Omnis (inquit) homo reuerentiam debitam & honorem humanæ reipublicæ poteſtati deferat: quæ quidem poteſtas, ea ſola eſt, quæ iam regum & principum eſſe dignoſcitur: quam chriſtiani omnes venerari tenentur, ſicut negotium vtique ab ipſa diuina manu inſtitutum & præceptum. Huic etiam veritati conſona eſt ea, quæ diui Petri apoſtoli eſt ſententia, epiſtola

Zelus antiquorũ principũ

Expoſitio. Roma.13.

Simile.

B prima, capite ſecundo, cùm ait: Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue regi quaſi præ excellenti, ſiue ducibus tãquam ab eo miſsis: Agit hic diuus Petrus de iuriſdictionis temporalis origine, & radice, vt omnes ſcilicet intelligant, quemadmodum obedientiam & ſubiectionem, quę huic humano debetur imperio, dirigere valeãt. Intendit nempe omnibus commõſtrare, quòd à diuina voluntate proceſſerit diuinus hic principum ordo, & quòd non ab hominibus, ſed à Deo ipſo inſtitutum ſit eorum imperium: & ideo

Expoſitio. 1. Petri. 2.

C ait, eſtote ſubiecti omni creaturę, quantumuis ſęculari, propter

O Deum

FERDINANDVS SANTINVS VALENTINVS ... ANDER ...

A Deum,ſiue regi quaſi totius reipublicæ capiti, ſiue cuicũq; alio, qui ipſius regis vicem gerat:ſemper quidem intelligentes, negotij huius ordinem à Deo ipſo dimanaſſe.

Duç iuriſdictiones.

¶Et hinc iuxta ſanctorum ſententiam, maximè ponderandum eſt, quàm germanè atque in vnũ adunatæ, duæ iſtæ iuriſdictiones, ſæcularis ſcilicet & eccleſiaſtica incedãt,tanquam earum altera in alterius protectionẽ ſit inſtituta. Quod ſancti omnes ſuper illud euangeliſtæ Lucæ locum capite. 22. maximè ponderant, vbi diſcipuli redemptori noſtro Chriſto: tempore iam ſuę

Figura, Luc.22.

B paſsioni proximo, vt eum ab inimicorum manibus eriperent, in hæc verba dixerunt: Ecce duo gladij hic. Per quos vtique gladios duos, quorum alter cum vagina, alter verò poſtea euaginatus extitit, cum quo ipſius miniſtri tartarei Petrus auriculam abſcidit: duæ hæc iuriſdictiones, temporalis ſcilicet & Eccleſiaſtica,deſignãtur: altera quidem cũ vagina,altera verò nuda. Qui denudatus gladius, ſæcularem iuriſdictionẽ ſignificat,cuius propriũ officium eſt, cùm neceſſum fuerit, etiam vſque ad ipſam ſan-

C guinis effuſionem pertingere. Cęterum intra vaginã gladius, Eccleſiaſticam denotat poteſtatem, quæ ſine ſanguinis effuſione, hominum delicta punire conſueuit. Itaque ſic adinuicem duæ hę

A facultates concatenatæ ſunt,vt ſimul ſemper incedãt,& quaſi vna reputentur,cùm in alterius ſubſidium altera ſit inſtituta.

Figura. Gen.14.

¶Pro cuius clariori intelligẽtia, hoc in loco annotandum eſt, quòd in lege veteri,hæ duç facultates ſiue principatus, regis videlicet, & ſacerdotis, in eodem ſimul reperiebantur. Sicut ex Geneſis capite. 14. apertè conſtat, vbi hiſtoria habet,quòd Melchiſedech, cùm eſſet rex Salem, ſimul etiam Dei erat ſacerdos:quapropter panem & vinum ipſi Abrahæ obtulit, quemadmodũ apoſtolus Paulus in epiſtola,quã ad Hebræos miſit, capite. 7. refert. A quo originem traxit conſuetudo illa,quòd videlicet illius tempeſtatis reges vngebantur: vnde Chriſtos Dei eos gentes appellabant,ſicut hiſtoria clara eſt 1. Regum libro capite. 24. Attamen poſtquàm Chriſtus redemptor noſter in mundum venit,noſtręque redemptionis opus peregit,ab eo tẽpore inquam,iam duç iſtę iuriſdictiones,ſeparatæ diſtinctæque manſerunt. Non tamen ſic, quòd vna merè humana, altera verò diuina ſit, cùm ambæ (ſicuti diximus) diuinæ ſint, quia nimirum a Deo ipſo promanarunt,& inſtitutæ fuerunt: ſed ex eo quòd iam in diſtinctis perſonis collocantur. Quod ita expreſsè Gelaſius papa aſſerit in decreto quodam, ſuper Concilio Chalcedonenſi,vbi ait,quòd etſi regis

Expoſitio. Hebrę.7.

B

Figura, 1.reg.24

C

Gelaſius papa.

A regis & pōtificis officia à ſe ipſis ſeparata ſint, ſed taliter in ter ſe coadunantur, quòd rex pontificis poteſtate eget vt ſaluus fiat, atque pontifex regis eget auctoritate, vt eius ſtatuta vim & excutionem habeant. Quo fit, vt principes atque catholici imperatores, hunc ſemper honorem & reuerentiam in proſecutione iuſtitiæ, Eccleſiæ catholicæ detulerint, vt neque in minimo eius auctoritati & priuilegijs derogauerint: attendentes, quòd non in Eccleſiæ grauamen & dedecus, ſed in eius fauorem & gratiã, ſint defenſores cōſtituti. De quorum numero inſignis ille fuit, atq; chriſtianiſsimus imperator Conſtantinus, necnon Theodoſius, noſtriſque tēporibus catholicus rex Ferdinandus, atque bonæ memoriæ Carolus imperator, ſimul atque rex noſter Philippus maximus: qui omnes ſemper ſacroſanctis Eccleſiæ ſanctionibus honorem hunc & reuerentiã maximè detulerunt.

Principū chriſtianus zelus.

B

Cōſtantinus. Theodoſius, Ferdinãdus. Carolus Philippus.

¶Habemus ergo, quòd ſcriptura ſacra integra eſt, cùm ex ea vt plurimum rerum omnium remedium (adiunctis Eccleſię traditionibus) dimanet, & medicamē: & in qua omnium aliarum facultatum ſit conſtituta cenſura. Et hoc vno excellentijs illis, & ſcripturæ ſanctæ conditionibus finem imponimus, quas vtique ſupra poſita à nobis definitio claudebat.

C

## ¶CAPVT. II. DE ſecunda ſcripturæ ſacræ expoſitione, & quòd pura & incorrupta permaneat.

A

SED eſtò ita ſit, quòd ex ſupradicta definitione, quam hucuſq; exponendam deduximus, intelligamus quid ſacra ſit ſcriptura: vt tamen quæſtionis huius clariorem conſequamur intelligentiam, firmioremque veritatis huius teneamus fundamentum, neceſſariò, vel vnico verbo declarandum duximus, quid ſecundum Eccleſiæ ſanctæ morem & cenſuram, ſacra appelletur ſcriptura. Ad quod reſpondetur, illos dumtaxat libros ſcripturæ ſanctæ nomen retinere, & ſolùm velut ſacros & canonicos ab omnibus eſſe venerandos, quos catholica Eccleſia tanquam tales approbatos habet. Eccleſiam autem hic catholicam voco, non hominum ſolùm, qui nunc ſunt chriſtiani, ſed Eccleſiam illã, quę ab ipſis Matthæi tēporibus, vſq; nunc ſucceſsit: in qua ſanctorum & pontificum congregatio, qui à primitiua Eccleſia, ad vſq; noſtra hęc tempora ſucceſſerunt includitur. Qui omnes ſic ſucceſſiuè libros hos, velut canonicos, & ſacros, ab ipſo Apoſtolorum ore receperunt. Qui tamen Apoſtoli, ab ipſo ſeruatore noſtro Chriſto, tanquam Euangelij ſui

B

Quid ſit Eccleſia

C

A miniſtri, dictorumq; & factorum eius teſtes, ex ipſo Dei ore acceperunt & in Iudęa & Samaria, & vſque ad vltimum orbis terrarum, ſic ſemper docuerunt. Itaq; huius paginæ auctoritas, vt ſacra & diuina habeatur, ex cenſura vtique & approbatione concilij, & ſanctorum patrum, qui totius Eccleſiæ nomine congregantur, pendet.

Auguſtinus. ¶Concluſio hæc in eadem forma, eſt etiam diui Auguſtini, in tractatu quem edidit, in quadam epiſtolarum eius, contra Manichæum hęreticum, capite. 5. vbi B ſic ait: Ego euangelio non crederem, niſi me catholicæ Eccleſiæ commoueret authoritas.

Auguſtinus. ¶Hæc eadem eſt eiuſdem diui Auguſtini ſententia, libro. 18. cōtra Fauſtum hæreticum, capite quarto, vbi ſic ait: Verum euangelium apud nos eſſe, docet Eccleſia, non hominum ſolùm qui nunc ſunt chriſtiani, ſed Eccleſia illa, quæ ab ipſis Matthęi tēporibus vſque nunc ſucceſsit. Quæ adeò vera eſt doctoris huius ſententia, vt ſi eadem ipſa euangeliſtarum, prophetarumque originalia apud nos ipſos modò retineremus, nequaquam ipſis adhiberemus fidem, niſi catholica ſic approbaſſet Eccle- C ſia.

¶Et licèt verum ſit, quòd Eccleſia ſtatuere minimè poſsit, ꝙ ſcriptura aliqua, ſacra ſit & diuina, ſi alioqui ipſa de ſe in rei veritate talis non erat: neque vt A doctrina aliqua reuelata ſit, inſtituere poteſt, ſi ipſa in ſe ipſa priùs hoc non ſortitur (ſicut Simile. non quia Seneca diceret, Ciceronis aliquem librum eſſe, ideo Ciceronis eſt, ſi aliàs re vera de ſe liber talis Ciceronis non eſſet) eſtò inquam hoc verum ſit, ſed tamen hæc firma eſt veritas, quòd videlicet catholica Eccleſia, propter infallibilem Spiritus ſancti aſsiſtentiam, quam Deus illi promiſit, ne in ſuis ab erret cenſuris, ſubſtantialibuſque fidei noſtræ rebus, auctoritatem inde conſequitur, vt eos libros quos ſacros & diuinos B. eſſe ignorabamus, nobis canonicos & ſacros eſſe definiat & declaret. Cuius cenſuræ in hoc iam deinceps taliter ſtandum ſit, & ita pro certo talis cenſura tenenda, vt contrarium aſſerere hæreticum penitus eſſet. Et hinc eſt quòd diuus Hieronymus in libro, quē de illuſtribus viris edidit, de epiſtola diui Iacobi ſermonem faciens, ait, quòd paulatim procedente tempore epiſtola illa auctoritatem obtinuit. Hieronymus. Ideſt, quæ de ſe in rei veritate ſacra erat & canonica, & à nobis ignorata erat canonica eſſe & ſacra, ſucceſſu temporis eam eſſe canonicam declarauit, & diffiniuit Eccleſia. C

¶Sed eſt in præſentia argumētum, quod in contrarium huius militat, quod nimirū in hac materia Argumentū.

A teria neruos habere videtur. Nã eſtò verũ ſit, quòd libros aliquos tanquam ſacros & canonicos veneremur, quia Eccleſia ſic approbauit: vnde tamen nobis conſtare poterit, diuinas has ſcripturas quas modò poſsidemus, aliquo tẽpore corruptas, aut certè in tanto tẽporis ſucceſſu ab aliquo deprauatas non fuiſſe? Saltem illas, quę veteris ſunt teſtamenti, maximè cùm verum ſit, quòd harũ ſcripturarum prima originalia apud nos ipſos non extẽt? Ad hoc tamen reſpondeo primùm, ſufficientiſsimum, firmiſsimumq; eſſe argumẽtum, ſcripturas ſacras, B quas modò chriſtiani omnes veneramur, fideles eſſe, & non corruptas: quia Eccleſia ſic eas receptas habet, & approbatas in ea forma & ſtylo, quo apud nos modò verſantur, ſicuti inferiùs latiùs patebit, vbi loca, quibus ſacræ fuerint acceptatæ ſcripturę, ſignabuntur.

Solutio.

Secũda ſolutio.

¶Secundò reſpondetur, libros hos canonicos fideles eſſe & non corruptos, efficaciſsimum eſſe argumentum, ex ipſa Iudęorum traditione, apud quos grandis ſemper vigilantia, ſummumq; ſtudiũ C fuit circa librorum iſtorum cuſtodiã. Etenim in lege veteri mira erat cautela, qua curabãt ſacerdotes, in ipſo latere arcę teſtamẽti, clauſos habere legis libros. Sic namq; diſponebat ipſum legis veteris mãdatũ. Qui libri (ſicut dictũ eſt) ſolicitudine maxima cuſtoditi, ad nos per ipſorum Iudęorum manus, tẽporis ſucceſſu peruenerunt. Quòd autem ipſis veteris teſtamenti miniſtris, hęc librorum cuſtodia maximè fuerit curæ, patet ex Deuteronomij libro, capite. 31. Vbi habetur, quòd poſtquam Moyſes legis verba in libro quodam ſcripſit, ad templi ſacerdotes, qui erant ex tribu Leui, quibus incumbebat veteris teſtamenti arcam portare, ſic loquutus eſt: Tollite librum iſtum, & ponite eum in latere arcæ fœderis domini Dei veſtri, vt ſit ibi contra te in teſtimonium: ego enim ſcio contentionem, & ceruicem tuam duriſsimam: adhuc viuente me, & ingrediente vobiſcum, ſemper contentioſè egiſtis contra dominum, quantò magis cùm mortuus fuero. Hinc ergo inter ipſos templi ſacerdotes, ac totius populi proceres, anxia erat cura & ſolicitudo ſemper de mandati huius obſeruãtia. Quod etiam ſic feciſſe legitur Ioſue, qui poſt mortem Moyſi, omnia ipſius Dei ad populum verba, necnon & populi ad Deum ipſum, ſcripſit in libro legis, quem ſtatim in arca teſtamenti repoſuit, cum eadem, quæ Moyſi erat ſcriptura. Similiter & prophetæ omnes, qui poſtea ſucceſſerunt, hoc eodem diuino ſpiritu verba legis ſcripſerunt, & libros omnes, qui inde reſtarunt, in ipſa teſtamenti arca cum eodem Moyſi libro, ſumma vigilantia depoſuerunt.

Deutero. 31.

Ioſue.

 ¶Hoc

A ¶Hoc igitur omnibus mirum eſſe debet, quòd cùm in tot retro ante temporibus, vſque ad noſtrã hanc ætatem (vbi tanta ſucceſsit tẽporum varietas, in quibus tot inimicorũ Chriſti, fideiq; noſtrę vixerunt homines) admiratione inquam dignum eſt, quòd omnes diuinæ ſcripturæ libri, corrupti ac tandem conſumpti non fuerint. Et ſic omnino credendum eſt, quòd nulli alteri quàm diuinæ prouidentiæ tribuendum ſit, quòd ſanctæ ſcripturæ hiſtoriæ nõ perierint. Et quod in hac parte magis ponderandum accedit, eſt nempe, quòd per ipſorum inimicorum noſtrorum manus, ſacræ paginæ ſint tam fideliter obſeruatæ. Nam Iudęi qui vſque ad tempus hoc noſtrum, per vniuerſum orbem fuerunt diſperſi, ſemper legis libros & prophetarum nobis exhibuerunt, & adhuc quotidie exhibent. Et hoc eſt quod diuus Auguſtinus pſalmo. 58. ipſius Dei prouidentiæ tribuit, dicens: Bene cum Eccleſia actum eſt, quòd non vniuerſi Iudęi fuérint occiſi, ſed diſperſi virtute Dei, ne quando obliuio fiat legis, & populi Dei. Itaq; ſicut tempore Conſtantini imperatoris, eiusque matris Helenæ ſanctæ, Deus Iudęum illum vſque ad id temporis ſeruauit, vt domini noſtri Ieſu Chriſti crucem produceret, in noſtrasq; manus ſacroſanctũ illud crucis vexillũ deueniret, vt eã veneratione ſũma chriſtiani oẽs haberent. Sic etiã toto precedenti tempore, prouidentia diuina geſtum eſt, aliquos ſemper ſeruaſſe Iudęos, qui legis libros & propherarum exhiberẽt, & vt ſcripturas etiam Hebraicas nobis exponerent.

Mira Dei prouidẽtia.

Notandum maxime.

B

Auguſtinus.

C

¶Sed eſt hic argumentũ, quod hoc in loco difficultatis non nihil ingerere videtur. Nam eſtò (ſicut ſupra diximus) verum ſit, quòd hi omnes libri in veteris teſtamenti arca tam fideliter fuerint obſeruati, tantaque vigilantia & cautela cuſtoditi: ſed tamẽ qui ſcimus, vtrùm hominum aliquis ipſam teſtamenti arcã ſcrutatus fuerit, vel furtim libros aliquos ab ea extraxerit? aut certè eos maligne deprauauerit, & ſic deprauatos, poſt modùm eidem arcæ loco reſtituerit? aut ſaltem viciatos iam libros alios, ipſorum loco ſubrogauerit? Ad hoc tamen reſpondetur, dubium hoc minimè hic locum habere poſſe. Nulla quippe opportunitas in veteri teſtamento, ſeſe offerre potuit, vnde ſcripturas ſacras aliquis ſcrutari, aut deprauare poſſet. Erat namque teſtamenti arca in ſecũdo tabernaculo (quod ſanctaſanctorum appellabatur) ſumma vigilantia cuſtodita: vbi mana olla, & Aaron virga, necnon & Moyſi legis ſcripturæ tabulę claudebãtur. Qui locus cuicumq; generi hominum inacceſſibilis erat, niſi ipſi dumtaxat ſummo ſacerdoti: cui ſoli, cum veſti-

A

Argumentũ.

B

Solutio.

C

A veſtimentorum pompa maxima, atque apparatu, ſummaque reuerētia, ingredi tabernaculū cōceſſa erat facultas. Et adeò apud eos tabernaculi huius vigebat obſeruantia, vt lex ipſa vetus præciperet (ſicut ex Numerorum libri decreto, capite quarto conſtat) quòd præter ſacerdotes tribus Leui, quibus arcæ incumbebat cura, aliorum nullus nec eam tangere auderet: nec ſolùm tangere, ſed nec adhuc curioſiùs eam inſpicere fas erat. Quòd ſi quandoque contra legis huius ſanctionem contrauenire accidiſſet, quàm plurimis flagellis continuò attrociter à Deo affiB ciebantur. Cui ſanè veritati concordat hiſtoria illa, quæ primi Regum, capite ſexto adducitur. Vbi legitur, quòd cùm Bethſamitæ ſegetum ſuarum trituram in agro facerent, accidit teſtamenti arcam, quam Philiſtęi diu in captiuitate duxerant, per eorum fines tranſire. De cuius libertate, & tranſitu, Bethſamitę maximo affecti ſunt gaudio, & tripudio, ſtatimque meſſis trituram deſeruerunt: & quia prope ipſam teſtamenti arcam accedentes, curioſiùs eam aſpexerunt, ſeptuaginta millium hoC minum ex omni plebe, poſteriora percuſsit: qui terribilem plagę dolorem ſuſtinere non valentes, ad cælum vſque vociferantes clamabāt. Nec non & ſeniorū plebis quinquaginta (qui totius populi curam gerebāt) ſimiliter A crudeliſsimè flagellauit, quia aliorum etiam curioſitati cōſenſerant. Ex quo apertiſsimè conſtat, ꝙ cū teſtamēti arca tanta eſſet ſolicitudine ab omnibus cuſtodita, nulla potuit vnquā adeſſe opportunitas, vt aliquis libros (qui intra ipſam recondebantur) peruertere poſſet.

Num. 4.

Figura. 1. reg. 16

¶ Sed eſtò cōcedamus, ꝙ teſtamenti arca apud legis ſacerdotes tāta eſſet vigilantia obſeruata, ꝙ nulla poſſet accidere veteris legis deprauatio: adhuc tamen inſtat argumēti difficultas, quia Ieruſalē ciuitas fuit poſt modū ab ipſo Chaldęorū exercitu obſeſſa, vbi omnia templi vaſa ab inimicis penitus ablata fuerūt, vbi etiā ipſummet ſacrum Ieruſalem tem B plum fuit igne conſumptum: nec non & teſtamenti arca, cum Moyſi legis libro, cæteriſq; prophetarum libris, qui cum ipſo erant pariter omnia combuſta ſunt: Ex quo ſequitur, non ſolum ſacræ paginæ codices viciatos fuiſſe, ſed combuſtos, penituſque conſumptos.

Argumentū.

¶ Argumentum hoc videtur profectò in hac materia aliquam præ ſe ferre difficultatem. non tamen ſic, vt minimè ſolui poſsit. Cum apud catholicos veriſsimum ſit, quòd ſacra hęc ſcriptu C ra (quam velut catholicam, & diuinam hodierna die chriſtiani omnes veneramur) veriſima & indubitata ſacra ſit pagina, &

Solutio prima.

A abſq; vlla penitus corruptione. Sed tamen tripliciter argumēto huic ſatisfieri poteſt. Primò quidem, nam etſi verum ſit, quòd ſacrum Ieruſalem templum, à Chaldæis fuerit igne combuſtum, ſed tamen veriſimile admodùm eſt, quòd ipſa teſtamenti arca cũ omnibus legis libris, qui intus manebant, minimè comburerētur. Nam etſi hoc, miraculi genus appareat, prouidit tamen in hoc diuina maieſtas, vt inter ignis flammas ſalua maneret teſtamenti arca, ob hoc ſolùm quia intra eam includebatur id, quod Iudæorũ toti populo tam eſſet neceſſariũ, B cultuiq; legis & religionis conducens: Sicuti erant libri, qui originem totam & formam legis cõtinebant, in quo omnis eorum religio & viuendi modus erat ſcriptus. Et cùm Deus aliòqui in eorum protectionem tranſactis temporibus tot fuiſſet mirabilia operatus, in rebus quidem, quæ non tanti ponderis, & momenti exiſtebant: piè profectò credēdum eſt, quòd in re tam graui, à qua omnis Iudęorum religio & diuinus cultus pendebat, ꝙ protectionis ſuæ auxilium mirabiliter pręſtitiſſet: nec permitteret tã diuinas perire ſcripturas, in quibus inſti C tuendis pro totius populi religione, tanta ipſi Deo fuerat cura. Quapropter veriſimile admodũ mihi eſt, Deum prouidiſſe, ne huiuſcemodi ſcripturarum originalia conſumerentur: à quibus nimirùm, futuri temporis ſcripturarum omnium puritas, & fidelitas dependebat. A

Simile.

¶ Secunda argumenti huius reſponſio eſt, & ſatis iudicio meo apparenter, ꝙ Chaldei, quãdo Ieruſalem templum igne perdiderũt, priùs ipſius teſtamenti arcã foras eduxiſſent, eamq; in tutiſsimo loco reuerēter collocaſſe credēdum eſt, eſtò alterius nationis religionisq; fuiſſent gētes. Et ratio huius eſt, nam omnes illæ nationes, quæ in ipſis Iudæorum finibus morabantur teſtamenti arcam in maxima ſemper veneratione & pretio habebant, tũ propter innumera, quę per eam Deus in finibus illorũ operabatur mirabilia: tum etiam propter flagella, quæ quotidie ijs, qui illi cõtumeliam irrogabant, infligebat. Vnde mos erat Iudęis, cũ ad bellum procedebant eam in medio exercitus ſui ſecum portare, vt ſic faciliùs de inimicis victoriã conſequi poſſent, quemadmodum in aliquibus regum libris habetur. Quapropter gētes omnes, etiam ſi alterius eſſent nationis, eius timore maxime tenebãtur: & ideò vbicumq; ei occurriſſent, ſummo ſtudio eam venerabantur, ſummaque reuerētia recipiebãt. Vnde primo Regum libro, capite. 5. & 6. legitur, quòd cùm Philiſtęi iam de filijs Iſraël victoriã fuiſſent conſequuti, ipſam teſtamenti arcam in patriam ſuam captam adduxerunt, exiſtimãtes, quòd ex hoc

Secũda ſolutio.

Annotã da ratio.

B

C

1. Reg. 5. & 6.

A hoc Iudæi grandem incurrerent iacturam, quia ablata iam abeis arca, in qua tota eorum erat repoſita fiducia, facilius contra eos victoriam obtinere poſſent. Quapropter in deorum ſuorum templo, eam honorificè collocauerunt, & omni tempore quo inter Philiſtæos domini arca detenta permanſit, tam templorum dij, quàm etiam philiſtinorum perſonæ, quàm plurimis, crudeliſsimiſq; ſunt cõcuſsi plagis. Varijs quippè fuerũt infirmitatibus oppreſsi, bonorumq; temporalium ſubſtantia priuati, quo vſq; timi-
B di iam, & conterriti, ne ex toto à Deo conſumerentur, arcam domini liberam omnino, dimiſerunt: quam cum honore maximo & põpa remiſerunt. Huic etiam ſententiæ conſonat id quod ſecundo Paralipomenon libro, cap. 36. legitur, ꝙ cùm rex ille Nabuchdonoſor, ſanctam Ieruſalem ciuitatem baſtaret, Salomoniſque, totũ euertiſſet templum, ſtatim ante initiũ belli, quã primùm omnia ſacra tẽpli vaſa, cum alijs omnibus, quæ ad religionem & ſanctuariũ attinebant, foras eduxit, ſummaque cum veneratione ſecum detulit, vt inter templi ſui deos reuerenter collocaret. Vbi credẽdum eſt,
C ipſam etiam teſtamenti arcam ſecum deportaſſe, quia ſi cetera quę ad arcæ cultum & reuerentiam erant inſtituta deferebat, vt in tuto loco ſalua conſiſterent, à fortiori, arcam ipſam, cuius cauſa

Paralip. 35.

Nabuchdonoſor

alia omnia in pretio erant, ſecum etiã detuliſſe credendũ eſt. De Tito præterea & Veſpaſiano circũfertur, ꝙ cùm in ſubuerſionẽ Ieruſalem ambo deueniſſent, antequã tẽplum incẽdio traderent, extraxerũt teſtamẽti arcã cũ reliquis, quæ ſanctuarij cultum reſpiciebant: quã nimirùm reuerẽtia maxima inter ipſam captiuorum multitudinem, in exercitu detulerunt, neque in aliquo auſi ſunt eam tangere. Pariter ergo credendum eſt, ꝙ in ipſa Ieruſalẽ ſubuerſione, quã primũ arcã domini inimici intuſsimo repoſuerint loco, vt ibi ſalua conſiſteret, quovſque ſuo tempore Iudæis eſſet reſtituta. B

Titus & Veſpaſianus.

¶ Tertium, quod huic dubio reſponderi poteſt, eſt nimirùm, ꝙ plurimi alij erant legis libri cuiuſcunque ſcripturæ, præter originalia illa, quæ intra arcam ipſam continebantur. Videlicet ꝙ pentateuchi, multi exiſterent libri multi etiam Iſaiæ prophetæ, atque Ieremiæ & aliorum prophetarum, necnon totius ſacrę paginæ. Vnde fieri potuit, etiam ſi originalia omnia, quæ intra arcam latebant, fuiſſent combuſta, & penitus conſumpta, vt in cæteris, qui extra arcam erant libris, lex vetus conſeruata manſiſſet. Siquidem compertum eſt, quod ſacerdotes ſapientioreſque populi, qui legem ſcire tenebantur, vt eam toti populo paſsim interpretarentur, mini- C

3. Solutio.

Ratio.

A mè expectare deberẽt, vt in libris qui intra arcã erãt, ipſam addiſce rẽt legẽ, cũ illa vix in totius anni diſcurſu ſemel aut bis aperiretur

4. Solutio. ¶ Quarto reſpondetur, & hęc quidem argumenti ſolutio cõfor mior eſt, tum ſanctorũ ſententiæ, tum etiã humaniſtarũ opinioni, ꝙ & ſi verum ſit teſtamenti arcã cõbuſtã fuiſſe, cũ omnibus ſcripturæ ſacræ originalibus, quæ intra ipſam erãt, ita vt intus aut extrà nullus omnino legis liber remaneret ſcriptus: poſteà tamẽ Eſdras ſacerdos in lege peritiſsimus (qui inter cæteros maximę legis ſcripturã callebat, omniaq; ipſius legis quãtũ vis minutiſsima, memoria retinebat) iterũ de nouo eiuſdẽ legis libros ſcripſit, & in integrũ reſtituit, eodẽ ſanè ſpiritu atq; ſtylo, quo anteà ipſamet lex erat cõſcripta. Et hæc ſententia eſt, quam magis omnes cõmuniter amplexantur.

Hieronymus. ¶ Diuus Hieronymus in tractatu, quem contra Heluidium C hæreticum edidit, dubius eſt in hac ſententia: & quidem, an libri legis cõbuſti ſint in ea deſtructione, quam Babylonicus rex in Ieruſalem templo fecit, dubitat. Cuius hæc ſunt verba: ſiue Moyſem dicere volueris auctorem Pentateuchi, ſiue Eſdram eiuſdem inſtauratorem operis, nõ recuſo. Liberum ergo vnicuiq; vtrũq; opinãdũ reliquit. Hoc tamen veriſſimũ eſt, quod iſtorum alter hæc ſcripſerit, quæ ad præſens ex veteri teſtamento habet Eccleſia. A

Ireneus. Tertull. ¶ Irenæus & Tertullianus, atque alij multi antiquorum auctores opinantur, omnes veteris teſtamenti libros, in Babylonico bello (quod cõtra Ieruſalẽ ciuitatẽ geſtũ eſt) eſſe cõſumptos. Poſt modùm tamẽ, ꝙ Eſdras ſacerdos, ſapientiſsimus quidem, atque in rebus legis reſolutiſsimus vir, plenuſq; Dei ſpiritu, poſt ipſam templi Ieruſalẽ reſtaurationem, omnes ſcripturas ſacras, per vniuerſum orbem diſperſas, in integrũ reſtituit, ea quidem phraſi, & ſpiritu, quo anteà penitus erant conſcriptæ: & ꝙ etiam omnes alias B Hebraycas ſcripturas, quibus modò vtitur Eccleſia, ipſe repererit. Et addũt præterea, ꝙ id quod legitur Deuteronomij capite vltimo, (Deutero vltim. c.) de morte & Moyſi ſepulchro, de quo nullus vnquã hominũ vſque in pręſentem diẽ cognouit: & id etiam quod dicitur de filijs Iſraël, ꝙ eius mortem triginta diebus lamentati ſunt, aſſerunt in quã auctores prædicti cum diuo C Hieronymo, credendũ eſſe, ꝙ ipſe Eſdras ſacerdos hoc addidit. Sed vt cumq; ſit, ſufficit eis qui chriſtianã profitẽtur legẽ hos libros tãquã ſacros & canonicos Eccleſiã approbaſſe. Et in huius confirmationẽ eſt, ꝙ ſemper in corroborationẽ noui teſtamenti eiſdẽ omnino librorum teſtimonijs Chriſtus & Apoſtoli eius vſi ſunt. Ex quo colligitur, libros tales canonicos eſſe ac diuinos.



[library stamp]

DE DI-
quas ſcri-
aducta.

M A, in hac
ifficultas eſt,
ſcriptura ſa-
ex varia lin-
e. Eſtò ſiqui-
peamus,quòd
ima origina-
etiam verum
ſunt conſum-
puriſsimè ea
eſtituerit:du-
reſtat,an hęc
vel in parte,
ex tam multis
uæ ab eo tem-
oſtrum ſuceſ-
erſorum tra-
ab vna in aliã
ero verſa fue-
ruptio, aut ex
antia, aut eo-
e orta eſſe po-
m ex profeſſo
ant,aut certè
ncuria quam
t.
auiſsima eſt,
ngelicis con-
ucit,tum ad ſa
n habendã in-
tiam ad ipſius
nam eruditio
n quotidie ſa
doctrinam in
e habet. Qua-
it in pręſentia

annotare aliqua, nec prolixa tamẽ: quia hoc in loco mens noſtra eſt, tantummodò concionatori, quę neceſſaria ſunt, ſub breuitate proponere, reliqua verò ad Theologorum Gymnaſia remittimus. A

¶Primò igitur annotandũ venit, tria eſſe idiomata, ſiue linguas, in quibus ſacra hęc ſcriptura ſemper eſt, & fuit ſucceſsiuè cõſcripta: videlicet Hebraicã, Grę- cam, & Latinam: quibus vtiq; linguis à principio ſemper vſa eſt Eccleſia. Et hac de cauſa titulus crucis Ieſu Chriſti redemptoris noſtri, quem in eius ſacratiſsima paſsione Iudęi impoſuerunt, his tribus fuit ſignatus linguis, ſcilicet Hebraica, Gręca, & Latina. Ad inſinuandum tres eſſe in orbe toto principales gentes, ad quas legis Chriſti notitia deueni re habebat, Hebręos videlicet, Gręcos & Latinos: à quibus poſt modùm in reliquas omnes natio nes, eiuſdem euangelij cognitio per concionatores diffundenda erat. Hinc tamen excipiendus eſt Thobię liber, qui ſolus Chaldęa lingua ſcriptus eſt. Diuus tamen Hieronymus in prologo, quẽ in libros Regum ſcripſit, necnon in prologo ſuper prophetam Iob, ait quòd hęc Chaldęa lingua affinitatem maximam cum Hebraica habet: qua de cauſa, nulla hic eius à tribus alijs linguis diſtinctio fit, ſed eam ſanè in eodem numero aliarum trium recipimus.

Triplex linguarũ genus. B Titulus Crucis Chriſti. Hiero. C

¶Se-



A ¶CAPVT. IIII.
uerſis linguis,in
ptura ſacra eſt tr

OSTRE
materia, di
an ſaltem
cra vitiata exiſtat,
guarum traductione
dem compertum hab
ſcripturæ ſacræ pri
lia nõ perierint:etſi
ſit,quòd poſtquàm ſ
pta,Eſdras ſacerdos
omnia in integrũ re
bium inquã adhuc
B ſacra pagina in toto
vitiata ſit, ſaltem
& varijs linguis, qu
pore vſq; ad hoc no
ſerunt,cùm per diu
ductorum manus, a
linguam ſæpenume
rit. Quę inquã corr
traductorum ignora
rum malitia fortaſſe
teſt: qui profectò ea
adulterare deſtinar
quia impreſſorum i
doq; accidere potui
¶Materia hęc gr
& quę maximè eua
C cionatoribus condu
cre ſcripturę veram
telligentiam,tum e
chriſtiani populi ſa
nem,quandoquiden
crarum litterarum
concionibus audire
re operępretium er

A ¶Secundò annotandũ eſt, Hebraicam linguam, primam principalemq́ue in toto orbe fuiſſe, in qua omnes homines ſtatim à ſuo principio enutriti ſunt, ab ipſo primo homine Adam vſque ad Heber, qui fuit filius Sem: qui Sem, Noë filius erat, ſicut legitur Geneſis. 10. & 11. capite. A quo inquam Heber, Hebręa denominatio deſumpta eſt: eſtò verũ ſit, quòd ante ipſum Heber, Hebręa lingua homines vſi ſunt. Quę tamen lingua, poſtmodùm in alias nationes minimè deriuata eſt, licèt quàm plurimę alię eſſent: ſed dumtaxat in Abrahæ progenie remanſit. Vnde conſtat, ſolã hãc B nationem Hebræo idiomate fuiſſe vſam: vnde eſt, quòd inter cæteras gentes, iſti dumtaxat Hebræi appellati ſunt.

Hebręa lingua.

Gen. 10. & 11.

Heber.

¶Et quòd verum ſit, ab Adam vſque ad Heber, vnam dumtaxat inter homines fuiſſe linguam, legenti. 11. caput Geneſis manifeſtũ erit, vbi ſic habetur: Erat autem terra labij vnius & ſermonũ eorundem. Vbi cõſiderandum eſt, quòd eſtò huiuſcemodi lingua, ab initio mundi vſque ad Heber tempus manſiſſet, nunquam tamen Hebræa appellata eſt, quia cùm ipſa ſola ab hominibus eſſet recepta, neque alia eſſent aliaC rum linguarum nomina, à quibus diſtingui poſſet, nulla proinde fuit imponendi illi peculiare aliquod nomẽ, neceſsitas. Et quia à tempore Heber iam linguæ inter homines inceperũt diuidi, ab eo inquam tempore, ad imitationem ipſius Heber, impoſitum eſt illi hoc nomen Hebræa, vt iam deinceps ab alijs linguis eſſet diſtincta. A

Ab Adã vſq; ad Heber, vna fuit lingua.

Gen. 11.

¶Et hinc eſt, quòd beatus Auguſtinus in libro. 16. de Ciuitate Dei, capite. 11. de tẽpore hoc ſcribens ait, quòd quando omnes homines vna ſolùm vtebantur lingua, nullo alio nomine appellabatur loquutio illa, quàm humana lingua: quia ea ſola genus humanum vtebatur. Et hinc fuit, quòd quãdo terra in varias linguas diſtingui cepit, Heber, cuidã filio ſuo impoſuit hoc nomen Phaleg, quod vtiq; nomẽ, diuiſionem ſignificat: ciuitatem autem quam incolebat, vocauit Babel, quod nomẽ confuſio interpretatur: ibi namq; omnium hominũ lingua, atq; vnius labij vniformitas, qua ſemper homines vſi fuerant, confuſa eſt. Quæ omnia ex ipſo Geneſis, capite. 11. apertiſsima ſunt, vbi expreſſa horum omnium cõtinetur hiſtoria. B

Auguſtinus.

humana lingua.

Gen. 11.

¶Cauſam autem diuiſionis huius, aſsignat Auguſtinus in. 16. libro de Ciuitate Dei, capite. 11. nec nõ beatus Ambroſius. 2. libro de vocatione gentiũ, capite. 4. Aſſerunt enim, quòd in flagellum deteſtabilis ſuperbiæ, quam gentes omnes iam in ſe ipſis creare ceperant, in ſeptuaginta & duas linguas Deus eorum diuiſit loquelam, vt inter ſe inuicem minimè intel- C

Ratio.

Auguſtinus.

Ambroſius.

A intelligi poſſent: & hoc in cauſa eſſet, ne in ſuo malignitatis propoſito vnanimes poſſent conſiſtere, nec ſibi inuicē in ſuis peruerſis operibus auxilium præſtare.

Eſpoſitio. Gen. 11

Et hæc veritas ita expreſſè habetur Geneſis cap. 11. vbi legitur, ꝙ omnes filij Adam in vnum congregati ſunt dicentes. Venite, & erigamus ciuitatem quādam, in qua munitiſsima ſit turris, cuius altitudo cælum ipſum pertingat: noſtrum in terra celebremus nomen, antequam nos Deus in diuerſas diuidat nationes & gentes. Qua propter ait ibi ſacra ſcriptura, ſtatim Deum deſcendiſſe, vt hanc deteſtabilem hominum ſuperbiam viſitaret: B dixitq; Deus, populus hic vnus eſt, & vniformis linguæ, & nūquā altitudinē ceruicis ſuæ demittet, ſed in dies in ſuæ ſuperbię inflationem procedet: oportet igitur in varias omnino linguas eos diſtinguere, & cōfundere: vt ſic cōfuſi, nequaquam amplius in ſuis vanæ oſtentationis deſyderijs cōcordare valeāt, aut ſibi inuicē cōmunicare. Sed ſeparati, diſtinctas poſsideant & diſperſas in orbe manſiones.

Primi characteres.

¶ Eſt prĕtereà hic annotandū ꝙ primi litterarum characteres, qui ad ſignificādas diuinas litteras ab omnibus recepti ſunt, C huius Hebrĕæ linguæ vtiq; fuerūt, queadmodū refert Driedon, in libro de Rogmatibus eccleſiaſticis, cæteriq; auctores, qui de hac ſcripſerunt materia. Quorum

Driedō.

A profecto cenſura, ſcripturæ ſanctæ valde eſt conformis. Nam cùm ( ſicut iam ſuprà diximus ) verum habeat, quod hæc ſola lingua fuit, qua homines primitus vſi ſunt: hinc manifeſtè colligitur, eius characteres & litteras, primas eſſe debere: vt in ea lingua, quam in ſcripto tractabant, homines loqui poſſent.

Curioſa quæſtio.

¶ Quæſtio tamē hic ſeſe offert, ſanè curioſa magis quam vtilis, videlicet, quando Moyſes teſtamenti tabulas in monte recepit, ipſius Dei manu conſcriptas, quo idiomate, aut lingua Deus illi ſcriptas præſtitiſſet? Certū quippè eſt, ꝙ antea quā Moyſes prædictas legis tabulas recepiſſet, B in nulla alia lingua lex ipſa ſcripta erat. Dixi autem quęſtionem hāc curioſam eſſe. Nam illius nationis gentes, quarum lingua tabulæ eſſent conſcriptæ, valde nimis ſeſe extollerent, videntes ꝙ idiomate ſuo, potius quam aliarum gentium lingua, diuinæ fuiſſent tabulæ conſcriptæ.

Reſponſio.

Ad hoc tamē reſpondetur, nulli eſſe dubium, quin eorum lingua Moyſi tabulas Deus tradiderit, ad quos Deus tunc temporis loquebatur, vt legem quam illis prĕſtabat, intelligere poſſent. Siquidem cōpertū eſt, C ꝙ ad homines Græcos, Deus latina lingua loqui non deberet, neque ad latinos Græca, quia nullus eorū diuina verba ſic intelligere poſſet. Et cùm rei veritas ſit tūc tēporis Moyſem cū Hebręis habi-

A habitaſſe, colligitur manifeſtè, ꝙ in ſcribendis tabulis, eis characteribus Deus vteretur, qui Hebraicæ eſſent linguæ, & non Grecæ aut Chaldeæ, quãdoquidẽ linguas has ipſi penitus ignorabãt.

Lingua Gręca.

¶ Poſt Hebraicam linguã, ſtatim in ordine ſuo Græca eſt lingua, cuius nempè intelligentia ad euoluendas ſacras litteras plurimùm conducit: tum quia maxima ſacræ ſcripturæ pars, idiomate Græco ſcripta eſt, tum etiam quia plurimi grauiſsimi Eccleſię B doctores, qui de hac diuina tractarunt ſcriptura, Græci fuerũt. Primus auctor qui hanc adinuenit linguam, eamq; Græcis pręſtitit Cadmus fuit, tẽpore quo Othoniel populũ Iſraëliticum gubernabat, ferme ſeptuaginta & ſeptẽ annis, poſtquã Moyſi ſcripta lex data fuit.

Cadmus Græcæ lingue inuentrix.

Latina lingua.

¶ Tertia lingua eſt latina, qua pro nũc omnes in eccleſia Roma C na vtimur. Prima autẽ quę eam reperiſſe dicitur (ſicuti auctores quide hac tractãt materia, referũt) mulier Carmẽta nomine appellabatur, tempore quo Iair Iſraëliticum populum dijudicabat.

Carmenta latinæ lingue inuentoris

¶ Poſtremò id deniq; hic aduertendũ eſt, his tribus linguis ſcripturã ſacrã ſemper fuiſſe ſucceſsiuè conſcriptã. Vetus quidẽ teſtamẽtũ in Hebraica, ex qua poſtmodum ſeptuaginta interpretes in Græcam linguã traduxerũt, atq; ad vltimũ per diuũ Hieronymũ ex Hebręa in noſtrã latinã linguã verſum eſt. Cæterùm nouę ſcripturę teſtamentũ, Grecè primò cõſcriptum fuit, inde verò poſt modum beatus Hieronymus latinè traduxit. Etſi auctores aliqui, qui de hac loquũtur materia diui Pauli epiſtolam ad Hebręos, necnon & beati Matthæi Euangelium excipiant, quia hæc primitus in Hebraica lingua ſcripta fuerunt, à qua in Græcam & latinam poſteà ſunt trãſlata. Etſi iuniores qui de hac re loquuti ſunt, de hoc quidẽ dubitent: aſſerunt enim prædictã Pauli epiſtolã, & Matthęi Euãgelium, ſicut & cęteras teſtamẽti noui ſcripturas, Grecè fuiſſe conſcriptas. Excepto (ſicut ſuprà diximus) Tobię libro, qui à ſua origine, Chaldea lingua ſcriptus eſt. Sed diuus Hieronymus in prologo ſuper libros Regum, & ſuper Iob, nullam differentiã inter Hebraicam & Chaldęam linguam aſsignat: nã inter ſe maximè ſunt in characteribus ſuis ſimiles, ita vt penè in nullo differre velit.

## ¶ DE SACRAE SCRIPturę traductione, Cap. 5.

CIRCA ſacrę ſcripturę traductionem, quoniam de varijs linguis peregimus, ediſſerendũ erat, qui & quot fuerint ſacrę ſcripturę traductores: pręterea etiã de veritate atq; auctoritate cuiuſlibet illorũ ſeorſum, & vtrùm aliquid falſitatis ex traductorũ vicio, cõtinere ſacra poſsit ſcriptura, attamẽ quia hęc omnia in ſcholis fuſi' diſputãtur in pręſen-

ALEXANDER ... FERDINANDVS

A præſentiarum relinquimus: atq; ea dumtaxat ex vna quaq; traductione annotabimus, quę huic cōcionandi officio precíſè deſeruire valeát: reliqua enim quę Gymnaſiorum propria exiſtunt, in cōcionatore, tanquam in Theologo viro, iam præſupponēda ſunt.

¶ Primùm igitur, circa ſeptuaginta interpretum traductionē, mirus traducendi ordo ponderādus eſt. Quod enim tam vniformes in omnibus extiterint, non niſi prouidentia diuina geſtum fuiſſe creditur: qui ex Hebraica lingua teſtamētum vetus in Grę-

B cam traduxerunt. Cuius originē & formam, quæ hoc in loco ſeruata fuit, ſcribit ſigillatim Euſebius, in libro de præparatione euangelica, capite. 8. Vbi ait, quòd ante Chriſti natiuitatem annos circiter ducētos & quiquaginta, cùm iam iam redemptionis noſtræ tēpus appropinquaret, eiuſque in mundum ſanctiſsimus inſtaret aduentus, decebat maximè ad hoc, vt gentes in illum cōmodiùs credere poſſent, & tanquam verum Meſsiam reciperent: decebat inquam, vt quicquid de ipſo in Hebraica lingua per prophetas ſuos ſcriptum erat, gentes in Greca haberent lingua. Hęc nā-

C que lingua erat, qua tunc temporis magis homines vtebātur. Pręterea, quia grande inſtabat periculum, quòd poſt Chriſti natiuitatem, nullas firmas eius legis habere poſſemus ſcripturas: quia profectò Iudæi inuidia moti, eas nobis occultarent, aut certè maliciosè corruptas nobis tradidiſſent. Quòd ſi nullū horum adeſſet inconueniens, ſaltem ſuſpecti maneremus ſemper, & inquieti omnino, an ſcripturæ ſanctæ deprauatæ fuiſſent, vel non: in quo non mediocre proculdubio damnum parabatur quietudini, & certitudini, quam chriſtiani in lege hac Chriſti habere debem⁹. Quapropter prouidētia diuina factū eſt, vt in Ptolemęum, qui tunc tēporis Aegypti erat rex inſpiraret, vt de hac diuinæ ſcripturæ traductione ageret. Qui cōtinuò Demetrio ſuæ bibliothecæ pręſidenti imperauit, vt ad Eleazarū ſacerdotem, Iudęorumq; pontificem litteras mitteret, vt ſapiētes aliquos viros & graues, atq; in lege Hebrayca peritiſsimos ad ſe mitteret, de quibus vtiq; confidētia eſſe poſſet, vt fideliter ex Hebraico in linguam Grecam ſuammet traducerent legem, quæ ſolū vſque ad id temporis in Hebræo erat ſcripta. Qui Demetrius ſtatim ſummo ſtudio regis mandatū proſequutus eſt, & tandē Eleazarus ſacerdos & legis pontifex, cōtinuo ſeptuaginta & duos viros, ex omni tribu Iſraël elegit, peritiſsimos quidē in vtraq; lingua, Hebraica ſcilicet & Greca, qui nomen maximum, auctoritatēq; apud Iudæos obtinebant qui ſex dūtaxat ex ſingulis tribubus electi ſunt, & qui omnium erant ſeniores,

Euſebi⁹.

Mira, ſeptuaginta traductio.

Ptolemeus.

A niores, qui prætereà ſciẽtia & experientia ſcripturam ſacram melius attingebant. Et vt in eorum traductione, ſcripturę ſanctę veritas & fidelitas maximè obſeruaretur, neq; inter ſe inuicem maliciosè conuenire poſſent, vt aliqua deprauatè traducerẽt: admirabili quadam induſtria cum eis rex Ptholemeus vſus eſt. Eos nãq; in ſeptuaginta & duabus cellulis ſeorſum ſeparatos conſtituit, ita vt eorum nullus alium conſulere poſſet: vbi vſq; ad conſummationem totius traductionis ſeparati ſteterunt. Qua tandem trãſlatione finita, cùm iam eam in publicum ad regem detuliſſent, vt in B eius pręſentia vnius ad alteram conferretur tranſlatio, repertum eſt à principio vſq; in finem tam vniformiter omnes legẽ ſcripſiſſe, ac ſi vnius dũtaxat fuiſſet ſcriptura. Nec ſolùm eaſdem traduxerunt ſententias, ſubſtantialeſq; ſcripturæ ſacræ veritates, ſed adhuc eiſdem omnino vſi ſunt verbis & characteribus: ita vt omnibus, qui præſentes aderant, non niſi diuinum, miraculoſumq; negociũ appareret. Hac igitur forma & ſtylo, ſeptuaginta interpretes teſtamẽtum vetus, ex Hebręo in Gręcum verſum, Ptolemęo regi tradiderunt. Qui continuò li- C brorum omnium traductionem, in præſentia ſacerdotum atq; omnium procerum totius Aegypti, qui tunc temporis in regis præſentia aderant, legi fecit. Qui omnes poſtquam libri lecti ſunt, A vna voce acclamarunt dicentes, quòd ſanctè & miraculoſè ſcriptura ſancta trãſlata eſſet, regiq; Ptolemęo illicò ſuaſerunt, vt prouideret, quòd nullus auderet aliquid eorum peruertere, quod tã ſanctè & vniformiter traductum erat. Confeſtimq; ab ipſo rege publicum exijt edictũ, vt nullus ſub capitis pœna aliquid minuere, ſiue addere ad eam traductionẽ attentaret, quę per ſeptuaginta erat tranſlata.

¶ Vnum tamen hic ponderandum eſt, quod in excellentiã ſcripturæ ſacrę maximè vergit, & in B eorum pariter cõſolationem, qui chriſtianam hanc legem profeſſi ſunt: quòd poſtquàm in regis præſentia tam ad lõgum relata eſſet, adeò Ptolemęus ipſe, legis ordinem, mirabilemq; rerum diſtinctionem eſt admiratus, multitudinemq; in templo miniſtrantium, & tam varia muſicorũ inſtrumenta, atque innumera quæ quotidie offerebantur ſacrificia, modũ prętereà & formam, quo vnũquodq; iſtorũ animalium occidebatur, necnon tot mirabilia, quæ per Moyſem, alioſq; prophetas Deus fuerat operatus: vt ſtatim Demetrium interrogauerit, quare poëtę cęteriq; humaniſtę, & antiqui C ſcriptores aliquid harum tam diuinarum, mirabiliumq; rerũ, quę in Hebręorum lege ſcriptæ erãt, ſuis non demandauerant ſcriptis. Cui Demetrius reſpõdit, quòd lex hæc

*Mirus veteris legis ordo.*

*Ptolemęi curioſa quęſtio.*

A hæc, cæleſtis admodũ erat, ab ipſaq; Dei manu ſolùm pręſtita: & ideò in tanto ſemper fuerat apud homines pretio, & auctoritate habita, vt nullus vnquã eam vel in minimo auderet tãgere. Quòd ſi aliquis quouis tẽpore eam irreuerẽter euoluere, profanis vſibus adaptando auſi fuerunt, aut qui in hac ſacra lege aliòqui nõ fuerint cõſecrati, ſiue ad talẽ effectũ deputati miniſtri, ſubitò horrendis flagellis à Deo fuerunt percuſsi. Qua de cauſa cõtinuò ab incepto huius ſcripturę, auctores oẽs ceſſauerũt, ac proinde ꝙ cęteri hoc videtes, talia intẽtare ſẽper formidarũt. Addiditq; Demetrius præter hoc in regis pſentia, mirabile quoddã, & formidabile admodũ factũ, quod paulò anteà acciderat. Ipſe quippe audierat à Theopompo, qui primus fuit, qui ad elegãtẽ atq; rhetoricũ ſtylũ in Græco ſacras litteras redigere cepit, ꝙ vt primũ hãc incepiſſet ſcripturã, ſubitò omniũ mẽbrorum terribili tremore, atq; potẽtiarũ turbatione correptus eſt. Qui cũ poſtmodũ in oratione poſitus, ad Deũ ipſum cõquereretur, quare cũ ipſo tã durè & crudeliter actũ eſſet. Vocem quandã in ſomnis aſſeruit ſe mirabiliter audiuiſſe, dicentem ſibi: Quia res diuinas lenocinio inquinatas hominibus tradidiſti. Aliũ præterea caſum non minùs quã pręcedentẽ horribilẽ, idẽ Demetrius, Ptolemęo retulit, videlicet, ꝙ ipſemet audierat à Theodoto poëta, qui cùm multa ex ſacra ſcriptura Iudaica trãſferre decreuiſſet, vt ea ſtylo poëtico in pfanã quandã tragædiã cõuerteret, illico mirabiliter excæcatus eſt. Qui tamen vt primùm ſe propter hoc ſenſit percuſſum, multo tempore peccati ſui culpam deplanxit, grãdemq; ſcæleris ſui pœnitentiam egit, quouſq; à diuina clementia illi viſus reſtitutus fuit. A quo tẽpore Ptolemęus rex, qùi hæc audierat, ſummam adhibuit diligẽtiam, vt ſcriptura ſacra, ea forma & ſtylo, quo à ſeptuaginta erat traducta interpretibus, inuiolabiliter ſeruaretur.

Reuerẽtia legis.

Profan' ſcripturę vſus.

B Formidabile factum.

C Horribilis caſus.

B ¶Et vt iam quanta litteris ſacris exhibenda ſit reuerẽtia, perſpiciamus, exemplum illud, quod de beato affertur Hieronymo, in pręſentia adducere placuit, niſi illud apocryphũ dixeris. Ille ſiquidem cũ litteras ſacras Ciceroniano ſtylo veſtire curaſſet, ſubito plagis multis diuinitus fuit correptus, & acriter à voce de cælo miſſa reprehenſus, quia magis Ciceronianus eſſet, quã chriſtianus.

Formidandus caſus.

¶Hinc præterea eorũ error ſatis dignoſci poterit, qui de ſola Latinitatis eloquẽtia præſumentes, ſcripturã ſacrã auſi ſunt quodam Latinitatis fuco veſtire: eam nimirùm à grauiſsima ſynceriſsimaq; Spiritus ſancti forma, quam in ſe ipſa habet, extrahentes: quẽadmodum temporibus noſtris latinorum aliqui attentauerunt. C

¶Hinc etiã peſtilentiſsimus eo-

A rum colligitur abuſus, qui tam in verecūdè, omni Dei timore poſthabito, ſcripturā ſanctā in profanos vſus vertere nō verētur, eam nēpe tragædijs, ridiculisq; dictis & factis aliorum applicātes, & ex ſacrę ſcripturę ſentētijs, aliorum mores & vitā taxātes. Sicuti in ipſa Romana curia, multisq; alijs Hiſpaniarū locis fieri conſueuit, dū eos, qui aliòqui à vulgo Maſſe Paſchines, & Perq̄ es, vocātur, cōponūt: qui in domorū parietibus, & tēplorum colūnis publicè ſcriptos defigunt, vt inde in aliorum aures, proximorum ſuorum defectus perueniāt. Qui profectò non minor quā diabolicus quidā eſt abuſus: vergit ſiquidē hoc in graue honoris detrimentū, qui chriſtianis debetur hominib⁹, necnō in dedecus & irreuerentiā auctoritatis, quę litteris ſanctis exhibēda eſt. Hęc ſunt quæ Euſebius in libro. 8. refert de prępàratione euāgelica, de ſacrę ſcripturæ trāſlatione, quam ſeptuaginta interpretes ediderunt.

Profanus ſcripturæ vſus.

B

Euſebi⁹.

¶ Secūda ſanctę ſcripturę editio, triū fuit Iudęorū, Theodotionis videlicet, Symmachi, atq; Aquilę: qui tres, ſacrā paginā poſt Ieſu Chriſti dn̄i nr̄i paſsionē, quaſi centū quadraginta annis ſcripſerunt. Iſti tamē ſuę trāſlationis auctoritatem cōmaculauerunt. Quia reperti ſunt Iudaiſmi ſui cęrimonias obſeruantes, vnde ſcripturę ſuę fidē meritò perdiderūt. Quorū memor eſt diuus Hieronymus in apologia cōtra Rufinum his verbis: Si apud Gręcos poſt ſeptuaginta editionē, iam Chriſti euāgelio coruſcāte, Iudęus Aquila, & Symmachus, & Theodotion iudaizātes, hęretici ſunt reperti, qui multa myſteria ſaluatoris ſubdola interpretatione celarūt: quātò magis ego chriſtianus, & de parētibus chriſtianis natus, vexillū crucis in frōte portās (cuius ſtudiū fuit omiſſa repetere, deprauata corrigere, & ſacramēta Eccleſiæ puro ac fideli ſermone aperire) vel à faſtidioſis, vel à malignis lectoribus non debeo reprobari.

2. ſcripturæ editio

Theodotion. Symmachus. Aquila.

C

Hiero.

A

¶ Tertia ſcripturę ſanctę traductio, quā apud nos habemus, eſt diui Hieronymi, quam alio nomine vulgatā appellant: qua modò vtitur Eccleſia, quā item ex proprio originali Hebręo, latinitati donauit. Cauſę autē quibus auctor iſte ad pręaſsūptum laborē mot⁹ eſt, vt hāc nouā ederet tranſlationē, pręter eam, quę ſeptuaginta interpretū eſt, ſicut ex diuerſis eiuſdē auctoris ſcriptis patet, ſequentes ſunt. Prima cauſa, ne paſsim Hebræi nobis opponerēt, ꝙ ſcripturę ſacrę veritates in noſtra latina lingua nō ita ſe haberēt, ſicut in eorū Hebraica cōtinētur. Obiectio ſiquidē hęc locū iam nō habet, cū profeſsionis noſtrę tā grauem, ſapiētiſsimūq; habuerimus traductorē, ſicut vtiq; diuus extitit Hieronymus. Secūda ratio, vt ea quę in ſeptuaginta interpretū traductione, vel omiſſa fuerāt, aut certè

3. ſcripturę editio.

B

Hiero.

1. ratio.

C

2. ratio.

A certè non tam clarè verſa, omnibus integra eſſent atq; clariora. Quę nimirũ ratio, ea eſt, quã ipſe

3. ratio. Hieronymus in prologo ſup Iob expreſsè aſsignat. Tertia ratio, quã etiã in eodem prologo affert, talis eſt, vt videlicet ea quæ ſcriptorũ vitio, in ſeptuaginta traductione deprauata erãt, in editione noſtra puriora caſtigatioraq; haberemus. Quarta deniq; ratio eſt

4. ratio. in Græcorũ confuſionẽ, qui vſq; ad diui Hieronimi tẽpora inſultabãt nobis, dicẽtes, nihil in noſtra habere lingua, niſi id dumtaxat,

B quod ab eorũ Gręca dimanabat.

Damaſus papa. ¶ At verò hæc Hieronymi editionis acceptatio, qua Eccleſia vſa eſt, fuit quidẽ à tẽpore Damaſi papę, qui põtifex, doctoris huius litteras & auctoritatẽ maximè veneratus eſt: qui etiã eas in hominũ opinione extulit eiuſq; tranſlationem acceptari cõſtituit, vt in vniuerſa decantaretur Eccleſia. Hoc ita refert Platinæ hiſtoria, cuius hæc ſunt verba: Damaſus papa primũ Hieronymi ſcriptis auctoritatem dedit, cùm priùs ſeptuaginta interpretũ tãtummodò in pretio eſſet, Deinceps Eccleſia in diuinis officijs & ſynodis generalibus ad hæreſes confutãdas, Hie-

C ronymi tranſlatione vſa eſt.

Driedõ. ¶ At verò annotanda nobis in præſentia eſt, Ioannis Driedonis ſentẽtia, viri quidẽ doctiſsimi, in 2. libro de trãſlatione ſacræ ſcripturæ, vbi aſſerit, traductionem hanc veterem, vulgatã, & Latinã, qua ad præſens catholica vtitur A Eccleſia, tã veteris quã noui etiã teſtamenti, neq; in omnibus eſſe eandẽ cum diui Hieronymi editione, neq; etiã in omnibus ab ipſa degenerare. Quod profectò ci' ſcripta legẽti, patentiſsimũ erit. Aliqua namq; ſunt quę apertè diſtinctũ cõſequuntur ſtylũ. Quẽadmodum de Pſalterio potiſsimè veriſsimũ eſt, quo Eccleſia minimè vtitur ſecundũ diui Hieronymi editionẽ ad Hebraicã veritatem. Sententiã hanc diffuſè nititur probare eo in loco doctor hic B egregius, ad quẽ diligẽtem lectorem remittimus: vbi quam plurima huius materiæ ſapientiſsimè diſerta videbit: à quo nimirũ, tanquam à primo fonte, ſi nõ omnia, multa tamen eorum, quæ de hac materia recẽtiores ſcriptores tractarunt, promanauerunt.

## ¶ CAPVT. VI. DE VERA IN HAC PARTE, AMPLEXANDA SENTENTIA.

AT verò vt cumq; ſit, hæc eſt in hac parte indiſcriminatim amplexanda veritas. Hæc ſacræ paginæ editio, vulgata, vetus, & latina, qua modò Eccleſia Romana Latina vtitur, poſt beati Hieronymi tẽpora, decẽtiſsimè ac legitimè facta eſt; C quæ ab ipſa Spiritus ſancti prouidentia, atque inſtinctu directa eſt atque vſu & auctoritate Eccleſiæ digniſsimè approbata. De qua

Veritas tenẽda.

A etiam firmiſsimè tenendum eſt, nihil in ea falſum aut impropriũ contineri:& quòd in ijs,quę fidē noſtram,hominumq; mores concernunt,eam ſanè,velut omnium regulā & cenſurā,chriſtiani omnes habere debēt. Et adhuc aſſerimus prętereà,quòd ſi aliqua fidei noſtræ atque morum ſuborta fuerit quęſtio,per hanc veterē & Latinam editionē decidēda eſt.neq; in fidei noſtrę & morum diſputationibus,iam ad Gręca ſiue Hebraica originalia nobis recurrēdum eſt:ſed in omnibus vulgatæ huius editionis ſententiæ ſtandũ B eſt,tanquam ſcripturæ diuinę,eo modo quo veritati,vbi fidelius eſſet ſcripta,ſtaremus.

Concilũ Tridentinũ. ¶Et primò ac principaliter roboratur hęc ſententia,ex ipſo ſacroſancto Tridētino cōcilio,ſeſſione. 4. vbi ſic legitur: Sacra ſynodus,conſiderans non parũ vtilitatis accedere poſſe Eccleſiæ Dei,ſi ex multis latinis editionibus,quæ circunferuntur ſacrorũ librorũ,quęnam pro authentica habenda ſit,innoteſcat: ſtatuit & decreuit,vt hæc ipſa vetus & vulgata editio,quę longo tot ſeculo- C rum vſu,in Eccleſia probata eſt, in publicis lectionibus,diſputationibus,prędicationibus,aut expoſitionibꝰ,pro authētica habeatur,& ꝙ eam nemo reijcere quouis prętextu audeat, vel præſumat. Hæc concilium.

1.ratio. ¶Veritas concluſionis huius, rationibus etiam firmari poteſt. Nā ab hinc ferè quadrigentos annos ſacra concilia, vniuerſaliſq; Eccleſia,ea ſemper editione tanquam fidelisſima vſa eſt,& pura. A Quòd ſi vera & legitima nō eſſet graue admodum fuiſſet damnũ, quod catholicæ Eccleſiæ,& tātæ cōciliorum auctoritati, fideiq́ue noſtræ catholicæ irrogaretur.

2.ratio. ¶Probatur etiam ſecũdò. Nam toto præcedēti tempore,Eccleſia & concilia ſacra,omneſq; doctores ſancti,ſemper in diſputationibus ſuis, veritatis teſtimonia ex ea deſumpſerunt:& hoc inquā ad cōfundendos hęreticos,& res fidei noſtrę defendēdas,abſq; eo ꝙ B ad originalē linguam,in qua primũ ſcripta fuit,recurſum habuerint. Certũ quippe eſt quā plurimos eſſe doctores ſanctos,qui Hebraicā & Gręcā linguam ignorarũt. Quomodo igitur verum eſſe poſſet, ad huiuſmodi originalia, pro veritatis deciſione hos tales recurriſſe: niſi dicere velimus pręfatos doctores, paſsim Græcos & Hebraicos homines diſquirere debere,eoſq; cōſulere teneri,pro quolibet ſcripturæ loco intelligendo: quo quid ineptius?

3.ratio. ¶Confirmatur prætereà tertiò. Quia ab hinc quadrigentos annos, omnes ſcholaſtici auctores, C quorũ maior pars Hebraicæ, Grecæq; linguæ eruditione caruit, trāſlationis huius teſtimonijs ſēper vſi ſunt,ad cōfirmandas quęſtiones Theologas,eiuſdemq; facultatis præcepta & ſanctiones,

A necnõ ad refutandos hæreticorum errores: quem ſtylum & formam ſemper vſque nunc tenuit Romana Eccleſia noſtra Latina.

4. ratio. ¶ Quartò tandem confirmatur veritas hæc, quia grauiſsimũ ſanctiſsimumq; Inquiſitionis tribunal, ad confundendum, corrigendumq; hereticorum errores, editione hac ſemper vſum eſt, ſine recurſu aliquo ad Græca, ſiue Hebraica originalia. Deliramẽtum quippe eſſet dicere, ꝙ tribunalis huius iudiciũ & cenſura, in tam quotidiana cauſarũ deciſione, ab extranea lingua pendere habeat.

Sãctum Inquiſitionis tribunal.

B ¶ Item preter acceptationẽ, quã librorum ſacrorũ, ſacroſanctum conciliũ Tridentinũ fecit: libeat etiã videre, quomodo libri ſacri, quibus modò vtitur Eccleſia, ſũt etiam velut ſacri & canonici recepti, tam veteris quàm noui teſtamenti, à concilio Carthaginenſi tertio, cap. 47. quod ab hinc mille annos celebratũ eſt, cui diuus affuit Auguſtinus, cui etiã concilio ipſemet diuus Auguſtinus cũ ceteris ſubcripſit patribus. Hoc ſupradictũ conciliũ prouinciale fuit, poſtmodũ tamen per ſextã ſynodũ generalẽ, que in Trullo celebrata eſt, extitit cõfirmatũ. Vbi ſic expreſsè legitur: Item placuit, vt preter ſcripturas canonicas, nihil in Eccleſia legatur ſub nomine diuinarũ ſcripturarũ. Sũt autem canonice ſcripture, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomiũ, Ieſu Naue, Iudicum, Ruth, Regũ libri quatuor, Paralipomenõ libri duo, Iob vnus, Pſalteriũ Dauiticũ, Salominis libri quinq;, libri duodecim prophetarũ, Iſaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Eſther, Eſdre libri duo, Machabeorũ libri duo. Noui autẽ teſtamẽti viginti ſeptẽ videlicet Euãgeliorũ libri quatuor, Actuũ apoſtolorũ liber vn⁹, Pauli apoſtoli epiſtole tredecim, eiuſdẽ ad Hebreos vna, Petri apoſtoli due, Ioãnis apoſtoli tres, Iude apoſtoli vna, & Iacobi vna, Apocalypſis Ioãnis liber vnus, qui ſunt. 27. Licet etiam legi paſsiones martyrum, cùm anniuerſarij dies eorum celebrantur.

Concilũ Carthaginẽſe. 3.

C

B ¶ Adhuc etiam latiùs libri oẽs ſunt recepti in cõcilio Laodicẽſi, cap. 59. quod nẽpe cõcilium etſi prouinciale fuit, poſtmodũ tamẽ cõfirmatum extitit in. 6. generali ſynodo, que in Trullo eſt celebrata. Hoc cõciliũ habitũ fuit in Laodicea ciuitate, anno ab incarnatione dñi. 364. ſub Liberio papa. Sũt preterea acceptati canonici libri, in cõcilio Tridẽtino ſeſsione. 4. vbi numerus eorũ ſignatur

Cõciliũ Laodicẽſe.

C ¶ Vltimò tandem hic annotãdum eſt, quòd extra preteritos nũcupatos libros, circumferuntur & alij, quos recenſere, aut in hominum memoriam adducere. Ridiculum prorſus eſſet, quos perditi & illuſores homines confecerunt, vt ſimplicis populi deuotionem deciperent. Sicuti eſt quidam ſancti Amari libellus: alius

Illuſores.



[library stamp]

A item qui beati Pauli reuelatio denominatur,& alij his ſimiles.

Deuotionis libelli.

¶Eiuſdem etiam generis ſunt quàm plurimi alij deuotionis libelli,necnon cōpoſitę orationes, quæ quotidie in manibus rudis vulgi verſantur. Quæ nimirùm orationes, etſi apertas in ſe hęreſes non contineant,tam patentes habent vulgaritates & ruſticitates quaſdam,atq; barbaras orādi formas,vt nimiùm chriſtiani populi deuotioni derogent,qui tam grauē ac ſanctā legem ( ſicuti eſt chriſtiana) profeſsi ſunt. Nā etſi hominis deuotio non ſit ipſamet fides,eſt tamē ipſius fidei fructus, qualis enim arboris trūcus,talis & illius fructus eſſe debet. Cū ergo chriſtianorum lex tam grauis, tamq; ſit cæleſti ſapientia plena, ab hoc tam inſigni arbore,inſignes deberent profectò etiam eſſe chriſtiani populi deuotiones,graues quidem & quę legis noſtrę ſapientiā & grauitatem redolerēt. Et quidē pręter quā, ꝙ in omnibus alijs ſanctiſsimū Inquiſitionis tribunal rectè ſēper,& catholicè admodùm officium ſuū proſequutum ſit, pręcipuè tamen in hoc, noſtris his tēporibus digniſſima eius extitit cenſura,vt libellos hos vulgariſsimaſque orationes ac ruſticitate plenas,quę tam frequenter in omnium manibus verſabantur,prohibuerit.

Deuotionis fructus. B Simile. Inquiſitionis tribunal. C

## ¶CAP. VII. VBI DE DIuiſione ſcripturæ ſacrę agitur.

A Scripturæ diuiſio.

HABITO iā quid ſacra ſit ſcriptura,cum omnibus alijs,quę hāc cōcernunt materiam,neceſſariū ſtatim cōcionatori duximus,eiuſdem ſacræ paginę diuiſionem dignoſcere. Ex hac ſiquidem diſtinctione, maxima earum rerum redundat claritas,quę ad hoc tam ſanctum & graue exiguntur officiū,ſciendū igitur nobis eſt,ꝙ totus ſacræ paginę liber,in vetus & nouū teſtamentū diuiditur. Et vt meliùs hanc veteris, & noui teſtamenti diſtinctionem percipiamus,eſt in primis annotandum,nomen hoc teſtamentū, in ſacris litteris tripliciter reperiri.

Triplex teſtamēti acceptio.

1. acceptio. B

¶Primo igitur in ſacra ſcriptura teſtamentum appellātur,ipſamet Dei verba. Quę nimirū acceptio apud Dauid prophetā reperitur expreſsè,pſalmo.49.cū ait: Quare tu enarras iuſticias meas, & aſſumis teſtamentū meū per os tuū? Quaſi dixerit,quamobrē puriſsima legis meæ verba,tuis impuriſsimis labijs pronūtiare audes? Vocanturq; hic eius diuina verba teſtamentū,quia pręcipuū teſtamēti cōditi propoſitū eſt,nēpe teſtimoniū pręſtare,fidēq; exhibere volūtatis & mentis eius, qui tale teſtamentum cōdidit. Et hoc pacto diuina verba teſtamentum ſunt,quia ipſius Dei volūtatis teſtimoniū perhibēt. Qua nimirū loquēdi forma redēptor noſter Chriſtus vſus eſt,ſicuti refert euāgeliſta Ioannes, cap. 5. cū ait: Scru-

Expoſitio. Pſal. 49. Simile. C Expoſitio. Ioannis. 5.

A Scrutamini ſcripturas, illę enim ſunt quę teſtimoniū perhibēt de me. Cui etiā loquendi modo conſonat cōmune illud prouerbiū, quod inter homines iā vertitur, ſcilicet qualis vnuſquiſq; eſt, talia & eius exiſtūt verba. Et hac eadem loquēdi forma in hominum operibus vtimur, cùm dicimus, ꝙ opera ipſa, eius cuius ſūt, teſtimonium prȩſtāt. Sicut ex illo Ioānis cap. 10. cōſtat, vbi redemptor noſter Chriſtus ſic ait: Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc teſtimoniū perhibent de me. Iuxta quàm acceptionem, omnis ſacra pagina teſtamentum vocatur, ideſt teſtimonium: nam omnia eius verba, atq; diuina opera, quæ in ea continētur, ipſius Dei teſtimonium perhibent. B

Expoſitio. Ioānis. 10.

¶ Vtitur etiam ſecundò ſcriptura ſacra hoc nomine, teſtamētum, in eadem proprietate & acceptione, quam homines cōmuniter vſurpant, cùm in poſtremo vitæ ſuæ conſtituti, teſtamentum condunt. Quæ quidem acceptio idem eſt, quod alicuius ſuæ poſtremæ voluntatis ordinatio, vbi ſimul legatum aliquod ipſius teſtatoris hæredi relinquitur. Quā loquendi formam, habent communiter iuriſconſulti. Hac igitur acceptione, vſa eſt etiam ipſa C ſacra pagina, quia hoc modo, ipſamet ſcriptura diuina appellatur teſtamentum. Nam ſi tota in ſe conſideretur, ordo quidam eſt & inſtitutio, vbi ipſius Dei voluntas nobis aperitur, circa chriſtianam vitam, quam erga eius diuinum cultum gerere debemus: A quomodo ſcilicet, ea legis mandata & eius cærimonias obſeruare habeamus. Vbi ſimul hæreditatis nobis legatum, veluti hæredibus, relictum eſt, vel bonorum temporalium, quemadmodum veteris teſtamenti patribus fuit conceſſum: aut certè vitæ æternæ diuitiarum, ſicuti nobis teſtamenti noui profeſſoribus eſt promiſſum. Et hic eſt loquendi modus, quo regius propheta vtitur, Pſalmo. 88. dicens: Diſpoſui teſtamētum electis meis. Quibus verbis mirabile illud atque inſigne redemptoris noſtri opus, B quod in vltimo vitæ ſuæ conſtitutus, cum diſcipulis ſuis operatus eſt, tanquam propheta deſignat: in quo ſicut verus omnium noſtrum pater, voluntatem ſuam hominibus aperuit, eiſque velut hȩreditario iure, regni cæleſtis patrimonium promiſit: Quod profectò diuinus ille ſermo, quem euangeliſta Ioannes refert, oſtendit. In vltima namque cœna, cùm eſſet cū diſcipulis ſuis, propriiſsimè videtur eaſdem obſeruaſſe conditiones, quas piiſsimus pater cum amantiſsimo filio C ſuo in vltimo vitæ ſuæ termino exhibet. Vbi conſuetum eſt, filium ad ſe vocare, atque, ea quæ in poſterum ſunt agenda, ſummopere illi commendare. Vbi etiam pater amāter paternæ

2. acceptio.

Simile.

Simile.

Expoſitio. Pſal. 88.

Simile.

Simile

Simile.

A dilectionis filio viſcera oſtendit,
quem intimè amplexatur, faciem
ob ortis lachrymis deoſculatur,
ſuſtinere non valens ab ipſo amā
tiſsimo filio diſceſſum: vt tādem
hęc omnia, pignus illi ſint, & per
petuus nexus, vt in poſterum pa-
tris volūtatem totis viribus pro-
ſequatur. Hæc eadem fuit redem
Chriſtus verus pater. ptoris noſtri Ieſu Chriſti forma,
quam in mortis articulo iam con
ſtitutus, ſuis chariſsimis diſcipu
lis exhibuit. Ipſos namq; dulciſ-
ſimè alloquutus eſt ipſos toto mē
tis affectu amplexatus eſt, ipſos a-
micè oſculatus eſt, ac deniq; ſu-
per ipſos amariſsimas lachrymas
fudit. ſicut in diuino illo elegan
tiſsimoq; redemptoris noſtri ſer-
B mone compertum eſt, quem diuus
Ioannes 15. & 16 Ioannes in ſuo euangelio refert, à
capite.15. vſque ad.16. Et quia te-
ſtamenti legatum, non niſi teſta-
Simile. toris interueniēte morte, vim cō-
ſequitur: ſic pariter regni cęlorū
hæreditas, quam Chriſtus redem
ptor noſter hic nobis promiſit,
in eius morte & paſsione vires ob
tinuit. Quod ita expreſsè aſſerit
Expoſitio, Hebræ.9. apoſtolus Paulus ad Hebræos, ca
pite.9. his verbis: Et ideo noui te
ſtamenti mediator eſt Chriſtus,
vt morte intercedente, in redem-
C ptionem earum præuaricationū,
quæ erant ſub priori teſtamento,
repromiſsionē accipiant, qui vo-
cati ſunt ęternę hereditatis. Vbi
enim teſtamentum eſt, mors ne-
ceſſe eſt interueniat teſtatoris: te-
ſtamentum enim in mortuis cō-
firmatum eſt, aliòqui nōdum va- A
let, dum viuit, qui teſtatus eſt.

¶Hinc oritur tertia in literis 3. acceptio.
ſacris, nominis huius, teſtamēti,
acceptio: ſcilicet pro pacto, ſiue
alicuius rei conuenientia inter
duos habita. Quo loquēdi modo
vſus fuit propheta Baruch, cap.2.
cùm dixit: Statuam illis teſtamē- Expoſitio. Baruch.2.
tum alterum ſempiternū, vt ſim
illis in Deum, & ipſi erunt mihi
in populum. Quibus verbis illu
minat propheta pactionem illā,
quam cum legis gratiæ profeſſo-
ribus contraxit, in qua beatitudi
nis hęreditatem hominibus pol-
licitus eſt. Et hac eadem acceptio
ne vtitur Ieremias propheta, capi Expoſitio, Hierem.31.
te.31. dicens: Ecce dies veniēt, &
feriam domui Iſraël & Iacob fœ-
dus nouum, non ſecundum pactū B
quod pepigi cum patribus ve-
ſtris. Hæc eadem loquendi forma
adducitur Deuteronomij capi- Expoſitio. Deutero.4.
te. 4. vbi Moyſes ſic ait. Loquu-
tus eſt vobis Deꝰ de medio ignis:
& oſtendit vobis pactum ſuum,
quod præcepit vt faceretis.

¶Vnum tamen eſt hic annotā
dū, ex diui Thomæ doctrina, ſu- S.Tho.
per priorem diui Pauli epiſtolā,
ad Corinthios, cap.11. lectione.6.
quòd videlicet teſtamētum hoc, C
vt inter perſonas ipſas magis va-
lidum firmiſsimumq; eſſet, con-
ſueuerūt homines pactum ipſum
ſanguine firmare. Quemadmo- Simile.
dum legitur Geneſis.31. de Iacob Figura.
& ſocero ſuo Laban, qui poſt quā Expoſitio. Gene.31.
inter ſe inuicem amicitiam inie-
runt,

A runt, pactumq́; ſtatuerunt, quomodo ſeſe habere deberent in rerum temporalium atque pecorũ vſu, continuò, victimas ſacrificauerunt: quarum nimirùm ſanguine, firmiſsimam iam inter ſe amicitiam, ſolidumq́ue pactum reddiderunt. Sic etiam legitur Moyſem feciſſe, Exodi ca. 24. vbi poſtquam in conſpectu totius populi legis librum perlegiſſet, populuſque reſpondiſſet, ſe ſic acceptare legem, ſicut Deus illis præceperat. ſtatim Moyſes, ipſum legis librum, populũque totũ ſanguine reſperſit, dicens: Hic eſt ſanguis B teſtamenti, quod nobis Deus prę cepit. Quaſi clarius dixiſſet, hoc ſanguine certus, firmiſsimuſque redditur cõtractus, qui inter nos & Deum noſtrum factus eſt.

Figura. Exo. 24.

¶ Et inde eſt, ꝙ pactum illud, quod Deus cum legis gratiæ hominibus contraxit, teſtamentum etiam vocatur: quod nempè ſuo pretioſiſsimo ſanguine Chriſtus conſignauit. Quemadmodum ex Luca. 22. capit. conſtat, cùm dicitur. Hic eſt calix nouum teſtamẽtum in meo ſanguine, qui pro vobis effundetur. Ac ſi apertiùs C dixiſſet, hic eſt ſanguinis mei verus calix, quo quidẽ certiſsimus redditur, quem vobiſcum feci, cõtractus. Hoc idẽ refert iterum Matthæus Euangeliſta capite. 26. dicens: Accipite, & bibite ex hoc omnes: hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamẽti quipromultis effũdetur in remiſsionem peccatorũ.

Expoſi. Luc. 22.

Expoſitio Matthæi. 26.

Quod profectò idem eſt, ac ſi diceret, apertius, ſanguis hic meus, quem modò bibitis, fœdus nouũ legis meæ, inter vos & me contractum, conſolidat. Et hoc idem eſt, quod Apoſtolus Paulus aſſerit, prima ad Corinthios epiſtola, capite. 11. vbi ipſius Euangeliſtæ verba reſumens, ſic ait: Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine, ideſt, fœdus quod modò vobiſcum pepigi, ſanguine hoc meo conſignatur. Et vt magis loci huius mẽtem aperiamus, eſt idem ac ſi diceret, teſtis huius contractus in ipſa gratiæ lege, ſanguis meus eſt: ideſt, atramentum, quod hæc ſancta meæ legis ſcriptura conſignata eſt, meus quidem eſt ſanguis. Quod ſi explicatius verbis alijs aſſerere velis eſt dicere, ſigillum quo contractus iſte auctoritatem eſt conſequutus, vt vos Deo ſeruire teneamini, atque ego in huius mercedem, cælorum regnũ vobis prę ſtare debeam, ſanguis meus eſt. A B

Expoſitio. 1. corint. 11.

2. expoſitio.

3. expoſitio.

4. expoſitio.

¶ Hinc colligitur manifeſtè, quod ſi homines, quando hanc Chriſti legem attentant frangere, atque ſua peccatorum ſarcina, ipſi Deo iniuriam inferre decernunt: ſi tunc temporis inquam attentiſsimè perpenderent, ſe in hoc facinore, diuinum illud pactum rumpere, ad cuius firmitatem ipſius Ieſu Chriſti verus ſanguis neceſſarius fuit. Credo equidem, quod non tam facilè in quotidianis peccatis ſe præcipites C

Chriſtiana conſideratio.

A darent, nec tam effrænes indies in ſuum abirent malum: ſed vtcumque ſaltem, in ſuis ſe peccatis detinerent. Ad minus in eis, has vires diuinus iſte obtineret contractus, quas inter homines humanus quidam contractus, teſtibus corroboratus, habet. Terribilis ſiquidem teſtis erit in finali iudicij die, eius lateris ſanguis contra eos, qui contractum iſtum tam facilè rumpere contempſerunt. Hinc prætereà Eccleſiaſtici omnes maximè conſyderare habent, quomodò Eccleſiæ patrimonium conſumpſerint, cùm eiuſdem patrimonij

Simile.

Simile.

Eccleſię patrimonium.

B pretium, non aliud quam Chriſti ſanguis extiterit. Si enim filius cui pater teſtamento paruam pecuniæ portionem in hæreditatem reliquit, maximo eam habet in prætio, & ſummo opere curat, ne eam prodigè conſu-

Simile.

C mat, ob hoc ſolùm quia eius patris ſudore pecunia illa acquiſita eſt: quanto magis Eccleſiaſtica hæreditas ęſtimanda venit, ſummoque habenda in pretio, cùm non alia pecunia, quam diuino ſanguine fuerit acquiſita.

Quod profectò diuus Paulus in hominum animis ſemper fixum manere voluit, Cum prima ad Corinthios. 6. capite, hoc vnū tam efficaciter admonet dicens: Empti eſtis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore veſtro. Quòd ſi ſeculares homines, quia Chriſti ſanguine empti

Expoſitio. 1. corint. 6.

Simile.

ſunt, in bonorum temporalium vſu temperatè viuere tenentur: quanto potiùs Eccleſiaſtici, qui ex ipſo Chriſti patrimonio viuūt quod eius fuit ſanguine acquiſitum, religioſè admodùm & honeſtè illud conſumere tenentur, non vtique prophanis vſibus conſumendo, ſed eis tantummodò, qui eorum graue ſanctiſſimunque redoleāt ſtatum & officium. A

¶Et hoc eſt, quod Paulus Apoſtolus ſummè exaggerare voluit, cùm ad Hebræos. 9. capite ſcribens ait. Chriſtus aſsiſtens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum, id eſt non huius creationis, neque per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem, introiuit ſemel in ſancta, eterna redemptione inuenta. Perpendite (inquit Apoſtolus) dilectiſsimi fratres, huius diuini operis magnitudinem. B C

Expoſitio Hebr. 9.

Nam cum veteris teſtamenti fædus, vitulorum ſanguine & hircorum eſſet confirmatum, in illo Salomonis materiali templo: Chriſtus tamen noui teſtamenti contractum, non niſi ſuo proprio ſanguine corroborare decreuit: in quo tamquam verus pontifex: in hoc templo viuo æternam noſtram redemptionem operatus eſt.

¶Caput

A

## ¶CAP. VIII. DE DIFferentia, quæ inter vetus & nouum teſtamentum verſatur.

HAC igitur teſtamenti diuiſione, & acceptione ſuppoſita, ſciēdum nobis eſt, antequam vtriuſq; teſtamēti differentiam aſsignemus, quòd ſi veriùs rem hanc cōtemplemur, potiùs re ipſa vnum eſt teſtamentū, quàm duo. Nouum namq; teſtamentum, ipſius veteris complementū eſt, & concluſio. Quia omnia quę prophetæ vaticinati ſūt, cum cæteris quæ in veteri continentur teſtamento: omnia inquā illa, in ipſius Ieſu Chriſti diuinā perſonam, tāquam in ſcopum ordinata ſunt: atq; ad ea, quæ Chriſtus verbis ſuis & operibus in lege gratiæ adimpleuit, dirigūtur. Quemadmodum figura in veritatem eius, cuius ſanè figura eſt, dirigitur: atque in feſtum, vigilia. Vetus quippe teſtamentum, nouæ legis fuit figura: noſtra autem lex, ipſius figuræ veritas. Itē vetus inſtrumentum, noui vigilia fuit: nouum verò, ipſius veteris fuit feſtum. Et affinitas illa, ſiue correſpondentia, quæ inter mulieris cōceptum eſt, & partū: hæc eadem omnino inter ſcriptā legem, & legem gratię reperitur. Hæ namq; euangelicę veritates, quas modò chriſtiani veneramur, in veteris legis ventre, tanquam filiæ quędā conceptę ſunt: cæterū in lege noua, earū extitit partus. Itaque vetus ipſum teſtamentum, nihil aliud quàm teſtamenti noui venter quidam fuit, à quo inſtrumenti noui veritates, velut filię eius, in publicum prodierunt. Et hac de cauſa Ieſus Chriſtus (ſicuti Ioannis. 16. capite legitur) ſuam ſacratiſsimā paſſionem, partum appellauit, cùm iam eiuſdem paſsionis tempus inſtaret, dicens: Mulier cùm parit, triſtitiam habet: cùm autem filium pepererit, gaudet, quia natus eſt homo in mundo: & nunc vos triſtitiā habetis. Quibus verbis nihil aliud Chriſtus intēdit, quàm immenſa quadā lætitia diſcipulorum ſuorum mœrētes animos afficere, nouum legis gratiæ venturum filium annūtians. Vnde ſemper hoc paſsionis tempus, ſuam eſſe horam dixit. Nam ſicut in muliere partus tempus, eius dicitur hora, quia filius qui in ventre matris incluſus erat, in lucem prodit: pari forma paſsio Chriſti, hora eius fuit, vbi veritates, quæ in veteris teſtamenti ventre erāt incluſæ, in lucem & totius mundi conſpectum exierunt. Et hoc vnum egregij concionatoris ſtudium, artificiumq; eſſe debet, ſcilicet veritatibus ipſis, quas ex nouo teſtamento deſumit, proprias aſsignare (quas habent in veteri teſtamento) correſpondentes ſedes. Nam quemadmodum flores, ab ipſa arboris radice prodeunt, ſic etiam noſtri euangelij veritates,

*Margin notes:* Duo teſtamenta, vnū teſtamētum. — Simile. — Simile. — Simile. — Expoſitio. Ioannis. 16. — Simile. — Cōcionatoris artificium. — Simile.

B — C

A tes, flores quidam ſunt, qui tanquam à radicè, ab ipſa lege veteri ſunt orti.

¶Et hũc ſenſum veriorem eſſe existimo loci illius, cãticorum. 2. capite, vbi ſpõſus cuiuslibet chriſtiani animam, velut ſponſam ve ram, ad beatitudinis prãdium inuitat: aut certè Eccleſiam nouã, vt eam vtiq; in eiuſdem beatitudinis excitet cognitionẽ, dicens: Surge, propera amica mea, iam enim hyems tranſijt, imber abijt & receſsit: flores apparuerunt in terra noſtra, & vineæ florẽtes dederunt odorem ſuum. Vbi teſtamentum vetus hyemem fecit: ipſam verò gratiæ legem, floridum ver conſtituit. Nam ſicut herbæ hyemis tempore, radices tantùm habent in terra ſubmerſas, quarum flores tamen in ipſo veris initio rutilantes apparẽt: ad eum modum veritates, quæ tanquam in verè, in euangelicę legis tempore floruerunt: in veteri teſtamento, velut in hyeme, ſuas habuerunt radices: quo tẽpore ſemper extiterunt congelatæ, quouſque redemptor noſter Chriſtus, paſsionis ſuæ calore eas liquefecit. Et hoc fuit crucis myſteriũ, quando ad patrem iam ſuam ſacratiſsimã exhalaturus eſſet animã, dixit: Conſummatũ eſt. Quandoquidẽ in hoc deſignauit, hyemis aſperitatem iam finiſſe, ſcilicet veteris teſtamenti ceſſaſſe figuras. Quod etiam adumbratum fuit in illa veli tẽpli ſciſſura, quæ profectò nihil aliud deſignauit, quàm euangelicas veritates, ſine vllo velo iam diſcoopertas omnibus debere eſſe: vbi omnia aperta & florida remanſerunt. Quemadmodum igitur arborem cum flore, & ſine flore, eandẽ dicimus eſſe arborem: ſic etiam noui teſtamẽti floridam arborem, eandem omnino, quæ in veteri teſtamẽto ſine flore erat, appellamus.

Expoſitio, Cantico. 2.

B Simile.

C Figura. Ioan. 10

Figura. Mat. 27.

A Simile.

¶Dicimus præterea, idem eſſe teſtamentum vetus atq; nouum, quia vtriuſque idem fuit teſtator, idemq; principium vtriuſque aſſignamus. Nam veteris teſtamenti principum, ex quo primus homo Adam formatus eſt, fuit quidem Chriſtus præfiguratus. Nã in Adę coſta, ex qua mulier eſt formata, iuxta diui Pauli ſententiam, illico ipſius Chriſti Eccleſia deſignata fuit. Ait ſiquidẽ ad Epheſios. 5. capite, Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & Eccleſia. Itaq; ſicut pictoris imago priùs in ſe obſcuram hominis ſimilitudinem gerit, ita vt dicere nequeas, equus, an leo, vel homo ſit futurus: in fine tandem poſtrema ipſa delineatio claram iam demonſtrat hominis, ſiue leonis effigiem: pari forma ab ipſa veteri lege ad hanc vſque nouam legem gratiæ, pictura quędam ipſius Ieſu Chriſti extitit obſcura & confuſa. Cuiuſquidem vmbræ in veteri erant teſtamento, huius tamen imaginis facies in nouo apparuit. Quod

2. conuenientia.

B Figura, Gen. 2.

Expoſitio. Ephe. 5. Simile.

C

A ita expreſſè diuus Paulus aſſerit, ad Hebr.10.cap.cum ait. Vmbrã habet lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem.

Expoſitio, Hebræ. 10.

¶ Sed eſtò ita ſit, ꝙ hæc duo teſtamenta, ſupradictis iam rationibus, in re ipſa idem omninò ſint: plurimum tamẽ inter ſe differũt. Primò, quia diuerſus eſt vtriuſq; ſcripturæ finis. In veteri namque teſtamento, illius legis patribus, bonorum temporalium fuit facta promiſſio: qualia erãt longa corporis vita, ſuorumq; inimicorum vindicta, panis etiam vini & olei abundantia. Quemadmodum ex Deutero. capite quarto, conſtat, vbi ſic legitur. Nunc Iſrael audi præcepta & iudicia, quæ ego doceo te, vt faciẽs ea viuas, & ingrediaris, atq; terram poſſideas, quã dominus daturus eſt vobis. Prætereà eodem Deuter. 6.cap. legitur: Dominus Deus tuus introducet te in terram bonam, fluentem lac & mel, atque alibi aſſeritur: Si hæc feceritis, bona terrę comedetis. Multaq; ſunt alia id genus ſcripturæ diuinæ loca, quæ hanc eandem continent ſententiã. Cæterum in nouo teſtamẽto, non niſi cœleſtium bonorum fuit pollicitatio. Quemadmodum ex Matthæi capite. 5. apertiſsimum eſt, vbi Chriſtus dominus noſter proponens hominibus, qui chriſtianam legẽ ſunt profeſsi, virtutes quas obſeruare deberent, laboreſque quos pro eis haberent tolerare, nullum aliud prẹmium illis conſtituit, præter ipſam regni cælorum beatitudinẽ. Ait enim: Gaudete & exultate, quoniã merces veſtra multa eſt in cælo. Quod autem ad ipſam bonorum temporalium attinebat ſubſtantiam, potius nos retraxit, & ab huius ſæculi temporalibus bonis prorſus ſeparatos eſſe voluit: qui nimo paupertatem, famẽ, ſitim, & inimicorum perſecutionem, cũ cæteris mundi huius calamitatibus, inſtanter commendauit.

1. Differẽtia.

Deut. 4. B

Deut. 6.

C

Expoſitio. Matthæ. 5.

A

¶ Secunda differentia eſt, quia vetus teſtamentũ eos libros continet, qui de ſapientia, de potẽtia, de iuſticia, atq; de Dei bonitate tractant. Quod profectò in ipſa mundi creatione relucet, in qua Deus virtutem ſuã & omnipotẽtiã hominibus oſtendit, in hoc ꝙ creata omnia ex nihilo produxerit, præſtans vtique illis tam admirabile atq; formoſũ eſſe. Oſtendit etiã ſapientiã ſuam, in potẽtiarũ hominis harmonia maxima, & cõpoſitione, quã illis tã artificioſè præſtitit. Præterea etiam hanc eandẽ oſtendit ſapientiã, in omni earundẽ rerũ admirabili ordine & gubernatione, qua ad ſe inuicẽ annectuntur & ordinantur, quarũ altera alteri inſeruit. Suã itidẽ in hoc bonitatẽ demonſtrauit, ꝙ creaturis ſuis has ſuę diuinę maieſtatis gratias & excellentias cõmunicare dignatus ſit. Oſtendit adhuc omnipotentiã ſuã & vires, in tãtis prodigijs, admirandiſq; victorijs, in quibus filij Iſrael de ſuis

2. Differentia.

B

Potẽtia ſapiẽtia atq; Dei bonitas.

Sapiẽtia Dei.

C

Bonitas Dei.

A ſuis hoſtibus triũphantes, quotidie euaſerunt: ſicut ex quatuor regũ libris apertè conſtat. Oſtẽdit pariter iuſtitiã ſuã, in terribili illo, atq; hominibus tã formidabili flagello, quando vniuerſum orbẽ diluuio conſumpſit: & dũ etiã in mari rubro Aegyptios omnes inuoluit: necnõ in Sodomitis, cũ eos ignis viuos abſorbuit. Sed adhuc bonitatẽ ſuã demum oſtẽdit quando in ipſis prophetarum libris, clemẽtiã eius vidimus, dum tantã eis præſtitit hominibus notitiã, & ſpem, ꝙ ſcilicet Meſsias eſſet venturus. Sed tamẽ in nouo testamento, ſolũ illi cõtinentur libri, qui de Ieſu Chriſto dño noſtro, iam humana carne induto, iamq; mũdo manifeſtato tractãt. Necnon de virtutibus, quæ huic cæleſti operi ſunt annexæ, veluti ſunt euangelij Chriſti, fides, & ſpes, atq; charitas, amorq; ipſius Dei & proximi, pariter & vitę æternæ ſpes, inquã chriſtiana hæc lex (quam profeſsi ſumus) nos omnes inducit.

Iuſtitia dei.

Bonitas dei.

B

Simile.

C ¶ Tertia differentia eſt. Nam veteris teſtamenti leges, in lapideis tabulis hominibus datæ ſũt vnde lex denominatur ſcripta: Cæterũ noui teſtamenti leges, in ipſis hominum viſceribus & anima ſcriptę ſunt, vbi ipſa ſedes eſt gratiæ: quo fit vt teſtamentum nouum lex appelletur gratiæ.

3. Differenti.

Quas ambas vtriuſq; teſtamenti conditiones aſſerit Ieremias propheta, capite trigeſimo primo, cum ait. Conſummabo ſuper domũ Iſrael teſtamentũ nouum, nõ ſecundũ teſtamentum quod feci cum patribus eorũ, in die qua eduxi eos de terra Aegypti: teſtamentum nouum dabo illis, legẽ enim meã ſcribam in viſceribus eorũ. Quæ prophetæ verba in ſũma hoc deſignare videtur, ꝙ videlicet prima oblatio ſiue ſacrificiũ, quod de ſe ipſo homo Deo offerre habet, ſui quidẽ cordis eſſe debet: ardentiſsimè ſemper, id quod in Dei obſequiũ operatur, amãdo: nã hic cordis amor & affectio, eius operum anima eſt & vita. Et in hoc veteris à noua lege differentia cõſiſtit. Vetus namq; lex mortua vocabatur, quia tantum cerimoniarum quædam erat quaſi mortua obſeruantia. Cæterum noui teſtamenti lex, viua appellatur, quia nimirum in corde hominis, à quo vita promanat, ſedem retinet.

A Expoſitio, Hierem. 31.

affectio, virtutis anima.

B

¶ Quod proculdubio clariſſimum eſt, ex eo Ieſu Chriſti excellenti ac diuino ſermone, quem Matthæus refert, capite quinto, in quo proponens Chriſtus diſcipulis ſuis, eorumque nomine vniuerſis mundi gentibus, ſanctas euangelij ſui leges: minimè contentus fuit, ab eis operum ſuorum corticem exigere, ſed earum medullam, & ſpiritum, tanquàm virtutis animam, principaliter petit. Ait ſiquidẽ. Beati pauperes ſpiritu, quoniã ipſorum eſt regnum cælorũ. Ac ſi dixiſſet

Expoſitio Matthæi. 5.

C

Simile

expli-

A explicatiùs, ille vere beatus erit, qui veſtem pauperem & vilem, quã in corpore portat, ipſammet toto cordis affectu amplexatus fuerit, volens & affectuoſiſsimè amans illud paupertatis opus. Et iuſtè proculdubio Deus vult, vt Simile. chriſtianę legis papyrus ipſa ſint hominum corda: quia verus fons vnde noſtra lex dimanauit, fuit etiam ipſius Dei cor. Et hoc fuit in eius paſsione ſacroſanctum illud myſteriũ, quòd videlicet Figura. Ioan. 19. militis lancea, redemptoris noſtri rumperetur latus: vt apertè cognoſceremus, ipſius legis ſedem & fontem, Chriſti fuiſſe cor, ac B proinde in hominum cordibus chriſtianam legem ſcribendam etiam fore, quia ab ipſo Dei corde primitus exierat. Nam ſi à Ieſu Simile. Chriſti viſceribus lex ipſa orta fuit, in hominum etiã viſceribus ſcribi dignißimum fuit. Nec in hoc, plus à nobis exigit, quã ipſe contulit: quia ſi cor petit, cor dedit: ſi amorem exigit, priùs amorem dedit: ſi ſpiritũ expoſcit, ſpiritum præſtitit: & ſi deniq; animam poſtulat, prior ipſe animam præbuit. Igitur hac de cauſa in chriſtiana lege, virtutum opera Volũtas operum vita eſt. & voluntatem, & affectionem in ſe ipſis continere habent: quia voluntas hæc, ipſorum operum vita eſt & anima: & hoc eſt, eſſe cordis C opera, ideſt quòd viua ſint, & ab ipſo corde promanãtes actiones.

4. differẽtia. ¶ Quartam veteris & noui teſtamenti differentiã, aſsignat beatus Gregorius. 20. Moralium libro, capite. 28. vbi aſſerit, vetus atque nouum teſtamentum ſic à ſe ipſis differre, ſicut in arcu, eius A Grego. chorda à cornibus differt: quæ Simile. quidem cornua, extrema quædã ſunt, à quibus ipſius arcus chorda pendet: chorda quippe mollis & ſuauis eſt, cornua tamẽ acutiſſima ſunt & dura. Ad eum igitur modum teſtamenti veteris lex, dura admodùm extitit, quia riguroſis, aſperiſq; operibus ſemper plena extitit, erãt quippe opera, quæ in ſe exiguum ſpiritus ſaporem, aut dulcedinis ſuccum continebant: ſed omnia vt plurimum ſicca, ſterilißimaq; exiſtebant. Nouum B verò teſtamentum, huius arcus chorda dicitur. Nam ſicut chorda flectitur, & mollis eſt: ſic Simile. legis nouæ opera, dulcia nimis ſunt & ſuauia, amore & charitate plena, quæ ſemper ipſius hominis ſpiritum emulcent. Qua ratione lex gratiæ denominatur, quia gratioſa & ſuauia ſunt omnia eius inſtituta. Quòd ſi diui Quare lex gratiæ dicatur. Gregorij verba in præſentia adduxerimus, pleniùs curioſa hæc veteris & noui teſtamenti differẽtia percipietur. Ait ſiquidem: Aliquando autem per arcum, etiã ſacra ſcriptura ſignatur: ipſa quippe arcus eſt Eccleſiæ, ipſa arcus eſt domini, de qua ad corda C hominum, ſicut ferientes ſagittę, Simile. ſic terrentes ſententiæ veniunt. Vnde rectè quoq; per Pſalmiſtã Expoſitio. Pſal. 7. dicitur, Pſalmus. 7. Arcum ſuum teten-

A teteñdit,& parauit illum,& in ipſo parauit vaſa mortis, ſagittas ſuas ardentibus effecit. Arcum namq; ſuum dominus tetendit, quia cũctis peccatoribus per ſcripturam ſacram minas exhibuit. In quo arcu ſcilicet vaſa mortis pręparat,quia ſecundum eloquij ſui ſententiam,eos qui nunc corrigi negligũt,reprobos damnat. In quo etiam ſagittas ſuas ardentibus effecit, quia in eos quos per terrorem corrigit,accẽſas verborũ ſententias emittit. De hoc prædicatorum arcu per Iſaiam dicitur.7.cap. Cũ ſagittis & arcu aggrediuntur illuc. Quia nimirùm ſancti Apoſtoli ad feriendam gẽtilis vitæ duritiam, cũ diſtrictis

Expoſitio. Iſa. 7.

B verborũ ſpiculis venerunt. Quid igitur hoc in loco arcus nomine,niſi ſacrum eloquiũ debet intelligi? in chorda etenim, teſtamentum nouũ:in cornù verò teſtamentum vetus accipitur. In arcu autem,dum chorda trahitur, cornu curuatur. Sic in hoc eodẽ ſacro eloquio, dum teſtamentum nouum legitur,duritia teſtamenti veteris emollitur. Ad eius nãq; ſpiritualia & blanda præcepta,illius litterę ſe rigor inclinat:quia teſtamentum nouum, dum quaſi quodam bonæ operationis bra-

Simile.

C chio trahitur,in teſtamento veteri ſeueritatis iura flectũtur. Neq; indecenter dicimus,chordam teſtamento nouo congruere, quod de incarnatione dominica certũ eſt extitiſſe. Quaſi ergo chorda trahitur, & cornua curuantur: quia dum in teſtamento nouo,incarnatio mediatoris agnoſcitur, ad ſpiritualem intelligentiam rigor teſtamenti veteris inclinatur. Hæ ille.

Simile.

Incarnatio Chriſti.

¶Eſt ergo diui Gregorij ſentẽtia,quòd cùm aliquod teſtamenti noui ſuaue proponitur pręceptũ, ibi continuò teſtamẽti veteris rigor mitigatur. Sicut manifeſtè ex illa Ioannis.8.capite, hiſtoria conſtat,quando Iudæi Chriſto domino mulierem illam adulteram præſentarunt,vt ſecundum legis rigorẽ lapidaretur. QuibusChriſtus,ſecundum legis gratiæ lenitatem & ſuauitatem,reſpondit,ꝙ videlicet iuſtitiæ exequutio, in

Figura, Ioan.8.

B peccatrice illa, non à peccatoribus,ſed à iuſtis fieri debebat. Quibus auditis, illico omnes à legis rigore ceſſauerunt,& abierũt: ex quo ipſa peccatrix mulier à Chriſto in libertatẽ eſt reſtituta. Vbi manifeſtè conſpicitur,veteris legis rigorẽ,ipſius legis nouęſuauitate fuiſſe temperatum. Hoc iterũ oſtenditur,ex euangeliſta Ioanne capite. 9. Vbi cùm Chriſtus die ſabbati,cuidam cæco reſtituiſſet viſum, & Iudęi ſuper hoc ipſum eſſent calumniati,eo quòd ſabbati feſtum violaſſet,reſpódit Chriſtus,in ſabbato vnicuiq; licitum

Figura. Ioan.9.

C eſſe benefacere: & cùm cæco viſum donare,charitatis etiam fuiſſet opus,minimè contra legis mãdatum eſſe, aſſeruit. Vbi pariter videmus, quòd Chriſtus legis anti-

A antiquæ rigorem, nouę legis leni tate mitigauerit.

2.expoſitio. ¶ Secundo etiam verum habet in vtroq; teſtamẽto, vt ait Gregorius, hęc arcus metaphora. Nam vt primùm in lege gratiæ agnoſcitur Chriſti incarnatio, atq; filij Dei diuinus aduentus, rigor omnis antiquus flectitur: & teſtamenti veteris obſcuritas, quę de hoc loquebatur articulo, aperitur. Nam poſt Chriſti aduentum, hæc omnia ad ſpiritualem trahimus intelligẽtiam, animarumq; profectum. Itaque incarnatione Chriſti cognita, confeſtim obſcuritas omnis effugatur, quã de hoc myſterio lex vetus continebat. Quemadmodũ in ſolis ortu accidere videmus: ſiquidem vt primũ oritur ſol, ſtatim gelu quod ex hyeme congelatũ fuerat, liquefit, atq; ipſius terræ durities emollitur. Sic etiam durities figurarũ, & illius legis ſacrificiorum obſcuritas, quę de redẽptore noſtro Chriſto loquebãtur, omnia in eius ſanctiſsimo aduentu liquefacta ſunt & emollita. Sicut enim hyems, in primo veris ingreſſu attenuatur: ad eum modum, in ipſo legis gratiæ initio, veteris legis aſperitas lẽteſcit. Ad quod nimirũ alludit, illud Cãticorum. 2. capite: Surge ꝓpera amica mea, iã enim hyems trãſit, imber abijt & receſsit, flores aparuerũt in terra noſtra. Quibus verbis inuitatur bonus ac religioſus vir, vt in ipſo Chriſti aduẽtu, velut in nouo veris ingreſſu, aſperrimęq; hyemis receſſu, in nouum excitetur & inſurgat gaudium: in cuius quidem veris aduentu, res omnes veteris legis cõgelatæ priùs & obduratæ, ſeſe aperiunt & extendunt.

Chriſti incarnatio. Simile. B Simile. Expoſitio, Cantico. 2. C

¶ Quintam differentiam inter hæc duo teſtamenta, ponit idẽ diuus Gregorius, ſuper Ezechielẽ, homilia. 6. vbi admodum partus, has duas leges à ſe inuicem differre vult. Nam vna, alterius eſt conceptꝰ, altera verò partus. Quia noui teſtamẽti veritatẽs, teſtamenti veteris ſũt filię, quę anteà in ipſo tanquã in ventre erant incluſę, ſicut ſuperius iam exponere incepimus. Hac enim de cauſa diximus, Ieſum Chriſtũ ſuæ paſsionis tempore, legẽ hanc euangelicã partũ appellaſſe, cùm dixit: Mulier cũ parit, triſtitiã habet. Per hęc nãq; verba nos docuit, in morte ſua, vbi lex vetꝰ finiebatur, & ipſa gratię lex incipiebat, ibi verũ debere eſſe omniũ eorũ partũ, quę antea in lege ſcripta cõtinebãtur, quibus tanquàm veris filijs grauida erat. Et quidẽ verè ac legitimè, paſsionis ſuę tẽpus, partus appellatũ eſt. Nã quemadmodũ filij, nõ niſi ipſius matris ruptione, & ſanguinis effuſione, naſcuntur: ſic etiã hę euãgelicę veritates, non ſecus quã ipſius Ieſu Chriſti ſanguinis effuſione, eiusq; lateris ruptione natę ſunt: quia pro ipſarũ veritatũ defẽſione, ab inimicis crudeli morte extitit dãnatus. Et hoc vno maxime triſtes diſcipulorũ

A Simile. 5. differẽtia. Simile. B Expoſitio. Ioannis. 16. Simile. C

Q ſuorum

A ſuorum animos conſolari intendebat, qui de paſsione ſua valde mœrentes erant: quandoquidem trāſacto iam ſuę mortis articulo, ſicut mulieris trāſacto partu, maxima afficiendi erāt lętitia, nouis iam euangelicæ legis natis filijs.

Simile.

¶ Adducit in confirmationem huius metaphoræ beatus Gregorius, formam illius rotæ, quā Ezechiel propheta deſcribit capite primo, vbi ait, quòd in medio illius rotę, quā illa quatuor animalia circūferebāt, altera erat intruſa rota. Per hoc nobis inſinuās, ꝙ in ipſo veteri teſtamēto, veluti filius in ventre matris, nouum erat incluſum inſtrumētum. Neq; im

Grego.

Figura. Ezec. I.

B meritò ſcriptura hęc ſacra, hoc in loco rota denominatur. Nā ſicut rota in eius motu, ad omnes ſe vertit partes, necnon ex profundo ciſternę aquā educit, qua herbæ, & omnes terræ plantę irrigātur: pariter etiam ſcriptura ſacra, ad omne gentium genus ſe vertit, tā bonos quidem quàm malos. Siquidē omnibus in vniuerſum loquitur, quia vnicuiq; morbi ſui accōmodam tribuit medicinam. Itē quia ex profundiſsimo Dei pectore, refrigerantem cōſolationis aquam educit, quam de ſe euangelicæ veritates emittūt, qua omnium ho-

Simile.

C minū corda, in hac miſerię valle degentium, refrigerantur, eorūq; irrigantur virtutes: vt in Deo ipſo creſcant, floreſq; & diuinū afferant fructum. Incluſa erat igitur rota vna in alterius medio rotæ, quia euāgelica lex, in ipſo veteri teſtamēto claudebatur, quæ in ipſo paſsionis tēpore, ſicut veteris legis filia, in lucem prodijt. Et ſicut mater poſt partum debilis admodū, & attenuata manet: ſic antiqua illa lex, infirma nimis ac debilis manſit, ſine viribus omninò atq; virtute aliqua. Quia poſtquam Chriſti euangelium natum eſt, illa nullius extitit vigoris. ſed ex quo lex hæc noua viuere incepit, vetus altera mortua remāſit. A

Simile.

Simile.

¶ Et hic fuit vterus tumens, veteris teſtamenti figurarū omniū, quę in hoc paſsionis tempore pepererunt. Hic namq; in lucē prodierunt veritates omnes, quæ ibi conceptæ erant. Sicut præcipuè ſignificatum fuit, ex illo inſigni opere, atq; ſingulari ſacramento, quod ſtatim in ipſo mundi principio mirabiliter Deus operatus eſt, cùm mulierem ex coſta primi hominis, qui omnino ſopitus erat, eduxit ſicut Geneſis. 2. capite conſtat. Quæ mulieris eductio, ſicut in initio mundi, Dei primū fuit opus: ita & Eccleſiæ noſtræ, prima fuit figura. Quam profectò Eccleſiam, velut chariſsimā ſponſam & vxorem, Chriſtus ex latere ſuo eduxit: & hoc non niſi in ſe ipſo minuens coſtam vnam: nam vitam pro hac dilectiſsima vxore poſuit. Et quòd illius conceptus in homine primo, hic ſit partus in Chriſto Ieſu, & eius Eccleſia, aſſerit expreſsè apoſtolus Paulus, ad Epheſios ſcribens, ca-

Simile. B

Figura, Gen. 2.

Simile.

C

pite.

A pite. 5. cùm ait: Sacramẽtum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & Eccleſia. Diuinum eſt (inquit) ſacramentum, mirabileq́; ſecretum, vt ex oſsibus primi hominis Deus primam eduxerit mulierẽ. Illuminat namq; factum hoc, cæleſte illud matrimonium, qnod inter Eccleſiam, & Ieſum Chriſtum filium eius contractum eſt, quando ſuæ paſsionis tẽpore eam tanquam veram ſponſam ex latere ſuo formauit. Et quẽadmodum myſterioſum, admirabileq́; fuit, quòd ex ipſo primi hominis oſſe ſicco, quod nullam in ſe ſubſtantiæ virtutem habebat, res tam formoſa & viua (ſicut prima fuit mulier) prodiret, delicata inquam, & tam alto inſignita

Expoſitio. Epiſ. 5.

Simile.

B intelligentiæ dono, totq́; & tãtis dotata gratijs: ſic etiam fuit altum valde & diuinum Ieſu Chriſti ſacramentum, quod in paſsione eius, ex morte vita procederet, atq; ex facto tam hominibus horrendo (ſicuti erat Chriſtum mori) ipſius Eccleſiæ exiret pulchritudo, quæ iam deinceps, tot gratijs & donis, mirificè decorata maneret.

¶Similiter in Chriſti paſsione comparuit euãgelicæ legis alius filius, qui in veteri lege erat con-

C ceptus, in illo inſigni Abrahę ſacrificio. Sicuti habetur Geneſis capite. 22. Dum Abraham immolaturus filium ſuum Iſaac, in mõtem pergeret, puerulus ligna quibus comburendus erat, portabat.

Figura, Gen. 22.

Quia dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui illius figuræ fuit ipſa veritas, crucem in qua immolãdus erat, tanquam verus Iſaac, ſuis ſacratiſsimis humeris detulit. A

¶In eodem prætereà paſsionis tẽpore, illud legis antiquę pręceptum, ſuũ habuit etiam partũ. Legitur enim Ioſue cap. 20. quòd ſi quis fuerit homicida, ad maleſactorum ciuitatẽ protegendus accurreret, ibiq́; maneret, quouſq; põtifex ſũmus mortuus eſſet: poſt cuius tamen mortẽ, ſaluus manebat, vt liber in ſuam poſſet redire patriam. Quod profectò in Ieſu Chriſti morte adimpletum eſt: ipſe namq; verus fuit põtifex. Sicut apoſtolus Paulus ad Hebræos. 9. B capite ſcribit dicens: Chriſtus aſsiſtens pontifex futurorum bonorum, introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. Homines igitur ab ipſo Adæ peccato, tanquam malefactores in hoc mundo, necnon in limbo recluſi fuerũt, vt ibi protecti manerent, neq; in propriam patriã, quę cęlorum erat regnum, redire valebant, vſque ad pontificis huius Ieſu Chriſti mortẽ: cuius mortis virtute, libertatem omnes cõſequuti ſumus & facultatem, vt libere beatorum patriam ingredi C poſsimus. In ea ſiquidem morte, libertas omnibus condonata eſt, vt iam incolumes abſq; vllo peccati obſtaculo, ſalutem noſtram conſequi valeamus: ſi tamen delictorum noſtrorum pœnitẽtiam

Figura, Ioſue. 20

Expoſitio Hebræ. 9.

A egerimus, & ipſam chriſtianam fidem operibus aſſociemus. Hoc tamen dixerim, vt lutheranæ ſectæ peſtem euitemus, qui delictorum ſatisfactionem in ſola Chriſti paſsione poſuerunt, nulla alia requiſita à nobis delicti ſatisfactione. Sicut ergo quatuor hæ figuræ, quas ſuprà retulimus, in Chriſti paſsione ſuum vtique habuerunt partum: ſic etiam reliquę omnes veteris teſtamenti figuræ, ſuos hic pariter pepererũt filios.

Fides operibus aſſocianda.

¶ Sextam differẽtiam inter has duas leges, ponit adhuc beatus Gregorius, ſuper Ezechielem homilia. 21. dicens: Vetus nouumq; B teſtamentum ſic inter ſe diſtare, ſicut alicuius domus atrium exterius, & eiuſdem domus manſiones ſecretæ. Nam interiores domus manſiones, & cubicula deſeruiunt vtique, vt in ipſis homines quieſcant, ſedeant, dormiant, & in quibus tãdem ſemper inhabitent. Cęterùm atrium exterius eiuſdem domus, in hoc ſolùm deſeruit, vt ingredientium primum ſit receptaculum, in quo nullus ingredientium ſedere conſueuit: ſed ibi ſtans ſeſe componit, corporis veſtimenta adaptat, puluC eremque veſtimentorum excutit, calceos à luto extergit, vt ſic mũdus, & in omnibus compoſitus, in ſecretiora domus habitacula adquieſcendum intrare valeat. Ad eum modum, duo hæc teſtamenta ſe habent. Vtrumq; enim vnam & eandem Dei domũ conſtituunt, quæquidem domus, hęc eſt chriſtiana Eccleſia: ſed vetus teſtamentum tãquam figura, hoc verò nouum tanquam ipſius veritas: differunt tamen, quia teſtamẽtum vetus, atrium quoddam exterius fuit, ſiue primum quoddam domus huius receptaculum, eorum qui ad veram Dei cognitionem peruenerunt. Quia illius legis ſtatus minimè inſtitutus eſt, vt in eo homines perſeuerarent, & tandem quieſcerent: ſed ſtatus quidam erat, vbi homines diſponebantur, vt vlterius ad legem gratiæ, quam modò nos profeſsi ſumus, tranſirent. Quare meritò primus ille veteris legis ſtatus, atrium appellatus eſt: tranſitus quippe fuit, vt ab eo in hanc noſtram euangelicam legem homines deuenirent. Et ſicut in atrio domus, ingredientes ſeſe componunt, vt nulla in eis appareat macula ſiue fœditas, ſed mũdi prorſus & decenter adaptati, in ipſa domus interiora ingrediantur: ſic vetus illa lex, euangelicæ legis domus receptaculum primum erat, in quo homines ſeſe ornabant & præmuniebant, vt in hanc euangelicam viuendi formam intrarent. Quòd ſi non legis chriſtianæ operibus (quia ad eam nondum peruenerant) ſed tamen Ieſu Chriſti venturi fide, illius veteris teſtamenti patres veſtiti ſunt. De quibus ait Apoſtolus ad Hebręos cap. 11. quòd

6. differencia.

Grego.

Simile

A

B

Simile.

C

Expoſitio, Hebræ. 11.

A quòd in Ieſu Chriſti fide, omnes illi patres ſalutem ſunt conſequuti: ſemper enim huius euangelici ſtatus, per prophetarum teſtimonia, ſpem habuerunt. Et hac eadem ratione, euangelica lex, interior huius domus appellatur mãſio: quia pręcipuus prophetarum ſcopus, cærimoniarũq; illius antiquæ legis, fuit quidem, in agnitionem nouæ legis nos adducere, vbi tandem requieſcimus. Quia habita iam vera atque expreſſa Dei cognitione, nihil aliud iam ſperandum reſtat, quàm ad ipſam beatorum patriam tranſire.

B ¶Hoc idem ſignificatũ eſt, mirabili illa Ezechielis viſione, quæ eiuſdem prophetę, capite. 2. adducitur. Vbi legitur, prophetam, templum quoddam vidiſſe, quod duas habebat ianuas, alteram quidem exteriorem, alteram verò interiorẽ. Quæ nimirùm fores, duos hos ſtatus veteris & legis nouę ſignificant: quia vetus lex exterior fuit ianua, noua verò interior extitit, per quam qui ingreſſus eſt, non niſi mera Dei clemẽtia & amicitia id obtinuit. Sicut Ioannes refert euãgeliſta capite. 5. dicẽs: Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos, quia quęcũq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Loquebatur Chriſtus peculiariter quidem ad diſcipulos ſuos, atque ex conſequenti ad eos omnes, qui ad legis euãgelicæ cognitionem peruenerant, eis qui veteris legis fuerant profeſſores, comparãdo. Illi enim, velut ſerui, ſemper in illo ſtatu vixerunt: iſti autem ſicut amici intimi. Quia illi in domus atrio permãſerunt: iſti autem in ſecretiora domus introducti ſunt, nam ipſius Ieſu Chriſti pectoris arcana penetrarunt. Amicorum quippe eſt conditio, nullum inter ſe cordis reſeruare ſecretum. Quapropter nõ eos ſeruos appellauit, ſed amicos: quia arcana omnia, quę ex patris pectore adduxerat, illis in euangelica lege cõmunicauerat. Et hoc eſt, ad ad ſecretam domus manſionem, tanquam veros amicos, eos admiſiſſe. Quod euangeliſta Ioãnes refert, capite. 4. dicẽs: Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis. Illi quippe veteris teſtamenti patres, fide ſua & cærimonijs, prophetarumq; teſtimonijs veſtiti, gentes omnes excitarũt, & ad cognitionem Meſſiæ venturi diſpoſuerunt. Et quẽadmodum vnus eſt qui domum ędificat, alius verò qui eam inhabitat: ſic patres illi laborauerunt quidem, vt ſuis figuris & ſacrificijs euangelicam hanc domũ nobis ędificarent. Nos verò in eorũ labores introiuimus: quia quod ipſi deſudarũt, fide, & ſpe, atq; importunis legis cærimonijs: nos profectò expreſſa iam Meſſiæ cognitione deguſtauim'. Et hoc eſt, quod Chriſtus diſcipulis ſuis intimauit, Ioã. 4. cum dixit: Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis.

Margin notes: A Simile. — Amicorum conditio. — Figura, Ezec. 2. — Expoſitio. Ioannis. 4. B — Simile. — Expoſitio. Ioãnis. 5. C — C Expoſitio. Ioannis. 4.



[library stamp] FERDINANDVS ... ALEXANDER ... PP. VI ... VAL...

A Grego. ¶ Septimam differentiam aſsignat idẽ diuus Gregorius, ſuper Ezechielẽ, vbi aſſerit, ꝙ hęc duo teſtamenta ſic ſe habẽt, ſicut duo illi Cherubin, qui in Salomonis templo pendentes erãt. Pro quo annotãdum eſt, ſicut in Exodo capite. 25. legitur, ꝙ in Salomonis tẽpli propitiatorio, quod aliàs ſanctaſanctorum appellabatur, duo erant hinc inde pendẽtes Cherubin: qui ambo, ipſum propitiatoriũ ſimul reſpiciebãt. Qui tamen ad ſe verſos habebãt vultus, ita vt mutuò ſeſe reſpicerẽt, & in omnibus cõcordes haberẽt oculos. Simili modò ſeſe habuerũt ſemper hęc duo teſtamenta, quia ambo Ieſu Chriſti redemptoris noſtri vẽturam perſonam ſemper reſpexerunt. B Qui nimirùm Chriſtus, verum extitit propitiatorium, quia inter Deũ & homines verus fuit mediator, & aduocatus, ſicut Apoſtolus ad Hebrę. 9. ait. Quia ambarũ ſcripturarũ ſcopus, veteris ſcilicet & nouæ, ſemper fuit de filij Dei aduentu tractare: diuerſimodè tamen, alterum ſicut figura, alterum verò ſicut ipſa veritas. Prętereà etiã, ſemper ſeſe mutuò hæc duo teſtamẽta reſpexerunt. Nam ita ambæ ſcripturæ de hoc diuino aduentu tractarunt, vt à ſe inuicẽ minimè diſcordarent: quia illius legis veteris figuræ & cærimonię, legis nouę veritatibus cõcordant: C quandoquidem myſteria omnia teſtamenti noui, veteris legis ſacramentis correſpondent. Quo fit, vt legitimè dicatur, quòd hæc duo teſtamenta ad ſe inuicem verſos habeãt vultus. A Et hoc eſt quod præcipuum profectò, & admiratione dignum hic apparet: contemplari ſcilicet in ſcriptura ſacra eam conſonantiã, quam inter ſe hæc duo teſtamenta in Ieſu Chriſti myſterijs & ſacramentis ſeruant. Nam etſi in alijs quandoq; differant, in hoc tamen ſemper conſona fuerũt. Quapropter differentia hæc, quam diuus aſsignat Gregorius, vniformitas potiùs, quàm differẽtia appellanda eſt. Vnde egregius hic doctor ſuper Ezechielem homilia ſexta, ingenioſiſsimè depingit, quemadmodum lex noua veteri concordet, quia idem omnino tractat quod lex vetus & prophetæ. B

Figura. Exo. 25.

Expoſitio Hebræ. 9. & 12.

2. expoſitio.

Mira veteris & noui teſtamenti conſonãtia.

¶ Octaua differentia, quam doctor hic Gregorius, in ſcriptura præſertim ſacra ditiſsimus & curioſus, ſtatuit, eſt in. 2. Regum libro capite. 2. vbi ait, ꝙ quemadmodum Samuel propheta in pueritia ſua ſe gerebat, cùm in templo domino miniſtrabat (erat enim ſemper duplici tunica veſtitus, altera quidem linea, quam intus iuxta carnes portabat, altera verò lanea quæ exterius apparebat) ſic etiam in Dei Eccleſia erga homines ſe habuerunt hæc duæ veteris & teſtamenti noui ſcripturæ. C Nam ſicut lana aſpera quidem eſt, & ex qua exterior veſtis contexitur: eodem modo lex vetus rigida ſemper fuit, quandoqui-

8. differentia. Gregorius. Figura. 2. reg. 2.

Simile.

A quidem difficilia, & inſuauia in ſe continebat præcepta. Erãt prę tereà exteriora, quia hominis exteriora concernebant, ſicuti erãt temporalia bona, quæ lex illis promittebat. Lex tamen euangelica, linea veſtis fuit, quia tenuis & ſuauis valde ſemper extitit: vnde lex gratiæ meritò denominatur. Eſt prætereà lex hęc noua interior veſtis. Nam ſicut linea tunica, interior & intrinſeca eſt, quia ipſis hominis carnibus inhęret: ſimiliter etiam euangelicæ legis documenta, linea dicuntur veſtimenta, quia hominis ſpiritũ emulcẽt & fouent: vnde ſpiritualis dicitur lex, quia de ipſo pręcipuè agit ſpiritu. Et propterea lex hæc noua, non in tabulis ſcripta eſt: ſed in hominis corde, & viſceribus (vbi ſpiritus ſuam habet ſedẽ) ſcribẽda pręcipitur. Hę igitur ſunt differẽtię, quas inter has duas leges, veterem ſcilicet & nouam inſignis hic doctor aſsignat.

Simile.

B

## ¶CAP. IX. VBI ALIAE duę potiſsimę aſsignantur differentiæ.

Duplex differentia.

VERVNTAMEN, extra has prædictas differẽtias, alię duę ſunt, grauiores quidem, & quę fortaſſe proprius hanc veteris & noui teſtamenti differentiã exprimant, atq; vtriuſq; teſtamẽti naturam dilucidẽt. Quarum prima adducitur in concilio Ferrarienſi, in generali ſynodo, ſeſsione. 3. in oratione quadam ibi habita à Marco Epheſino, Theologo quidem inſigni. Vbi ait, teſtamentum nouum, propriè teſtamentum denominari; propter illa Ieſu Chriſti domini noſtri verba, quæ Ioannes euangeliſta refert, capite. 14. cùm iam in vltimo vitæ ſuæ poſitus, diſcipulis ſuis, atque vice eorum totius mundi gentibus loquutus eſt dicens: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Quam pacem, velut hęreditatem & legatum, Chriſtus redemptor noſter hominibus reliquit. Nam (ſicut ſuprà dictũ eſt) illud propriè teſtamẽtum appellatur, vbi hæreditas aliqua ipſi relinquitur hæredi. At verò propria Ieſu Chriſti (quam mundo reliquit) hęreditas, pax hæc fuit, tãquã res noua & à ſęculo inaudita. Quam obrem de hac pace ſtatim Chriſtus in eodem loco ſubiungit: Pacem meam do vobis, quã mundus nõ poteſt dare. Nam etſi verũ ſit, quòd ante Chriſti aduentũ carnales homines pacẽ & cõuenientiã inter ſe habere eſſent aſſueti, cum amicis, & filijs, vxoribus, & parẽtibus, necnõ & cum ſuę ſenſualitatis appetitu, ſuarumq́ue rerum temporalium ſubſtantia: ſed tamen huiuſmodi pax, puri hominis erat, & eſt, qui terrenarum tãtummodò rerum profeſsionẽ egit, & qui cum carne & ſanguine amicitiam præciſè cõtraxit. Nec Chriſtus in mundum vtique ve-

C

1. differẽtia.

A Conciliũ Ferrarienſe. Marcus Epheſinus.

Expoſitio. Ioãnis. 14.

Simile.

B Pax chriſti, vera hæreditas.

C Pax mũdi.

 nit,

A nit, vt pacem hanc inter homines cōponeret, ſed potiùs vt eam penitus diſſolueret. Quinimò in hac parte magis bellum, quàm concordiam dilexit. Quemadmodum ipſe in euangelio expreſsè ait: Non veni pacē mittere in terra, ſed gladium, veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem & matrem ſuam. Et hinc eſt, quòd euangelicę leges, patri & matri, & amicis, cæteriſque temporalibus bonis, renuntiare iubent. Et hic ignis eſt, de quo ipſe Chriſtus in alio euangelij loco Luce. 12. cap. teſtatur dicens: Ignem veni mittere in terrā, & quid volo niſi vt ardeat? Ideſt vt carnalem amicitiam, amicorumque ſenſualem B amorem comburat, & in nihilum prorſus redigat. Pax tamen euangelica, quam hic Chriſtus ſe affirmat hominibus reliquiſſe, ipſius ſpiritus eſt. Quæ profectò, noua eſt hęreditas, & nouus in mundo fructus, propriumque Ieſu Chriſti patrimonium, quod in ſuo teſtamēto hominibus legauit, quia præcipuus eius aduentus finis, & inſtitutum, fuit quidem cum Deo homines reconciliare, & concordare. Qua ratione factū eſt, quòd etſi in vltimo vitæ eius termino, C poſitus, quam plurima huius ſæculi bona Chriſtus eis donare potuiſſet (quia cū verus eſſet Deus, omnia hæreditario iure veluti propria poſsidebat, atque liberè, cui vellet, donare poterat) nullius tamen horū mentionē fecit, niſi huius tantummodò chriſtianæ pacis. Hæc nēpe erat, quę potiſsimè eius cōcernebat officiū: erat ſiquidē mediator inter Deū & homines. Vnde Iſaias propheta capite. 9. inter cætera nomina, quæ redemptori noſtro iam nato impoſuit, vnum & pręcipuū fuit, princeps pacis. Ait enim: Vocabitur nomē eius, admirabilis, princeps pacis. Quaſi dixerit, principiū & radix, vnde in vniuerſum mundum pax orta eſt, Chriſtus ipſe fuit. Differentia igitur, quæ inter vetus & nouum teſtamentum colligitur, eſt vtique pax & bellum. Illa enim belli erat, & quodammodò contentionis lex. Qua B propter in veteri teſtamento permittebatur hominibus, ſuorum inimicorum perſequutio & vindicta: nec hoc ſolùm, ſed patres in benedictionem, vindictam inimicorum filijs ſuis præſtabant, tanquam teſtamenti ſui hæreditatem & legatum: ſicut perſpicuum erit, legenti illorum patrū veteris teſtamenti mortes: Quare ille legis antiquæ ſtatus, potiùs militię, quā pacis appellabatur. Cæterùm lex noua, nō niſi pacis & amicitiæ dicitur. Vnde hoc legis nouæ tempus, hoc vnum nomen ſingulariter ſortitur: tēpus C videlicet pacis, ſiue ſtatus pacis, aut certè lex pacis: quia in ipſa, ad vniformitatem & cōcordiam, omnia ſunt redacta. In qua lege, non pro benedictione, inimicorum vindicta præſtatur, ſed potiùs

Expoſitio. Matthæi. 10.

Expoſitio. Lucę. 12.

Pax euāgelica.

Expoſitio, Iſa. 9

Veteris legis legatum.

Lex pacis.

[library stamp: ...ALEXANDER ... FERDINAND...]

A tius illis indulgere præcipitur: &quod maius eſt, malefactoribus noſtris, benefaciendi mandatum habemus, & ꝙ non par pari, iniuriam rependamus.

¶ Differētiam hanc, ita expreſſè poſuit Christus inter has duas leges, ſicut habetur ex Matthæi capi. 6. cum dixit: Audiſtis quia dictum eſt antiquis, diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum: ego autem dico vobis diligite inimicos veſtros, & benefacite ijs qui vos perſequuntur. Percepiſtis (ait Chriſtus) à prædeceſſoribus veſtris, quemadmodum illis permiſſa fuerit, inimicorum ſuorum perſecutio & vindicta, eoſq; odio habere: iam tamen nouæ pacis tempus venit, vbi vice verſa, non ſolum inimicos perſequi neutiquam conceditur, ſed amare præcipitur, eiſque bene facere conſulitur. Hæc igitur pax hæreditas eſt pręcipua, quā Deus hominibus reliquit. Vnde lex hæc gratiæ, nouum appellatur teſtamentum, quia in eo noua nimirum teſtamento datur hæreditas: Et ſicut in teſtamento, qui filijs ſuis aliquam relinquit hæreditatem, prope ſemper, non niſi ſub aliqua requiſita conditione relinquit, quam ſi adimpleuerint hæreditatem obtinēt, ſin minùs, eam penitus perdunt: ſimili modo chriſtus dominus noſter, pacē hanc nouam, velut hæreditatem hominibus in teſtamēto reliquit hac tamen lege, vt ad ſe inuicem mutuum ſeruarēt amorem. Sicut conſtat ex illo Ioan. capit. 15. vbi chriſtus hanc amoris cōditionē diſcipulis ſuis expreſsit, cum dixit: Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Ac ſi clarius dixiſſet legati teſtamenti mei conditio, quam vobis ſeruandam relinquo amor eſt, vt hanc valeatis conſeruare pacem. Niſi enim inter vos amoris vinculo adunati fueritis, in pacis trāquillitate minimè cōſiſtere valebitis. Nam ſicut alicuius domus materiale ædificium nequaquā conſiſtere poteſt, niſi parietum lapides ad ſe inuicem coniuncti ſint, & coadunati. ſimiliter hoc eccleſiæ chriſtianū ædificium, ruet omnino, ſi hominum volūtates, quę huius ędificij ſunt viui lapides, ſibi amore nō cohæreant. Et ꝙ hunc cordis amorē velut pacis huius conditionē in ſuo reliquerit teſtamēto, apparet quidē ex illis verbis, quæ ſtatim Ioannis. 16. capite adiunxit, cum dixit: hæc loquutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis. Ideo (inquit) vobis beneuolentiæ huius & amoris mādatum relinquo, vt chriſtianam pacem, quā vobis in meo teſtamento pręcipio, conſequi poſsitis.

¶ Secunda & potiſsima differētia, qua hæc duo teſtamenta à ſe inuicem diſtāt, eſt, quia vetus teſtamentum ſeruitutem in hominibus generabat, nouum verò nō niſi veram libertatē induxit. Et vt clarius hoc explicemus, eſt di-

*Marginalia:* Expoſitio. Matthæ. 6. — B — Quare nouū dicatur teſtametū. — C — Simile. — A — Expoſitio. Ioannis. 15. — Simile. — B — Expoſitio. Ioannis. 16. — C — 2. differētia potiſſima.



[library stamp]

A cere ꝙ in illo primo ſcripturæ legis ſtatu, vixerunt homines tanquã ſerui, ſub ipſo legis iugo conſtituti: veruntamen in lege euangelica, velut exempti, & qui iam à ſe ſeruitutis excuſſo iugo, oppreſſa leuauerunt capita, quando ipſius Ieſu Chriſti fuerunt iam paſſione redempti: vbi tanquã Dei filij, in veram ſunt libertatem redacti.

Expoſitio. Gal. 4 ¶ Quam differentiam expreſſè aſsignat diuus Paulus, ad Galatas, capite. 4. dicens. Scriptũ eſt, quoniam Abraham duos filios habuit, vnũ de ancilla, & alium B de libera. Qui de ancilla, ſecundum carnem natus eſt: qui autem de libera, ſecundum repromiſsionem: hæc enim ſunt duo teſtamẽta, per allegoriam dicta. Inde igitur prouenit (ait apoſtolus) ꝙ in lege veteri homines ſerui fuerũt, & omninò ſubiecti, quia à matre ſerua generati ſunt: qui autem e- C uangelicam legem ſunt profeſsi, tanquam filij, liberi remanſerũt, & regni cælorum hęredes, quippe qui à libera nati ſunt matre.

S. Tho. ¶ Sanctus Thomas exponens hanc Pauli epiſtolam, ad Galatas quarto cap. lectione ſeptima, ingenioſiſsimè ediſſerit, quemadmodũ veteris legis homines, ſerui dicãtur, & in legis gratiæ ſtatu, liberi ſint cõſtituti. Ait enim ꝙ fũdamentũ ſeruitutis huius, & libertatis, in timore & amore cõſiſtit: quẽ quidẽ timorẽ & amorem hæ duæ leges ſecũ afferebãt. Lex A nãq; ſcripturæ, lex timoris ſemp appellata eſt: lex verò gratiæ, lex amoris denominatur. Et hinc eſt ꝙ illa ſeruitutẽ hominibus generauit. hæc autem nõ niſi merã libertatẽ. Hoc tamen ex differẽtia quæ inter has duas virtutes extitit, oritur. Timor nãq; naturaliter hominẽ ſubiectat, atq; puſillanimẽ reddit, & velut captiuum omninò conſtituit. Quẽadmodũ in ijs, qui in bello deuicti ſunt, cõtingere videmus: vbi qui captiui ducũtur, timore perterriti, armis à ſe proiectis, ipſi duci ſubdũtur. B Præterea etiã hoc inter homines cõpertũ eſt, vt ſi quis viderit cõtra ſe directã ſagittã, aut certè ad eius pectus appoſitũ enſem pertimeſcens periculũ, quod inde iminere videt, illico flectitur, & capite demiſſo vires & animũ deponit atq; ab omni fortitudine ſua decidit, ſuiq; inimici beneplacito totus dimittitur. Videmus itidẽ quã plurimos hominum, ex timore ſolũ alijs ſubiectos eſſe, ne paupertatem, ſitim, famem, cæteraſque mundi calamitates patian C tur. Qui cum aliàs honoratiſsimi ſint, alijs neutiquàm ſe melioribus, ſed potius vilioribus ſeruiunt, & ipſis omninò ſubduntur, plurimaſque perſequutiones & iniurias quotidie tolerant, quæ eorum auctoritati ſæpenumero derogant: timore ſolum perterriti: ne in peiora incidant mala.

Lex ſcripta, lex timoris.

Simile.

Simile.

Timoris conditio

Ecce

A Ecce igitur quemadmodum hæc timoris virtus, homines deuincat,& puſillanimes reddat,atque hominib' peioribus ſe ſubiectet. Quod proculdubio in illius veteris legis gentibus perſpicuum apparet:illi etenim homines vtplurimum timore ducebãtur. Sicut Exodi capite.20.conſtat,vbi Moyſes volens Iſraeliticum populum Deo adiungere,& religioſos conſtituere, eosq; omnes ad virtutis exercitium inducere:eos quidem in montem adducere decreuit,vt ipſius Dei audirent verba,vt hoc in eis religionis & obedientię eſſet cauſa. Qui tamen nolentes in excelſum montem aſcendere, ſic Moyſi reſponderunt: loquere tu nobis,& nõ loquatur nobis De', ne fortè moriamur. Erant ſiquidem

*Expoſitio Exo. 20.*

B quotidianis flagellis & calamitatibus,quæ à Deo ipſo quotidie ſibi infligebãtur,tam caſtigati,ac proinde perterriti,vt Dei vocem audire maximè timerent. Quapropter Moyſem obſecrabãtur,vt ſolus ipſe in montem aſcẽderet,& verba ex ipſoDei ore perciperet,vt inde poſtmodum in eorum deuenirent aures.Et hoc inquam,quia vno quoq; die,iam fame,iam ſiti,iam diluuijs, iã igne, iam verò inimicorum perſecutione crudeliſsimè à Deo flagellari

C conſueuerant. Vnde velut ſerui magis,quàm liberi, ſub ſeruitutis iugo oppreſsi,vitam ducebãt. Veruntamen amoris virtus,contrariam ſortitur conditionem & legem,quia hominem, animi libertate quadam & dominio,operari facit:redditurq; ab ipſo amore vſque adeò libertati donatus, vt ea quæ operatur, tanquam potentiſsimus dominus & nõ vtiq; vt ſeruus operetur:quandoquidẽ imperio quodam,& non violẽtia aliqua, ſiue timore mouetur. Et hic operandi modus, dominium quoddam & libertatem maximã, atque animi amplitudinẽ in homine generat,& cor eius magnanimiter dilatat,atque nobile generoſumq; reddit:vt non tanquã puſillanime aut vile mancipium viuat,ſed velut magnanimus, & omniũ quę operatur maximè dominus. Is igitur amor eſt, quem ſuapte natura noui teſtamẽti lex

*Amoris cõditio.*

*Amor dominiũ generat.*

B ſecũ ducit,quæ abſque minis,flagellis, aut hominum terroribus, ſed tantum gratia & beneuolẽtia homines dirigit. Quia poſtquàm ſuauiter legis præcepta hominibus ſunt propoſita,eorum voluntati libẽter & gratioſè relinquũtur,vt voluntatis ſuauitate,legis mandata proſequantur:vt ſic tanquam filij, & non ſicut ſerui, liberè ſalutem ſuam,aut certè dãnationem acquirant,abſque eo ꝙ in aliquo virtutis opere, eis aliquod violentiæ genus inferatur.

C Quod proculdubio ex illo Ieſu Chriſti mandato compertiſsimũ eſt,quo Ioannes euãgeliſta refert, capite.18. vbi paſsionis tempore apoſtolus Petrus gladium eximere volens,vt inimicos illos tartareos

*Gladius Petri.*

reos

A reos percuteret, ab ipſo Chriſto acriter reprehenſus fuit: cui ſtatim gladium in vaginam mittere præcepit, quia illa nimirum euangelica lex, non timore, & armorum vi, ab hominibus recipiẽda erat, ſed amore & ſuauitate quadam: hoc namq; deſignabat eſſe gratiæ legẽ. Non tamẽ proinde negamus, quòd qui ſemel chriſtianæ legis extiterint profeſſores, & iam legem hãc ſupra ſuam aſſumpſerint ceruicem, ſi in aliquo deuiauerint, quod chriſtianę veritati contradicat, puniendi non ſint, & igni ſi opus fuerit tradendi: quemadmodum de hęreticis ſanctiſsimũ Inquiſitionis tribunal facere conſueuit. Nam, ſicut ſuprà diximus, qui hac legis chriſtianę dulcedine abuſus fuerit, punitionis amaritudine (quãdo opus fuerit) ducendus eſt. Cõtrarium enim huius, lutheranorum eſt dogma, qui aſſerunt, hęreticos non vi, aut igne corripiendos eſſe, ſed dulcedine & amore legis euangelicæ ducendos ſuauiter. Fatemur ſiquidem, quòd legis euangelicę amor & dulcedo illis proponẽda eſt, & quòd amore ad bonum inuitandi ſunt: dum tamen hoc nõ prodeſt, ſanctiſsimè ad verbera, carceres, & ignẽ proceditur. Non ergo obſtat pietas chriſtiana, ad hoc vt quando proterui fuerint peccatores, caſtigandi non ſint.

Notandum.

B

Sãctum Inquiſitionis tribunal.

C

¶Itẽ Chriſtus de hac legis ſuauitate, & dulcedine, ac libertate maxima, Matthęi. 10. capite hoc idem oſtendit. Nam cùm Apoſtolos ſuos ad euangelicam prędicationẽ mittere deſtinaſſet, eos inermes miſit, atque ſine pera, & ſine baculo, & abſque quocumq; alio humano adminiculo. Quòd ſi eos recipere nollent, vt nullam eis reſiſtentiam facerent, iuſsit: ſed eos omninò liberos & incolumes dimitterent, in aliumq; ſe transferrẽt locum, pedum ſuorum puluerem illis excutientes: vt hoc inquam in die iudicij, viuum contra eos foret teſtimonium. Vt nobis compertum eſſet, ꝙ hęc Chriſti lex, non armorum potentia & vi introducẽda erat, ſed ſuauiter tantùm & voluntariè. Et hoc eſt quod maximè reparator noſter Chriſtus, ſuo in mundum ſantiſſimo aduentu demonſtrare contẽdit, ſuam videlicet ante omnia beneuolentiam & amorem hominibus exhibere: vt hac via cum eis peragi poſſet, quod cũ veteris teſtamenti gentibus, minis, crudeliſsimiſq; percuſsionibus minimè fieri potuit. Et hæc noua Ieſu Chriſti dulcedo, quæ mundo recenter apparuit, vſque adeò homines à peccati ſomnolentia excitauit, atque à proterua ceruice deflexit, necnõ ad virtutis exercitiũ efficaciſsimè cõmouit, vt in mundo iam nouam hominum viuendi formã in virtute leuauerit, eoſq; à ſua propria carnis & ſanguinis infecta natura penitus eradicauerit, & à ſæculi huius etiam tempo-

rali-

A Expoſitio, Matthæi. 10.

B

Noua Chriſti dulcedo.

C

A pralibus bonis abſtraxerit. Omnia quippe mũdi bona, viriliter pro Chriſto domino ſpreuerunt, & tanquã ſtercora reputantes, pedibus ſuis conculcauerunt.

Expoſitio. Matthæi. 11.

¶Et hac de cauſa (ſicut ex Matthæi capite. 11. conſtat) loquens Chriſtus de huius legis ſuauitate ait: Tollite iugum meum ſuper vos, iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Quaſi dixerit, meum eſt, vobis legis onera proponere: veſtræ autem voluntatis eſt, hoc legis iugum humeris veſtris imponere: hoc enim euangelicam concernit libertatem. B Et hoc eſt, quod in eis verbis denotatur, cum ait: Tollite. Quaſi apertius dicere velit, vos ipſi aſſumite, nam vi nequaquam vobis imponendum eſt. Et in hoc conſiſtit euangelicum iugum, leue eſſe & ſuaue: non vtique, quia in lege gratiæ deſint grauia quã plurima, & difficilia admodum præcepta (ſunt enim in noua lege huiuſcemodi multa) ſed quia id quod hominibus difficilius eſt, ſi affectione & amore operetur, leue nimis, ſuauiſsimumq́; C redditur. Et hoc idem eſt, quod Apoſtolus Paulus nobis inſinuare intendit, ad Titum ſcribens, capite ſecundo & tertio, cum dixit: Apparuit gratia, benignitas, & humanitas ſaluatoris noſtri Dei, vt abnegantes impietatem & ſecularia deſideria, ſobriè & iuſtè & piè viuamus. Quæ omnia tria amoris ſunt nomina, quando quidem gratia, benignitas, & humanitas, tres ſunt effectus, qui tãquam à radice, ab ipſo Dei amore promanant: vt hic eius amor nos inuitet, vt caſtè & piè in ſæculo iſto vitam agamus, beatitudiniſq́; firmam teneamus ſpem.

Expoſitio. Ad Titũ. 2.

Amoris nomina

¶Hac etiam de cauſa, quã plurima reperiũtur loca in ſacra pagina, quæ noſtram euangelicam lgem, libertatem & redemptionem vocant. Nam ſi cum veteris teſtamenti viuendi forma eã conferamus, vbi tanta erat ſeueritas & timor, verè & propriè euangelica vita, illius veteris redẽptio B vocatur. Et hoc expreſſè nobis deſignat ſolenne illud, myſterioſumque Ieſu Chriſti factũ, quod Matthæus capi. 21. refert. Quia cum iam eius ſacratiſsimæ paſſionis tempus appropinquaſſet, diſcipulos ſuos miſit, vt aſinam alligatam ad ſe adducerent, ſuper quam Ieruſalem ciuitatem ingreſſurus erat. Admiranda profectò, & inuſitata Chriſti cærimonia, & qua nũquam vſque ad id tẽporis Chriſtus vſus fuerat. Qui cum anteà ſemper pedeſtris C incedere eſſet ſolitus, modo hac noua equitandi forma vti voluit. Vbi iuxta loci huius expoſitorum omnium ſententiam, ſignificauit quidẽ ſolutionem, & peccatorum hominum libertatem, quã eis in euangelica lege præſtiturus erat: vnde meritò euangelium libertatis lex appellatur. Hoc idem fatetur Apoſtolus ad

Figura. Mat. 21.

euãgeliũ libertatis lex.

Roma.

A Romanos, capite ſexto, cum ait: Cum ſerui eſſetis, liberi facti eſtis iuſtitiæ: id eſt cum antea in lege veteri, ſub ſeruitutis iugo ducemini: modo iam per Ieſu Chriſti paſsionem, ab hoc legis iugo ſoluti eſtis, per iuſtitiam, quam ibi (velut verus redemptor noſter) de ſe ipſo operatus eſt. Quã iterum ſententiam repetit. 2. ad Corinthios epiſtola, capite tertio dicens: Vbi ſpiritus domini, ibi libertas. Nam quia per hunc eundem ſpiritum, in filios Dei homines generantur: inde illis continuò, quaſi hæreditario iure prouenit hoc libertatis imperium cõſequi. Quemadmodum in mundana filiatione accidere videmus. Nam ex quo filius à patre, carnis & ſanguinis naturam accepit, inde conſequitur ſtatim, vt maiori in domo ſua vtatur libertate & imperio, quàm ſi ſeruus eſſet. Similiter in ſpirituali filiatione contingit: nam ex quo per hanc euangelicam legem homo in Dei filium inſurgit, & Ieſu Chriſti filij eius viuifico ſanguine generatur, Dei ſpiritum induit. Vnde in eius domo tanquam Dei filius, ſpiritus libertatem & imperium conſequutus, omnia virtutum opera velut dominus operatur. Et quidem in ipſo modo & forma operandi virtutem, apertum perhibetur teſtimonium, de generoſiſsimo & regio ſanguine, quem homo de Deo in ſe ipſo habet.

Expoſitio, Roma. 6.

Expoſitio. 2. corint. 3.

Simile.

B

C

¶ Hoc ita aſſerit Paulus apoſtolus, prima ad Corinthios, capi. 6. dicens: Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus fit cum eo. Ideſt, qui Deo fide & charitate adiungitur, non ſolũ ab eo diuinum eſſe gratiæ accipit, ſed etiam diuinum eius ſpiritum imbibit. Et hoc eſt, in quo maximè ſcripta lex à noua gratiæ lege diſtat. Nam in veteri lege ſola erat littera, quia ſolum erat legis cortex, figura videlicet & cærimonia. Cæterum in lege noua ſpiritus illius litteræ foras prodijt, qui vitam hominibus præſtat. Et ſicut confracta nuce, cum iam nucleum & medullam comederis, corticem proijcis: ſic in Ieſu Chriſti domini noſtri paſsione, lex vetus quæ cortex erat, confracta eſt, & ſic veluti cortex, iam confractus, ſtatim à Chriſto domino noſtro proiecta fuit. Qui quidem cortex, illius legis fuerunt cærimoniæ & ſacrificia, quæ ibi poſt Ieſu Chriſti domini noſtri paſsionem fuerunt conſepulta: ſpiritumque, qui in eis præfigurabatur, legis nouæ profeſſores eduximus. Qui nobis vitam præſtitit, & Dei filios conſtituit, ac per conſequens, nos libertate donauit, ad euangelicum ſtatum nos adducens: in quo non vt ſerui, verum etiam, tanquàm domini, omnibus ſæculi huius rebus vteremur, temporalia hæc bona, & caduca, ſub pedibus noſtris habentes. Et hoc

A

Expoſitio, 1. corinth. 6.

Simile.

B

C

A hoc eſt quod Apoſtolus de talibus aſſerit. 1. ad Corinthios epiſtola, capite. 3. ſub his verbis: ſiue mundus, ſiue vita, ſiue mors, omnia veſtra ſunt, vos autem Dei. Quam etiam differentiam aſsignat iterum idem Apoſtolus, ad Romanos, capite. 8. cùm ait: Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore. Quemadmodum in veteri lege: hoc enim deſignat vox illa, iterum. Quaſi dixiſſet, ſpiritum illum ſeruitutis, quem ſemel in lege veteri acceperatis in timore, nõ hic iam illũ ipſum accipitis iterum, ſed in omni amore & libertate. Et hoc idem iterum ſcribit ad Hebręos, cap. 2. dicens: Vt per mortẽ liberaret eos, qui per totam vitã erant obnoxij ſeruituti. Quam ſententiã adhuc etiã confirmat ad Galatas. 5. capite, ſic dicens: Vos in libertatẽ vocati eſtis. Quibus in verbis, quaſi captiuos homines, ereptos eſſe dicit de iugo ſeruitutis.

*Expoſitio. 1. Corint. 3.* — *Expoſitio. Roma. 8.* — *Expoſitio, Hebrę. 2.* — B — *Expoſitio, ad Galat. 5.*

¶ Sed tamen vt captiuitatem hanc & ſeruitutem, quam in lege veteri homines habebãt, clariùs diſtinctiusq́; explicemus: ratione etiam firmare poſſumus, hominẽ in ea lege captiuum extitiſſe. Nã homo in eo ſtatu, quaſi compeditas habuit omnes ſuas potentias. Primùm enim intellectus eius alligatus fuit. Nam eſſe captiuum aliquem, eſt ſic alligatum eſſe, vt quod libuerit facere nequeat, neque ad id, quod eius expoſcit natura & appetitus, liberũ ſe ſentiat. Cùm ergo ſuapte natura hominis intellectus, veritatem clarè & ſine aliquo velaminis fuco ſemper videre apperat: in veteri tamẽ lege omnia ſub figurarum velamine conſpiciebat, nec ſibi aliquod legis mandatum, ſiue cęrimoniarum, examinare erat liberum. Hinc captiuum fuiſſe hominis intellectum, propriè dicitur. Fuit etiam quodammodò eius captiua voluntas. Voluntatis quippe libertas in hoc conſiſtit, vt ad res ipſas à ſe ipſa moueatur, earũ amore allecta, ſpõte eas proſequẽdo. Quod iuxta Ariſtotelis ſentẽtiam, nihil aliud eſt dictu, quàm quòd homo ad agenda prõptè & delectabiliter moueatur: in quo maximè ipſa virtutis ratio relucet. In lege autẽ veteri, quia aſperrima erat, mouebatur quidem homo vt plurimũ ad ipſa legis opera, quodammodo, non promptè & delectabiliter ex amore ea operans: ſed ſicut ſeruus, ſolùm propter legis mandatũ, aut certè propter eminens aliquod flagelli periculum: abſque eo quòd in arietis aut bouis ſacrificio, aliquid aliud ſpiritualis intelligentię penetraret, quod ſibi ſpiritũ & ſuauitatem aliquam generare poſſet, preter illa, Hæc dicit dominus, vel hæc minatur Deus: quod nẽpe mandatum, omnium legis operum in eis erat regula & menſura. Adeò vt cum illius legis cęrimoniæ talis eſſent conditionis, vt naturaliter cupidum hominẽ red-

*Ratio. Simile.* — C — *Simile.* — A — *Captiuã volũtas.* — *Ariſtot.* — B — C

A redderẽt, ad eius ſignificationem & cauſam indagandam: minimè tamen hoc illis liceret, ſed caput omninò ſubmittẽtes, nullam aliã hic penitus inquirebant rationẽ, præter hanc, dominus dicit. Verum eſt tamen, in lege veteri aliquos reperiri poſſe, qui in ſpe & fide venturi Meſsiæ, ipſis ſacrificijs & legis cærimonijs (quamtũuis ſterilibus fruerentur, & dulcedine aliqua recrearentur, ſpiritusq; dulcedinem elicerẽt: ſed loquimur de lege veteri, quantum deſcerat, quia lex timoris & ſeruitutis, & nõ amoris appellabatur.
B Ecce ergo in lege ſcripta, quodãmodò ſignatam captiuitatem. Nã etſi in lege noua in rebus chriſtianis proſequendis, etiam Dei volũtatem & mandatum, velut noſtrorum operum regulam ſequamur: attamẽ in ipſis fidei & virtutum operib', dulcedinis fructu recreamur, & quadam libertatis licentia, in indagandis & intelligẽdis fidei noſtræ myſterijs fruimur. Præterquàm quòd in horum ſacramentorum vſu, ipſius gratiæ fructu & ſpiritu mirabiliter & ſuauiſsimè paſcimur.

2. captiuitas. ¶ Videtur præterea, in lege veteri homines captiuos fuiſſe & non liberos, ex præmio, quod pro
C eorum virtutum operibus, ipſis præſtabatur. Non enim ſubſtantiale aliquid erat, ſed munuſcula quędam, quæ bonorum temporalium potiùs erant monilia: ſicuti
Simile. ſeruo, pro eius ſeruitio, noua quędam condonantur veſtimenta, ſiue calcei. At verò in euangelica lege, non niſi cælorum regnum hominibus (ſicuti diximus) in præmium conceditur, ſicut iam liberis, veriſq; Dei filijs: quod patris ſui verum eſt patrimonium. Hæc eſt ergo vera, & legitima admodùm differentia, quam diuus Paulus aſsignat inter hæc duo teſtamenta: ſcilicet libertatis, & ſeruitutis. Quæ nimirùm differentia, verè in illis duobus Abrahæ filijs adumbrata fuit, alterò quidem ancillæ filio, altero verò filio liberæ.

## ¶ CAPVT. X. VBI ARgumenta contra proximam hanc differentiam ſtatuuntur.

1. argumentũ. NON tamẽ vſq; adeò cõperta eſt differentia hęc, vt difficultatem tollat. Nam ſi attentè, chriſtianæ legis conditionem cõtemplemur, tam captiuus, & funibus aſtrictus homo in ea apparet, ſicut in lege erat veteri. Primò ſiquidem intel- Simile. lectus eius videtur etiam alligatus maximè. Nam ſicut illius veteris legis ſacrificia & cærimonias, homines compellebantur abſque vllo examine recipere: ſimili modo coguntur etiã in euangelica lege, fidei articulos recipere, cum cæteris eiuſdem legis ſanctionibus, abſque vlla prorſus fidei articulorum ratione: ſed in C

omni-

A omnibus chriſtianorum quilibet, intellectum ſuum rebus fidei ſubmittere tenetur, atque ſic humiliter & ſincerè legem ſuſcipere, ſicut ſibi ab eiuſdē legis præceptoribus fuerit propoſita. Et hæc profectò ſententia eſt, quam ſancti omnes doctores amplexantur, eamq; chriſtianis hominibus ſūmo opere ſemper ſuadere nituntur, veluti negotium eorum ſaluti maximè conducens: vt tandem intelligant homines, quòd omne eorum bonū & ſalus in hoc præciſè conſiſtit, vt videlicet fidei iugo colla ſincerè ſubmittāt. Et adeò hoc verum habet, vt credere legi, ipſam profectò ſit intelligere legem: atq; ille maximè illam rectè percipere dicitur, qui eam rectè credit. Quod expreſsè ita fatetur Iſaias. 7. capite, cùm ait: Niſi credideritis, non intelligetis. Itaq; prima & vera legis chriſtianæ ianua, per quam ad intelligentiam ipſius legis homines ingredi habent, fides ipſa eſt. Ex quo enim chriſtianus ſinceritate quadā, intellectus ceruicē fidei iugo ſubmittit, illico Deus eius aperit mentem, vt ea quæ de diuinis mādatis legit, facilius intelligat. Superbo autē homini, qui ſuę vult adherere ſententię, ſtatim à Deo intelligentię clauditur ianua.

Credere legi, eſt intelligere legē.

B

Expoſitio. Iſa. 7

C

2. argumentū. Figura, Gen. 42.

¶ Legitur Geneſis, capite. 42. quòd Ioſeph captiuitas in Aegypto, cauſa extitit & origo, vnde Pharaonis ſecreta omnia calleret, atq; regis ipſius diuitias poſſideret. Pari forma, chriſtiana hęc fides chriſtianum hominem captiuat, necnon extra eius patriam propriam educit: quia eum à proprijs ſenſibus alienum reddit. Quippe quem ab intellectus ſui propria ſentētia alienat, intimumq; Dei amicum cōſtituens, ei ſecreta omnia, regniq́ue cælorum diuitias communicat. Quod ita Paulus apoſtolus aſſerit. 2. ad Corinthios capite. 10. dicens: captiuantes intellectū in obſequiū Chriſti. Quæ quidem captiuitas, nulla alia profectò eſt, quàm hæc fidei ſinceriſsima obediētia, quacumq; intellectus curioſitate ſecluſa.

A

Expoſitio. 2. corint. 10.

B

3. argu.

¶ Prętereà, in eo veteris legis tēpore, diximus hominis intellectū captiuum extitiſſe: quia ea quę ad Dei cultum & religionem attinebant, obſcura & inuoluta nimis ſub figurarum velamine, & cærimonijs recipere cogebatur: nihil enim eorum quæ ſignificabantur, clarè reſpiciebat. Hoc idē in euangelica lege apud chriſtianos etiam verſatur. Nam claritatem, & euidentiam eorum, quæ in hac lege gratiæ veneramur, hic nullatenus conſequi valemus, ſed in ipſa beatorum patria videre ſperamus. Sicuti ipſe teſtatur Apoſtolus, prima ad Corinthios epiſtola, capite. 13. Videmus (inquit) nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Igitur ſi in veteri lege captiuus, propterea

C

1. Corin. 13.

 homi-

[library stamp: ... FERDINANDVS ... ALEXANDER ... VALENTINUS ...]

A hominis intellectus dicebatur, multò magis in lege noua: quia obſcuriores ſunt in ea fidei articuli, quàm in veteri lege erant figuræ & cærimoniæ.

1. ſolutio. ¶Ad hoc primùm reſpondetur, Deum in euangelica lege homines in libertate conſtituiſſe. Nam etſi verum ſit, quòd in quibuſdam nouæ legis rebus (quemadmodum fidei ſunt articuli, atque Eccleſię ſacramenta) obſcuritas ſit maxima, quia omnẽ hominis intellectum & capacitatẽ excedunt (qua de cauſa ſubiectus valde manet in eis intellectus ipſius, plus certè quã in veteris teſtamenti ſacramẽtis & ſacrificijs: B quia niſi pura fide eas conſequi non valemus, ſunt namq; tam ſupremæ admirabileſque chriſtianæ fidei concluſiones, vt ad eas, nulla hominis vis aut habilitas ſufficiat) attamen quantum ad nouæ legis principale inſtitutũ, quod eſt in carne humana verus Meſsiæ aduentus (in quo præſertim teſtamenti veteris homines claritatem minimè conſequuti fuerunt, ac perconſequens eorum extiterunt alligati ſenſus) in hoc inquam præciſè articulo, liberum omnino dicuntur habuiſſe C nouæ legis profeſſores intellectum. Clarè ſiquidem conſpexerunt Ieſu Chriſti in carne humana aduentum, ſine aliquo obſcuritatis velamine. Quemadmodum Ioannes euangeliſta ſtatim in initio ſui euangelij teſtatur dicẽs: Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre. Quæ nimirùm gloria, maieſtas ipſa erat, qua Dei filius in carne poſitus, tot mirabilia inter homines operatus eſt. Et hoc idẽ confirmat Ioannes apoſtolus prima epiſtola, capite primo, cùm ait: Quod vidimus, quod manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ. Quod ipſe etiã Chriſtus aſſerit, ſicut ex Matthæi. 13. conſtat, cùm ſanctiſsimum ſuum in hunc mundum aduentum, hominibus exaggerans ait: Beati oculi qui vident, quæ vos videtis (videlicet, me verum Dei filium, in carne miſſum, veſtræq; mortalitatis habitu indutum) dico enim vobis, quòd multi reges, & prophetæ deſiderarunt, quod vos videtis, videre: & non viderunt. Et hic articulus eſt, quem tota vetus lex, in illo ſacrificiorum velo figurabat. Et hic idem articulus fuit & ſacramentum, quod in veteri teſtamento hominibus ſemper celatum manſit, quouſque legis gratiæ feliciſsimum tempus illuxit. Et hic vnus articulus eſt, in quo tota ipſa lex noua ſeſe hominibus clarificauit: à quo præcipuè noua lex appellata fuit, quia in ea hec tam inſignis nouitas, nuſquam hactenus viſa, hominibus reſplẽduit: ſcilicet ipſum Deum verum, corporeis oculis, humana carne veſtitum videre. Et hoc eſt quod ita expreſsè Ieremias pro-

Expoſitio. Ioannis. 1.

A Expoſitio. 1. Ioan. 1.

Expoſitio, Matthæi. 13.

B Figura præcipua veteris legis.

vnde noua lex fuerit appellata.

C

A propheta exaggerat, capite. 31. Expoſitio. Hierem. 31. cùm ait: Nouum creauit dominus ſuper terram, fœmina circundabit virum. Nam ſi in initio mundi nouum fuit creationis negotium, quia ibi Deus cuncta de nihilo in lucem produxit: multò magis profectò inter cętera mundi huius noua, hoc incarnationis ſacramentum, nouitatis nomen retinet: vbi paupercula fœmina, ſuo anguſtiſsimo vtero, verum mundi creatorem incluſit. Quod proculdubio eſt, quod in lege ſcripta nullus prophetarum ſiue philoſophorum, aut mũ B di huius principum, ſatis attingere valuerunt.

2. ſolu. ¶ Secundò, huic dubio reſpondetur, quòd etſi verum ſit, quòd hominis intellectus, in hac euangelica lege, per chriſtianam fidem ſit ſubiectus: veruntamen tot ſunt mirabilium Chriſti teſtimonia, quæ inter nos operatus eſt, vt ipſæ euangelicæ veritates, iam velut viſæ dicantur. Quapropter ipſe Chriſtus dixit Expoſitio. Lucę. 10. (ſicut ex Lucæ capite decimo, apparet.) Væ tibi corozain, vę tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere ſedentes pœniterẽt. Ac ſi apertiùs dixiſſent, ſi illius C temporis homines tam felices extitiſſent, ſicut euangelicæ legis profeſſores, qui apertis oculis Meſsiam contemplantes, de rebus iam viſis notitiam habuiſſe dicuntur: proculdubio in cilicio & cinere, acerrimam ſuorum ſcelerum pœnitentiam egiſſent. A

¶ Tertiò reſpondetur (& fortaſsis ad difficultatis metam proprius) quòd ſi homo in lege gratiæ, myſteria, quæ in ſe articuli fidei claudunt, apertè conſpicere non valet, ex eo vtique eſt, quòd pro eo tempore, quo in carne inhabitat, videndi poſsibilitatem nõ obtinet. Nam quamuis ipſam Ieſu Chriſti clarè conſpexerit humanitatem, cæterùm diuinitatem, quæ intra ipſam latebat, videre minimè valuit. Et quanquã Euchariſtiæ ſacramentum homo viſibiliter tractet, Deum tamen qui intra ipſum eſt aperte, nunquam videt. Hoc tamen non niſi ex ſuæ capacitatis defectu prouenit: quia quamdiu in carne eſt, diuinam eſſentiam ſuapte natura videre non poteſt, niſi lumine glorię adiutus: quod ipſius hominis potentiam diſponit & fortificat, vt ſic fortificatus & diſpoſitus Deum cõſpicere valeat. Sic etiam myſteria, quæ in ipſa lege gratiæ incluſa ſunt, cũ ipſam Dei diuinitatem concernant, nequaquam ea homo in ſe ipſo recipere poteſt, niſi Deus admirabili quadã diſpoſitione eius adaptaſſe potentiam: quemadmodum ipſe, cũ vellet, facere vtiq; ſciret. Itaq; huiuſcemodi inſufficientia, in ipſo homine eſt. Veruntamen in lege veteri, poſsibilitatẽ, ſufficiẽtiãq; 3. ſolu. B C

A homines in ſe habebãt, vt videre poſſent id, quod in illius legis figuris & cærimonijs claudebatur: ſcilicet Meſsiam in humana carne venturum. Quapropter quòd in eo ſtatu hoc idem homines conſequi non poſſent, non ex eorum promanauit impotentia, ſed quia cùm eis nevtiquam factum eſt, quod cum legis gratiæ hominibus. Siquidem tempore hoc noſtro, & non alio, Dei filius humanam carnem aſſumere dignatus eſt. Itaq; quemadmodum dicitur, hominem res naturales cognoſcere, & videre: veruntamen intima naturæ ſecreta, quæ in ipſis latent, non attingit (Simile.) (B) (cognoſcit ſiquidem, & apertè videt ipſius arboris nucleum, à quo omnes arboris rami oriuntur & flores: veruntamen ipſum intrinſecum naturæ opus, & artificium quo nucleus ipſe, in terra inuolutus, tam ingentem arboris molem, eiuſque follia, flores, & fructum producit, minimè attingit, quia hoc ipſius naturæ ſecretum eſt opus) pari forma etſi verum ſit, quòd in lege gratiæ chriſtianus quilibet cognouerit, viderítque filij Dei incarnationem, eiuſque ſacratiſsimam humanitatem, atq; ea omnia quę
C exteriùs in lege noua huic anexa ſunt articulo: ſed tamen diuinitatem, quæ intra ipſam latebat humanitatem, atque artificium, quo mirabilia hæc Chriſtus operatus fuit, homo nequaquam cõſequi valuit, propter naturæ ſuæ A impotentiam: quia ad hoc diuinitatis abditiſsimum ſacramentum attingere non valuit.

¶ Sed adhuc (mea ſentẽtia) argumentum minimè diſſolutum eſt. Non enim ſatis expoſitum eſſe videtur, in quo libertas euangelicæ legis conſiſtat. Nam ſicut iam ſuprà in principio difficultatis huius diximus, amor radix fuit euangelicæ libertatis: timor verò, in veteri lege origo extitit, à qua eiuſdem legis tota ſeruitus dimanauit. Amor quippe hominem in libertatem redigit, attamen timor eundem in ſeruitute omnino conſtituit. Hoc (Argumẽtum primũ.) inquam à nobis in ſententia ſuprà diſſertum eſt. Contra hoc inſtare videtur: nam amor potiùs B homines videtur ſeruos conſtituere, quàm liberos. Quod nempe conſtat, primò ex illo Geneſis (Figura, Gen. 29. Iacob.) capite. 29. vbi legitur quòd Iacob pulcherrima Rachelis amore captus, ſe quatuordecim annis in Laban ſoceri ſui ſeruitutem redegit. Et cùm die noctéque tot eſſet ęrumnas paſſus, pauci atque breuiſsimi illi apparebant ſeruitutis dies, præ nimio eius, quo tenebatur, amore: omniaque ſeruitutis pondera & grauamina viriliter & gratanter tolerabat, vt eam tandem in vxo- C rem poſſet accipere. Vbi apertè conſtat, quòd amor ipſum Iacob non liberum, ſed captiuum & ſeruum reddiderit omnino.

¶ Legi-

A ¶Legitur etiam de Sāſone fortiſsimo illo viro, iudicū.16. quòd cùm Dalidæ nimio eſſet obcęcatus amore, ab ipſa ſe funibus ligari permiſit, capitiſq; ſui capillos abradi: ac tandem ſic mulieris illius beneplacito ſe ſubmiſit, quouſque eum Philiſtijm captiuum duxerunt, atque eius pariter eruerunt oculos, & denique tanquam vile brutum molere fecerunt. Ecce igitur quomodo Sāſonē, muliercul æ cuiuſdā amor, ſubiectum & ſeruum fecerit.

2. argumentū. Sāſon.

Simile.

3. argu. Holofernes.

¶Legitur preterea de Holoferne, duce quidē aliàs potētiſsimo, quem filij Iſraël atq; totius orbis gentes maximè timebant, quòd B formoſiſsimę Iudith amore capt⁹ fuit, illique in tantum ſubiectus, quouſque ab illa capite truncatus extitit. Quemadmodum Iudith.13. capite habet hiſtoria.

¶Quod pręterea ita eſſe compertiſsimum reperiemus, ſi exemplum in quodam ſęculi huius excęcato homine, ac perditiſsimo amante poſuerimus. Qui nimirùm, cùm mulierculæ alicuius amore tenetur, vſque adeò illi in omnib⁹ ſubiectus exiſtit, vt quidquid ipſa boni vel mali, ſiue iniuriæ aut vilipendij in eo exercere voluerit, omnia ille quantumuis grauia & abſurda ęqua nimi C ter toleret. Adeò vt nullus vnquam poſsit reperiri aſinus, tam ſtolidus & oneri ſubiectus, quantum fœminæ illius voluntati & imperio ipſe ſuccumbit. Aſinus

Simile.

Simile.

namq;, ſi illi pabulum præſtare A decreueris, comedit: ſin autē, minimè reſiſtit: ſi in ſyluam dimittere velis, aut in ſtabulo alligatū relinquere, patitur quidem: quòd ſi etiam vapulare præcipias, omnia ſuffert, omnia tolerat, abſq; eo quòd in his omnibus aliqua illius adſit reſiſtētia. Ad eum omnino modum contingere videmus, in huiuſcemodi viris: quandoquidem viri alicuius erga fœminam amor, tam beſtialem quādoq; illum conſtituit, vt ſine reſiſtentia aliqua, eum velut ſtolidiſsimum aſinum, in omnibus ſibi ſubijciat, in honoribus, in iniurijs, in proſperis, & aduerſis, in infamia & bona fama. Quæ vtique omnia, placido vultu reſpicit, & ęquo animo, quaſi inſenſatus tolerat. Et quod plus eſt, vt B non ſolum iniuriæ, eiuſque vilipendia ſibi non ſint grauia, ſed quòd in fauorem & gratiam recipiat, quidquid ab ea, ſiue bonum ſiue malum, promanauerit: quantumuis in infimum beſtiæ gradum, ob eius contemplationem deuenerit. Quod nempe fit, cùm id quod ridiculum eſt, honorificum ſibi exiſtimat. Quo fit, vt tam potens ſit in homine amoris virtus, vt eum extra ſe ipſum omnino conſtituere ſufficiat. C Vnde eſt, ꝙ poëtę cęcum amorem depingūt, linea quadā vitta coopertos habentem oculos: ad inſinuādum nobis, quòd cum quē ſemel apprehenderit, ſic ignarum, &

Mira amātis ſtoliditas.

Amoris efficatia.

Simile.

 inſi-

A inſipientem reddit, vt nec rationis aliquam, ſiue mentis ſcintillam in eo relinquat: ſed vſq; adeò mentis inopem conſtituit, vt nihil horum, quæ ſibi competunt, perſpicere valeat.

¶Hoc itidem verum eſſe reperiemus, in ſæculari quodam homine, qui diuitiarum amore tenetur. Quem quidem ipſarum diuitiarum affectio, eo vſq; ſeruum conſtituit, vt nec ſui ipſius dominus ſit: ſiquidem ipſæ ſunt quæ imperant diuitiæ, ille autem qui eis ſummo ſtudio obedit. Quandoquidem nec comedit, nec bibit, nec dormit, nec vigilat, ſed neque humanum aliquod aſſumit ſolatium, niſi eo dumtaxat modo & forma, quo ipſæ ſibi diſponunt diuitiæ: & tandem ſic miſer vitam ducit, ac ſi veneno aliquo peſtifero infectus exiſteret. Qui denique ſic mente captus omnino redditur, vt apertis oculis in ipſum baratrum detrudatur, abſque eo vt tam crudeli & aperto morbo medicamẽ aliquod apponere poſsit. Et ꝙ peius eſt, quòd cum morbi huius peſtiferi medicina, in eius ſit voluntate repoſita (poteſt ſiquidem ſeipſum eleemoſynis redimere) nequaquam id facere decernit, ſed tam eſt mente faſcinatus, vt pecuniæ potiùs quã Deo obedire velit. Et tandem ſic pereunt huiuſcemodi homines, ac ſi ſtolidiſsimę eſſent belluę: in quibus veriſſima hęc reperitur ſentẽtia, quòd

Simile.

Diuitis cęcitas.

B

Simile.

C

Simile.

ipſam gehenam ſuis emũt pecunijs. Sicuti verbi gratia epiſcopus eſſet, qui totam abſumeret vitã & parciſsimè viueret, vt cognato vel amico maioricatum (vt vocant) relinquat. Huius etiam cõditionis auarus eſt, qui vt filio ad auctum patrimonium dimittat, malæ mentis conſcius, per fas vel nefas, omnia aliorum emit bona. Sunt etiam adhuc huius ordinis magnatum quàm plurimi, qui vt eorum filij, in principijs gratiam deueniant diu noctuq; anhelant, & corporis & animę ſuę quietem penitus amittũt. Quid rogo ſtultius? quid inſanius? quid deniq; ſubiectius? Et quis tãdem in orbe toto magis poteſt eſſe captiuus? Hinc acutiſsimè ait diuus Chryſoſtomus, quòd diuitis pecuniæ nihil aliud ſunt, quã cõpedes quidam, eius ſuauiter inmiſsi pedibus. Nec quicquã aliud differẽtię eſt inter eius compedes, qui materiali carcere recluditur, & iſtius: niſi quòd iſti primi, aurei ſunt ſiue argentei, illi autem ferrei: cęterùm quoad vinculorum detentionem, tam compeditus iſte eſt, ſicut & ille alius.

¶Probatur prætereà, ꝙ ab homine euangeliũ libertatem auferat: ac per conſequens, ꝙ teſtamẽtum hoc nouum, ſeruitutis ſit lex, magis quã vetus. Nam eſſe aliquẽ liberum, nihil aliud eſt quàm, vt in vtrãq; partẽ flecti poſsit: videlicet quòd in vtramlibet partem ſeſe exercere valeat, ita vt aliquid facere

A

Epiſcopus.

Auarus.

Magnates.

B

Chryſtomus.

Simile.

4. argumẽtum

C

A facere vel non facere queat. Iuxta eam Salomonis ſententiam Eccleſiaſtici capite.15. Creauit De⁹ hominem, & reliquit eum in manu conſilij ſui: appoſuit ignem & aquam, vt ad quod voluerit extendat manum. Vt inde prẽmiũ, vel eius redundet pœna: & quòd ſi damnatur, ſibi ſoli, tanquam mali totius radici, imputetur. Hanc igitur libertatem, quæ tam homini eſt naturalis, videtur ꝙ in euangelica lege Deus ab homine adimat: quia euãgelica lex vſque adeò omnes homines potentias alligat, vt in nullo videatur liber remanſiſſe. Quod proculdubio compertiſsimum apparebit, ſi ſingula euangelicę legis præcepta attentè conſiderare velimus.

Expoſitio. Eccle.15.

Euangelium oẽs hominis potentias alligat.

B ¶Et primò, quid rogo naturalius homini eſſe poteſt, quã vitæ ſuæ conſeruationem diligere, ac perconſequens rerum delitijs vitam velle prolongare? Attamen appetitum hunc prohibere videtur Chriſtus, Ioannis.12. capite cũ ait: Qui voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam. Ac ſi dixiſſet apertiùs, qui vitæ ſuę cõſeruationem in mundi huius oblectamentis curauerit, eam ſcilicet ciborum, potuum, atque C veſtimentorum abundantię, cæteriſque carnis delicijs exponens, hic talis damnationem acquiret.

Prim⁹ locus, Ioãnis.12.

Expoſitio. Ioannis.12.

2. locus, Luc.14.

¶Quid hominis appetitui cõformius apparet, quàm diuitias & ſæculi huius amare caduca, hæc namque eius carni & ſanguini ſunt annexa. Hunc tamen appetitum reſecat De⁹, vt ex Lucę.14. capite, conſtat dicente: Niſi quis renuntiauerit omnibus quę poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

3. locus, Luc.14.

¶Quid homini proximius eſſe poteſt, quàm parentes ſuos amore proſequi? cum nimirùm fons & origo ſuæ extiterint natiuitatis. Nihilominus tamen, non liberum hoc hominibus in euangelio cõceſſum eſſe videtur. Quẽadmodum ex Lucę.14. capite cõſtat: Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum & matrem, nõ eſt me dignus.

4. locus, Mat.5.

¶Quid hominis appetitui naturalius eſſe poteſt, quàm liberè in quamcumq; partem oculos flectere, B vt ex rerum omnium viſu, ſibimet delectationem acquirat? Hoc tamen Chriſtus ab hominibus prohibet, ſicut Matthęus refert euangeliſta capite quinto dicens: Qui viderit mulierẽ ad cõcupiſcẽdum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo.

5. locus, Mat.6.

¶Quid hominis inclinationẽ concernit magis, quàm de inimicis ſuis vindictam ſumere, atque eum qui ſibi malum intentauerit, perſequi? Sic enim inter ipſa C bruta fieri cõſuetum eſt. Equus ſiquidem, in eum qui ſe virga percutit, recalcitrat: & canis, cum qui ſe lapide ferit, dentibus dilacerat. Hanc autem appetitus li-

Simile.

A bertatē reſcindere videtur Chriſtus in euangelica hac lege, vt habetur Matthæi. 5. capite, cùm dicit: Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros, & benefacite his, qui vos oderunt.

6. locus, Mat. 12.

¶ Quid homo auidius appetere conſueuit, quàm liberè linguā exercere, & quicquid in buccam venerit, ſiue bonum ſiue malum ſit, euomere? Veruntamen facultatem hanc prohibet redemptor noſter Chriſtus, ſicuti Matthæi 12. legitur capite cùm ait: De omni verbo otioſo, quod homines loquuti fuerint reddent rationem

B in die iudicij.

7. locus, Mat. 6.

¶ Quid amplius expetit homo, quàm humanam gloriam? (quandoquidem ſuorum operum laudem audiendi auidiſsimus eſt) necnon & ex manuum ſuarū operibus, animi ſibi gaudium & ſolamem acquirere? Nam ſicut mulieri naturale quidem eſt, filiorū ſuorum pulchritudine lætari: ſimiliter etiam, cùm opera, ipſius intellectus hominis ſint filij quidam, conſequens eſt ſtatim, de eorum bonitate & rectitudine: tanquam de proprijs gaudere filijs. Hoc tamen lex euangelica non cōcedit. Quemadmodū Matthęi. 6. capite cōſtat, vbi ſic legitur: Ne-

Simile.

C ſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Et iterū: Cùm facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt. Videtur ergo, quòd lex hæc euangelica, in omnibus libertatem & operandi facultatem ab homine auferat, omnesq; eius alliget potentias: quia nimirùm à pedis planta ad caput vſque, compeditū omnino redit hominē. Nullam enim penitus appetitui eius facultatē reliquiſſe videtur, vt aliquid eorum, quæ naturaliter appetit, liberè proſequi valeat, abſque culpæ nota: hoc enim non eſſe liberum dicimus. Colligitur ergo, ꝙ nouus hic gratiæ ſtatus, magis hominem captiuum conſtituat, quàm veteris teſtamenti ſcripta lex: ac perconſequens, quòd nulla ſit differentia inter vetus teſtamētum & nouum, quo ad hoc, quòd illorum vnum, hominem ſeruum faciat, alterū verò, liberum: quia in vtroque æquè ſeruus conſtituitur.

## ¶ CAP. XI. VBI SOlutiones horum argumentorum continentur.

PRO ſolutione tamē prę cedentium argumentorum, annotandum nobis eſt, argumēto primo ſatisfieri nō poſſe, niſi quadam priùs ſuppoſita diſtinctione: quam Ariſtoteles aſsignat, Topicorū libro tertio, & in ſecundo ſuæ Rhetoricæ libro. Quæ etiam diſtinctio eſt ſancti Thomæ, prima, ſecundę. q. 26. articulo. 4. Quibus in locis aſſerunt, duplicem eſſe amorem, alterum concupiſcentię, alterum verò amicitiæ. Primus quidē vilis exiſtit

Diſtinctio. Ariſto.

S. Tho.

Duplex amor.

A existit & infimus amor, ſecundus tamen pulcher & honeſtus eſt Concupiſcentiæ quidem amorem appellamus, cum amamus aliquid, non quidem propter ſe, ſed propter commodum, quod inde reportare intendimus: ſicuti accidere videmus, cum regem aliquis amat, propter fauorem, ſiue dignitatem, aut reipublicę gubernationem, quam inde ſe conſequi ſperat: ſeruus etiam dominum ſuum ſępe diligere cõſueuit alicuius mercedis gratia allectus B Item homo vinum diligit propter ſaporem, quem ſuo ingerit palato, & ob ſalutem etiam, quam ſuo corpori præſtat: caput namque fortificat, & vires reparat, animumque lætificat. Milles prætereà equum ſuum diligere conſueuit, quia per illum in bello ab inimicorum liberatur oppreſsione, eiuſque perſonam inter homines honorificè portat. De quo inquam concupiſcentiæ amore diuus ait Auguſti. ꝙ nos per illum ad res ipſas neutiquam pergimus C ſed potius eas ad nos ipſos trahimus. Et vt proprius dixerim, hoc non eſt res ipſas amare, ſed potius nos ipſos in rebus ipſis diligere. Qua de cauſa infimus valde hic dicitur amor: nam eundẽ honorẽ quem homini per illum exhibemus, equo pariter & cani, cæteriſque brutis præſtamus: vtroſque ſiquidem eadem metimur menſura, quia vtroſque propter noſtrũ diligimus commodum. Et hic amor, parui proculdubio momenti eſt & pretij, atque tenuis nimis quãdoquidem cito decidit: nam vt primum in re amata huiuſcemodi lucrum non relucet, ſtatim frangitur. Et hic idem amor eſt, quem ſæculi huius amatores, erga mulierculas habere ſolẽt, qui non verè ipſas amant, ſed eam potius delectationẽ diligunt, quam in illis ſibi ipſis præſtãt. Quo fit vt cum ſeipſos carnali iam delectatione ſatiauerint, cõtinuò eas odio habeant, & à ſe procul proijciant, deceptas, corruptas, & infames omnino relinquentes. Huius etiam conditionis ſunt diuitiarum amatores, qui diuitias nõ ſecus amant, quàm vt in eis delectentur. Et ſeruus itidem dominum ſuum, qui non niſi lucri cauſa, vt plurimum diligere conſueuit. Hic igitur amor, ſeruũ & captiuum amantem conſtituit. Nã (ſicut ſuprà diximus) cũ timor hominem ſeruum faciat, & huiuſmodi amor timorem ſemper admixtum habeat hinc eſt, ꝙ ne in re amata optatum commodum perdat, hominem ipſum ſeruum & captiuum reddat. Et hinc eſt, ꝙ rebus ipſis amatis ſe omnino ſubmittat, vſq; ad infima & turpia, atque viliſsima quæque opera. Quemadmodum in perditiſsimis mundi huius amantibus videmus accidere: qui vt ſuæ dumtaxat ſatisfaciant ſenſualitati & appetitui, mulierculæ cuidam ſe ſubijciũt, ita vt in ipſo quicquid

Concupiſcẽtiæ amor. Simile. Simile Simile Simile Auguſtinus.

A Exẽplũ. enorme factum. B Exẽplũ. Exẽplũ. C Simile.

A libuerit ipſa exerceat, quantum-
cumque infame & vile admodum
exiſtat. Et qui regiæ deſeruit per-
ſonæ, vt inde prælatiam aliquã,
Simile. vel dignitatem obtineat, quã plu
rimos ſe indignos diu noctuque
labores & miſerias tolerat. Idem
prĕterea dicimus de eo, qui ad hu
Simile. manum anhelat honorem: pluri-
ma ſiquidem patitur incõmoda,
Simile. ne honore ipſo quandoque ſe pri
uatum inueniat. Et vt tandẽ rei
huius finem faciamus, mũdus to-
tus concupiſcentiæ huius amore
B plenus exiſtit.

¶ Alius autem eſt amicitiæ a-
amor amicitiæ. mor, dum videlicet rem ipſam
non commodi noſtri gratia, ſed
eã præcipuè propter ſe amamus.
Quemadmodum inter philoſo-
phos quaſi in prouerbiũ iam eſt
receptum, ꝙ virtus propter ſe ip-
ſam ab hominibus diligenda eſt.
Et hac forma veri ſunt diligẽdi
amici, ita vt in ea dilectione ni-
hil aliud prĕcipuè interſit cõmo
di, quã ipſammet propter ſe per-
ſonam diligere. Quo genere amo
C ris, Deus ſemper à nobis diligen-
dus eſt: nempe præcipuè propter
ſe ipſum, etiãſi amoris huius cau-
ſa, varijs homo inuoluatur cala-
mitatibus, & ſæculi huius perſe-
cutionibus. Quẽadmodũ ſancti,
Exẽplũ. cæteriq; religioſi viri Deũ ſem-
per diligere cõſueuerunt. qui tã-
dẽ ob hãc diuinã dilectionẽ infi
nita ſunt mala perpeſsi: neq; vllũ
vnquã tẽporale commodũ tã va-
lide ſeſe hic immiſcuit, qui illos
ab hac Dei dilectione retraxerit. A
¶ Et hic talis amicitiæ amor ne-
quaquã rumpitur, neq; aliquãdo
finitur, quouſq; amatorem ipſum
mors ipſa cõſumat. Quia cũ ibi Ratio.
nullum aliud interſit principali
ter intentũ tẽporale lucrũ, tantũ
durat, quantum & res ipſa amata
ꝑſiſtit: ita vt nec diuitiæ, nec pau
pertas, nec infirmitas, aut inimi-
corũ perſequutio, potens ſit, eos
qui ſic ſe amant, ab inuicem ſepa
rare. Vnde ſapiens de amoris hu-
ius virtute & efficacia loquẽs, cã. B
tic. 8, ca. ſic ait. Fortis eſt vt mors
dilectio. Quod alijs verbis eſt di Expoſitio, Cantico. 8.
cere, ꝙ ſicut eam amicitiã & ne-
xũ, qui inter corpus & animã eſt, Simile.
nihil præter ipſam mortẽ diſſol
uere ſufficit. Sic etiam eos, qui ſe
hoc caſto & pulchro amore pro-
ſequuntur, ſola mors ſegregare
valet. & hic idẽ amor eſt, quẽ lex
euangelica maximè ab homini-
bus expoſcit. De quo Apoſtolus
ad Romanos octauo capite ſcri- Expoſitio, Roma. 8.
bẽs ait: Quis nos ſeparabit a cha
ritate Chriſti, tribulatio, an angu
ſtia, an fames, an nuditas, an peri-
culũ, an perſequutio, an gladius.
Certus ſum enim, quia neq; mors
neq; vita, neq; angeli, neq; prin- C
cipatus, neq; virtutes, neq; inſtan
tia, neq; futura, neq; fortitudo, ne
que altitudo, neq; profundũ, neq,
creatura alia, poterit nos ſepara-
re à charitate Dei, quę eſt in chri
ſto Ieſu. Hęc igitur dilectio eſt, in
qua radix libertatis conſiſtit, quę
hominibus libertatem cõdonat,

A eo quòd rerum omnium temporalium veros dominos conſtituit quia pro nihilò temporalia omnia ducunt, ſed ſub pedibus habent. Iuxta diui Pauli ſentẽtiam, qua prima ad Corinthios.3.capite ait: Omnia veſtra ſunt, vos autem Dei.

Expoſitio. 1. corint. 3.

Nullus ſiquidem eſt, qui melius rebus temporalibus dominetur, eiſq; imperet, quàm qui nihil habẽtes omnia contemnũt: Quemadmodum ait Apoſtolus: Nihil habentes, & omnia poſſidentes.

Expoſitio. Roma.11.

Iuxta hanc igitur diſtinctionem, omnibus alijs exemplis in contrarium adductis (Iacob videlicet, Samſonis, & Holofernis, cæterorumque mundi huius B amatorum: quibus probabatur amorem captiuos ducere homines, & ſeruos conſtituere, ſicut & timor ſeruos etiam facit) ſufficiẽter reſpondetur.

Solutio.

Clariſsimum ſiquidem eſt, eorum omnium dilectionem, quã ibi demonſtrarunt, concupiſcentiæ fuiſſe, & non amicitiæ. Excepto inquam amore Iacob, qui ſanctè & honeſtè Rachelem adamauit. De Samſone autẽ, an honeſtè & ſanctè Dalidã adamauerit, indubium vertitur, aliqui enim dicunt eius fuiſſe vxorem. Cæterùm euangelicæ legis amor, qui hominibus libertatem hanc ſpiritus condonat, amicitię C eſt, quo Deus propter ſe ipſum pręcipuè diligitur.

Solutio, 2. argumenti.

¶ Ad ſecundum verò argumẽtum, reſpondetur quòd captiuitas illa ſiue alligatio, quam euangelica lex hominis ſenſualitati A ingerit, & quæ omnes eius potentias colligat, ne effrænatè ſuas proſequatur carnales affectiones: hoc inquam non eſt naturalem libertatẽ, quam homo habet, adimere, ſed potiùs eam polire, & arte elaboratam reddere. Et ad maiorem ſolutionis huius claritatẽ, operępretium erit, documentum quoddam Ariſtotelis in præſentia adducere, ex eius Metaphyſicę libro, vbi ait, quòd ars perficit naturam.

Ariſtot. documẽtum.

Lignum quippe minimè de ſe aptum eſt, vt in domus ædificio reponatur, niſi priùs à fabro lignario doletur, & arte eiꝰ perficiatur.

Simile

Lapis etiã ſuapte natura commodè in pariete conſiſtere nõ poteſt, niſi ab artifice anteà fuerit elaboratus & politus. B

Simile.

Equo præterea dominus eius vti non poteſt, quin priùs fuerit arte domitus.

Simile.

Et ſic in alijs omnibus rerũ naturis fieri conſueuit, quas vt in veros vſus homines adducant, priùs neceſſe eſt arte ipſa earum naturas, & eſſe componere, & perficere. Eodem omnino modo, à natura ſua ad res diuinas & ſpirituales, homo de ſe non vſquequaq; aptus reperitur, niſi priùs euangelicæ artis præceptis & documentis edoctus extiterit. Ad hoc igitur deſeruit euangelica C hæc lex, vt quędam ſit ipſius hominis naturæ ars, quę ſenſualitatis eius ſuperfluum auferat, & ita perfectam & elaboratam reddat, vt homo idoneus ad ea, quę religionis

A gionis chriſtianę ſunt, exiſtat. Et hac ratione in ſacra ſcriptura, huic euangelicę legis, artis nomina Chriſtus impoſuit. Quemadmodum ex Matthęi capite. 11. conſtat, vbi legem hanc, iugum denominat. Quia ſicut iugum, ipſius vitulę ceruicem cõprimit, & eius naturam edomat, vt ſic domeſtica, nequaquam recalcitret, nec iugũ excutiat, ſed mãſueta iam effecta, facilè aratro terram rumpat, & in omnibus, hominũ vſui adaptetur: ſic pariter chriſtiana hæc lex, velut iugum hominis naturã diſponit, & pręceptis ſuis idoneã reddit, vt virtutis campum optimè arare poſsit. Et ſicut anguſtia B & vexatio illa, quam vitula patitur, cùm domatur, & dum iugum ceruici eius imponitur, non vitulam perdit, quia hoc inquam non eiuſdem vitulę malum eſt, ſed bonum potiùs & perfectio, nam deinceps ad opera ſua proſequenda aptior manet: ad eum igitur modum, omnium laborum ſarcinã, quam euangelica lex hominũ humeris imponit, eorum ſenſualitatem & potentias comprimendo, non vtiq; eorum eſt malũ, ſed potiùs verum bonum, & eorum per C fectio: quandoquidem euangelicis laboribus redimitur, & perficitur ipſa illorum natura, ne brutalis in ſuis maneat operibus.

Euangeliũ hominis ars. Expoſitio. Matthæi. 11.

Simile.

Simile.

¶ Furioſo equo, qui ex vitio inquietus eſt, & recalcitrat, nullum aliud appoſitum eſt remedium, quàm in chamo & fræno eius cõfringere maxillas, atque ipſius latera virga contundere, quouſque manſuetus incedat. Sic homo à A natura ſua, indomita atque ferociſsima eſt beſtia, quæ ex ſenſualitatis vitio ſemper inquieta incedit, & recalcitrat. Quapropter eam frænari decet, & ſanctæ doctrinæ virga eius latera contundi. Deus igitur prouidẽtia ſua, vt huic hominis mederetur malo, euangelicam legem, tãquam eius frænum conſtituit, ne ſicut equus effręnis, quotidie ſe in peccata pręcipitem daret. Vnde Iſaias propheta, capite. 48. Euangelicæ legis ſtatum, fręnum denominat, B cùm ait: Propter nomen meum, longè faciam furorem meum, & laude mea infrẹnabo te, ne intereas. Tempus (inquit propheta) veniet, vbi nõ rigoroſa legis pręcepta hominibus imponam, ſed leniter & ſuauiter eos dirigã, dulciſsimum frẹnum ori eorum imponens. Quod nõ aliud, quàm ipſa erit gratiæ lex, quæ nempe tota meis laudibus exiſtit plena: quia omnia legis opera, in Dei laudem & gratiarum actionẽ redũdant. Hac ergo legis laude homines infrẹnabuntur, quia ipſa legis ſuauitate & dulcedine edocẽtur. Excluſo ergo veteris legis timore (ait Deus) ſuauitate quadã carnales hominis paſsiones & ferocitatem deuincã: quæ nunquã ante hac legis veteris timore vin C ci potuerunt, nec peſsimas appetitus ſui conditiones relinquere.

Simile.

Expoſitio. Iſaię. 48.

¶ Hac

A Expoſitio. pſal. 31 ¶Hac eadem ratione, propheta Dauid euangelij legem, pſal. 31. frænum appellauit, cum dixit: In chamo & fræno maxillas eorum cõſtringe, qui non approximant ad te. Et inter omnes mũdi leges, quas inter ſe homines receperunt, ſola hæc gratiæ lex propriè hominum frænum appellatur. (Sola euãgelica lex, hõis dicitur frænum.) Nam ſola hæc verè ſenſualitatis eius maxillas comprimit, quia efficaciter hominem in ſuis affectionibus & paſsionibus detinere cogit. Omnes quippe aliæ leges quodammodo ſenſualitatis habenas hominibus laxant B & appetitum eorum ſolutum relinquunt: ſiquidem quàm plurimas fragilitatis humanæ miſerias permittunt. Et hoc quidem non mediocre argumentum eſt, ꝙ lex hæc, diuina ſit & certiſsima: cum hominem ipſum ad altiorem finem perficiat, quã eius ſit ſanguis & caro. Et hoc idem C eſt nomen, quod huic legi Iſaias propheta imponit capite. 37. cũ (Expoſitio. Iſai. 37) ait. Ponam circulum in naribus tuis, & frænum in labijs tuis, & reducam te in viam. Quod maximè verum habet in hoc euangelij felicißimo tempore: quia vſque ad id temporis nequaquam homines veram ſalutis viam adinuenerunt, quæ regnum cælorum aperiret. Et hoc vnum eſt, quod Iacobus apoſtolus mirum in modum admirabatur. Videns namque quòd homines tam ſufficientem iam fuerint ſortiti legem, in qua infrænati & caſtigati prorſus, viuere deberent: & ꝙ adhuc rebelles exiſtant, & velut cãpi pecora, (Simile.) atque ferociſsima bruta, vitam ducant: De hoc inquam indignatus ait: (Expoſitio. Iaco. 3.) Si autem equis in ora fræna mittimus, & ad conſentiẽdum nobis omne corpus illorũ circumferimus, linguam autem nullus hominum domare poteſt? Quibus verbis nobis inſinuare voluit, quàm difficile ſit hominis moderari linguam. Et inde B pariter conſtat, quàm ſit ſufficiens euangelicæ legis doctrina quæ linguæ diſſolutionem caſtigare valeat.

¶Similimodo Chriſtus dominus noſter, multa alia artis nomina euangelicę ſuę legi impoſuit. (Expoſitio. Matthæ. 13) Quandoque piſcatorum rete appellans, ſicut ex Matthæi capite decimo tertio apparet, cum ait. Simile eſt regnum cælorum ſagenæ miſſæ in mare, ex omni (Simile.) genere piſcium congreganti. Nam ſicut rete, artificium quoddam eſt, quo inuolutum piſcem educimus, atque à delectationę quam in profundo aquæ habitaculo retinebat, extrahimus: pari forma Chriſti euangelium, rete quoddam eſt, & artificium, quo C hominem à ſuæ ſenſualitatis interiori manſione, velut natantẽ piſcem foras educit. Aliquando verò in ſcriptura ſacra fermenti (Expoſitio. Matthæ. 13.) nomine lex euangelica compellatur, ſicut Matthæi eodem. 13. capite

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A pite his verbis legitur: Simile eſt regnum cælorum fermẽto, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus. Nam quemadmodum fermentum, ea aceti corruptione, quam in ſe habet, totam conficit maſſam, eiq; dulcem ſaporem præſtat: ſic etiam lex gratiæ ex aſperitate virtutis, quam in ſe retinet, totam hominis naturam fermentat, vt ſic homo, ſuauiſsimus panis ipſius Dei palato fiat. Itaque ſicut lapidea cos enſem acuit, & cultelli aciẽ tenuat, vt ſic facilius ſcindere valeat: ita lex iſta euangelica, lapidea mola quædam eſt, in qua

Simile.

Simile.

B ipſius hominis infecta natura acuitur & perficitur: quæ alioqui ſuapte natura ad res diuinas & cæleſtes nimis erat obtuſa & hebetata. Igitur quod in hac lege gratiæ, hominis natura laboribus, & ærumnis infrænetur, non vtique eſt, libertatem eius perdere, aut impedire, aut certè eius deſtruere naturam, ſed perfectiorem eam reddere, hominemque elaboratum, atque limatum relinquere, ita vt iam

C ſuis potentijs vti valeat: vt non ſicut brutum viuat, ſed ſicut homo, qui rationis compos, ſuorum operum dominus exiſtit. Et hinc eſt, quòd hæc lex, omnibus hominis membris, viuendi regulas & præcepta imponit. Oculos namque, quemadmodum erga rerum aſpectum ſe gerere debeãt inſtruit, ne in his aut curioſè,

Oculi.

A aut diſſolutè nimis hinc inde vagentur, ſed omni modeſtia eis homo vti diſcat. Similiter & lingua aureſque, ſua habent in hac lege documẽta, quemadmodum homo in eis ſe habere debeat. Prætereà ipſius hominis cordi aſsignantur etiã regulæ, vt cogitationes, quæ ab ipſo promanãt, puriſsimas & ſynceras creare ſciat. Adhuc etiam pedes eius & manus, in hac ſacra lege, ſua habent ſtatuta, quomodo videlicet in ſuis actionibus dirigi teneantur. Et tandem nullum eſt in homine mẽbrum, quod non in Euãgelio, ſuũ habeat præfixũ clauũ. B

Lingua.

Cor.

Pedes, Manus.

¶ Reſpondetur ſecundò eidem argumẽto, libertatẽ, quæ in Euãgelio homini conceditur, libertatẽ eſſe ſpiritus, quæ ipſa hominis viſcera interiùs dilatat, & amplificat: qua ratione libertas propriè appellatur: quia videlicet, imperiũ quoddã hominibus generat, vt tanquã domini, ſuorũ operũ poteſtatem habẽtes, omnia mũdi difficillima & aſpera viriliter rũpant, ea nimirùm tanquã caduca pedibus conculcãtes, & ſemper pro nihilo ducentes, prę ter ipſum ſolum Deũ, qui omniũ verus eſt auctor. Et hæc eſt, quæ vera & Chriſtiana dicitur libertas. Et vt hęc quę diximus, diſtinctiùs ꝑcipiam⁹, annotãdũ nobis eſt, illã nõ ꝓpriè ſatis hõis libertatẽ appellari, quæ homini, quicquid vult, operandi facultatẽ cõcedit. hęc nãq; naturalis libertas & licen- C

2. Solutio.

[library stamp]

A licentia facultas quędam naturalis eſt, quę indiſcriminatim omnibus eſt conceſſa, tam bonis quã malis: quę brutis, & beſtialibus hominibus communis videtur, qui nihil aliud attendunt, quàm quod eorum brutalis ſibi appetitus ſuggerit. Sed vera hominis libertas in hoc conſiſtit, vt homo ea ſolùm agat, quę ſecundum rationis imperium agenda veniũt. Et quãdo iuxta rationis huius dictamẽ, in operibus ſuis dirigitur homo, eleuatur quidem potentiſſimo quodã agendi imperio. Non ſecus quàm aquila, quæ extenſis alis ſupra omnia volat ædificiorum cacumina. Similiter homo, B ratione & Dei ſpiritu intra ſe ipſum dilatatus, libertatem quandam ſpiritus cõſequitur: vnde erigit ſe ſupra ſe, & velut potentiſſima aquila, ſupra omnia mundi creata ſe extollit, atque timorem omnem, & ſubiectionem illam, à ſe penitus excutit, quam ſecularia mundi negotia ſibi impoſuerant. Quæ profectò ſpiritus libertas, peculiare quoddam ſolatium, & gaudium, atque cõſcientiæ quietem, necnon & animi generoſitatem, ſtatim intra totum hominẽ diffundit: qua facilè omnes mundi controuerſias, dæmoniſq; tentamenta tolerat & dirigit, atque C in Deum ipſum ſe ex integro conuertit. Quod nimirũ ita expreſsè fatetur Apoſtolus, cùm ad Romanos. 8. capite ait: Diligẽtibus Deũ omnia cooperantur in bonum.

Vera hominis libertas.

Simile

Expoſitio. Roma. 8.

Nam quemadmodum ſtomachi eſt cõditio, varios cibos (quos in ſe recipit) in carnem & ſanguinem conuertere: ſic etiam generoſi animi eſt, varias ſæculi huius calamitates & dæmonis moleſtias, in Dei ſpiritum vertere. A

Simile.

¶Et ad maiorem huius claritatem, conſiderandum nobis eſt, quòd quemadmodum corporis vincula, compedes ſunt & ferreæ catenæ: ſic etiam ſpiritus ligamẽta, ipſa ſunt hominis peccata, atque multæ aliæ reliquiæ, quę ex ipſis generantur peccatis. Veluti ſunt mentis turbatio, metus, inquietudo, puſillanimitas: quæ omnia funes vtiq; peccati ſunt, quibus peccatoris alligatur ſpiritus. Quod regius Dauid propheta, Pſalmo. 118. his verbis aſſerit: Funes peccatorum circũplexi ſunt me. Quæ præterea Salomonis eſt ſententia, Prouerbiorum. 5. capite dicentis: Iniquitates ſuę capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorũ conſtringitur. Itaq; ſicut vermis ex viſceribus ſuis ſerica fila texit, quibus tandem ipſiſmet irretitur filis, ex eis enim carcerem conſtruit, quo incluſus poſtmodũ moritur: ſic peſsimus homo, qui diu in ipſiſmet perſeuerat delictis, tanquam ex lanæ filis retiaculum quoddã texit, quo ſemetipſum inuoluit, & quo per totam vitam miſerabili quadam ſubiectione colligatus incedit. Hos ergo funes & ligamenta, quę de ſe peccatum generat, omnia in quam B C

Simile.

Expoſitio. Pſal. 118.

Prouer. expoſi. 5. cap.

Simile.

A quam hęc, cùm Dei ſpiritus hominis animum ingreditur, validiſsimè rumpit & cōterit. Quia tunc temporis, Dei amore homo ſuccenſus, eiuſque diuino fauore adiutus, nec metum, nec turbulētiam aliquam, aut animi inquietudinem (in omnibus quæ operatur) omnino habet. Et hoc eſt, quod Apoſtolus. 2. ad Corinthios epiſtola, capite. 3. his verbis deſignare voluit, cùm dixit: Vbi ſpiritus domini, ibi libertas. Iſte ſiquidem diuinus ſpiritus, hominē totum verè in libertatē redigit. Quam ſententiam iterum repetit ad Galatas. 5. capite dicens: Si ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege. Quod quidem alijs verbis eſt dicere, cùm Dei ſpiritū intra vos

Expoſitio. 2. corint. 3.

Expoſitio, ad Galat. 5.

B metipſos poſsidetis, tunc temporis, legis opera, nō ſicut ſerui, ſed tanquam domini, libertatem conſequuti, operamini.

¶ Aduertēdum tamen eſt in loci hui' expoſitione, aliquos olim fuiſſe hęreticos, qui affinitatem quandam habēt cum his, qui hac noſtra etiam tempeſtate vigent: qui ſicut ſemper carnis libertatē appetūt, ita & eam prædicare nituntur. Iſti ergo hæc diui Pauli verba peruerſè interpretari conantur: aſſerunt enim, quòd eo ipſo, quòd aliquis bonus & religio-

Hæretici, carnis libertatē amāt.

C ſus eſt vir, & intra ſeipſum Dei gratiam & ſpiritum habet, continuò ſine lege manet: itaq; iam deinceps omnis vitæ eius directio, ſpiritus adminiſtrationi & impulſui relinquēda eſt, ſine aliqua alia legis eruditione, quę hominē dirigat. Hic error non ſolū ignorantium hominum eſt, ſed etiam perditiſsimorum, & eorum qui diſſolutam omnino vitam degere cupiunt, atque eorum, qui à ſe legis iugum excutere ſummo opere curant. Certiſsimum enim eſt, quòd hoc legis euāgelicę iugum omnibus impoſitum fuit, tam bonis quidem, quàm malis: & abſq; vlla exceptione, euangelicæ ſanctiones hominibus præcipiuntur: neque ſacra vnquam ſcriptura in hac parte, alicui exemptionis priuilegium conceſsit.

¶ Duplex ergo poteſt eſſe huius auctoritatis ſenſus, quibus ſufficienter eius difficultas diluitur. Primus ſenſus eſt, quòd apoſtolus Paulus ſolummodò his verbis demonſtrare intendit differentiam, quæ inter veterem & nouam legem reperitur: qua de cauſa legē gratiæ, ſpiritum denominat. In hoc autem vocabulo, ſub lege, ſeruitutem, quę in lege veteri claudebatur, deſignat. Quo fit, vt loci huius legitimus ſenſus hic ſit, quòd ſcilicet, poſtquàm homo legem gratiæ in ſe recepit (quam nimirùm legem Paulus legē ſpiritus denominat) hic inquam homo, iam à lege veteri, quę cęrimoniarum & ſeruitutis erat, ſolutus manet. Ac ſi clarius dixiſſet, cùm figuræ veritas aduenerit, ceſſat & ipſa figura. Itaq; libertatē hic vocat, non aliud quàm à lege veteri

A

Duplex ſenſus.

B

1. ſēſus.

C

ere-

A ereptum eſſe. Et hoc eodem loquẽdi modo vtitur, cùm dicit: Littera occidit, ſpiritus autem viuificat. In quibus verbis, has duas leges inſinuat, quarum alteram, ſcilicet veteris teſtamenti legem, velut inſulſam & ſiccam, litterã occidẽtem appellat. Quia profectò exiguum ſpiritus ſuccũ de ſe producebat: ſed onus & ſpirit' anxietatẽ quandã: quia ſub legis onere, velut animalia bruta gemebant. Alterã tamen, ſcilicet noui teſtamenti legem, ſpiritum vocat, quia animę vitam præſtat, & ſpiritus dulcedinẽ de ſe diffundit. Et hęc eſt vera libertas, quã hic Apoſtolus deſignat, aſſerens, ꝙ cũ homo B iam in hac noua lege fuerit conſtitutus, extra legis ſcriptę iugũ omnino fiat, atque alteram, quæ ſpiritus libertatem & dulcedinẽ parit, obtinet.

Expoſitio. 2. corint. 3.

Simile.

2. ſẽſus.

¶ Secũdus loci huius ſenſus eſt, ommiſſa iam hic, nouæ legis ad veterem cõparatione. Quod Apoſtolus his verbis intendit, eſt nẽpe aſſerere, ꝙ homo eo ipſo ꝙ homo eſt, & Dei gratiam, eiuſq; ſpiritum conſequutus fuerit, mouetur quidem ad virtutis opera, non ab ipſa lege tantùm, ſed ab ipſo Dei amore & affectione intima, quàm intra ſeipſum retinet: ita vt ſi nulla eſſet lex, ſemper nihilominus Deo ardenter deſeruiret: quia ad C hoc, ab ardentiſsimo eius amore impellitur. Et ſi malum deteſtatur & fugit, non vtiq; eſt, quia lex hoc præcipiat, ſed quia malũ eſt, & Dei auctoritati & bonitati derogat. Et hoc eſt propriè, libere virtutẽ operari. Cęterũ qui Deo ſeruit, eo dumtaxat, quia lex hoc pręcipit, & nõ quia amoris virtus eum ad hoc inuitet: hic talis ſub legis iugo dicitur eſſe, & tãquam ſeruus, Deo obſequium preſtare: quia in virtutis operibus nihil aliud, quã legis mandatũ reſpicit. Poſſumus autẽ hæc quæ diximus, exẽplo quodã materiali, vulgari tamen, manifeſtare. Quandoq; enim contingere videmus in duobus viatorib', qui cũ ad hoſpitiũ, quo pergunt ambo, peruenerint, cùm iam tempore receſſus ſtabulario expenſas ſoluere habent, eorum alter non niſi iuxta pendentem ſcriptam tabellam, in qua hoſpitij pretium taxatum eſt, ſoluere vult: iuxta quod tandem ſtabulario ſatisfacit, neq; mercedis vult aliquid aliud addere, præter id quod in lege reperitur ſcriptũ: alter verò, quia nobilis ac generoſus eſt, non ad ſcriptam legem attendit, ſed beneuolentiæ opera & obſequium, quod ſibi in hoſpitio liberaliter eſt impenſum, perpendens, iuxta generoſi ſui animi conditionem magnificè perſoluit: quandoquidem vile ad modùm ſibi videtur, non niſi iuxta taxatam legem ſtabulario ſatiſfacere. Sic etiã in duplici ſunt differentia homines, qui Deo ſeruire ſtudent. Alij quippe ſunt, qui ruſticè virtutis opera proſequuntur, ſolùm legis litteram,

A

Simile.

B

C

Ruſtice in virtute viuentes.

S tan-

ALEXANDER PP VI VALENTINUS ... FERDINANDUS

A tanquam hoſpitij tabellam, attẽdentes: nec quicquam aliud virtutis genus exercere intendunt, quã id quod in lege ipſa punctim ſcriptum repererint. Cæterũ alij ſũt, qui velut generoſi & illuſtres viri, iuxta rationis dictamen & Dei amorem, quem ſemper circa ipſum gerunt, virtutis opera exercent. Ad quę mouẽtur quidem ex ipſius Dei amore, eius præciſè bonitatem attendentes, magnificentiſsimaque beneficia, quę ex eius immẽſa liberalitate receperũt, cõſiderãtes. Vnde eſt, ꝙ etiamſi lex ad hoc eos minimè compelleret, ex hoc ſolo Dei amore, ad abun-B dantiora virtutis opera ſe extendunt, quàm ipſa diſponat lex, quã profeſsi ſunt. Quia ſi lex pręcipit amicos diligere, non tantùm amicos, ſed inimicos etiam diligunt. Si lex præcipit, vt alienum nõ rapiatur, non hoc ſolo religioſi viri contenti ſunt, ſed propriam ſubſtantiam libenter elargiuntur. Si lex præcipit, in vanum non iurare, legem hanc perfectiùs adimplent: quia non ſolùm ſine cauſa, ſed neque cum illa, Dei ſanctiſsimum nomen aſſumunt. Si lex pręcipit, de ſuperfluo eleemoſynam dare: non tantùm hoc liben-C ter proſequuntur, ſed adhuc de ſibi neceſſarijs copioſè quotidie pauperibus erogant eleemoſynas. Et in hoc ſeſe generoſos Dei ſeruos oſtendunt, vt non eis dumtaxat legis pręceptis alligati ſint, quæ ſi non adimplerent, eos in gehennam ducerent: ſed Deo ſic in omnibus obſequuntur, vt etiamſi nulla eſſet hominibus gehennæ præſtituta pœna, nihilo ſeciùs diuinis obtemperarẽt mandatis. Magnificam Dei conditionem in hoc imitantes, qui nobis ſemper immenſa tribuit beneficia, non iuxta legis ſolùm inſtitutam iuſtitiam, ſed conformiter ad eius immenſam liberalitatem. Qui omni quidem abundantia & magnificentia, nobis non ſolùm neceſſaria prouidet, ſed etiam de quam plurimis alijs monilibus & puerilibus curat, quæ noſtrum dumtaxat peculiare ſolatium & beneplacitum reſpiciunt. Et hic eſt viuendi modus, quem Chriſtus in euangelio ſuo à nobis expoſcit, ſicut Ioannes euangeliſta capite. 10. refert, cùm ait: Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant. Veni (inquit Chriſtus) ego in hunc mundum, vt non ſolùm virtutis neceſſaria opera exerceant homines, neque in hoc ſolùm gratiæ talentum conſumant, vt ſcilicet ea dumtaxat charitatis opera exequantur, quę animæ ſuę vitam præſtent, & à baratro ipſos eripiant, ſed ꝙ vlterius ad virtutis perfectionem procedant (nam pręterquam ꝙ ipſa hominis ratio hoc ita exigit, quia ego etiam ad maiora ſemper eorum beneficia proceſsi) hoc tamẽ ſpecialius eorum ſpiritualis vitæ conſeruationem concernit, nam in virtutis exer-

Generoſe in virtute viuentes.

Simile.

Expoſitio. Ioãnis. 10.

A exercitio vltra non procedere, retrocedendi periculum eſt, quia dū homo exiguo virtutis exercitio, contentus eſſet, eo ipſo omnia virtutis eius opera, perdendi periculo exponeret, quemadmodum nauis quæ remis continuo non agitur, retrocedendi manifeſto ſe exponit periculo.

Simile.

## ¶CAPVT. XII. DE vero ſacræ ſcripturæ ſenſu.

SVPPOSITA ergo hac veteris, & noui teſtamenti differentia, in qua totius ſcripturæ ſacræ diuiſio conſiſtit: quam nimirùm differentiā, velut

B cōcionatoris officio, neceſſarium negotium tractandum cēſuimus. Nam iuxta diui Auguſtini ſentē tiam, libro primo ſuper Geneſim ad litteram, capite. 1. Vnuſquiſq; ſancti euangelij concionator, vſque adeo abundantiſsimus, & doctrina diues in prędicatione ſua eſſe debet, quòd ſimilis ſit viro illo ſapienti, de quo redemptor noſter Matthæi, capite. 13. aſſerit: de theſauro ſuo noua, & vetera produxiſſe. Sic etiam qui eruditus ſatis extiterit concionator, ipſis auditoribus ex veteri, & nouo teſtamento, in concione ſua doctrinę theſauros producere habet, & chriſtianum populū, non

Auguſtinus.

Expoſitio. Matthæ. 13

C ſolùm ſeorſum legis veritatis, ſed etiam vtriuſque teſtamenti ad ſe inuicem correſpondentiam & connexionē docere debet. Hoc

A igitur ſuppoſito, eſt adhuc concionatori cuilibet conducēs maximè, & præterea eius officio ſubſtantiale nimis, ſacræ ſcripturæ ſenſus, ſatis intelligere: nam cum ipſa ſcriptura ſacra tam multis ſit impregnata myſterijs, necnon & grandi virtute plena, tum etiam quia omnia quæ in ea continentur, ipſius Dei ſunt profundiſsima verba. Hinc eſt quòd ſcriptura ipſa varios de ſe parit ſenſus, iuxta multas & varias (de quibus tractat) res: intendens per hoc diuerſis hominum infirmitatibus mederi, qua ratione Deus plurimam huic ſcripturæ ſanctæ indidit virtutem, quemadmodum ex Pſalmiſta, Pſalmo. 67. conſtat, qui cum attente ſacrarum litterarum virtutem maximam perpendiſſet, ait ſic: Dominus dabit verbum euangelizantibus in virtute multa, vt quemadmodum in litteræ textu ſacro, multa includitur virtus, ſic etiam ex concionatorum verbis, multa in auditorum animis producatur etiam doctrina. Et ex huius erudionis defectu, quia videlicet non ſatis ſcripturæ ſanctæ ſenſus quandoque à concionatoribus percipitur, illorum quàm plurimi in hoc ſanctiſsimo officio, ſeſe multoties errandi periculo expoſuerunt, quemadmodum quotidie experientia ipſa teſtatur.

Simile.

B

Expoſitio. pſal. 67.

C

¶Attamen, quia (ſicuti iam

A ſupra diximus) hæc omnia ſcholaſticę Theologię dogmata ſunt propria, quę in quocumq; Theologo viro, & maximè in concionatore pręſuponenda ſunt: ideo principalem materię huius diſputationem, & intelligentiam, pro Theologorum ſcholis miſſa facimus: quapropter in hac parte breuiſsimè aliqua annotanda cenſui, quę concionandi officio pręciſè deſeruiant.

1 ¶Primum igitur, quod in hac parte, annotandum venit, eſt quidem de origine, & fonte, à quo primo, loquutio hęc de ſcripturæ ſacræ ſenſibus dimanauerit, diuus Auguſtinus in primo libro ſuper Geneſim ad litteram capite. 2. &. 3. auctor fuit, à quo primo hic de ſenſibus loquendi ſtylus originem traxit: ibi ſiquidem regulam quandam ſtatuit, in qua omnes quatuor ſcripturæ ſenſus fundantur, vbi ſic ait. Id quod in diuinis ſcripturæ libris, maximè illorum lectorem animaduertere decet, eſt nempe, ꝙ quatuor modis, vt in plurimum ſcriptura ſancta loqui conſueuit. Aliquando enim hiſtorias enarrat, & hic ſenſus hiſtoricus appellatur, qui alio nomine litteralis dicitur: Quandoq; verò virtutum opera nobis proponit, & ſuadet, quę animę noſtrę ſalutem reſpiciunt: & hic ſenſus tropologicus appellatur, qui aliàs moralis denominatur: quia ipſos hominum mores concernit. Aliquando autem per ea, quę nobis proponit, quę ventura ſunt illuminat, ſicuti veritatem per figuram, & hic ſenſus allegoricus vocatur. Quandoq; tamen nobis cęleſtia pręſentat, atque regni cęlorum ſuperna intimat, & hũc ſenſum anagogicum appellamus. Vbi breui compendio egregius hic doctor, omnes quatuor ſcripturæ ſenſus comprehendit, videlicet hiſtoricum, tropologicũ, allegoricum, & anagogicũ: quorum prima duo membra alijs verbis, litteralis & moralis ſenſus denominantur.

Quatuor ſcripturæ ſẽſus ab Auguſtino orti.

B

Regula.

Litteralis.

C

Tropologicus.

A

Allegoricus.

Anagogicus.

¶Sed partitio hęc quatuor mẽbrorum, ad duos tandem reducitur pręciſè ſenſus: quod eſt dicere, duos tantum eſſe ſacrę ſcripturę ſenſus, videlicet litteralem, & ſpiritualem: in quo ſecundo mẽbro, ſcilicet ſpirituali, cæteri tres clauduntur, videlicet tropologicus, allegoricus, & anagogicus, quia iſtorum quilibet, ſpiritualis ſenſus eſt. Itaq; omnes alij ſenſus, qui extra ſcripturę litteram reperiuntur, ſpirituales appellantur. B

¶Hanc eãdem diuiſionem, etſi alijs verbis, iuxta eandem tamen Auguſtini ſententiam, aſſignat diuus Thomas, in prima parte, quæſtione prima, articulo decimo. Vbi latius de hac eadem materia ediſſerit, quem videre libeat rogo: integre enim & ingenioſiſsimè materiã de ſacrę ſcripturæ ſenſibus euoluit.

S.Tho.

C

¶Ni-

A Nicola' de Lyra. ¶Nicolaus de Lyra in ſcriptura gloſæ ordinariæ ſuper Geneſim, breuiter & ſuccinctè omnes quatuor ſcripturę ſenſus, ſub vno colligit exemplo, dicēs: Quatuor eſſe regulas, ex quibus eiuſdem ſcripturæ ſacræ, quatuor ſenſus dignoſcere poſſumus. 1. regula. Prima eſt hiſtoria, quando ſcilicet præterita facta recenſet, & tunc hiſtoricus & litteralis dicitur ſenſus. 2. regu. Secunda eſt allegoria, cùm videlicet rem vnam per aliam intelligimus, & hunc allegoricum denominamus ſenſum. 3. regu. Tertia eſt tropologia, quando in ſcriptura ſancta de ordine morum noſtro- B rum agitur, & hic ſenſus tropologicus eſt & moralis. 4. regu. Quarta eſt anagoge, cùm ex eiſdem rebus, in cæleſtium ſupernorumq́; deuenimus cognitionem, qui ſenſus anagogicus vocatur. Explicat omnia hęc diſtinctius, egregius hic doctor Vnicū exēplū. vnico exemplo, in quo omnes quatuor hi ſenſus verificātur, quod eſt ipſa Ieruſalē ciuitas, cuius tam frequenter ſcriptura ſancta memoriam agit: ait ergo, ꝙ ſi hanc Ieruſalem ciuitatem, iuxta hiſtoricum & litteralem ſenſum accipiamus, tunc inquam materialem illam ciuitatem, in qua Chriſtus redemptor noſter paſſus fuit, ſignificat. Si tamen ciuitas eadem allegoricè accipia- C tur, chriſtianorum militantem Eccleſiam deſignat: quòd ſi iuxta tropologiam, quæ moralitas eſt, eandem contemplemur ciuitatem, cuiuſcumq; fidelis animam A deſignat: quia ſicut Ieſus Chriſtus populum illum materialem, Simile. in peculiare eius domicilium, vbi habitaret, eligere dignatus eſt, ſic etiam religioſi viri animam, ſuum proprium Deus habitaculum conſtituit. Si tamen iuxta anagogiam, eandem Ieruſalem ciuitatem perpendamus, illam ſupernorum ciuium patriā, quæ ſuperna eſt Ieruſalem mater noſtra, illuminat, in qua cæleſtes illi ciues, cùm Deo ipſo colloquuntur, & conuerſantur, & Deus cū illis, ſicuti iam cum ſuo & amantiſsimo populo. B

2 ¶ Secundò annotandum eſt, quòd propriè ac legitimè ſatis, hi ſacræ ſcripturæ ſenſus, his nominibus ſignificantur, ipſa namque terminorum acceptio, hoc idem ſonat: hiſtoria quippe, il- Hiſtoria lud eſt, quod ipſa nuda littera deſignat: tropologia verò eſt idem, Tropologia. quod locutio moralis, ſiue de hominum moribus ſermo. Allego- Allegoria. ria tamen idem quod aliena loquutio eſt, cùm videlicet de rebus omnino alienis, ab ipſis rebus per terminos ſignificatis, agitur, ſicuti eſt veritas per figuram ipſam, ſignificata. Anago- Anagogia. gia tandem, loquutio eſt de rebus cęleſtibus, quę nimirùm per ipſam legem gratiæ ſignifican- C tur: quæ omnia ex ipſis ſupra poſitis exemplis notiſsima ſunt.

3 ¶Tertio eſt annotādum, ꝙ his quatuor ſenſibus, ſacra omnis in-

A cedit ſcriptura. Nam quemadmo-
Simile. dum currus quidam materialis,
quatuor ducitur rotis, ſic ſuprà
hos quatuor ſenſus, velut ſuprà
quatuor rotas, omnis ſcripturæ
ſanctæ loquutio deuoluitur: ſi-
quidem nullus in ea locus inue-
nitur, qui non habeat vel omnes
quatuor ſenſus, ſiue duos, aut ſal-
tem eorum vnum. Neque abs re,
hi quatuor ſcripturæ ſacræ ſen-
ſus, rotæ denominantur: nam ſi-
cut ſupra iam à nobis expoſitum
eſt, quemadmodum rota aquædu-
Simile. ctis plena, ex profundo ciſternæ
aquam educit, qua omnes terræ
plantæ irrigantur, & virentes cõ-
ſtituuntur: ſic ſcripturæ iſti ſen-
B ſus, ſapientia quædam ſunt: quæ
tanquam precioſiſsima aqua, ab
ipſo Dei profundiſsimo pectore
promanat, qua chriſtianorũ ani-
mæ irrigantur, & vireſcunt. Et
Simile ſicut rota in motu ſuo ad omnes
ſe vertit partes, ſic etiam ſcriptu-
ra ſacra in his quatuor ſenſibus,
ad omnia illa, quæ hominum vti-
litatem reſpiciunt, ſe conuertit:
quandoquidem iam de figuris a-
git, iam vero de veritatibus, per
figuras ipſas deſignatis, ſermo-
nem texit, vt inter figuram & ve-
ritatem, tam admirabilem intel-
ligentes correſpondẽtiam, vnam
C quamq; rem ſuo gradu æſtime-
mus, & differentiam, quæ inter
vmbram & lucem reperitur, in-
Simile. ter ea aſsignare diſcamus. Iam au-
tem de hiſtorijs & memorabili-
bus hominum factis, ſcriptura ſa-
cra loquitur, vt viſa à nobis tam A
illuſtrium virorum rectè viuen- Mirum
di imagine, in fortitudine & obe- in ſenſi-
dientia atque religione, Deo ipſi bus arti-
deferamus gloriam & honorem, ficium.
veluti de negotio, ab eius præci-
ſè poteſtate ac maieſtate dima-
nante. Quandoq; vero loquitur
ſcriptura de rebus, quæ hominũ
mores tangunt, eorumq; vitæ re-
formationem cõcernunt: vt opti-
mos viuendi mores, in nobiſmet-
ipſis inſeramus, talesque ſimus,
quales tantæ maieſtatis ſeruos eſ-
ſe decet. Aliquando deniq; pro-
ponit nobis ſcriptura ſacra bea-
torum patriæ ſupernas res, vt il-
larum amore alliciti, facilius ab
hoc carnalis vitæ pondere exui B
appetamus, nosque totaliter ab
hac vili patria, erradicemus, at-
que à craſsis, fœtidiſsimisque ſę-
culi huius negocijs, nos ex inte-
gro eximamus. Et hic finis eſt, mi-
rificumq; artificium, quod om-
nes hi quatuor ſenſus in ſe ipſis
includunt: quem profectò finem,
ipſemet Spiritus ſanctus in ſacra
pagina prætendit, vt in noſtrum
quidem commodum, ac vitæ re-
formationem, maximumq; virtu-
tis augmentum, omnia conuer-
tat.

¶Comparantur etiam quatuor Simile.
hi ſenſus, illis quatuor ſolemniſsi-
mis fluuijs, qui à Paradiſo terre-
no promanabant, qui totius or- C
bis irrigabant terram, ſic pariter
quatuor iſti ſenſus, omnem irri-
gant terram. Quia gentes om-
nes,

A nes, quæ in hac lachrymarũ valle, vitam degunt, illorum humiditate & refrigerio viuunt, necnon & varijs virtutum floribus, eorum virtute vireſcimus, atque ſplendeſcimus omnes, quamdiu in beatorum fœliciſsimam illam patriam deuenimus. Quod enim in diuina eſſentia, cæleſtes illi incolæ viuunt, hoc nos ex ſanctæ ſcripturæ ſenſibus, in miſeriæ noſtræ ſolatium & leuamen ſuggimus.

4 ¶ Quarto eſt annotandum, circa ſenſum quem in ſcriptura ſacra parabolę faciunt, qui nimirùm ſenſus neque hiſtoricus, nec
Parabolę. literalis neq; aliorum aliquis eſ-
B ſe videtur, inquirendum igitur nobis eſt quod ſibi nomen imponendum ſit. Ad hoc tamen ſan-
S.Tho. ctus Thomas, in prima parte, quęſtione prima, articulo. 10. ad tertium argumentum, ait, parabolarum ſenſus, ad litteralem reducẽdos eſſe. Quia ſcripturę ſanctę littera, aliquando rem aliquam propriè ſignificat, quandoq; verò nõ niſi figuratiuè & metaphoricè: in qua quidem metaphora, ſenſus litteralis non eſt ipſamet parabola, ſiue figura, ſed id quod per ipſam figuram deſignatum eſt: & hoc ſufficit, vt huiuſmodi ſenſus
C litteralis ſit, nam hoc eſt quod ſcripturę auctor, per parabolam ipſam intendit. Quare litteralis ſenſus de ſeminatione tritici in varias terræ partes, quam euangelium adducit, ille præciſè eſt, quem Chriſtus diſcipulis ſuis, cõ- A
tinuò interpretatus fuit: ſcilicet de verbi Dei diſſeminatione, dum concionatores euange- Matth.
lici in varia hominum corda, di- 13. ex-
uina verba, velut in terram ſpar- poſitio.
gunt: quorum aliqua dura ſunt, veluti conculcata via, alia verò tenerrima, ſicuti molis terra, alia autem petroſa, ac reliqua denique ſpinoſa, atque ſylueſtris omnino. Hoc idem de metaphorica locutione dicendum eſt, qua aliquãdo ſcriptura vtitur: quem- Expoſitio metaphoricæ loquutionis.
admodum locus ille eſt vbi ait, Deum habere brachium, aut os, vel nares, cæteraque hominis membra, & itidem quòd Deus leo eſt, vrſus, & equus, & cætera his ſimilia. Senſus namque lit- B
teralis in huiuſcemodi metaphoricis loquutionibus, ille eſt, quem per metaphoram auctor intendit, per brachium enim fortitudinem in Deo (quæ brachij proprietas eſt) ſignificamus: leo etiam, ferocitatem in Deo deſignat, quippe cùm leonis ſit conditio, ferocem eſſe: & ſimiliter in cæteris proximè poſitis exemplis, aſſerendum eſt, quia ſemper in ſcriptura ſancta, hic ſenſus in ſimilibus loquutionibus ab auctore intentus eſt: quem quidem auctorem, non alium quã Spiritum ſanctum eſſe dicimus, C
qui in ſacris ipſis loquitur litteris.

¶ Quintum quod hic annotari 5
ſummopere decet, atque pro con-

A cionatoris officio neceſſariũ ma-
ximè, eſt nempe. S. Thomę docu-
mẽtum quoddam, in 1. parte. q. 1.
S. Tho. articulo. 10. in corpore, ad primũ
argumentum, quę cõmuniter etiã
eſt ſanctorum, & doctorũ doctri-
na, qui in hac parte ſacram con-
ſueuerunt diſſerere ſcripturã: Eſt,
igitur in hac re horum omnium
conformis ſententia, ꝙ ſenſus lit-
teralis, baſis & fundamentum eſt
aliorum trium ſenſuum: quando
quidem ſupra illum ſemper cæte
ri omnes fundari habent, quia il
lorum radix & origo eſt. Nam ſi-
Simile. cut ipſius arboris nucleus, prin-
cipium eſt & radix, à quo arbor
B ipſa originem ducit, & quemad-
modum rami, ab arboris trunco
pendent, ſic omnes tres ſpiritua-
Simile. les ſenſus, ſicut arboris rami ab
ipſo literali ſenſu oriuntur, qui
nimirùm litteralis ſenſus, ipſorũ
exiſtit trũcus, à cuius virtute, ve-
luti rami pẽdent. Et quemadmo-
Simile. dum rami, flores etiam, atq; folia,
ipſius trunci pulchritudo & or-
namentum ſunt, ſic etiam tres ſpi
rituales ſenſus, flores ſunt & fru-
ctus quidam, qui ſenſum littera-
lem adornant, & pulcherrimum
reddunt.

¶ Hinc eſt, ꝙ prędicator quiſq;
C euãgelicus, ad litteralem ſenſum
Corolarium. ante omnia maximè attẽdere ha-
bet, vt legitime ſicuti decet, chri-
ſtiano populo euãgelicam doctri
nam proponere ſciat: iſte ſiquidẽ
ſenſus eſt, qui vires, & neruos con
cioni præbet: ad hoc vt diuini
verbi auditores efficatius moueã A
tur, rationem documenti huius Ratio.
aſsignat diuus Thomas in pręal
legato loco, primę partis, quęſtio
ne. 1. articulo. 10. ad primum ar- S. Tho.
gumentum, quę etiam eſt diui Au
guſtini, contra Vincentium Do-
natiſtam, quia videlicet, ex ſenſu
litterali. Concionator argumen- Auguſtinus.
tum efficax deſſumere poteſt, eo
ꝙ talis hic ſenſus, vires & effica-
ciam habet ad vincendum audi-
torẽ, tam in erroribus, quàm etiã
in ſuis peſsimis viuẽdi moribus.
Eſt pręterea efficax, vt hęreticum
hominem à diabolica (in qua ia-
cet) pertinatia deijcere valeat: &
ratio ſancti Thomæ eſt, nam cùm
ſenſus litteralis ille ſit, quem di-
rectè Spiritus ſanctus intendit,
hinc eſt ꝙ iſte efficaciam habeat B
& vires, ad homines pertinaces
conuincendos. Et qui huic prin-
cipali prædicationis propoſito
deſeruiat, non tamen ex his quæ
ſecundum allegoriam dicuntur:
ad hæc ſupradicta, huiuſcemodi
argumentum tam efficax deſſumi
poteſt, vt dicit Auguſtinus, in epi
ſtola contra Vincentium Dona-
tiſtam. Cùm hoc tamẽ (ait diuus Auguſtinus.
Thomas) nihil ex hoc ſacrę ſcri
pturę deperit, quia nihil ſub ſpiri
tuali ſenſu continetur, quod fidei S. Tho.
neceſſariũ ſit, quod ſcriptura di-
uina, per litteralem ſenſum, alicu C
bi manifeſtè non tradat.

¶ Ex quo quidem fundamẽto,
prædicatores omnes quãtum ab
errent apertè dignoſcent, quãdo
om-

A ommiſſo hoc tam præcipuo litterali ſenſu omne eorum intentum & negotium eſt, allegorias in concionibus ſemper euoluere: ſiquidem pręcipuum concionis fundamentum relinquunt. Nam eſtò verum habeat, ꝙ allegoricus ſenſus bonus, ſanctiſsimuſque ſit, decorem tamen ſuũ principaliter obtinet, dũ ab ipſo litterali ſenſu dimanat. Nam vera allegoriæ columna cui ipſa innititur allegorica doctrina, literalis exiſtit ſenſus: nam quemadmodum parietes domus, abſq; fundamento debiles redduntur, B ex fundamento autem firmiſsimi conſtituuntur: ſic ſpirituales ſenſus, litterali ſenſui adunati, vires ſuas & neruos habẽt. Cæterũ ſine illo, fragiles admodũ, & tenues remanẽt. Nã quemadmodũ gallina ſuo calore pullos fouet, & illis virtutẽ pręſtat: ſic myſtici ſenſus pulli ſunt, qui à litterali, velut à matre geniti, ſuo calore & virtute cõfoueri habent.

error cõcionatorum.

Simile.

Simile.

¶ Sextò eſt notandũ, ꝙ ſenſus litteralis in quocũq; reperiatur ſa-
6 C cræ ſcripturæ loco, ille inquã verè & propriè litteralis dicitur, quẽ author illius ſcripturæ (qui Deus eſt) intẽdit. Doctrina hæc eſt ſancti Thomæ in eadẽ. 1. par. q. 1. arti. 10. in corpore. Eſt etiám diui Auguſt. 12. Confeſsionũ lib. & ꝙ author ſcripturæ ſanctę ipſe ſit Deus, præterquam ꝙ hoc apud omnes cõpertiſsimum eſt, eſt etiã doctrina ſancti Thomæ

Auguſtinus.

A in ſupra citato loco, necnõ ſactorũ omniũ in ſcriptis ſuis. Quandoquidẽ cum ſcriptura ſacra ipſius Dei ſint verba, vel immediatè vel per prophetas aut apoſtolos ſuos, manifeſtè ſequitur ꝙ huius ſcripturæ ſenſus, Deus ipſe author eſſe debet, ac proinde ſpiritus ſanctus: cũ igitur ſpiritus ſanctus author ſit, ſequitur apertè, ꝙ id velut principale atq; propriè dictum in tali ſcripturæ loco habẽdum eſt, quod ibi primo B & principaliter author ipſe prætẽdit, & hoc vſq; adeò perſpicuũ eſt, ꝙ nulla alia ꝓbatione egeat. ¶ Hinc ſequitur multa eſſe ſacrę ſcripturæ loca, in quibus deliramentũ eſſet, ꝑ litterali ſẽſu habere, id quod ſcripturę nuda litera exteriusſonat, veluti eſſet in multis canticorũ locis, & prophetæ Ezechielis, atq; Apocalypſis, & adhuc in aliquibus euangelicæ lectionis locis: ait enim Chriſtus (ſicut ex cap. 5. Matthęi cõſtat) ſi pes tuus aut manus ſiue oculus ſcãdalizat te, abſcide eũ & proijce abs te. Cõpertũ ſiquidem eſt, ꝙ in nullo caſu ſcãdali cauſa hominis brachiũ ſiue pes, ab ipſo eſt realiter abſcindendus, ſicut ipſa textus littera ſonat, ſed litteralis loci huius verus ſenſus eſt, C quẽ author ſub his verbis intendit, videlicet ꝙ id quod homini in hoc mundo propinquius fuerit & amicabilius, etiãſi tam intimũ & coniunctũ ſibi extiterit, ſicut brachiũ exiſtit aut pes, illud

Expoſitio. Matthæi. 5.

A omnino ſeparet à ſe, dum offendēdi Deū extiterit cauſa: & vt expeditius hoc intelligam⁹, eſt qui dē dicere, ꝙ omnia peccati motiua, homo penitus à ſe expellere & fugere debeat: & ꝙ in hoc fidem nullā aut legē obſeruet ei, qui magis ſibi fuerit cōiūctus, etiāſi pater aut mater extiterit: ſicut cum mēbro ſibi carnaliter cōiuncto, quādo putridū eſt, nullā ſimiliter obſeruat legē, ſed omni amore & dolore poſtpoſito brachiū abſcindit. Præterea legitur Iudi. c. 9. arbores oēs in vnū congregatas fuiſſe, vt ſupra ſe regē conſtituerēt, & cū tandē ad oliuā & vitem, atq; ficū deueniſſent, neq; iſtæ regimē voluiſſēt acceptare, ad rhamnū perrexerūt, dicētes. Veni & impera ſuper nos, quæ ſtatim regni gubernaculū ſuſcepit. Apertū nāq; eſt, ꝙ huius metaphoræ litteralis ſenſus, nō ille eſt, quem voces, & ipſius textus littera ſignificāt, quandoquidē nimis abſonū eſſet, cū arbores nūquā locutę fuerint, neq; inter ſe huiuſcemodi cōgregationē fecerint. ſed ille loci huius literalis eſt ſēſus, quē ſpūs ſāctus ſub his metaphoricis verbis intēdit, ſcilicet ꝙ ciues populi Sichē, cū regē ſuprà ſe, ſicut cæterę natiōes habere vellēt, excluſa ſuauiſsima Dei gubernatione, q̄ ficus dulcedinē & oliuę liquorē, atq; vitis fructū in ſe cōtinebat, elegerūt in virū ſuū Abimelech, qui eos velut ſpinoſ⁹ & aſprim⁹ rub⁹ tyrānicè gubernauit. ¶ Habentur etiā Cantic. c. 7. talia verba, vbi ſcriptura de ſpōſæ nimia pulchritudine loquēs ait, venter tuus ſicut aceruus tritici vallatus lilijs, duo vbera tua ſicut duo hinnuli gemelli capreę, collū tuū ſicut turris eburnea, oculi tui ſicut piſcinę in Heſebō, naſus tuus ſicut turris, caput tuū vt carmelus. Vbi certū eſt nullo pacto loci huius ſenſum litteralē eſſe, quē termini ipſi ſonāt, cū in chriſti ſponſa, quę vtiq; anima chriſtiani hominis eſt, aut certe eccleſia, mēbra hęc materialia minimè reperiātur: præter quam ꝙ eſtò huiuſmodi mēbra eſſe daremus. Diſſonū omnino apparet in huiuſmodi rebus, ſpōſę pulchritudinē cōſtituere. nam quis rogo vnquā oculos pulchros eſſe dixit quia tāquā piſcinæ eſſent, aut alicuius mulieris naſū formoſū eſſe firmauerit, quia turris altitudinē habeat: dētes etiā quis obſecro aliquādo optimos fatetur, quia caprarū habeant formā & naturā? Cōſiderare igitur habemus in loci huius litterali ſēſu, quid Deus ipſe ſcripturę author, ſub his verbis, metaphoricisq; locutionibus nobis intimare intēderit, videlicet quid ſub nomine acerbi tritici, piſcinarū & turris deſignetur & is erit eiuſdē loci literalis ſēſus quādoquidē pſpicuū eſt ad ſpōſę pulchritudinē, nō res ipſas intēdiſſe p terminos deſignatas, ſed earū cōditiones & proprietates, iſtę enim ſunt, quæ ad ſpōſæ pulchritudinē agūt, & quę in ipſa anima iuſti, ſiue eccleſia relucent.

Simile.

Expoſitio. Iudi. 9

Expoſi. cāuco. 7

B C

A Corolarium. ¶Hinc ſequitur, ꝙ in huiuſcemodi locis, & alijs ſcripturæ ſanctę ſimilibus. Vbi littera omnino nobis diſſonans eſt, noſtroq; ingenio deliramentum apparet, in his inquam ſcripturę ſanctæ locis, ſemper ſenſus litteralis, ſpiritualis eſt: qui nimirùm nõ in terminis, ſed in ipſis clauditur rerũ cõditionibus per terminos ipſos ſignificatis, quia compertum eſt auctorẽ huius ſcripturæ, qui Spiritus ſanctus eſt ſpiritualem hũc ſenſum pręcipuè ibi intendiſſe, & non illum quem littera ipſa ſonat.

2. Corolarium. Parabolæ. B ¶Sequitur ſecundo, concionatores hanc eandem attentionem habere debere, ad percipiendum litteralem ſenſum in parabolis, & ſacræ ſcripturæ metaphoricis loquutionibus, in quibus litteralis ſenſus, non ex nuda litterę ſignificatione, ſed ex rerũ proprietatibus per parabolam ipſam deſignatis: quemadmodum conſtat ex Matthæi capite. 13. Vbi Chriſtus ſeminantis parabolam adducit, vbi veriſsimum eſt, litteralẽ loci huius ſenſum, non eſſe hanc tritici materialem ſeminationẽ, ſed id quod per eam metaphorã Chriſtus ibi interpretatus eſt. Dicitur præterea in ſacra ſcriptura, Deum habere brachium, item C leonem eſſe, & alia id genus. Vbi maximè profectò ab erratum eſſet, in ſimilibus locis, litteralem ſenſum id reputare, quod nuda loquutio ſonat, cũ in Deo nec brachium ſit, aut manus, aut digitus, A nec leonis forma: ſed litteralẽ ſenſum in his locis intelligere debemus, videlicet in Deo eſſe proprietates & conditiones, per has res ſignificatas, ſicut eſt fortitudo per leonẽ & brachium ſignata, certum quippe eſt, hoc Spiritũ ſanctum ibi prętendiſſe.

Expoſitio, Matthæi. 13.

¶Attamen contra hoc eſt argumentum S. Thomę, in prima parte, quęſtione. 1. articulo. 10. quod etiam aliorum grauiſsimorũ doctorum eſt, omnes namq; vnanimiter dicunt, ꝙ litteralis ſenſus in ſcriptura ſacra, ille eſt, qui exprimeua vocũ ſignificatione generatur. Hinc ergo manifeſte ſequitur, ꝙ in his ſupra citatis locis, litteralis ſenſus non aſſumendus eſt, niſi ex ipſa litteræ & terminorum ſignificatione, quod ſi ita eſt, diſſonæ ſunt valde loquutiones prædictę, quas ex ſancta ſignauimus ſcriptura, pręter multas alias, quę paſsim ibi reperientur. Argumentũ S. Tho. B

Solutio. Ad hoc tamen primum reſpõdetur, fatemur enim hanc eſſe cõformem omnium ſententiam, tũ ſancti Thomę, tum etiam aliorũ omnium ſcriptorũ, ꝙ ſcilicet litteralis ſenſus ille eſt, qui exprimęua terminorum ſignificatione reſultat, hoc inquam veriſsimum eſt. Attamen propterea hoc aſſerunt, quia vt in plurimum in ſanctę ſcripturę locis, ſic contingit, ꝙ videlicet litteralis ſenſus, quẽ auctor ibi intẽdit exprimęua vocum ſignificatione inſurgit, non C

tamen

A tamẽ quia ſic ſemper eſſe debeat. S.Tho. Vnde S. Thomas in pręallegato articulo. 10. primæ partis vtrũq; dicit, & ꝙ litteralis ſenſus ſiue hiſtoricus ille eſt, qui ex primęua vocum ſignificatione conſurgit, & item ꝙ ſenſus litteralis eſt, quẽ ibi auctor intendit: & quia in aliquibus ſacræ ſcripturæ locis, abſonum eſſet nimis litteralem ſenſum accipi debere ex prima terminorũ ſignificatione, cogimur dicere in talibus ſcripturæ locis, illum eſſe litteralem ſenſum quẽ auctor intẽdit, ac perconſequẽs, ꝙ doctorum ſententia, qua aſſeritur litteralem ſenſum eſſe quem prima terminorum ſignificatio B gignit, vt in plurimum intelligatur.

3. Corollarium. ¶ Sequitur, tertio ex his quæ diximus, ꝙ vnus atque idem ſacræ ſcripturæ locus plures ſenſus litterales habere poteſt: nam cũ litteralis ſenſus (ſicut ſupra diximus) ille ſit quem ſcripturæ auctor intendit, & huius ſacræ ſcripturæ auctor, Deus ipſe ſit, qui tã diues in verbis ſuis ſemper exiſtit, tantaq; in ſcriptura abundet virtute, hinc profectò eſt, ꝙ ſub vno eodemq; litteræ cortice, plures litterales ſenſus directè intendere poſsit, hæc ita eſt expreſſa S.Tho. S. Thomę ſententia, in ſupra cita C to loco primæ partis, quæſtione prima, articulo. 10. Quam itidem ſententiam habet ſuper apoſtoli Pauli epiſtolam, ad Galatas, capite. 4. lectione. 6. Item hæc eadem A eſt diui Auguſtini ſententia in Auguſt. duodecimo confeſsionum libro, probat Auguſtinus concluſionẽ hanc, in primo libro ſuper Geneſim ad litterã, capite. 1. in verbis illis: In principio creauit Deus cęlum & terram. Expoſitio. Geneſis. 1. Vbi aſſerit locum iſtum tres habere litterales ſenſus, quos omnes tres, Spiritus ſanctus hic intendit, iuxta quam ſententiam S.Tho. ſanctus Thomas in prima parte, quæſtione. 46. articulo. 3. aſſerit etiam locum iſtum tripliciter in ſenſu litterali exponi poſſe. Primum, in principio, ideſt in Dei filio, ad confutandum manichęorum errorẽ, qui aſſerebãt duo eſſe creatiotionis principia, vnum bonorũ, aliud verò malorũ & vt denotetur nõ eſſe niſi vnum B dũtaxat, ait in principio, ideſt in filio. 2. expoſitio. Secũdo in principio, ideſt in principio temporis, ad confundẽdũ philoſophos, qui mundum ab æterno eſſe dixerunt. 3. expoſitio. Tertio in principio, ideſt ante oẽs res creatas, ad reuincẽdum Origenẽ, qui poſuit angelos ante mundum à Deo creatos. Conſtat igitur aliquem ſcripturæ ſacræ locum, plures poſſe litterales habere ſenſus.

7 ¶ Septimo eſt annotandum, ꝙ etſi ſacræ ſcripturę ſenſus quatuor ſint, non tamen quicũq; ſcripturæ locus, omnes quatuor ſemper habet, C quandoq; enim habet vnum, aliquando duos, aliquãdo verò tres, & contingere etiam poteſt habere omnes ſimul quatuor. S.Tho. Documẽtum hoc eſt ſancti Thomę,

A mæ, quolibeto. 7. q. 6. artic. 2. ad quintum argum. quę proculdubio doctrina non parum euangelicis concionatoribus conducit, qui in omnibus ſcripturæ locis prope ſemper cupidi ſunt ſpirituales omnes excitandi ſenſus, quod ſemper fieri minime poteſt niſi impropriè admodum, & aliqua ſcripturæ ſanctæ imponentes teſtimonia, multa quippe ſũt ſcripturæ loca, quæ ad huiuſmodi ſpirituales ſenſus legitimo fũdamento carent.

cõcionatorũ cupiditas.

8
B ¶ Octauo eſt annotandũ, & quidem ponderatione dignum pro his qui ſacrã legunt ſcripturam: videlicet ꝙ litteralis ſenſus, qui quidem totius orationis chriſtianæ caput & neruus eſt, obſcurus valde, difficiliſque, & quaſi ſepultus iacet. ita vt vix ab aliquo concionatore iã ſatis attingi poſsit. Quod profecto aliquibus prouenit de cauſis. Primo ex vitio ſcriptorum, qui propter characterũ ſimilitudinem plurimis in locis aliter ſcribunt, quàm ipſius textus veritas ſe habeat. Secũdo ex ignorantia correctorum, qui multoties in ſacræ ſcripturæ textu,
C apices, ſiue puncta ſignarunt, vbi minimè apponenda erant: vnde fit vt ipſius ſcripturæ clauſulæ, ſæpenumero incipiant & finiantur, vbi neq; incipere nec finiri habebãt. Ex quo tandẽ ſequitur, ꝙ ipſius loci ſententia varietur ſæpe, ipſumq; lectorẽ variũ & dubiũ, verba ipſa textus relinquãt.

Senſus literalis, ſepultus

¶ Nono animaduertendũ eſt, ꝙ 9
expoſitores ſacræ ſcripturæ vſq; A
adeò ſpiritualibus præcipue & miſticis inſudarunt ſenſibus, vt inter ipſos quaſi obnubilatũ & ſepultum literalem ſenſum reliquerint, ita vt nullũ iam illi intẽdere conetur: tanta eſt ſi quidem expoſitionum ſpiritualium multitudo, vt in ipſis literalis ſenſus ſuffocatus iaceat. Neq; hoc dixerim, vt ipſis ſacræ ſcripturæ expoſitoribus, derogare velim, qui tam laudabiliter ipſius ſcripturę expoſitionibus inuigilauerint maximè doctores ſancti, qui ipſius ſpiritus ſancti organa ſunt, B
qui quotidie tanta, ac delicatiſsima ſuper ipſam ſacram ſcripſerunt paginã. At verò præter hos alij ſunt quàm plurimi, qui vno quoque die, noſtris maxime temporibus, paſsim ſcripturam ſacram exponentes, miſticos ſuſcitant ſenſus. In his ſiquidem hoc tantum ſignificare intendo, ſcilicet ꝙ fateor me ignorare, quid magis in huiuſmodi ſanctæ ſcripturæ expoſitoribus ponderãdũ accedat: aut bonum quod in auditoribus diſſeminarũt, cum tot C
miſticorum ſenſuum doctrinas ſcripſerunt, aut certe malũ, quod ex hac ſua generarunt ſcriptura: occaſionem & anſam concionatoribus præſtantes, vt huiuſmodi miſticis ſenſibus penitus aſſueti, iam litteralem ſenſum in concionibus ſuis minimè tractent, hoc enim vt in plurimum ommiſſo

Exceſſ⁹ in miſticis ſenſibus.

Sãcti ſpiritus, ſãcti organa ſunt.

Bonum.

malum.

A ommiſſo ſtatim ad miſticum auolant, qua ſi in litteræ ſenſu, nulla poſſet reperiri doctrina, quę chriſtiano populo proficua eſſe valeat: cum tamen doctrina & eruditio, quæ ex textus littera educitur, neceſſaria valde & ſuauis nimis ſupra alias omnes, auditorũ palato ſemper exiſtat. Quapropter (vt dixi) fateor me neſcire, quid concionatores moueat, vt ommiſſo litteræ ſenſu, miſtico ſẽper inſiſtant, niſi quia expoſitorũ libros his miſticis ſenſibus plenos inueniant. Nam etſi miſtici ſenſus proficui & ſanctiſsimi exiſtant, ſine litterali tamẽ, velut rami arboris abſque fundamento manẽt: à litterali enim ſenſu, velut à fundamento & radice, decorem ſuum & ſplendorẽ habent. Diximus ſiquidem ſupra, ꝙ quẽadmodũ arboris trunco, rami, & flores adhærent. & inde originẽ habent, ſic miſtici ſenſus litterali ſenſui, velut trunco adhærent, atq; ab illo originem ducunt.

Litteræ doctrina neceſſaria valde

Simile.

B

Simile.

10 ¶ Decimo annotandum eſt, ꝙ in quã plurimis ſacræ ſcripturę locis, tres illi ſenſus, quos ſupra diximus ſpirituales eſſe, videlicet tropologicus, allegoricus, & anagogicus, multoties etiã ſenſus literales erũt. hoc manifeſtè patet ex eis quæ ſupra diximus, nã ſi literalis ſenſus ille eſt, quẽ ſpiritus ſanctus intendit, colligitur manifeſtè, vt dũ iſtorũ ſenſuũ aliquis, in aliquo ſcripturę loco ab ſpiritu ſancto fuerit intentus, ꝙ ille litteralis erit.

C

A

¶ At vero principale dubium in hac materia nobis examinandum reſtat, videlicet an quando aliquis ſcripturę locus, per ſcriptores ipſos in duobus ſenſibus literalibus, contrarijs tamen exponitur, vter illorũ, tanquã verus & catholicus recipiẽdus ſit? Articulus hic quia grauiſsimus eſt, & in quo aliquod erroris periculum ſuboriri poſſet, in eis qui ſacras litteras tractant, niſi alioqui in his, ſatis eſſent cauti & eruditi, operepręcium erit materiam hanc cũ diſtinctione abſoluere. quare dubio huic ſex breuiſsimis propoſitionibus ſatisfaciam, quibus perſpicua manebit difficultatis huius veritas.

Dubiũ.

Senſus contrarij.

B

¶ Prima ergo propoſitio eſt, dũ aliquis ſacrę ſcripturæ locus per duos litterales ſenſus, contrarios tamen explicatur, ille tanquam verus & catholicus habẽdus eſt, qui à tota eccleſia eſt receptus, in ſimilibus namque rebus, ſemper eccleſiæ deciſio, velut pręcipua regula & cẽſura accipienda eſt, vt in ſacrę ſcripturæ rebus rectè procedatur. Quẽadmodũ ex illo, 14. capit. Ioãnis cõſtat vbi Chriſtus de ſeipſo dixit, pater maior me eſt, quæ verba Arrius hæriticus explicans, aſſerit ſenſum litteralem eſſe, ꝙ pater vere & realiter maior ſit filio, etiam ſecundum diuinitatem. Catholici verò expoſitores aiunt, literalẽ illi, loci ſenſum eſſe patrẽ maiorẽ eſſe

1. prop

Deciſio eccleſiæ pręcipua regula.

Expoſi- Ioan. 14

C

A eſſe filio, non quidem ſecundum diuinitatem, ſed ſecundum humanitatem dumtaxat, quandoquidē ſecundum diuinitatem, æquales omnino exiſtunt. Et ꝙ hic ſit verus & catholicus loci illius ſenſus, ex Eccleſiæ cenſura conſtat, quia ſic ab Eccleſia receptum & deciſum eſt.

2. propoſitio.

¶ Quotieſcūq; in eadem ſacra pagina, explicatur litteralis ſenſus alicuius loci eiuſdem ſcripturæ, ille talis ſenſus pro catholico & litterali habendus eſt. Quemadmodum ex capite. 13. Matthæi conſtat, vbi parabola illa de ſeminatione tritici, in ipſamet ſcriptura ſacra continetur, quandoquidem ipſemet Ieſus Chriſtus expoſuit dicens intelligi habere, de diuini verbi in cordibus hominum ſeminatione. Idem omnino dicendum eſt de metaphora illa, quæ habetur Iudicum. 9. capite de arboribus, quæ regem ſibi eligere decreuerunt, cuius vtriq; litteralis ſenſus, ſtatim in ipſomet textu ſubiungitur. Pari forma dicēdum eſt de litterali ſenſu illius loci, quem propheta Hieremias adducit. 13. capite de lumbari lino putrido: ipſa namq; ſcriptura, continuo aſſerit, de ipſomet Iſraëlitico populo intelligendum eſſe, quia cū antea nimis à Deo eſſet dilectus populus, quia tanquā tenuiſsimum linum, Dei lūbis adhæſerat, & qui nūquam laborum C aquis fuerat intinctus: cum poſtmodum immenſa Dei beneficia contemneret, illum Deus à ſe omnino proiecit, vt in laboribus & erumnis multis, velut in foramine penitus putreſceret.

Expoſitio. Matthæ. 13. — B — Expoſitio. Iudicum. 9. — Figura, Hiere.

3. prop.

¶ Tertia propoſitio eſt, etiamſi cōtingerit, ꝙ aſſertor alicuius loci ſacræ ſcripturę, litteralem vnū intendat ſenſum, ſi locus iſte per alium eiuſdem ſcripturæ locum, in alio exponatur ſenſu, hic talis illius loci litteralis ſenſus habendus eſt. Hoc notiſsimum apparet ex eo Ioannis capite. 11. Expedit vt vnus homo moriatur pro populo, vt non tota gens pereat. Vbi Cayphas, qui horum verborum aſſertor fuit, intendit dicere, ꝙ decebat maximè Chriſtū mori, ne Romani venientes, Iudęorum populum perderent. Attamē ꝙ hic litteralis ſenſus non ſit, colligitur quidem ex eo, quod ſtatim in eodem loco ſubiungitur, videlicet, quia cum illius anni eſſet pontifex, non à ſe ipſo loquutus eſt ſed prophetauit, ꝙ pro hominum ſalute neceſſarium erat Chriſtum pati, & hoc eſt ꝙ Cayphas, etiam ſi verbis proferret, minimè tamē intelligebat, ſiquidem hic ſenſus fuit, quem ibi Spiritus ſanctus intendebat.

Expoſitio. Ioannis. 11. — B — C

4. prop. — Auguſtinus.

¶ Quarta propoſitio, eſt beati Auguſtini. 2. libro de doctrina chriſtiana, ꝙ etſi verum ſit, ꝙ aliquis ſcripturæ locus, plures habens litterales ſenſus, per alium eiuſdem ſcripturæ locum nō fuerit expoſitus, ille tamē ſenſus prę ferendus eſt, qui alio eiuſdem ſcri-

pturæ

A pturæ loco fuerit conformior, aut qui certè alio ſcripturæ loco, minus fuerit repugnans. Hoc aperte conſtat ex illo ſenſu, quem Arrius hæreticus verbis illis aſsignabat, pater maior me eſt, affirmans ſecundum diuinitatem, patrem maiorē eſſe filio. Dignoſcitur autem ꝙ ſenſus hic litteralis nō ſit quippe cum alio. 10. capitis loco repugnet, vbi ipſe Chriſtus dicit ego & pater vnum ſumus, in quibus verbis inter vtramq; perſonā ęqualitas deſignatur, ac proinde ꝙ huius loci litteralis ſenſus ille ſolum ſit, qui patrem filio, ſecundum humanitatem, maiorem eſſe dicit.

Expoſitio. Ioannis. 10.

5. prop.

¶ Quinta ꝓpoſitio eſt, quotieſcumq; in ſcriptura ſacra, duo ſūt litterales ſenſus, quorū alter ſanctorum eſt, alter verò nō, ratio ipſa ad credendum nos cogit, ꝙ hic ſanctorum ſenſus verus ſit & litteralis, & ꝙ aliorū ſenſui, ſit pręferendus: maximè ſi ſenſus alter, alicuius hominis ſit de fide ſuſpecti, aut certè de quo, non tanta exiſtimetur eruditio, ꝙ verum ſcripturæ ſacræ ſenſum, attingere valeat.

B

Sāctorū ſēſus prę ferēdus.

6. prop.

¶ Sexta & vltima propoſitio eſt, quandocumq; in ſcriptura ſacra duo fuerint reperti ſenſus litterales, & aliunde nobis non conſtet, quis illorum litteralis ſit, ille tūc præferendus eſt, qui rationi naturali extiterit conformior: ratio quippe naturalis lumen quoddā eſt, quod nobis Deus indidit, vt per illud vtiq; dirigamur, non ſolùm in vitæ noſtræ moribus, ſed etiam in verborum ſuorum ſana intelligentia. Nam etſi legis gratiæ veritates, euidenter demōſtrari non poſsint: quia nimirùm cęleſtia ſunt myſteria ác diuinitus reuelata, ſed tamen maximè rationi ſunt conſona atq; naturali adherent lumini. Regula hæc & documētum aſsignatur expreſſè in decreto, diſtinctione. 20. capitulo Decretalis, vbi ſic legitur, quo quiſq; Canon magis rationi nititur, exponendo ſacram ſcripturam, tanto magis præferēdus eſt.

C

Ratio naturalis.

A

Veritas euangelica rationi cōſona.

Diſtin. 20. c. Decretalis.

11

¶ Vndecimo tandem, pro vltima materiæ huius deciſione inquirendum nobis eſt, quis nam ex his tribus ſenſibus, videlicet Allegorico, Tropologico, & Anagogico, nobis acreſcat fructus, quamue, ex illis vtilitatem conſequi poſsimus? Ad hoc tamen reſpōdetur, hos tres ſpirituales ſenſus in hoc præcipuè nobis deſeruire, vt tres Theologas virtutes in nobis excitent, quæ quidem totius chriſtianæ vitæ in nobis ſūt radix & fundamentum, videlicet, Fidem, Charitatem, & Spem. Senſus quippe allegoricus, cum veritatem nobis per figurā ipſam demonſtrare intendat, quæ nimirū veritas ea eſt, quam per fidem in euangelica lege veneramur. Inde eſt ꝙ fides noſtra excitatur & acuitur in eiuſdem veritatis intelligentiam, & conſiderationem. Tropologicus verò ſenſus, cùm eius

B

Fructus myſticorum ſenſuum.

Allegoricus.

C

Tropologicus.

A eius principale intentum ſit, de moribus atq; hominum religioſa vita agere, & charitatis officium pręcipuè ſit in nobis ipſis atque proximorum perſonis, virtutē cōponere. Inde vtiq; eſt, ꝙ ſenſus huius contemplatio, hāc charitatis virtutem excitet, vt eam ardentius, & amemus & inquiramus.

Anagogicus. Anagogicus tamen ſenſus, cum eius ſemper ſit conditio, ſupernæ vitæ res nobis pręſētare, ad quas deniq; creati ſumus, & ſpes, virtus quędam ſit, quę ad regni cęlorum ſuprema nos firmet & leuet. Hinc eſt ꝙ huius ſenſus ſtudiū & intelligentia, valde in nobis hāc ſpei virtutem perficiat. Et in hoc

B materię de verò ſcripturę ſenſu finem imponimus, cętera verò, quę hanc concernunt materiam & lectionē (ſicut iam ſupra diximus) ſcholaſticorum Gymnaſijs remittimus. Hęc namq; ex omnibus dūtaxat, tāquam flores excerpimus,

Simile. quę pręcipuè concionatoris officium reſpiciebāt: male ſiquidem cōcionator, de ſacrę ſcripturę ſenſu agere in cōcione poterit, quin prius vel ſūmatim, hanc tenuerit ſcripturæ ſanctæ ſenſus intelligentiam.

## ¶CAP. XIII. DE MOdo ſtudendi ſacrā ſcripturā.

C

POSTQVAM ſacri euangelij prædicator ſapiens extiterit, & ſcripturæ ſanctę attigerit cor: alius ſibi non minor reſtat importunus labor, videlicet, quis ſibi modus aut ſtylus erit, vt ſacram paginā ſtudere ſciat? Nā cum ſcripturæ loquendi modus, tam nouus & peculiaris ſit, ſiquidē cęleſtis eſt totus, & de rebus quæ omnē hominis capacitatem excedūt: neceſſarium admodum ſibi eſt, peculiari aliqua induſtria vti, qua in ſacrarum litterarum lectionē ingredi valeat, & quia in hoc articulo, qui rectiùs ſacram hanc ſcripturam tractarunt, & catholicè ac fideliter intellexerunt, ſummaq; induſtria & diligentia eius difficultates dilucidarunt, ſancti fuerunt

B doctores: eos nēpe in Eccleſia ſua,

Sācti doctores. Sācti legis organa ſunt. tanquam legis ſuæ linguam, & organū Deus poſuit. Et ad hunc tā excellētem finem, gratiam ſuam liberaliter illis impartiri dignatus eſt: ideo operępretiū erit modum indagare & induſtriam, quā

Induſtria ſtudēdi ſcripturam. ſacri iſti doctores atque inſignes viri, in ſacrarum litterarum ſtudio elegerunt, vt nos eos imitantes, in earū intelligentia minime aberremus: ſed iuxta illorum doctrinam, & cēſuram: pedetentim in ſacris litteris procedamus, in hoc nāq; litterarū exercitio, ſine errore procedere, non in optimo hominis ingenio ſitū eſt, neq; in Ciceronis rhetorica, ſiue Plato-

C

Vera ſtudēdi forma. nis regulis & pręceptis, neq; adhuc in Ariſtotelis philoſophicis documētis, ſed in eis litteris & ſapiētia dūtaxat, quam his religioſiſsimis viris, Spiritus ſanctus ad

A miniſtrare decreuit. Ex hac inquam gratia & peculiari auxilio, quod in eorum ſcriptura illis pręſtitit, veram ſunt aſſequuti intelligentiam. Qui autem in hoc ſancto litterarum ſtudio, ſuo proprio labore & ingenio fret⁹, ſacras litteras aggredi poſſe exiſtimauerit, aërē proculdubio verberabit, atque mille errorū, vanitatumq; periculis, ſeſe exponet, nec tādem ex hoc ſacro ſtudio, huic tali quicquā aliud remanebit, quā id quod ingenij ſui paupertas ſibi vendicauerit.

Auguſt. ¶ Beatus Auguſtinus in libro primo de Doctrina chriſtiana, capite. 1. ait. Duplicē eſſe modū, in B quo rectū ſacrarum litterariū ſtudiū fundatur. Primus eſt ſcire in ſacra pagina inquirere veritates. Secundum autem eſt, eas rectè loqui, & ſcire disertè populo proponere: quod ꝑfectò nihil aliud eſt dicere, quā ꝙ duplex cōcionatori neceſſaria eſt induſtria. Prima eſt ſacram paginam rectè ſtudere. Secūda eſt, id quod iam importuno ſtudij labore conſequutus fuerit, populo eleganter, & ſuauiter proponere. Sūt quippe cōcionatorū aliqui, qui rem aliquā ſatis intelligunt, cęterum loquēdi ſtylo carent, & partum eorū, quę concipiunt, minime facere valent: ſed C per fas vel nefas, veritates quas ſemel concipiunt, balbucienter, tāquam abortiuos filios parturiūt. Alij verò facile loquuntur, quod minime intelligunt, qui profectò primis peiores ſunt, quia omne eorum negociū ſolùm eſt, verba in ventū proferre, ſine aliquo prorſus doctrinæ grano ſiue ſubſtantia eorū, quæ tam loquaciter garriunt. Quapropter conducit maximè euāgelico cōcionatori (ait diuus Auguſtinus) vt has duas partes ſimul amplectatur, ita vt ſic vnam proſequatur, vt nec alteram omittat. Sunt etenim ambæ taliter ad ſe inuicem coniunctæ, ꝙ parū concionatori, ſtudere, pręſtaret, ſine rectè dicere, minus autem rectè dicere ſine litterarū ſtudio. Ideoq; iuxta celeberrimi huius viri documentū, hic ante omnia, horum primū diſcernemus, ſcilicet de modo, quo diuini verbi prędicator ſcripturam ſacram ſtudere habeat. Secundo verò loco dicemus, qualiter eorum quæ ſtuduit, enarrationē populo agere debeat. A B

Duplex ſtudēdi modus.

Simile.

¶ Primū igitur in hac materia documentum, quod in hac parte, velut aliorum ianua recipiendū eſt, eſt quidē beati Auguſtini. 2. libro de Doctrina chriſtiana, capite. 7. & . 9. vbi ait, Quòd vt cōcionator aliquid ſcripturę ſacrę ſufficiēter attingere poſſit, primum omnium, profunda quadam humilitate atq; Dei timore veſtitus & excluſa procul ingenij ſui curioſitate, in ſanctæ ſcripturæ ſtudium ingreſſurus eſt: omnibus ſuperbiæ ſuæ motibus, in ipſa domini noſtri Ieſu Chriſti cruce affixis, exiſtimans quidem, ꝙ hanc ſolam C

1. documētum.

Auguſt.

Humilitas, ianua ſtudij.

A ſolam veritatem in ſacra ſcriptura ſcire debet, Chriſtum videlicet, & hunc crucifixũ: ſicuti Paulus poſt omnium litterarum ſuarum ſtudium, iam in euangelicam prædicationem ingreſſus, expreſſè proteſtabatur dicens, ſe nihil ſcire niſi Chriſtum & hunc crucifixum: hoc igitur eſt præcipuum euangelicæ prædicationis præceptum, quod ante omnia concionator quilibet, in ſacrarum litterarum ingreſſus, inſequi debet. Quia nimirùm ſcripturæ ſanctæ intelligentia, non in ſuę carnis & ſanguinis ſapientia poſita eſt, ſed præciſè in dono gratiæ, quod ſibi Deus impartiri dignabitur, quam tamen minime alicui præſtabit, niſi illi dumtaxat, qui diuinæ maieſtatis timore, & profunda hac humilitatis virtute, fuerit indutus. Rationem huius aſsignat Auguſtinus in loco citato, nam cum ſacram ſcripturam ſtudere, nihil aliud ſit, quàm Dei voluntatem indagare, hanc tamen Deus, non niſi humilibus manifeſtet, inde inquam eſt, vt qui ſuperbus, litterarum ſuarum ſtudium agreſſus fuerit, nihil penitus attinget: ſed poſt omnes ſtudij ſui deſſumptos labores, vacuus prorſus remanebit, & tam ignarus, ſicut antea.

1. Corint. 2.

B

Ratio.

C

Auguſt.

¶ Hinc Auguſtinus in quarto libro de Doctrina chriſtiana, aſſerit, quòd maiori prætio ille habendus eſt concionator, qui aliquid ſcripturæ ſanctæ corde bono & humili, cõſequutus fuerit, quàm ille qui multa ſcripturæ intelligit, humanæ tamen ſuæ ſapientiæ viribus confiſus. Nam in hac parte, aliquid ſcire, eſt vtique nihil ſe ſcire exiſtimare, & nihil hic ſcire, eſt quidem aliquid ſe ſcire credere. Sed quia documentum hoc, iam ſupra latius diſſeruimus, cùm de concionatoris humilitate loquuti ſumus, quam in hoc ſanctiſsimo officio, veluti eius fundamẽtum ante omnia habere decet, pro nunc ſatis de hoc fuerit. Ad ea ſiquidem, quæ ſuprà diximus, auidum lectorẽ remittimus. Credo enim de huiuſcemodi materia, ad longum ſatis, iam à nobis diſertum fuiſſe. Vnum tamẽ hic euangelicis prædicatoribus aduertendum duximus, videlicet ꝙ documentum hoc, velut caput & officij ſui præcipuum negocium, aſſumere habent, quia ſi aliquid ego de diuina ſcriptura, ſanctorumq́ue lectione intellexi, impoſsibile reputo, concionatores euangelicos, ſine hac humilitatis virtute, in hoc prædicationis officio, aliquid proficere poſſe: neque hoc ſolum ſequitur detrimentum, ſed difficile admodum iudicaui, non paſsim in plurimos incidere errores, eos qui ſine hac humilitatis virtute, ſanctarum litterarum exercitium aſſumere attentauerint, & huius verum teſtimonium, ipſa

A

B

Præcipuũ cõcionatoris negocium.

C

A hæreticorũ perhibent facta, quorum morbi, nulla alia extitit cauſa, quã quędã ingenij ſui deteſtabilis libertas & confidentia.

2. documẽtum. ¶Secundum documentũ, huic ſtudendi modo neceſſarium pariter, quod ſanctorum etiam eſt, tale ſtatuitur: ad hoc vt concionator aliquid ex ſacra pagina (ſicuti decet) ſufficienter intelligat, oportet ꝙ ipſam ſcripturã ſacrã totam, integrãq; legat: nec ſatis ſibi fuerit, aliquid legiſſe, aut quãdoq; aliquã eius pertractaſſe partem, quemadmodum concionatorum multi conſueuerunt vti: qui nullam ſcripturæ conſonantiam, ſiue conſequentiam in lectione B ſua habent, ſed tantum vnum, aut alterum eius legerunt locum. Ratio documenti huius (digna proculdubio ponderatione) eſt, nam omnis ſacra pagina à principio vſque in finem, vnum habet ſpiritum, eiuſque vnum atque idem eſt negocium, ab homine primo Adam, vſque ab ipſam Ieſu Chriſti mortem: quod nimirùm negocium, nullum aliud eſt, quàm domini noſtri Ieſu Chriſti in mundum aduentus & incarnatio atq; mors, qui aduẽtus, ſtatim ab ipſa primorũ parentũ formatione, ſucceſsiue per patriarchas & prophetas, per apoſtolos & euangeliſtas C ductus eſt, vſq; ad ipſius redẽptoris noſtri incarnationis articulũ. Quandoquidem omnes iſti, nihil aliud pręcipuè tractarunt, quàm huius pręciſè veritatis (Chriſti videlicet incarnati) nobis notitiã pręſtare, qui ab ipſo primo homine Adã, figuratus extitit, vſq; ad illius figuræ veritatem, quæ poſt modũ in euangelio illuxit: cęteræ autem diuinæ veritates, quæ in ſacra reperiuntur ſcriptura, articulo huic, veluti omnium capiti deſeruiunt, ipſiq; adhęrent. A

Scriptura ſacra tota eſt legẽda. Ratio. Tota ſacra pagina, vnũ eſt negocium.

¶Hoc autẽ ita eſſe, manifeſtiſſime conſtat, ex eo quod habetur Geneſis capite. 2. vbi Deus formaturus Euam, eam ex primi hominis latere eduxit. Vbi ſecundum ſanctorum omnium lectionem, in hoc diuino, & admirabili facto, myſterium & ſacramentum hoc initiatum eſt, quod tota ipſa ſcriptura ſacra, ab initio vſque ad finem pertractat. In eo namq;, Ieſu Chriſti in carne humana aduentus illuminatus fuit, in quo cum chriſtiana Eccleſia matrimonium contraxit, quã velut chariſsimam ſponſam, ex ſuo eduxit diuino latere, dum ſui ipſius ſacroſanctum latus, in cruce pro noſtris ſceleribus poſitus aperuit. Et hæc eſt expreſſa apoſtoli Pauli ſententia, ad Epheſios capite. 5. vbi de hac ipſa Euæ formatione, ſermonem faciens, ait, ſacramentum hoc magnũ eſt. Ego autẽ dico in Chriſto & Eccleſia profundũ admodũ eſt ſecretum hoc (ait Paulus) quod in hoc inſigni opere inchoatur, vt Eua ſcilicet, ex primi hominis coſta eſſe acquirat, ego autẽ cui Deus tam magnifice ſpiritũ ſuum elargitus eſt, vt legis

Præcipua figura, Geneſis. 2. ca. B Expoſitio, epheſios. 5. C

[library stamp]

A legis ſuæ ſacramenta percipiã, fateor in opere iſto, matrimonium illud illuminatũ fuiſſe, quod inter IeſumChriſtum, & Eccleſiam ſuam contractum eſt. Et hic ſolus ſapientiæ articulus eſt, quem tota ipſa ſacra ſcriptura à principio vſq; in finem, per cęrimonias, per figuras, per prophetas & apoſtolos, ac demũ per euãgeliſtas euoluit: nam quilibet iſtorum pro ſuo ſtatu, ſucceſsiue ab vno in alium magis ac magis, vſque ad euangelicam legem, ſacramentum hoc in lucem perduxerunt.

Simile. ¶Itaq; ſicut pictor, qui in tabella imaginē depingit, primitus imperfectum colorem, velut aliorũ fundamentum, ſibi pręſtat, deinde alium viuum magis, & ſic ſucceſsiue per varios colores, ipſius imaginis eſſe educit, quouſq; ipſius imaginis vultum perfectiſsimum reddit: eodem modo ab initio mundi, vſq; ad hoc legis gratiæ tēpus, ſucceſsiue incarnationis IeſuChriſti veritas, per omnē ſcripturam ſacrã depicta eſt. Cuius quidem imperfecti colores, antea in ſcriptæ legis cærimonijs & ſacrificijs ſteterunt, quæ obſcuriſsimę, hoc incarnationis ſacramentum adumbrarunt. At verò illud continuo prophetæ aſſumpſerunt, & quaſi ſibi viuatiorem quemdam colorem præſtantes, perfectiùs in lucem deduxerunt, quia clarius de Chriſti incarnatione vaticinati ſunt: quouſq; in lege gratiæ, eiuſdem myſterij facies, clariſsima reſplenduit, ſemper enim vſq; ad id tēporis, ſacramentum hoc, per legis veteris ſacrificia, atque per omniũ prophetarum & patriarcharum vaticinia, ſic ſucceſsiue depictum eſt. Quod ita expręſſè aſſerit Apoſtolus, ad Hebręos, capit. 10. cùm ait, vmbram habet lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem. Nã in lege veteri, Ieſu Chriſti incarnatio ſolùm in vmbra fuit, eius autem claritas, non niſi in gratiæ lege apparuit, per ipſius Ieſu Chriſti aſſumptam humanitatem, atque apoſtolorum prædicationem, quibus Deus omnium diuinum præſtitit lumen & gratiam, vt gentibus, maximè mirabile hoc ſacramentum diſſerere valerent, ſicut ex illo Matthæi capite. 13. conſtat, vbi Chriſtus diſcipulis ſuis dixit, vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris autem in parabolis: ac ſi dixiſſet clarius, hanc incarnationis meę faciem, ſine vllo velo vobis pręciſè agnoſcere cõceſſum eſt, alijs verò nõ niſi ſub figurarum velamine. Hoc idem iterũ fatetur Apoſtolus ad Hebręos: 7. dicēs: Nihil ad perfectũ adduxit lex, quia iſtius faciei imperfecti colores, in lege veteri depicti ſunt, perfectiſsimi autem, qui iam incarnationis faciem ex integro clarificauerunt, in lege noua illuxerunt. Hæc eſt iterum eiuſdē Apoſtoli ſententia, ad Hebręos, cap. 1. dicentis: Multipharię multiſque mo-

Expoſitio, Hebræ. 10. — Simile. — B — Expoſitio. Matthæ. 13. — Expoſitio, Hebrę. 7. — Simile — C — Expoſitio Hebræ. 1.

A modis, olim Deus loquens patribus in prophetis, nouiſsimè diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio, ac ſi alijs dixiſſet verbis, quod alijs gentibus de incarnationis myſterio per varia exempla, obſcuriſsime fuit conceſſum, nobis euangelicæ legis cultoribus, apertiſsimè demonſtratum eſt, quia Simile. cæteri imaginis tantum pedes figuras ſcilicet inſpexerunt, nos autem oculis noſtris veram ipſius imaginis faciem, contemplati ſumus. Hanc eandem ſententiam repetit Paulus, ad Titum, capite. 3. Expoſitio. Tit. 3. vbi aperte totum hoc negocium vnum & idē facit, cum dixit: Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris noſtri Dei, iā clarè (inquit Paulus) ipſius humanitatis B Ieſu Chriſti diu expectata facies, quæ antea tot retro ſæculis erat clauſa & à mundi principio vſq; ad noſtrā hanc ætatem variè fuerat Simile. depicta, iam inquā noſtro hoc tempore, hominū oculis apparuit lucidiſsima, & hoc deſignat, verbum illud apparuit, quaſi illud quod antea occultū erat & expectatum, ſeſe hominibus manifeſtauerit.

Simile. ¶Itaq;, ſicut arbor virtutē ſuā, primum in radice habet, deinde gemmas producit, & poſt modū flores, ac demum ipſum fructum C oſtēdit. Simili modo incarnationis hoc myſterium, à principio mundi vſq; ad noſtram hanc gratiæ legem, velut arbor quedā ſuū produxit fructum. Cuius nimirū virtus, tanquam in radice, in primorum parētum matrimonio extitit, gemmę verò, in legis ſcriptę figuris, flores autem in ipſis prophetarum vaticinijs, ſed incarnationis fructus, non niſi in Chriſti apparuit euangelio. A

¶Cùm igitur omnis hæc ſacræ ſcripturæ ſciētia, circa vnā dumtaxat præcipuè verſetur veritatem, quemadmodum à nobis huc uſque expoſitum eſt, non ſatis profectò fuerit prædicatori, aliquam eius legiſſe partem, niſi totam, integramque viderit: ſecus enim parum de illa intelliget, aut certè quod intellixerit, imperfectè admodum ſciet. Quemadmodum B Simile. enim faber lignarius vt integer & perfectus arte ſua euadere poſsit, neceſſarium ſibi eſt, vt omnia ad officium pertinentia, etiam minutiſsima quęq; pertingat, quòd ſi vnum dumtaxat perfectè cognouerit, alia verò ignoret, artifex nequaquam eſſet: quia totum eius officium, vnum præciſè eſt negotiū, quod ſub eadem arte continetur, in qua res omnes ad officium pertinentes, quaſi concatenatæ à ſe inuicē dependent, parietes ſiquidem domus, ſupra fundamentū inſident, domus vero tota, ſupra columnas firmatur, ligna verò, parietes domus tenent & adornant, parietes autem ligna ipſa ſuſtentant. Et C hoc modo coadunantur inter ſe omnia domus materialia inſtrumenta, quo fit vt artifex, qui hæc

omnia

FERDINANDI ... VALENTINI

A omnia non pertingeret, artifex proculdubio nõ eſſet: pari forma ſcripturam ſacram ſcire, quaſi quoddam conſtruere ędificium eſt, cuius cœmentũ in veteri fuit teſtamento, eius autem ædificij forma & concluſio, in noua extitit lege. Imperfectiſsimus igitur ille erit concionator, neque artificis nomine dignus, qui in hac ſacra pagina aliquid ignoraſſet, nã etſi ſeorſum aliquem ſcripturæ locum agnoſceret, ſi tamen vnius ad alterum correſpondentiã non teneret, neque inter ſe conſequentiam & propoſitum attingeret, concionandi artifex minimè eſſe poſſet.

Imperfectus cõcionator.

B ¶ Et tandem concionatoris huius ſapientia, illi proculdubio ſimilis eſſet, qui vnius facultatis concluſionem, principijs ignoratis percepiſſet: ſiquidem ille qui per principia concluſionem intelligit, illius certitudinem & euidẽtiã habet, & eius intellectus, iam omnino in cõcluſionis iudicio & ſcientia firmatus ſedet: ꝙ ſi nudã ſolùm concluſionem attigiſſet, eius profectò cognitio imperfecta admodum eſſet. Sic omnino in præſentiarũ accidit, ille quippe, qui euangelicam veritatem radicitus intelligit, ex fundamẽto ipſo, quod in pręteritis ſcripturę ſãctæ locis habuit, videlicet, in prophetis & patriarchis, firmiſsimã C habet iam & perſpicuã, quaſi per principia, eiuſdẽ veritatis intelligentiã: Attingit enim grãdẽ eam auctoritatẽ, quam ipſa euãgelica veritas, in tot tranſactis temporibus, & tantis ſacræ ſcripturæ figuris, & prophetarum vaticinijs ſemper habuit: quandoquidem impoſsibile apparet, niſi ꝙ veritates, quæ tam antiqui generis exiſtunt, & ex tam illuſtri ſunt proſapia, quę à mundi principio in ipſis veteris teſtamenti figuris, & prophetarum teſtimonijs conceptæ & radicatæ fuerũt, niſi quòd pluſquam humanæ ſint, ac proin de ꝙ ſummo ſint ab hominibus habendę prętio. Et quando concionator euangelicus, ſic radicitus diuinas has veritates intellexerit, eas vtiq; in cõcionibus ſuis in totius populi cõſpectu tanquã potens & doctrinæ dominus, magnificare & amplificare ſciet, ſecus autem, imperfectè admodum perſuadebit.

Simile

A Grandis ſcripturę auctoritas.

Illuſtre veritatis euãgelicæ gen⁹.

B

¶ Documentũ hoc, eſt diui Gregorij, ſuper Ezechielẽ, homilia. 6. vbi ait, ꝙ in ſacra ſcriptura, quod ipſa vetus lex prędicat, hoc idem vaticinantur prophetæ, & quod prophetę annũciant, hoc euangelium demonſtrat: quod autẽ per euangelium demonſtratur, idem eſt quod in toto orbe, apoſtoli prędicant. Itaq; eorum omnium vnũ & idẽ (ſicut ſupra diximus) negotiũ eſt, ipſa videlicet Ieſu Chriſti domini noſtri incarnatio. Vniformitatem hanc fundat, hic doctor, in viſione illa, quę adducitur Ezechielis capite. 1. vbi legitur Ezechielem prophetam, rotam vnam

Grego.

C

Figura. Ezec. 1.

A vidiſſe, quæ quatuor habebat facies, omnes tamē eandem inter ſe ſimilitudinem gerebant. Iam ſupra diximus qualiter rota hæc, ſacra fuerit ſcriptura, modo autem oſtendendum eſt, quemadmodum huiuſcemodi rota quatuor habeat facies. Prima ergo facies eſt, ipſa vetus ſcripta lex: Secunda facies, ipſi prophetę ſunt: Tertia vero, euangelium. Et tandem quarta Apoſtolorum totus conuentus. Neq; abs re quidē, ſupradicti omnes, ſcripturæ ſanctæ facies denominantur. Nam quemadmodum in vultu, interior hominis digno-
Simil. ſcitur complexio & conditio, ſic ſemper iſta quatuor, Dei nobis voluntatem apperiunt, quæ itidē
B eandem dicuntur inter ſe habere ſimilitudinem, quandoquidem de eadē re omnino agunt, de Chriſto ſcilicet incarnato. Deducit hoc diuus Gregorius, per varia exempla, ex multis quæ in ſacra reperiuntur ſcriptura, incipiens ab ipſa primi hominis formatio-
Figura, Gen. 2. ne, vbi ait, ꝙ myſterium illud Geneſis. 2. ſcilicet, Deū mulierē eduxiſſe ex Adę coſta, ipſo dormiente, nihil aliud fuit, quàm redēptorem noſtrum, Eccleſiam ex latere ſuo velut vxorem propriam eduxiſſe, & hoc quidem ipſo in cruce dormiēte. Secundum eius exem-
C plum eſt, Geneſis, capite. 22. vbi legitur, ꝙ cùm Abraham filium
Figura, Gen. 22. ſuum Iſaac ad ſacrificandum duxiſſet, paruulus ipſe, ligna quibus comburendus erat, in ſuis hume-

A ris portabit, quod factum, nihil aliud deſignabat, quàm ꝙ Ieſus Chriſtus verus Dei filius, in ſacrificio illo: quod de ſe ipſo pro vniuerſo mundo ſuo obtulit patri, ligna ſuper humeros ſuos impoſuit, crucem videlicet, in qua pro omnibus mortuus eſt. Tertiū eius exemplum eſt, id quod habetur Ioſue capite. 20. vbi lex præcipiebat, ꝙ homicida poſt mortē ſummi Pontificis, ſolutus omnino ma- Figura, Ioſue. 20
neret, ita vt liber in patriam ſuā redire poſſet, quę lex nihil aliud nobis inſinuauit, quàm ꝙ genus humanum, quod propter peccatū, ſui ipſius homicida fuit, poſt B
mortem veri ſacerdotis & Pontificis, qui Chriſtus redemptor noſter fuit, à peccatis ſuis ſolutus omnino manſit, vt in regnum cęlorum, quod vera eius exiſtit patria, libere redire poſſet. Ecce ergo qualiter, in his ſcripturę locis, & fermè in alijs omnibus, vnum atq; idem negotium agitur, quod eſt ipſa incarnatio, atque domini noſtri Ieſu Chriſti mors. Et hoc idem eſt quod ſignificat poſitio illa duorum Cherubim, quæ Exo- Figura. Exo. 25.
di capite. 25. deſcribitur, qui cum extenſis alis, in templi propitiatorio eſſent conſtituti, ad ſe inuicē verſos habebant vultus, quaſi ſeſe mutuo reſpiciētes, per quod nobis deſignantur illę quatuor ſcri- C
pturę ſanctę facies, quas modo retulimus, quæ ſe inuicem ſemper in ſcriptura ſua reſpiciunt, quia vnam eandemq; rem vniformiter

A tractant, ipſam videlicet domini noſtri incarnationem.

Chriſoſtomus. ¶ Documentum hoc, eſt etiam Chriſoſtomi, ſuper Marcum, homilia quarta, ſtatim in principio, tomo. 2. vbi ait, ꝙ omnis ſacra ſcriptura, vnum atque idem negocium ſemper agit, eodemq; ſpiritu in ſeipſa eſt adunata, ad eum modum, quo in ferrea catena, omnes ad ſe inuicem annulli catenæ anectūtur, ſic enim in ea ſunt pendentes, ꝙ illorum vnus moueri nequeat, quin ſimul moueātur omnes. Sic pariter omnis ſcriptura ſacra, catena quędā eſt, in qua omnes eius veritates ad ſe inuicem adunatæ exiſtunt, ſic vt earum vna tangi nequaquam poſsit, quin etiam tangantur omnes. Dependent ſiquidem à ſe inuicem omnes. Hinc igitur fit, vt diuini verbi prædicator, omnem ſacram paginam legere cogatur, quia eo ipſo quòd vnam dumtaxat eius veritatem agnouerit, cæteras autem quæ ab ipſa dependent ignorauerit, hæc veritas ſolummodo mota & impulſa manet, non autem ſatis intellecta, quia nondum in ſuo proprio ſenſu, ſiue ſede repoſita eſt. Sicut lapis qui ab artifice, ſolum auulſus eſſet, tantummodo motus manet, ſed nondum elaboratus & collocatus conſiſtit, quia nondum in edificio propria ſibi ſedes aſsignata eſt, ſic pariter euangelica veritas, quæ ſeorſum tantum à concionatore legitur, & prophetarum radicem ignorat, aliaque ſcripturæ loca, à quibus dependet minimè vidit. Certè lapis tantummodo motus eſt & auulſus, ſed nondum in propria ſede collocatus.

Simile (B, C, Simile.)

¶ Hoc idem documentum eſt, beati Auguſtini, in. 2. libro de doctrina Chriſtiana, cap. 8. vbi expreſſe ait, quod primus labor & cura, qui ante omnia, ei qui ſacram legerit ſcripturam eſſe debet, ſi verum eius ſenſum & integrum attingere cupit, eſt nempe eam integram legere: in hoc nanque ſitum eſt verum eius attingere pulſum, nam quemadmodum medicus, infirmo morbi qualitatem, per pulſi tactum agnoſcit, nam ibi humorum omnium conditio demonſtratur, ſic diuinæ ſcripturæ pulſus, vt ſatis à concionatore legitimus eius ſpiritus, atque ſenſus attingatur, eſt quidem eam totam legere. Et hinc eſt, quòd qui de ea non integrè, ſed ſeorſum loquitur, niſi prius eius hanc integram lectionem tenuerit, non vſque adeò ſapienter illam ediſſeret, quia pulſum eius nondum attigit, Et mirum erit quòd hic talis, ſi non in omnibus, ſaltim in plurimis non aberret.

Auguſt. (A, B, Simile., C)

¶ Cætera autem incōuenientia, atque pericula plurima, quę tum in concionatore, tum etiā in quocunque alio ſanctæ ſcripturæ ſtudioſo viro ſequuntur, ex eo quòd non integram ſcri-

Pericula multa.

T 5 pturæ

A pturæ ſacræ lectionem teneat, depingit latius diuus Auguſtinus in libris de doctrina chriſtiana. quem rogo videre libeat. Siquidem tot ſunt, quæ ſi hic adducere deberemus, prolixam nimis eſſet componere ſcripturam. *Auguſtinus.*

*3. Documētum.* Tertium documentum, nō minus quàm præteritum in ſanctæ ſcripturæ ſtudio, euangelico prædicatori neceſſarium, ſi aliquid eiuſdem ſcripturę intelligere appetit, hoc eſt, oportet concionatorem ſcripturam ſacram, non ſemel legere, nec bis, aut ter, ſed pluries, & vſque adeò eius de- B bet eſſe aſsiduus lector quòd eius continuum teneat ſemper ſtudium, & exercitiū: ita vt in eius lectione, quaſi matris lacte nutritus ſit euangelicus ipſe prædicator, & in tantum, vt cum ſcripturæ lectione conuerſationem quādam, & intimam contrahat familiaritatem. *Simile.* Hoc idē documentum eſt, quod apoſtolus Paulus Timotheo diſcipulo ſuo præſtitit, vt ſuffiiciens euangelij Chri- C ſti poſſet eſſe promulgator, cum in prima epiſtola, quam ad eum miſit capite. 4, ſic ait, hæc proponens fratribus, bonus eris miniſter Chriſti Ieſu, enutritus verbis fidei & bonæ doctrinę, quam aſſequutus eſt: ſi euadere vis (inquit apoſtolus) idoneus euangelicæ artis orator, nihil aliud prę cipue Chriſtiano populo, quam euāgelicam, quamà me didiſciſti doctrinā, proponas, & non quidē balbuciēter, ſed eloquēter & diſerte, quaſi homo, qui in ipſa euāgelica doctrina, ſemper enutrit' extiteris, vt ſic in ęius enarratione te habeas, veluti homo, qui diuinū verbū, quod prædicas, tanquam lac in eius cōtinua cōuerſatione ſuxeris. *Expoſitio, 1. Timoth. 4.* A

Nā queadmodū puer ad matris vbera educatus, eius loquelā & cōditionem aſſumit, propter cōtinuam, quam cū ea cōtraxit familiaritatē, ſic etiā dum concionator euangelicus ſacræ ſcripturæ lacte educatus extiterit, ſicut eius vtiq; filius, qui cōtinuā eius imbibit lectionem. linguam ſuam & phraſim, ſpiritū, atq; ſenſum induet, & hoc eſt quod his verbis apoſtolus, diſcipulo ſuo Timotheo efficaciter ſuadere conatus eſt, vt ſcilicet, ſtudium eius, & litterarum exercicium vſque adeò in eo continuum eſſet, quod ipſius ſcripturæ ſacrę verus filius, à ſe genitus videretur, & tanquam verus filius, eiuſdem matris ſuæ immitaretur conditiones & proprietatem. *Simile. Simile.* B C

¶ Et hoc eſt, quod Salomon ſapientiæ capite octauo, eos qui ſacram hanc doctrinam exercere habēt admonet, dicens, Hanc amaui, & exquiſiui eam à iuuentute mea, & amator factus ſum formæ illius, tanta fuit (inquit Salomon) delectatio, quam mihi præſtitit diuinæ huius ſapientiæ pulchritudo, vt à iuuen- *Expoſitio. Sap. 8.*

A ſtianis,quę nobis Chriſtus ipſe reliquit,at verò quatuor aurei circuli,qui in ipſius arcæ lateribus repoſiti erãt, quatuor ſunt ipſius Ieſu Chriſti euangelia,quę totius noſtræ chriſtianæ vitæ,fidẽ & inſtructionem cõtinent, vectes autem,qui in circulis ipſis erãt immerſi,vt teſtamenti arca portaretur,legis doctores ſunt & prædicatores,qui ſuis verbis ad rudi populi aures eam perducũt.Iſti igitur euangelici concionatores,ſic in his quatuor circulis, ſcilicet, in euangeliorum aſsiduo ſtudio, immerſi eſſe debent,vt nunquam inde extrahantur, vnde ait egregius hic vir, ꝙ prædicator quilibet,quàm primum docendi cathedram aſſumit,eo ipſo ſeſe aſtringit(ſi officij huius,ſecretum penetrare debet)vt nunquam à ſanctæ ſcripturæ ſtudio recedat, & ne in hoc ſacro exercitio mancũ ſe artificem reperiat,& imperfectum admodum,decet vtiq;,vt lõge antea,euãgelicę lectionis theſaurum,acquiſitum iam habeat.

B — Continuũ concionatoris ſtudium.

¶ Documentũ hoc repetit iterũ diuus Gregorius, in libro. 4. Moralium capite. 1. vbi expreſſe aſſerit,cuilibet concionatori atq; legis chriſtianæ doctori neceſſarium forè,ad hoc vt aliquid vere & proprie ex ſancta ſcriptura aſſequi valeat,ſicuti tam graue decet officium, ꝙ eius habeat aſsiduam lectionem,ita vt cùm ea cõuerſationem quãdam, nimiamq; familiaritatẽ contrahat,& huius ingenioſiſsimam aſsignat rationem dicens, nam quemadmodum ad penetrandum alicuius hominis cor,eiuſq; proprietates & cõditiones,minime ſufficit,eius vultum exterius videre, ſed opus eſt, cum eo velut cum intimo amico, familiaritatem quandam & amiciciam inire, ex hac ſiquidem familiaritate,cordis eius ſecreta & peculiarem conditionem attingimus, ſic omnino euenit in eo qui ſcripturam ſacram ſemel tantum legerit,eius namq; faciem, dumtaxat exterius vidit,quæ vtiq; facies,ſolùm litteræ ſuperficies eſt, Cęterum ſi cordis eius ſecretum atque ſpiritum,quem Deus in ipſa incluſit,attingere decreuerit, ſibi omnino neceſſarium erit, familiariter ei,atque amicabiliter, quotidiana lectione coniungi.

Grego.

C

A — Ratio.

Simile.

B — Facies ſcripturæ. Cor ſcripturæ, ſpirit⁹.

¶ Secunda huius doctoris ratio eſt, nam ex hac aſsidua lectione, quam cùm ſancta exercemus ſcriptura,ad intelligendum dubia & cõtrarietatem,quæ in aliquibus eius locis quandoq; reperiuntur, faciliter deuenimus, quia ex aſsidua lectione,non ſolum veritates ſeorſum,ſed contexturam & earũ conſequentiam atque propoſitũ, attingimus,ſicut conſtat ex eo,ꝙ illa duo Eccleſiaſtes loca ſonant capite.2.&. 7. quorũ primus ait, melius eſt comedere & bibere. Secundus autem in capite.7. dicit,melius eſt ire ad domũ luctus quàm ad domum conuiuij, inter quæ duo loca contrarietas certè appa-

2.ratio.

Aſsidua ſcripturę lectio

C — Contrarietas,eccleſiaſtes.2.7.

A apparet, quia illorum alter comedendum eſſe dicit, & bibendum, alter verò hoc prohibet, nam in domo luctus, potius homines flere conſueuerunt, quàm comedere & bibere.

Contrarietas, eccleſi. 11

¶ Dicitur præterea Eccleſiaſtes capite vndecimo, lætare iuuenis in adoleſcentia tua, in quo tamē loco ſtatim ſubiungitur adoleſcentia, & voluptas vana ſunt, vbi in primo loco conceditur iuueni, adoleſcentiæ ipſius delectatio, in ſecundo tamē, ſibi denegatur, cum dicit, delectationem talem vanam eſſe.

B

Contrarietas, Matt. 6 Matt. 5

¶ Item ait Chriſtus Matthæi capite ſexto. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alibi tamen, Matthæi videlicet, capite quinto dicit, ſic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt, ex quibus locis, non parum oriri videtur contrarietatis, ſiquidem primo loco exigitur ab homine ſuorum operum ſecretum, ne ſcilicet coram hominibus publicè illa exerceat. In C ſecundo verò ab eodem expoſcitur, vt eadem virtutum opera, publicè coram hominibus faciat, qui ergo non aſſuetam haberet in ſimilibus locis, ſanctæ ſcripturę lectionem, ſed ſuperficialiter dumtaxat, ea quandoque legiſſet, remaneret profecto cum ea confuſione & dubio, quæ ipſa de ſe ſeorſum generant loca, A quia neque ſibi ipſi ea intelligeret, neque adhuc vt alios ſufficienter docere poſsit, perciperet. Si tamen eorum lectioni ſemel atque iterum inſiſteret, faciliter eorum claritatem inueniret. Conferendo namque cum pręcedentibus verbis ea quę ſubſequuntur, & perlectis iam ſatis clarioribus alijs locis, quæ tali difficultati deſeruiunt, ſolutionem proculdubio obſcurioris loci reperiret. Quemadmodum obſcuritas illa diſſoluitur, quæ ex eo Matthæi præallegato loco generatur, nam ſi attentè inſpiciatur dependentia illa, quam illius textus littera cum præcedentibus habet, aperte conſtat redemptorem noſtrum hic loquutum fuiſſe, de prælatis dumtaxat, qui tanquam reipublicæ capita, ouibus ſuis virtutum omnium publicum tenebantur eſſe exemplar, ad quod nimirum exigenda erant eorum virtutum publica opera, vt ſubditorum grex paſtorum virtutes conſpiciens, eos immitari poſſet, quo fit vt locus hic, nullam contradictionem ingerat alio eiuſdem Matthæi loco, capite ſexto, vbi ab hominibus ſecreta exiguntur opera. Nam locus iſte ad eos præcipuè ſermonem dirigit, qui priuatim in republica vitam degunt, & qui non velut aliorum capita, ſed ſeorſum priuatim ad ſe ipſos tantum virtutum opera exercere

Expoſitio. Matth. 6 & 5

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A exercere habent, quos proprie decet inter ſe & Deum ſolum, ipſas pertractare virtutes.

2. Expoſiuo, ¶ Prætereà dicitur ſecundo, in quo fortaſsis loci huius difficultatem melius euacuabimus, quòd ſi conſideremus particulam illam, quæ in eodem loco ſtatim ſubiungitur, ſcilicet, vt videamini ab eis, hinc omnino dubij huius aperta manet ſolutio, etenim locus iſte, qui Matthęi capite ſexto adducitur, non prohibet virtutum opera publicè fieri, quandoquidem hoc, bono hominum exemplo conducit, vt inde cęteri ad ſimile virtutis opus

B moueantur. Quod igitur illa verba prohibent, hoc ſolum eſt, ne ſcilicet in virtutis opere, ab hominibus videri appetant, hoc eſt ne tali propoſito & fine, virtutem publicę exerceant, vt hominibus placere velint, illorum applauſum & laudem in virtutis mercedem expectantes, ita vt in his omnibus, ſuorum operum laudem, ab hominibus appetant. Verus ſenſus. Eſt igitur illius loci verus ſenſus, quòd virtutis opera

C publicè homines exercere poſſunt, eo tamen fine & propoſito, vt Deo ſeruiant, & hominibus ſimul virtutis exemplū præbeant, quod manifeſtè ex illius textus colligitur conſonantia. Nam poſtquàm dixit hominum opera coram hominibus non eſſe facienda, expoſitionem illius loci ſtatim ſubiungit dicens, vt ab eis videamini, ac ſi clariùs dixerit, etſi vobis virtutis opera publicè exercere conceſſum ſit, non tamen eo fine vt gloriæ laudem ab hominibus videamini appetere. A

Expoſitio, Eccleſiaſt. 2. & 7. ¶ Pari forma clariſsima apparet difficultas illa, quæ ex illis duobus Eccleſiaſtes locis, capite ſecundo & ſeptimo oritur, qui enim aſsidua lectione & conſideratione loca illa fuerit contemplatus, inueniet vtique nullam inter ſe habere diſſonātiam. Nam ſi attentè perpendantur verba, quæ ſententiam capituli ſecundi præcedunt, manifeſtè ibi apparet, Salomonem diuitum phreneſim condemnaſſe, nimiamq́ue tenacitatem, ſiue deteſtabilem eorum auaritiam. qui B Diuitū phreneſim. cum in hoc ſæculo abundantiſsimas poſsideant diuitias, illas nec digito tangere audent, quandoquidem in neceſſarios vſus adhuc expendere timent, ob hoc tantum vt hæredibūs ſuis ea poſtmodum relinquant. Quos vſque adeò hęc auaritię peſtis poſsidet, vt nec comedere, aut bibere, ſiue veſtimentum, adhuc C neque calceum ex eis ſumere audeant.

Hoc inquam ibi deteſtatur ſapiens: quapropter ait, melius eſſe ex eis quę homo poſsidet comedere & bibere, ac ſi dixiſſet clariùs, optimum eſſe hominem

ſuis

A ſuis frui diuitijs, quia manuum ſuarum labores ſunt. Siquidem genus quoddam fatuitatis eſt, ſubſtantiam ſuam alicui poſt mortem relinquere, & ob hoc miſerrimè ſemper viuere, dum quid futurum ſit de hærede ignorat, referet ne illi ſibi, pro impenſo beneficio gratias, an non. In nullo ergo locus hic, ei qui capite. 7. ponitur contrarius eſt, accipitur enim illius ſeptimi capituli locus in alio ſenſu, ſicuti etiam verba ipſa, quæ ſtatim ſequuntur manifeſtant, ait quippe ꝙ in domo, vbi planctus eſt, excitantur homines in vitæ ſuæ finis conſiderationem, vtq; vitam ipſam, iam experti in tuto loco reponere curent, in domo verò vbi conuiuium adeſt, quia ibi vt in plurimum vitæ exercetur diſſolutio, non ea habetur conſideratio, qua homo modeſtus & infrenatus incedere valeat, ſed potius maxima ſibi præſtatur anſa, vt ſenſualitatis habenas ſoluat, & magis ac magis in carnis ſuæ diſſolutionem labatur. Simili igitur modo in conſimilibus ſcripturę ſanctæ locis, quæ contrarietatem aliquam generare videntur, ſtudioſus, aſsiduuſq; lector eorum ſolutionem inueniet.

Simile.

B

Côuiuij diſſolutio.

C ¶ Eſt prætereà documentum hoc, beati Aguſtini in ſecundo libro de Doctrina chriſtiana, capite. 9. vbi ait: Concionatorem euangelicum decere, cum diuinarum litterarum lingua, commertium quoddam & familiaritatem ducere, inde enim ad faciliter ſoluendum obſcura eiuſdem ſcripturæ loca, deueniet. Item quia ſic per clariora alicuius loci ſcripturæ ſacræ exempla, alterius obſcuriora intelliget. Nec non ex certis ſacræ paginæ teſtimonijs, alterius difficilis loci ſolutionem ſibi acquiret, ſi tamen eorum lectioni & contemplationi importunus adſit lector, aſsiduitas enim hæc, ſapientem & expertum eum in omnibus reddet. A

Auguſt.

## ¶ CAPVT. XIIII. In quo quartum differitur documentum.

B

QVARTVM atq; præcipuum documētum, quod concionatori cuilibet obſeruandū maximè eſt, ad obtinendum ſcripturæ ſanctæ, in ſtudio ſuo, propriū ſenſum, & vt in eius lectione & ſtudio non aberret, eſt nempe, ꝙ non in omnibus ſacræ ſcripturæ locis, myſteria & ſacramenta excitet, vbi namq; hiſtoria ipſa plana eſt, eiuſq; litteralis ſenſus apertus, ne vtiq; conuenit ſacramenta, quę non ſunt pōderare, hoc tamen dixerim, propter concionatorum aliquos, qui in omnibus ſcripturæ ſanctæ locis, ſemper ſe ſacramentales exhibere conantur, inde enim fit, vt ſcripturā ſacrā improprie ediſſerāt, & de eius doctrina, impropria multa,

4. documentū.

C

Concionatores, ſacramētales exiſtentes.

A multa, ne dicam falſa, chriſtianũ populum doceant, quod profectò in concionandi officio, notabilis admodum concionatori defectus eſt. Et in quo nocumentum, maximum, diuinarum litterarum fidelitati irrogatur, quod tamen compertiſsimum eſt. Nam ex quo prædicator ab aliquo ſcripturæ loco ſenſum aliquem educere intẽtat, quem tamen ipſe non petit locus, illius veritati abſque dubio derogatur, diuiniq; verbi auditores claudicare facit, hæſitãteſq; omnino reddit, nõ enim vſq; adeò auditores ſunt ſemper ignaui &
B ſtolidi, vt inter ipſos non aliqui ſtudioſi atque ingenioſi reperiantur viri, qui eorum, quæ prędicãtur, quantumcumq; Theologica & difficilia exiſtãt, intelligentiã non attingant. Sic igitur in hac cõcionandi arte, legitimo eſt cõcionatori procedendum, vt hiſtorias tanquam hiſtorias, myſteria tanquam myſteria, litteralem ſenſum, velut litteralem, myſticũ autem tanquam myſticum, chriſtiano populo prędicet, iuxta id quod vnuſquiſq; ſcripturæ locus exegerit.

Grego. ¶ Documentum hoc eſt iſta expreſſè diui Gregorij, in. 4. Moraliũ libro, capite. 4. vbi ait: Quòd
C illa ſcripturæ ſanctæ loca, in ſe
Loca myſteriorum. ipſis propriè myſteria & ſacramẽta claudunt, quæ in litteræ ſuperficie, ratione vacua vidẽtur, quod quidem eſt dicere, ꝙ quanto magis hiſtoria (ſi iudicio noſtro relinquatur) deliramentum appa- A
ret, tanto plus nouo aliquo ſacramẽto, locus hic plenus exiſtit. Vnde diuus Gregorius euangelicis cõcionatoribus ſummo opere cõmendat, vt in ſimilibus ſcripturæ locis, qui intellectui noſtro diſſonantiam pariunt, diligẽtes ſint & curioſi, vt ſecretũ quod ibi latet, in lucem deducere conentur. Vbi autem plana hiſtoria eſt, myſterium aliud ſiue ſacramentum excitare raro intendant. Hoc idẽ Grego.
præceptum iterum repetit idem doctor. 22. libro Moralium capite 23. dicens: Quòd vbi in ſcriptura ſacra, hiſtorię ratio deficit, ibi patẽter, ſtatim quaſi in foribus adeſt B
myſterium, quod in ea clauſum erat, quemadmodum conſtat ex il Primus myſterij locus.
lo Cãticorum loco capite. 7. Vbi Deus de pulchritudine ſponſæ agens ſic ait: Naſus tuus ſicut turris, oculi tui ſicut piſcinæ, dentes tui ſicut grex caprarum. Vbi certè ſi iudicio noſtro litteræ huius ſententia, ſic nuda cõmitatur, ridiculum quodã proculdubio appareret, nuſquam enim alicuius fœminę pulchritudo, inde aut ſumitur, aut intelligi poteſt, quis enim aliquando dixit, mulierem ſpecioſam eſſe, quia piſcinæ oculos habeat, aut quia caprarum dẽtes ſortiatur? At verò cùm ſpiritus ſanctus in ſcriptura ſacra tan- C
tę ſit virtutis auctor & veritatis, ꝙ à myſterio vacuum aliquid nõ relinquat: inde inquam eſt, quòd ex ſimilibus ſacræ ſcripturæ locis,

A cis myſteria & ſacramenta propriè ſunt educenda.

Auguſt. ¶Hęc eadem eſt beati Auguſtini Doctrina. 11. libro ſuper Geneſim ad litteram, capite. 1. vbi ait, ꝙ ſi aliquis ſacræ ſcripturę locus repertus fuerit, qui iuxta litteræ ſenſum, minime niſi abſurdè intelligi poſsit, ibi inquam legitimus eſt locus inquirendi myſterium, ille quippe talis figuratiuè loquitur, & quia regulæ huius documentum neceſſarium valde cōcionatoribus forè intelligo, ad veritatem & diuinæ ſcripturę indagandam proprietatem, eam per varia ſcripturę loca exemplificare conabor, etiamſi in hoc ali-

B quantula fortè lectori generetur prolixitas.

2. locus. myſterij ¶Geneſis capite. 2. primi hominis formatio deſcribitur, quem ex limo terrę Deum eduxiſſe perhibetur. At verò cùm res oēs alias naturales, ſuo verbo ſolùm ex nihilo creauerit, pręcipuum quod hic videtur incluſum ſacramentū, eſt id quod hęc creationis differentia deſignat, cùm enim homo tam inſignis ſit creatura, mirum apparet ꝙ illi ex putrido limo terræ, eſſe pręſtiterit, cæteris autem creaturis: cū bruta ſint & infima, eis ex nihilo, eſſe donauerit: vide-

C tur profectò nobilius eſſe iſtis pręſtitiſſe, quàm homini, quē de ſtercore & fœtore leuauit. Igitur hoc

Figura, Gen. 2. eſt, quod hic deſignatur myſteriū, nam cū homo tam excellentis ſit naturæ, luteum ſibi eſſe Deus parare voluit, eiuſq; naturā in terrę putridiſsimo limo inuoluere, vt ingratuitis donis & perfectionibus, quibus Deus ipſum tā magnificè dotauit, non euaneſceret, ſed attēdens ꝙ luteum tamq; fragile eſt vas, in quo pręcioſiſsima hæc ſunt recondita dona, humilis omnino remaneret, Deumq́ue velut pręcipuū auctorē ſuum recognoſceret & inquireret, vt vel ſic, ſuperbię ſuę ceruicē flecteret. Simile.

Neq; in hoc ſcripturæ loco pręter hoc quod modo dicimus, quicquam aliud principale myſteriū inquirendū videtur: itaq; queādmodū mortem, labores, & erūnas hominì parauit, vt ſic naturā ſuā perpendens, humilitate domaretur, & hoc Deum creatorem ſuum inquirēdi eſſet occaſio, ſic etiam illi luteum præſtitiſſe eſſe & naturale, obedientem Deo atq; manſuetum redderet. Simile. B

¶Cęterum in ipſa mulieris formatione, quam ex lateris Adę coſta eduxit, quæ in eodem adducitur capitulo, altius aliud ſacramētum reconditur. Cùm enim Deus mulierem, ſicut hominē ex limo terræ fingere poſſet, nō hoc vtiq; contentus eſt, ſed in eius creatione nouis alijs & inſolitis cęrimonijs vti decreuit. Primo enim in Adam ſaporem immiſit. Secundo coſtā ex ipſius latere abſtulit, ex qua tandem mulierem formauit. Sūt certè omnia hęc pōderatione & admiratione digna maximè, noſtroq; intellectui noua admodū. 3. locus myſterij Gene. 2. C

A Petit ſiquidem locus iſte, dum legitur, ne hominis ingenium, in ſola litteræ cortice ſiſtat, ſed ad indagandum, quod in eo includitur ſacramentum, vlterius procedat, Quemadmodũ diuus Paulus ad Epheſios capite quinto, inquirere conatus eſt, dicens in hoc admirabili opere, matrimonium, quod Chriſtus cùm Eccleſia ſua contraxit, illuminatum fuiſſe, & ita verum eſt, quòd tanquam primus lapis totius chriſtiani ędificij, myſterium hoc, eorum omnium, quæ tam in nouo quàm in veteri teſtamento fuerunt geſta, figuratiuum fuit, quia in eo coniunctio Chriſti cùm Eccleſia, per humanitatis aſſumptionẽ, illuminata fuit, circa quem maximè articulũ tota verſatur ſcriptura. B

Expoſitio, ephesios. 5.

Prim' lapis ędificij chriſtiani.

4. locus myſterij Gene. 4.

¶ De morte autem, quam Cayn fratri ſuo Abel, tam atrociter intulit, myſterium quod ibi deſignari videtur, eſt nempe, quod ipſa plana ſonat hiſtoria, eum ſiquidem inuidia motus occidit, propter peculiarem fauorem, quem tam ſibi, quàm rebus ſuis Deus præſtabat. Verumtamen hoc myſterij, iuxta ſanctorum omnium ſententiam, hic annotare poſſemus, ꝙ videlicet Abel ſic occiſus, & perſecutionem paſſus, figuram C & imaginem geſsit ſanctorũ omnium, qui pro Chriſto, in chriſtiana Eccleſia perſequutionem paſsi ſunt.

5. locus myſterij Gene. 6.

¶ De eo autem, quod adducitur, Geneſis, capite ſexto, vbi De' Noe iuſsit fabricare arcam, quia A vniuerſum orbem propter enormia hominum peccata, perdere intendebat, cui prætereà ipſius arcę formam, & modum præſtitit, qua fabricari deberet, in qua ipſe totaq; eius familia, cæteraq; brutorum multitudo protegi deberent, hiſtoria plana eſt. Volens namque Deus propter hominum peccata, ipſos penitus deſtruere, ne iuſti illi, ſcilicet, Noe, & filij eius, cùm cæteris inuoluerentur brutis, arcam fabricari iuſsit, in in qua omnes animæ ſaluæ conſiſterent, ipſamque formam arcę, iuxta varias animalium manſiones, Deus fabricandã docuit. Verum eſt tamen, quòd cùm in hoc B loco, & in cæteris quæ ſequuntur dicimus, planam eſſe hiſtoriam, & nullum aliud in his locis apparere myſterium, intelligimus quãtũ de ſe exterius loquutionis forma oſtendit, quia non negamus, quin ſancti, ſicut & cęteri cõcionatores, poſsint quãdoq; iuxta ingenij ſui talentum, & pręſtitum à Deo ſpiritũ, ſanctę & vtiliter aliquod reperire myſterium ſeu ſacramentum, ex planiſsimis & ſinceriſsimis ſcripturę verbis, etiãſi in ſuperficie litterę nõ appareat, quãdoq; enim apud diuinã maieſtatem vnus inuenire meretur, quod alius minime fuit meritus. C Iuxta quàm ſentẽtiam, diuus Petrus ſua prima epiſtola, capite. 3. per eaſdem octo animas, quę in diluuio, in arca ſaluę remãſerũt, eos qui

Expoſitio dictorum.

A qui per baptiſmũ ſalui conſiſtũt, ſignificari aſſerit, prӕtereà etiam beatus Ambroſius, in libro quẽ de arca Noe confecit, multa de arcæ huius ſignificatione ediſſerit, nec tamen in hoc articulo, erga Noe arcam concionatorum exceſſus deeſt, quandoquidem mirum eſt videre, quot & quanta, tũ ſcriptores, tum etiam prædicatores, de arcæ huius forma ſcripſerint, & prædicauerint, ſiquidem nihil intactum reliquerunt, quod de huiuſmodi arca non tractauerint, & vtinam tam propriè & legitimè, ſicut ſacer iſte locus petit.

Exceſſus concionatorum.

B

6. locus myſterij Ioannis. 5.

¶ Quod legitur Ioannis capite. 5. de cælebri illa piſcina, quæ in ciuitate erat Ieruſalẽ, quӕ omne morborum genus ſanabat, ſi tamen priùs angelus de cælo deſcẽdiſſet, qui ipſius piſcinæ aquã turbaret, alioqui enim ſalutem minime præſtabat, præthereà etiã quòd ex omni infirmorum multitudine, qui aquæ motum expectabant, vnus dumtaxat, qui priùs deſcendiſſet ſanabatur. Hic inquam locus verè & legitimè ſacramenti & myſterij locus eſt, cõcionatoriq; licentiam, & anſam præſtat, vt non litterӕ ſuperficiei ſolùm inſiſtat, ſed quòd ad ſacramentum inquirendum vlterius progrediatur, ſalus quippe, quæ tot cæremonijs & conditionibus homini præſtabatur aliud requirendum inſinuat ſacramentum quàm hiſtoriæ ſuperficies conti-

C

net, ipſumq; hominis intellectũ prouocat vt curioſius myſteriũ indagare curet. Nam ſi myſteriũ aliud hic non lateret, hiſtoriam ipſam ratione vacuã omnino manere appareret, quapropter ſancti omnes, qui hunc ſcripturæ locum pertractant, multa & grandia ibi contemplantur ſacramenta. A

7. locus myſterij ſacrificia veteris legis.

Sacrificia & legis ſcriptæ cærimoniӕ, ſicuti erat quòd aries ſic vel ſic iugularetur, & in tot eſſet diuiſus partes, quarum alia in ſacerdotis ſortẽ cederet. Alia verò pro ſacrificio in templo remaneret, & ꝙ hæc tot circumſtãtijs eſſet à ſacerdote comburenda, cuius etiam animalis ſacrificati cineres, in certa templi parte poſt modum reponerẽtur. Præterea etiam ꝙ turturis caput in ſacrificio, non omnino à corpore abſcinderetur, ſed ꝙ ſub alis retorqueretur dũtaxat. Item ꝙ vitula ſic vel ſic tot ritibus occideretur, cuius deniq; ſanguis, ſuper ipſam populi multitudinem, eſſet poſtea reſperſus. Item etiam ſolennitas illa comedendi agnum paſchalem, vbi tot ab ipſis comedentibus, legis cӕrimoniӕ ſeruandӕ erant, ipſum namq; comedere habebant, non ſedentes ſed ſtantes, non moroſè ſed feſtinanter, renibus accinctis, qui tandem aſſus, & non coctus erat deglutiendus, cùm lactucis amaris, baculos tenentes in manibus, hæc inquam omnia, apertè ſunt

Aries.

B Turtur.

Vitula.

Agnus paſchalis.

C

A myſteriorum deſignatiua,& vbi concionator vltra ipſius hiſtoriæ & litteræ ſententiam, ſacramentum indagare habet, abſque propoſito namq; appareret iudicio noſtro,ſi ibi quicquam aliud non eſſet myſterij reconditum,ſi quidem omnia hæc talis ſunt cõditionis, vt legentes ipſos ſtatim excitent, & prouocent, vt aliud inquirant, quàm in ipſius litteræ nuda facie, continetur. Sunt igitur hæc proprijſsima ſacramentorum loca,vbi concionatoris ingenium in indagandis myſterijs,curioſum ſeſe exhibere de-
B bet.

8.locus myſterij figuræ, veteris teſtamẽti.

¶Hæc eadem cenſura eſt,de ſacræ ſcripturæ figuris omnibus, quæ in veteri continentur teſtamento, ſiquidem legitima loca ſunt, in quibus præter litteram, indaganda ſunt myſteria, & ſacramenta. Nam cùm illius legis cærimoniæ & ſacrificia, veritatis euangelicè extiterint vmbrę, ſemper vltra litteram, ad veritatem ipſam inquirendam lectores inuitant: vnde loca iſta myſterioſa denominantur.

9.locus myſterij 4.Reg.4

¶Eiuſdem prætereà ſunt conditionis, quàm plurima prophetarum facta, quemadmodum de propheta Eliſeo conſtat,ſicut habetur,quarto libro Regum,capite quarto, qui famulum ſuum Giezi cum baculo miſit, vt ip-
C ſum ſupra viduæ cuiuſdam filium, qui dudum mortuus fuerat reponeret, vt eum ſic ſuſcitaret, quod cùm nihil profeciſſet, ipſemet propheta ad locum vbi puer mortuus iacebat perrexit, qui cum ſupra puerum accubaret, atque oculos oculis, os ori, pedes pedibus, manuſque manibus apponeret, illico eum ſuſcitauit. Eſt etiam locus hic ſacramenti & myſterij plenus, nam cærimonię multæ, quibus defuncto puero, vita eſt pręſtita, hoc ita expoſcunt. A

¶Huiuſmodi formæ eſt etiam hiſtoria illa, quæ adducitur, quarto libro Regum,capite quinto, de Eliſeo propheta, ad quem cum Naamam Syrus, qui regis Syriæ exercitus erat dux, veniſſet, vt eum à lepræ ſuæ plaga curaret, ſepties eum in Iordane lauari præcepit, quod cum poſt modum feciſſet ſtatim à lepra mundatus eſt, nempe hiſtoria hæc myſterium aliquod requirit, quia forma ipſa, qua propheta hic in viri huius ſanitate vſus eſt, ſecretum aliquod in ſe includi oſtendit, non enim myſterio vacat, non ſemel ſed ſepties in Iordane debere lauari, vt ſalutem conſequi poſſet. 10.locus myſterij 4.Reg.5 B

¶Similiter etiam, non minus myſterioſum apparet, celebre illud Hieremiæ factum,quod prophetiæ eius,capite decimo tertio memoratur, vbi prophetæ Deus præcepit,vt lumbare linum quęreret, quod tamen nuſquam in 11.locus myſterij Iere.13. C

aqua

A aqua eſſet intinctum, quod etiam ſuper lumbos ſuos apponere iuſſit, & quòd poſt modum eo à ſe ablato, in foramine cuiuſdam petræ circa Iordanem fluuium includeret, tranſactis autem plurimis diebus, iterum Deus lumbare linum ab ipſo propheta repetit, quod cùm à petræ foramine extraxiſſet, putridum totum inuenit, locus hic de ſe, minime myſterio vacat, alioqui enim ſolus litteræ ſenſus, diſſonus nimis appareret. Et ſic ſtatim Deus ipſe ſacramentum ibi clauſum prophetæ expoſuit, quemadmodum legenti hiſtoriam compertum erit, & huius ſunt conditionis, quàm plurima, ſi non omnia, prophetarum facta. B

12. locus myſterium Ezechielis prophetia

¶ Similis etiam formæ eſt, maior pars ſcripturæ Ezechielis prophetæ, quæ prę ſertim, inter alia prophetarum vaticinia, mirificis adumbrata eſt ſacramentis.

13. locus myſterij, cãtico. liber.

¶ Ad hanc myſteriorum formam, reducitur præterea canticorum liber, qui myſterijs totus extat plenus, ab ipſo Spiritu ſancto principaliter intentis, cuius formæ tota littera metaphoricis loquutionibus texitur. Abũdat etiam liber hic dulciſsimis quibuſdam confabulationibus, C quæ inter Deum & cuiuſcumque religioſi viri animam (amantium more) verſantur, etiam ſi ſub alio dicendi ſtylo, quia omnia quæ ibi tractantur, cæleſtia

Simile

ſunt & mirifica. Scaturit igitur, præter litteram ipſam, myſterijs multis totus hic liber. A

Prouerbiorum liber.

¶ Prouerbiorum Salomonis libros, compertiſsimum eſt, planam quandam conſiliorum continere doctrinam, quæ bonos mores, religioſamque hominum vitam concernit. Quare in totius libri succeſſu, non aliud videtur apparere myſterium, quàm quod littera ipſa ſonat.

Eccleſi. liber.

¶ Eccleſiaſticus etiam liber, hac eadem cenſura regulatur, totus quippe eſt bene viuendi regulis, documentiſque clariſsimis plenus, quemadmodum ex eodem libro, capite. 2. 3. &. 4. conſtat, B ſunt quippe eorum appertiſsima virtutis conſilia. In qua etiam doctrinæ forma, totus ibi inſcriptus liber abſumitur, qui tãdem planiſsimis abundat documentis, quæ prę ter litteram ipſam, vix aliud in ſe ſacramentum deſignare videntur.

Eccleſi. liber.

¶ Eccleſiaſtes liber, hiſtoria quędam ſinceriſsima eſt, de quibuſdam à Salomone prę ſtitis cõſilijs, vbi quaſi iam in rebus mũdi huius expertus Salomon, de eius vtique vanitate & fallacia diſſeruit, vt iam deinceps homo, veluti à ſomno excitatus attente perpendat, nihil aliud ſibi C ex omnibus quæ ſub cælo ſunt remanere, quam Deum vtique timere & amare, vt ſic à ſæculi huius caducis, & fallacibus rebus ereptus, hoc ſolùm tandem

Simile

A negocium pertractet, ſcilicet in tuto loco animam reponere. Qua de cauſa libri huius doctrina, talis exiſtit naturæ, vt in ea vt in plurimum, præter litterã ipſam, non alia appareant requirenda myſteria.

Sapientię liber. ¶Sapientiales libri, ex parte quidem ſimplicem videntur habere doctrinam, abſque myſterij ſignificatione, cuius libri principale intentum eſt, proprietates, ſubtilitateſque, & ſapientiæ perfectiones depingere, quas nimirùm ſancta adminiſtrat ſcriptura, quæ quidem ſapientia, ipſius Dei vera eſt cognitio. Item B ſcientia illa quæ ex virtutis operibus & iuſtitiæ elicitur, ſapientia hic denominatur. Nam ſecundum Ariſtotelis ſententiam, ea Ariſtot. propriè ſapientia dicitur quæ de altiſsimis agit cauſis. Quemadmodum libri huius ſapientia eſt, quia de Deo, & de omnibus quę nos ad Deum ducunt, tractat, ſicut apertiſsime conſtat ex iſtius libri ſeptimo, & octauo capite, vbi Salomon ſubtiliſsime ſapientiæ huius conditiones depingit. Expoſitio. Sap. 7. & 8. Et circa materiam hanc, quę totius libri præcipuum argumentum eſt, multa de virtute, ho- C minumque moribus ediſſerit, velut effectus, quos ſapientia hæc diuina, in hominibus, qui eam conſequuntur, producit. Simul etiam attentis tam ſupremis ſapientiæ huius diuitijs, ad eam homines ipſos afficere, ſummo opere curat, ſuadens vtique eis, A vt ſe à terrenis mundi huius rebus, eximere omnino conentur, perfecteque ſe diſponant, vt hoc ſapientiæ donum conſequi valeant.

¶ Verum eſt tamen, quòd in duobus poſſet, in ſcriptura hac 14. locus myſterij. myſterium reperiri & ſacramentum, ſicuti etiam in Eccleſiaſtici libro, ambo namque maximè inter ſe affines ſunt. Primum, vt intelligamus quòd Salomon rex, illud propriè ſapientiam hic denominat, quod eſt virum aliquem bonum eſſe & iuſtum, itaq; ipſam virtutis conſequutionem, ſapientiam hic appellat. Et vt alijs verbis, hæc diſtinctius explicemus, eſt dicere, quòd ſapientia hic appellatur, illa virtutis B harmonia, qua homo ipſe, in omnibus potentijs ſuis, & virtutum operibus ordinatur, vt Sapientia, eſt ipſamet virtus. ad hunc tandem finem perueniat, qui eſt Deum velut creatorem ſuum intelligere & venerari, ac tandem eum poſsidere, hoc inquam, ſapientia hic à Salomone dicitur. Et quòd hęc ſit Salomonis mens, apertè conſtare videtur, quia locutionem, quam de hac format ſapientia, virtutum exemplis & bene viuendi formis texit, ſicut ex libri iſtius capite ſexto apparet, C vbi ſtatim in ipſo capituli initio, ſapientiæ huius valorem exagerans, aſſerit maioris eſſe Expoſitio. Sapient. 6. pretij, quàm omnes hominum vires,

A vires, atque continuo ſubiungit, quòd illi qui iuſtitiam & virtutis formam ſeruauerint, ea quę ad hanc attinent ſapientiam, optime ſcient. Ex quibus vtique verbis colligitur clarè, Salomonem ſapientiam hanc in ipſis virtutum operibus collocaſſe, & in hac dicendi forma, totius capitis huius litteram inſumit, circa eam dumtaxat ſapientiam, quã iuſti in ſupremo iudicij die, ſe in hoc mundo habuiſſe gloriabuntur, in hoc ſolum, quòd religioſi & virtutum amatores extiterunt.

¶ Itaq; potius hic ſapientiam vocat, ipſum operari, quàm ipſum cognoſcere, potius ſapientiam appellat ipſum virtutis opus, quàm eiuſdem virtutis cognitionem. Et in hoc conſiſtit ſcripturæ huius myſterium, littera namque ipſa ſapientiam appellare videtur, ſimplicem ipſius Dei cognitionem, rerumque mundi huius ſcientiam, cæterum ex textu & libri totiùs colligantia & contextura, de ſapientia, quæ in virtutis opere conſiſtit, loqui colligitur. Et hoc apertiſsimum eſt ei, qui decimum nonum Eccleſiaſtici caput legerit, vbi ſic habetur, omnis ſapientia timor Dei eſt, & in illa timere Deum, & non eſt ſapientia, nequitiæ diſciplina, & non eſt cogitatus peccatorum prudentia, quæ omnia ſtudioſi viri conditiones ſunt. Et hoc idem confirmatur ex eiuſdem Eccleſiaſtici libri, capite. 44. vbi ſic legitur, ſapientiam ſanctorum narrant populi, in quibus verbis dignoſcitur clarè, quòd in virorum ſanctitate, ſapientiam hanc conſtituat, hoc idem præterea colligitur, ex ſapientiæ libro, capite primo, vbi ſic habetur, in maleuolam animam non introibit ſapientia, vbi clarè peccatorum ſcientiam ab hac ſapientia ſecludit, ſed eam dumtaxat ſapientiam vocat, quæ in religioſo & ſinceriſsimo corde ſedet. Ex his igitur locis, apertè conſtat Salomonem de virtute illa loqui, quæ cùm peccato non compatitur, nam ſi de ſimplici Dei & rerum cæleſtium cognitione loqueretur, perſpicuum eſt huiuſcemodi ſapientiam non ſolum in bonis, ſed in malis viris eſſe poſſe.

B

Virtutis opus, ſapientia eſt.

Expoſitio. Eccleſi. 19

C

A

Expoſitio. Eccleſi. 44.

Expoſitio. Sapien. 1.

B

¶ Poteſt etiam ſecundò, in ſcriptura hac myſterium eſſe, in hoc ꝙ ſapientia hæc, de qua hic Salomon loquitur, pro increata ſapientia accipiatur, quæ ipſemet Dei filius eſt. Quemadmodum ex ipſa littera colligi videtur, Eccleſiaſtici libri, capite. 24. vbi de hac ſapientia loquens ait: Ego ex ore altiſsimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam, ego feci in cęlis vt oriretur lumen indeficiens, ego in altiſsimis habitaui, & thronus meus in columna nubis, quæ nimirùm verba, de vero Dei filio videtur accipi poſſe,

2. myſterij locus

Dei filius ſapientia eſt.

C

Expoſitio. Eccleſi. 24.

A nam verba hęc, ſimilia eſſe viden tur eis, quæ Ioannes euangeliſta capite. 1. de eodem Dei filio profert, cū ait. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deū, & Deus erat verbum. Nam ſicut Euangeliſta hoc in loco, ipſum Dei filium verbum appellat, ſic etiam in hoc loco, ſapientiā hanc, more verbi, ex ore altiſsimi prodijſſe, dicitur. Quibus verbis denotatur ipſummet Dei eſſe filiū, ac deniq; idem eſſe in ſententia, quod Ioannes protulit euangeliſta.

Expoſitio. Ioānis. 1.

B

¶ Hoc etiam probari videtur, ex illis verbis Sapiētiæ, c. 7. vbi de hac eadē ſapientia ſermo fit, legitur enim ſic, quia vapor eſt virtutis Dei, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius, & cum ſit vna, omnia poteſt, & in ſe permanens omnia innouat, quæ profectò verba, difficilè in alio ſenſu videtur accipi poſſe, quam de Dei verò filio. Sunt etenim ſimilia eis verbis, quæ diuus Paulus profert de eodem Dei filio, loquens ad Hebręos capite. 1. cùm dicit. Qui cū ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtātię eius, portans omnia in verbo virtutis ſuæ, quæ quidem verba, idem omnino ſonare videntur, quod alia præcedentia. Sunt prætereà illa Eccleſiaſtici verba eis ſimilia, quæ iterum apoſtolus Paulus ſcribit ad Coloſſenſes, capite. 1. vbi etiam de Dei filio ſermonē faciens ſic ait. Qui eſt imago inuiſibilis Dei, primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa in cælis & in terra. Ecce ergo quemadmodū in hoc etiam ſenſu accipi poſsūt, libri huius verba, ita ſcilicet vt in eis, primogeniti filij Dei ſacramentū deſignetur. Igitur hi duo ſenſus in hac ſcriptura, veluti illius myſteria & ſacramenta reperiri poſſunt, & ni ego fallor, ambo quidem in litterali ſenſu, & ſub litteræ cortice, ab ipſo Spiritu ſancto intenti.

Expoſitio. Sap. 7.

Expoſitio. Hebrę. 1.

C

Expoſitio. Coloſ. 1.

A

¶ In ſcriptura pſalmorum Dauid regis, ꝙ vtrumq; inueniatur aſſerere poſſumus, ſcilicet, ꝙ litterales plurimi, & myſtici etiam reperiantur ſenſus, de qua inquam ſcriptura, omnia ſimul verificari poſſunt, quæ apoſtolus Paulus in 2. ad Timotheum epiſtola, capite. 3. ſcribit cùm ait. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiēdum in iuſtitia, vt perfectus ſit omnis homo, ad omne opus bonum inſtructus: quę verba in aliquibus ſcripturæ locis, partim verum habent. Alia quippe eius loca, vni propoſito deſeruiunt. Alia verò alteri, de Pſalmorum verò doctrina, omnia ſimul verificari poſſunt, quia in ea homo in bene viuendi moribus inſtruitur. Hæc etiam aptiſsima doctrina eſt ad reuincendum rebellem hominē, & duram eius ceruicem comprimendam. Hic prętereà peruerſus homo

15. myſterij locus, Pſalmi.

B

Expoſitio, 2. Timoth. 3.

C

A homo à ſuis corripitur delictis, ac tandem pſalmorum lectio, ad omne opus bonum cuiuſcumque hominis & ſtatus, ſingularis quę dam eſt inſtructio.

Pſalmorũ ad oĩa ſingularis lectio.

Pſalmorũ plan' ſenſus.

¶ Iuxta hanc igitur ſententiã, aliqui ſunt pſalmorum, qui nullũ aliud in ſe myſteriũ continere videntur, præter id, quod littera ipſa deſignat. Cuius quidem conditionis, videtur illa pſalmorum doctrina, quæ nobis Dei miſericordiam, bonitatem & iuſtitiam prædicãt, quemadmodum pſalmus ille eſt ſecundus: Qui habitat in cælis, irridebit eos, & dominus ſubſanauit eos. Tunc loquetur ad illos in ira ſua, cum

Pſal. 2.

B cæteris, qui in eodem ſequuntur pſalmo verſiculis. In eadem etiam conſequentia eſt pſalmus ſeptimus: Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrabit. Item etiam vigeſimus pſalmus, cuius verba ſunt: Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, do-

Pſalm. 7

C minus in ira ſua conturbabit eos & deuorabit eos ignis. Omnes ſiquidem tres pſalmi, de riguroſiſsima illa iuſtitia agunt, quam Deus in ſupremo iudicij die, in malos exercebit. Eiuſdem præterea formæ eſt, pſalmus trigeſimus tertius, qui hippocritas homines apertè corrigit, eorumq́ue compoſitæ vitę ſimulationem auferre conatur, eoſq́ue à temeritate maxima retrahere intendit, qua res ipſas ſpitituales indigne tractare attentant.

Pſal. 33.

Huiuſcemodi eſt etiam doctrinæ, pſalmus quinquageſimus, cum cæteris ſex, qui penitentiales vocantur, qui omnes eam docent formam, quam homines in peccatorum ſuorum pœnittentia obſeruare debent, in quibus omnibus non aliud videtur reperiri myſterium, quàm moralis quædam doctrina, quæ peccatoris contritionem reſpicit, & quæ vitæ hominum, recte viuendi modum imponit. A

Pſalmi penitẽtiales.

¶ At vero alia eſt pſalmorum doctrina, quæ myſterijs, multiſq́ue ſcaturiunt ſacramentis, in quorum lectione profundius ſtudendum eſt, quam quod ipſa litteræ ſuperficies demonſtrat, iuxta illum Lucæ euangeliſtæ locum, capite vigeſimo quarto, vbi Chriſtus hæc ipſa ſacramenta, in pſalmis fore prędixit, cum ait: Neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & prophetis, & pſal. de me, Vbi apertè ait, quòd ſicut in lege veteri, & prophetis, de Ieſu Chriſto redemptore noſtro, ſacramenta plurima figurata fuerunt, ſic etiam in pſalmis de eodem multa reperiũtur deſignata myſteria. Quẽadmodum apparet pſalmum illum. 84. eſſe, qui humanæ redemptionis myſterium illuminat, ipſiuſq́ue Meſsiæ in mundum ſanctiſsimum aduentum exprimit. Ait ſiquidem. Benedixiſti domine terram tuam, auertiſti captiuitatem Iacob, remiſiſti

Pſal. myſteria cõtinentes

B

Expoſitio. Lucę. 24.

C

pſal. 84.

V 5 ini-

A iniquitatem plebis tuæ, operuiſti omnia peccata eorum. Quæ verba cum cęteris, quę in eodem pſalmo ſequuntur, Ieſu Chriſti incarnationem annuntiant, ibi enim propriè miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, Iuſtitia & pax oſculatę ſunt, ibi veritas ipſa propriè de terra orta eſt, atq; diuina iuſtitia clementiſsimis oculis nos de cęlo proſpexit.

pſal. 21.

¶ Hoc idem dicere valebimus de pſalmo 21. qui manifeſtè paſ-
B ſionis domini noſtri Ieſu Chriſti myſterium illuminat, quod profectò perſpicuum eſt, nam prętерquam ꝙ verba ipſa hoc demõſtrant, huius teſtimonium euangelium ipſum perhibet: nã quod in verſu illo dicitur, diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, hoc idem Ioannes euangeliſta capite. 19. in Chriſti paſsione adimpletum fuiſſe illuminat. Prętereà etiam id quod in primo eiuſdem pſalmi verſu legitur: Deus deus meus
C reſpice in me, quare me dereliquiſti, Euangeliſta Matthęus capite. 27. in eadem Chriſti paſsione fuiſſe confirmatum affirmat, quãdo Chriſtus in cruce poſitus ad patrem ſuum dixit: Heli heli, Lamazabatani, quod eſt interpretatum, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me. Ad hũc igitur modum, qui hanc pſalmorũ ſcripturã legerit, illorũ aliquos reperiet pſalmos, in quorũ phraſi & dicendi ſtilo, ſtatim percipiet myſterioſos eſſe, atq; ſacramenta

Expoſitio. Ioannis. 19.

Expoſitio. Matth. 27

aliqua in ſe cõtinere. Et eos etiã A
qui ſincerã & planã doctrinã moralẽ afferãt, illico in ipſorũ lectione & literę ſuperficie dignoſcet.

Cantica.

¶ De pſalmis autẽ, qui in pſalterij fine reponuntur, qui cantica denominãtur, nulli dubiũ eſt, niſi ꝙ eo preciſè fine & propoſito, aſſumenda ſunt quo ipſa ſunt cõpoſita, ſiquidẽ aliqua illorũ, nihil aliud ſunt, quã deo gratiarũ actiones quędã, propter innumera beneficia, & immenſam clementiã, quę magnifice deus hominibus cõtulit, neq; alia videntur in eis requirenda myſteria, quã ꝙ ipſorũ
litterę ſuperficies ſonat, ſicuti eſt B
cãticũ illud: Ego dixi in dimidio dierũ meorũ vadã ad portas inferi, quod ſcribit Iſaias propheta, ca. 38. eſt enim gratiarũ epilogus quidã, quas Ezechias rex deo retulit, pro vitæ ſuæ longitudine, quã deus ſibi addiderat, nimirũ quia prius propheta ſibi ex parte dei annũtiauerat, vt domui ſuę diſponeret, quippe qui cito moriturus eſſet. Idẽ dicendũ eſt de cãti- C
co: Exultauit cor meũ in dño, qđ adducitur. 1. Reg. c. 2. vbi Anna propheriſa in gẽtes deo egit gratias quia cũ antea ſterilis eſſet, ei⁹ lachrymas & gemitus Deus exaudiuit, ac demum, petitum filium ſibi donauit, Samuelem ſcilicet prophetam. Eiuſdem etiam formæ eſt canticum illud, Cãtemus domino glorioſè enim magnificatus eſt, quod habetur Exodi capite. 15. quod immenſas benedictiones

Ego dixi Iſai. 38.

Exultauit cor meũ in dño. 1. regũ. 2.

Cãtem⁹ dño. exodi. 15

A nes continet, quas Moyſes, totusq; Iſraëliticus populus Deo dederunt, pro inſigni illa & nũquam ſatis laudata victoria, quã Deus illis de inimicis ſuis Egyptijs, in tranſitu maris rubri cõtulit. Vbi certè hoc precisè videtur ineſſe myſterium, quod hiſtoria ipſa deſignat, etſi verum ſit ꝙ ſcriptores aliqui, victoriam illã hic figuratam fuiſſe teſtãtur, quã Chriſtus in morte ſua conſequutus fuit, dum inimicum dæmonẽ deuicit, hominumque animas ex diaboli captiuerio eduxit. Quo fit, vt ſicut Iſraëliticus populus, ita & nos immenſas Deo gratias debeamus.

Figura. Exo. 15.

B Idem dicendum eſt de cantico illo, benedicite omnia opera domini domino, quod per Danielem prophetã capite. 3. adducitur, cumulus enim quidam gratiarum actionum eſt, quas tres illi pueri, Ananias, Azarias, & Miſael, in ardẽti fornace poſiti, Deo egerunt, cũ ignis flãmæ, ne eos cõbureret miraculoſè detẽtæ ſunt. Itaq; huiuſcemodi cantica omnia in ſcriptura ſua, hoc myſterij in ſe habere videntur, quod eorum propoſitum & finis, quo ſunt cõpoſita, requirit. Vnde iuxta eorũ eſſe, nomina etiam ſibi ſunt impoſita. Propriè ſiquidem cãtica vocantur, ſunt quippe gratiarum &

Benedicite omnia opera. Danie. 3.

Vnde cãtica vocantur.

C laudum, ſuauiſsimę quędam Deo dicatæ cantilenę, propter mirifica opera, quæ cùm hominibus diuina ipſa maieſtas operari dignata eſt.

A ¶Hoc tamen quod diximus, ſcilicet in huiuſcemodi canticis, ſiue pſalmis, ſacramentum aliud, vt in plurimum non ineſſe, præter id quod cuiuſlibet cãtici propoſitum deſignat, de principali cantici argumento, quo à principio conſtitutum eſt intelligo. Cęterum, ꝙ in alicuius cantici ſeorſum peculiari verſu, myſterium aliquod eſſe poſsit, vltra id quod littera ipſa deſignat, non negamus, quia hoc idẽ in cæteris ſcripturæ ſanctæ locis cõtingere etiã poteſt, nam præter commune totius loci argumentum, verba in particulari myſterium aliquod ſeu ſacramentum includere optime poſſunt.

Intelligẽtia dictorum.

B ¶At verò canticum illud, audite cęli quę loquor, quod in Deuteronomio habetur, capite. 32. & ſi à ſupradictis differat canticis, in hoc ꝙ gratiarum actiones, in ſe ipſo non contineat, pro peculiari aliqua obtenta victoria, aut ſingulari aliquo à Deo præſtito beneficio, ſicut cætera quæ modo retulimus cantica: conuenit tamen cùm ipſis quantum ad hoc, ꝙ ſincera exiſtit hiſtoria quędã & plana, quæ Iſraëlitici populi infidelitates, temeritates & idolatrias,

Audite cæli. Deu. 32.

C continet, quæ contra Deum pluries, poſtquam in terram promiſſionis ingreſſus eſt, perpetrauit. Nam etſi Moyſes, qui hoc compoſuit canticum, hęc populi mala & peccata attingere nõ valuit, quia ante terræ promiſsionis ingreſſum,

Moyſes

A ſum, morte præuentus eſt, Deus tamen hæc mala quæ poſtmodum ventura erant pręueniens, Moyſi iam morituro iuſsit, in ſpiritu prophetię canticum hoc componere, vt tanquam ſuorum ſcelerum exemplar, ipſi Iſraëlitico populo in perpetuum maneret.

Dñe audiui auditũ tuũ & timui, Abacu. 3. myſterioſum nimis.

¶Canticum autem illud, Domine audiui auditionẽ tuam & timui, quod Abacuch propheta, capite. 3. adducit, aliorum canticorum cenſura metiri nõ poteſt. Eſt nãq; ſcriptura quædam, tam plena myſterijs, obſcuriſsimiſq; inuoluta ſacramentis, quòd propter eius nimiam difficultatẽ, Hebręi inter quatuor ſcripturæ ſacrę difficiliora loca, quæ in veteri reperiuntur teſtamento, ipſum B reponant. Quapropter aliqui iudęorum ei titulum imponunt, pro ignorantijs, vel pro ignorationibus. Quod eſt dicere, canticum hoc talia in ſe ipſo continere myſteria, quæ homines attingere difficilè poſsũt, quouſq; Meſſias ipſe veniret, cuius iam fœliciſsimo tempore, omnia in lucem prodire haberent, & ita certè veriſsimum eſt, ꝙ tota cãtici huius loquutio, ſub figuris & metaphoris atque prouerbijs deuoluitur, quare non ſine fundamẽto maximo cõcionator euãgelicus, ꝓfunda hic poterit inquirere miſteria C

Confitebor tibi domine Iſai. 12.

¶Canticum illud confitebor tibi domine, quoniam iratus eſt mihi, quod Iſaias propheta, capite. 12. adducit, myſterioſum etiam eſt, nam in eo Iſaias propheta, eo A prophetiæ ſpiritu, quẽ à Deo fuerat conſequutus, totiùs Eccleſiæ chriſtianæ vice, ſummas Deo reddit gratias, pro ſalute & totiùs mundi redemptione, quam in tẽpore gratiæ, operaturus erat, excluſa iam procul ira & tędio, quę propter primorum parentum prę uaricationem, vſque ad id tempòris durauerat. Item etiam laudes has propheta Deo decantat, propter abundantiam, nimiamq; bonorum temporalium fœlicitatẽ, quæ eo maximè apparuit tempore, qua de cauſa eos qui huiuſmodi beneficijs, tam magnificè præſtitis vſi ſunt, prouocat quidẽ cãticum iſtud, vt Deo maximo im- B menſas laudes, pro ipſis obtentis beneficijs referant.

Liber, Iob.

¶Scriptura prophetæ Iob, hiſtoria quędam eſt, quę de eis laboribus & perſecutionibus agit, quas Deus ipſi Iob prophetæ intulit, quæ etiam de patientia, quã in eorum tollerantia habuit, tractat, in hunc finem, vt Deus eiuſdem prophetæ, virtutem, firmitatem, fidelitatemque probaret. Et in huius hiſtoriæ principali propoſito, nullum aliud ſacramẽtum apparere videtur, quàm quod hiſtoria ipſa ſonat. Eſtò verum ſit, ꝙ in peculiaribus colloquutionibus, quæ inter Iob & amicos eius de eiuſdem miſeria & calamitate, adinuicem habitæ ſunt, cæleſtia admodum, & profundiſsima adumbrata ſunt ſacramenta, quæ C

Expoſitio, libri Iob.

tum

A tum ſuperna multa, tum etiã mores hominum tangunt, quandoquidem doctrina eſt, nõ ſicut hominis præciſè tẽtati & perſequuti, ſed tanquã prophetæ, qui per verba quæ exterius protulit, aliud demonſtrare intendit, quã de ſuis conqueri laboribus & miſerijs. Vnde beatus Gregorius in moralibus ingenioſiſsime, grandi cura ſummo opere conatur, myſteria quę ibi includuntur in lucem educere. Neſcio tamen an B temeritati tribuendum eſſet, dicere, plura eſſe myſteria, quæ author hoc in loco excitat quã quæ ſcriptura ipſa exigit. Et ꝙ in hoc fuerit exceſsiuus. Hoc tamen dixerim me neſcire, ſi temeritati tribuendũ ſit, de ſanctiſsimo hoc viro tale aliquid aſſerere, quia cum ex vna parte, tãta fuerit ſanctimonia præditus, eccleſiæque catholicæ tam egregius doctor, atque à Deo, tãquam ſpiritus ſancti organũ, peculiariter electus vt ſuam vtiq; hominibus in terra interpretaretur chriſtianam legem. Ex hac inquam parte, cre C do vere, multa in ſacræ ſcripturæ lectione, ſanctiſsimũ hunc virũ attigiſſe, quę homines, ingenio ſuo attingere nõ valẽt, temerariuſq; appareret, qui abſolutè de tã graui & religioſo homine aliud dixiſſet. Ex alia verò parte loca ipſa, quę litterã & textũ ipſius prophetę cõcernũt, clarè deſignare videntur, hos tã allegoricos & annagogicos ſenſus, tropologicoſq; nõ expoſcere: ſed ego

Notãdũ

in tã graui negotio, quid eſſet reſolutoriè dicendũ, minimè audere cẽſere. Attamẽ catholicũ magis & certius eſſe exiſtimo, doctorem hũc eximium & ſanctiſsimũ, in ſcriptis ſuis debere maximè venerari, cùm aliàs errorem aliquem nõ contineat, qui fidei noſtrę cõtradicat: hoc inquam rectiùs cenſendum eſſe puto, quàm abſolute & temerariè totũ abnegare. Hoc ſiquidem eorum hominum eſt cõditio, qui quã primum aliquid ingenij ſui capacitas nõ perceperit, ſtatim raſa frõte cõdẽnãt, & deliramentũ eſſe iudicãt. Qui ſi in ſcripturę ſanctæ lectione, ſatis fuiſſẽt enutriti, myſteria noua minimè admirarẽtur, quæ doctores ſancti, ſpũ ſancto inſpirati, quotidie ediſſerũt. Et quidẽ propter honorẽ ſibi debitũ, eorũ taceo nomina, qui in hac parte tã libere in ſanctiſsimũ hunc virũ verba euomere non verentur. Hiſtoriales libri Reg. videlicet Iud. & Ioſue, apertè cõſtat claras eſſe bellorũ hiſtorias, aliorumq; operũ inſignium, quæ in bellicis exercitijs, & militari arte geſta reperiũtur, in quib' vix reperitur myſteriũ aliquod, pręter id quod in littera cõtinetur: Et ſi verũ ſit ꝙ in peculiaribus quibuſdã locis ſub ipſa ſuperficie litteræ, aliqua ſint incluſa myſteria. Quẽadmodum conſtat ex victoria illa, quæ habetur Iudicum. cap. 7. vbi Gedeon potentiſsimus ille dux cum Madianitarum ciuitatem, ex ipſius Dei mandato debellaturus

A Venerãdus maxime Grego.

B

Libri hiſtoriales

C

Figura. Iudic. 7.

A acceſsiſſet, omnem gentem prius armis munitam, omneque armorum genus à ſe procul abiecit, ſolumque treceˉtos elegit viros, qui non flexis genibus, nec buccis in aqua immerſis, aquam ipſam biberent, ſed qui ſtantes ex fonte aquam manibus lamberunt. Qui omnes ſic inermes, lagenas quaſdam in altera accipientes manu, intra quas ardentes continebantur lampades, in altera verò buccinas quaſdam tenentes, qui ſic diſpoſiti & parati, ciuitatem ipſam vallantes, lagenas fregerunt,
B & buccinarum ſonitu & lampadarum lumine, inimici omnes ciuitatem deſerentes, in fugam conuerſi ſunt. Locus hic nemini dubium, quin ſuapte natura myſterium requirat, hęc quippe noua debellandi forma, & inter homines tam inuſitata, aliquod aliud ineſſe myſterium demonſtrat, quā ipſa textus littera exterius ſignat, & ita loci huius ſacramentum Iſaias propheta c. 9. exponit. Ait enim nouam hanc debellandi formā eam fuiſſe, qua
C verus ipſe Meſsias Chriſtus in incarnatione ſua mūdum deuicit, vbi ſecluſa penitus omni armorū potentia, ſuęq; ſolū diuinę potentiæ innixus virtuti, vniuerſū orbē proſtrauit. Et hac de cauſa paſsionis ſuæ tēpore, vbi iam debellare mundum incipiebat, gladiū in vaginā mittere Petro pręcepit, quia nimirum iam tempus aderat, vbi nō armorū vi, ſed perſecutionū tolerātia inimici erāt A deuincendi. Luteas autē in hoc bello fregiſſe lagenas, nihil aliud fuit, quā ꝙ in virtutis bello, ſactorū corpora, inimicorū martyrio exponēda erāt. Quod vtiq; Chriſtus ipſe prior in paſsione ſua fecit, ibi namq; ſuū ſacratiſſimū corpus, libenter inimicis percutiendū obtulit. Cuius etiā apoſtoli, diuerſorum generū martirijs, ſua gratanter expoſuerunt corpora, & hoc in mundo proprium fuit Dei admirabile opus B ꝙ videlicet peccatorū negociū ſola paſsionis ſuæ tolerantia concluſit: quod tamen ſæculi huius potentiores, armorū potentia finire minimè valuerunt. Et hæc ſunt Iſaiæ prophetæ verba, in capite præallegato, vbi de ipſa Ieſu Chriſti incarnatione loquēs ait lętabuntur corā te, ſicut qui lętātur in meſſe, & ſicut exultant victores capta præda, quando diuidunt ſpolia. Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius ſuperaſti, ſicut in die Madian. Vbi in hoc verbo Madian, deſignat C bellum illud, in Chriſti paſsione adimpletum fuiſſe, quia ſine armis, ſola ſuæ virtutis potentia, fretus, vniuerſum mundum proſtrauit.

¶ Eſt etiam maximi myſterij & ſacramēti, locus ille Ioſue, cap. 6. vbi nouus traditur modus, quo Ioſue, ciuitatē Iherico expugnauit. Fuit quippe noua penitus, admirabiliſque debellandi forma nam

Myſterium.

Expoſitio. Iſai. 9

Figura. Ioa. 18

mira dei potētia.

Figura, Ioſue. 6.

A nam cum ſepties circuiſſent ciuitatem, ſine armis aut aliqua alia machinarũ induſtria, buccinas dumtaxat iubilei concrepantes, ſubito omnes ciuitatis muri funditus corruerunt, vbi euidenter myſterium hoc, & admirabile nimis, inſinuatur factum.

Figura. 1.reg.17. Modus etiam, quem Dauid aſſumpſit, ad debellandum gigantem illum Philiſteum. Cuius hiſtoria. 1. Regum libro, capite. 17. deſcribitur, fuit etiam myſterioſus valde, quia cùm iuuenis eſſet & incultus ouium paſtor, necnon & à fratribus ſuis vilipendio habitus deiectis à ſe Saulis regis armis, fundamq; dumtaxat manu te- B nens, & quinque limpidiſsimis lapidibus in peram iniectis, altera manu baculum paſtoralem complectens, ingentem, hominibusq; formidabilẽ victoriam obtinuit, dum beſtiam illam capite trumcauit, vbi totum Iſraëliticum populum, à moleſta, qua tenebãtur oppręſsione, in libertatem reſtituit. Hoc inquam opus, totum miraculoſum fuit, & ſacramẽto plenum, Myſterium. nam ſecundum ſanctorum expoſitionem, idem penitus hic figuratum fuit, quod in bello Madiã geſtum eſt, quia eadẽ fuit Ieſu Chriſti victoria, quam in paſsione ſua contra dęmonem obtinuit, ſęculi huius armis & humana potentia ſecluſis, virtute ſua dumtaxat C & potentia vtens. Præterquam ꝙ ſicut in hoc, ita etiam in plurimis alijs operibus ſuis, quæ in libris Regum de inſigni hoc rege A adducũtur, redemptoris noſtri Ieſu Chriſti imaginem geſsit & figuram. Quemadmodum ex Lucę Dauid, imago Chriſti. euangeliſtæ capite. 1. conſtat, vbi angelus ad Mariam virginem de Chriſti incarnatione loquens, aſſeruit, ꝙ Deus filio, quem ipſa paritura erat, Dauid patris ſui datu- Expoſitio. Lucæ. 1. rus eſſet ſedem. Ex quibus verbis clarè colligitur, ꝙ cũ Dauid, venturi Meſsiæ carnalis pater non eſſet, figuratiuum eſſe apertè intelligebatur, & ꝙ in multis, illius deberet eſſe expreſſa figura.

## ¶CAP. XV. DE LEgis euangelicæ myſterijs.

B LEX autẽ noua, quæ euãgelica dicitur lex, non Lex noua. vtique ſcriptura eſt, quę tot ſit ſacramentis ſiue myſterijs plena ſicut ipſa extitit veteris teſtamẽti lex, quia cùm veritas ipſa ſit, quam lex altera figurabat, dũ ad veritatem iam peruentum eſt, nulla vlterius procedendi, in indagandis myſterijs, neceſsitas adeſt, quapropter euangelicus concionator, minime eget vt hic myſteria plurima atque ſacramenta excitet. Sed ꝙ ſolũ huic operi plu- C rimum inſiſtat oportet quemadmodum videlicet ſcripturæ huius propoſitum, atque verborum Chriſti proprietatem, ſuorumq; operum, in euangelio ſatis intelligat, nam vniuerſa euangelij ſui clariſsima eſt doctrina. Et cõducens

A cens maximè ad excitandum in
Intentū euāgelij nobis omne virtutum genus, ſed
præcipuè Ieſu Chriſti fidem, ꝙ ſcilicet verus ſit Deus & mundi redemptor, & ꝙ beatitudinem ipſam, tanquā verus Deus nobis cōdonare poſsit, hoc inquam ante omnia in euangelica lege oportet cōcionatorem præintelligere, & chriſtiano populo totis viribus ſuadere, hoc prætereà hic intelligere habet prædicator, ꝙ videlicet, hæc euangelica lex, conducit quidem, vt perfectā in nobis reddat charitatem, omniaq; virtutū opera, vt ſalutem tandem omnes conſequi poſsimus.

B Miſteria euāgelij ¶ Sed hoc non obſtāte, aliqua ſunt in Chriſti euangelio loca, quę myſterioſa ſūt, & ipſius beatitudinis figurā tenent. Qui ſenſus, ſicut ſupra diximus anagogicus eſt. Sunt etiam in euangelica lege res aliæ, quę eorum figuram tenent, quæ in Iudęorum perditionem accidere habebant, propter eorum nimiam ingratitudinem & malitiam, atque craſſam, quam de Deo habebant ignorantiam.

¶ Eorum igitur, quæ in euāgelio continentur, myſteria aliqua
C ipſemet Chriſtus, interprętatus eſt. Quemadmodū locus ille fuit Matthæi capite. 13. de tritici ſeminatione, & alius etiam eiuſdem Matthæi capite. 21. de vinea, quā pater familias colonibus locauit, vbi Iudęorum perditionem futuram illuminauit, & mala ſimul quæ ſuper eos ventura erant prędixit. Alia vero obſcuriora euangelij loca, ſanctorum expoſitioni atque doctorum, prędicatorumq; ſtudio relicta ſunt, qui litterarū exercitio, ſimul atq; virtute ipſa, & aſsidua pariter oratione, eorū intelligentiā à Deo obtinere meruiſſent, ſicuti parabola illa eſt, quam Lucas euangeliſta. 14. capite adducit de cena magna, quam homo quidam fecit, quæ beatitudinis myſterium in ſe continet, & ſicut etiam locus ille eſt, ex Luca capite. 16. de filio prodigo, cū cæteris his euangelicis locis ſimilibus.

Expoſitio. Matthæ. 13. Mat. 21.

A

Figura. Luc. 14.

Figura. Luc. 16.

¶ Sunt prætereà aliqua Ieſu Chriſti opera, myſteria deſignantia, quæ in infirmorum cura operatus eſt, ſicut locus ille Ioannis, capite. 9. demonſtrat, vbi cum viſum cuidam cęco voluntate ſua dumtaxat, aut certè ſolo verbo reſtituere poſſet, multis in cęci illius ſalute cærimonijs vſus fuit. Primo enim ex ſputo lutū fecit: Secundo, eodem luto oculos eius liniuit, & tandem ad piſcinā, quę natatoria Syloe dicebatur (vt ibi ſe lauaret) ire præcepit, quæ omnia myſterium aliquod ibi eſſe, ſignificant. Nam tot cærimonijs ad ſalutem huius cęci vti, myſterio non vacat: ſi enim ſecretum hoc ſiue ſacramentum deeſſet, loci huius littera, iudicio noſtro nimium eſſet diſſonans. Idem omnino dicendum apparet, de muto illo, & ſurdo, quē diuus Marcus capite.

B Figura. Ioan. 9.

C

pite.

A pite.7.refert,in cuius ſalute, aliquibus Chriſtus vſus eſt etiam cęrimonijs,ſicuti fuit digitos in eiꝰ auriculas mittere, eiuſque linguam oris ſputo tangere, ac demum illa proferre verba, efeta, quod eſt aperire. Quapropter non immerito, loci huius myſterium, à concionatore indagandũ erit.

Figura. Marc.7.

Liber Apocal.

¶Hoc idem iudicãdum eſt, de Apocalypſis libri lectione, quæ diuina quędam fuit reuelatio, ipſi apoſtolo Ioanni facta, quę mirificis ſacramẽtis & myſterijs repletur, vſque adeò, vt diuus Hieronymus dicat, tot eſſe eius myſteria, quot verba. Quod ꝑfectò ex hoc B ſolùm manifeſtum eſt, quia ſi huiuſmodi ſacramẽtis, hiſtoria hæc vacaret, diſſonans admodum appareret hominibus Apocalypſis liber.

Hiero.

¶Cæterùm alia ſunt in euãgelio quam plurima loca, in quibus myſteria ſuſcitare, potius impoſita viderentur quã iuxta hiſtoriæ ꝓprietatẽ legitimè adducta. Quẽ admodum locus ille eſt Lucæ, capite.18. vbi de alterius cæci ſalute agitur, qui importunè à Chriſto oculorum viſum petens, ſolo verbo viſum ſibi reſtituit, dicẽs, reſpice, fides tua te ſaluum fecit. Nullis ſiquidem in infirmi huius ſalute vſus eſt cærimonijs, C præterquam, ſuam in eum exercere virtutem & poteſtatem, eiuſdẽque infirmi maximam extollere fidem. Et alia hic ſuſcitare ſacramenta, abſq; fundamẽto quidem appareret, præter hoc, quod eſt cęci illius fidem ſublimare, chriſtianoq; populo exagerare, quàm ſit potens ipſius fidei virtus, cum prope ſemper, ſi viua eſt, ab ipſius Dei pectore, quod petit efficaciter obtineat. A

Expoſitio, Lucæ.18.

Virtus fidei.

¶Adducitur etiam Matthęi capite.14. inſigne illud redemptoris noſtri miraculũ, vbi in deſerto quinq; millia hominũ, quinq; dũtaxat panibus & duobus piſcibus ſaturauit, in qua hiſtoria omnia planiſsima apparent, quia ibi Chriſtus tanquam miſericordiæ & totius clementiæ pater, tot hominum millia miſertus fuit, quia pedeſtres, tribus diebus per deſerta loca, eum ſequuti fuerant, domibus ſuis atq. ſubſtãtijs & filijs relictis. Qui cùm iam fameſcere inciperẽt, decreuit vtiq; diuina maieſtas, hoc tam immenſum miſericordiæ opus in eos exercere, necnon omnibus virtutis ſuę potentiam demonſtrare, in hoc ſcilicet, ꝙ in deſerto, vbi nulla ciborũ aderat opportunitas, tanquam verus Deus potẽs erat, vt ex quinq; dumtaxat panibus & duobus piſcibus, eos ſaturare poſſet, ac perconſequens, quòd à minimo vſque ad maximum omnes tandem intellexiſſent, quòd verus eſſet Meſsias, qui pro reparatione noſtra in mundum veniſſet. Et cùm hoc ita ſit, non deſunt, prædicatorum quàm plurimi, qui locum iſtum tot imbuunt ſacramentis, B C

Expoſitio. Matthęi. 14.

A quot ſunt litteræ, quia nihil eſt in vita, quod de his duodecim cofinis, & quinq; panibus, duobuſq; piſcibus, necnon de fœno, in quo ſedentes erãt fieri poſsit, quod ipſi non faciant. Sunt enim aliqui, qui quinq; panes, quinq; hominũ ſenſus intelligant, alij verò quinque redẽptoris noſtri plagas, cęterum alij quinq; Moyſi libros, ita vt iam nõ deſit, niſi ꝙ omnem rerum quinarium numerum, hic interſerant.

Exceſſus concionatorum.

Expoſitio. Ioãnis. 11.

¶ Idem dicendũ videtur, de admirabili illa Lazari reſurrectione, quę Ioãnis. 11. capite habetur, quem quatuor iam ab eius morte B trãſactis diebus, à ſepulchro Chriſtus ſuſcitauit, vt in hoc hominibus gloriam ſuam, & poteſtatem oſtenderet. Item & peculiarẽ amicitiam, quam erga Lazarũ, eiuſq; amãtiſsimas gerebat ſorores. Præterea etiã, vt hoc admirabili opere, rebelles iudęorum animos, atque eorum proterua corda efficaciter commoueret, eoſq; in verã ſui agnitionẽ adduceret, ob hoc inquã decreuit tam publicè, prodigium hoc in terra demõſtrare. Quemadmodum patet ex reſponſione, quam in euangelio ipſemet C Chriſtus dedit dicens. Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, ac ſi dixiſſet clarius: finis infirmitatis huius, hoc pręciſè eſt, videlicet Dei gloriã & omnipotentiam, coram hominibus demonſtrare, in admiranda hominis iſtius reſurrectione. Et hac

Expoſitio, Ioãnis. 11.

de cauſa non illico poſt mortem A ad Lazarum venit, ſed quatuor his diebus demoratus eſt, vt homo ille, qui in ſepulchro iacebat, vermib' prius ſcaturiret, vt hinc aperte omnes conciperent, opus illud patentiſsimum eſſe miraculum, & quod niſi Deus eſſet, minime illud virtute ſua operari valeret, & hoc omnibus, deitatis ei' efficaciſsimum eſſet argumentũ, dum Chriſtũ ex fœtore illo, & putridiſsimis vermibus, hominis vitã educere viderẽt, & cũ hiſtoria hęc tam plana ſit & clara, tot prædicatores de hac Lazari morte prędicãt ſacramẽta, ꝙ ſi plura nõ loquũtur, hoc vtiq; eſt, quia plura non inueniunt. Quod autẽ miraculi huius intentus finis & propoſitũ ſit, vt redẽptor noſter B tanquã verus Deus, gloriã ſuã hominibus manifeſtaret, hoc ipſemet Ieſus Chriſtus, eius qui Lazari infirmitatem denũciare venerãt, expræſſè reſpõdit, ait namq; textus, infirmitas hæc nõ eſt ad mortem ſed pro gloria Dei. Hac igitur via multa euangelij loca concionatores ediſſerunt, quę quam plurimis implent myſticis ſenſibus, quorũ ſi in littera ipſa legitimũ fundamẽtum inquiras, minime inuenies, niſi concionatoris fortaſſe C meram curioſitatem, ſiue merã dumtaxat voluntatem, qui ſic auditoribus pro ſuo beneplacito prædicare decreuit, & ſanctę ſcripturę loca pluſquam decet, myſterioſa facere.

Prędicatorũ exceſſus.

¶ Verun-

A

Cenſura doctorũ.

¶Verumtamen, hoc quod huc vſque diximus, videlicet in ſcripturę ſanctę locis, myſteria requirenda non eſſe, vbi locus ille non exegerit, & vbi in eo huiuſmodi myſterij non extiterit fundamentum, hoc inquã intelligo, niſi in ipſamet ſacra ſcriptura, eiuſdẽ loci myſteriũ ſiue ſacramentũ tale expoſitum fuerit, aut certè, niſi ex ſanctorũ lectione, qui talia interpretantur loca, aliter fuerit declaratum. Quia Spiritus ſanctus, qui ipſius ſcripturæ autor eſt, & qui etiã per doctores ſanctos, tãquam per ſcripturæ organa eſt loquutꝰ, potuit quidem in ipſis ſacræ paginæ hiſtorijs, id prætendere, quod

B

nos ignorãtiſsimi homines attingere nõ valemus. Sicut ex illo Geneſis cap. 13. conſtare videtur, vbi legitur Abrahã duos habuiſſe filios, alterũ de vxore propria, alterũ verò de ancilla. Ex quibus verbis Paulus apoſtolus ad Galatas cap. 4. ſacramẽtũ quoddã intelligit, dicẽs per duos illos filios, duo allegoricę intelligi teſtamẽta ſcilicet veteris & nouę legis, qui locus, ſi iuxta eius litterę corticem noſtro relinqueretur iudicio, tale ibi recondi ſacramentum minime iudicaremus.

Figura, Gen. 13

Expoſitio. Gal. 4.

Figura. Ioan. 11

¶Pręterea in hiſtoria illa mortui Lazari, quę habetur Ioãnis capite. 11. in modo quo Chriſtus illũ

C

à morte ſuſcitauit, aliqui ſanctorũ ſacramẽti pœnitẽtię cõditiones fũdãt. Primò nãq; ſuperpoſitũ ſepulchro lapidẽ tolli iuſsit. Secũdo manuũ, pedũq; ligamẽta ſolui pręcepit. Ac demũ tertio, vt eũ libere abire permitterẽt præcepit, In his inquã reſurrectionis huius cęrimonijs, pœnitentię myſteriũ multi ſanctorũ fundãt, quę nimirũ, quia ſanctorũ exiſtit doctrina, illi caput flectere oportet, ipſoſq; in omnibus ſumme venerari. A

Sãcti venerandi.

¶Hoc inquam dixerim, quia in his quæ hucuſq; de ſacræ ſcripturæ myſterijs & ſacramẽtis diximus, nequaquam intendimus ſanctorum linguã, eorumq; ſcripturã in huiuſmodi myſterijs in aliquo taxare, ſed neq; digito tangere, quãdoquidem ſancti, feruẽtiſſimo eo ſpiritu, quẽ ſibi Deus tam magnifice elargitus eſt, & ex ſecretorum Dei profundiſsima intelligẽtia, multa de ſcriptura ſancta attigerũt, ibiq; myſteria multa & ſacramẽta adinuenerũt, quę extra noſtram communẽ intelligẽdi regulã omnino ſunt. Ideoq; noſtrũ eſt omni reuerẽtia ea proſequi, & ſummo item habere prætio, exiſtimãtes in hoc, ingenij noſtri paruitatẽ ad id attingere minime poſſe, quod ipſi ſancti Dei homines, peculiari Dei auxilio veſtiti, intellexerunt. Sed intentum meũ in hac parte eſt nẽpe euãgelicos cõcionatores cõmonere, vt in ſcripturæ ſanctę myſteriorum indagatione, ſeſe temperẽt, maximamque in ſcripturæ inquirẽdis ſacramẽtis attentionem teneant, vt quantum in ſe eſt, eiuſdem ſcripturæ proprietatem ſeruent, B C

Concionatorũ attẽtio.

Intentũ auctoris

A maximè cũ homines ſint, qui in
hac parte non vſque adeò ſpecia-
le Dei auxiliũ & pignus in ſe ha-
bẽt, vt ſcripturę ſanctę myſteria
interprętentur, ſicuti in hoc arti
culo ſancti omnes cõſequuti ſũt.
In quibus peculiaris fuit ſemper
Prępogatiua ſanctorum. Spiritus ſãcti pręrogatiua & aſ-
ſiſtẽtia, vt in allegoricis ſenſibus
ſeſe ſupra expoſitores alios, exten
dere poſsẽt, in hoc inquã, nõ vſq;
adeò ſemper ſanctos ipſos, in om
Sancti, non in omnib' imitãdi. nibus imitari admoneo, ſed ꝙ prę
miſſam à nobis regulam & docu-
mentum, veluti principalẽ lectio
nem teneãt, & ꝙ ſemper litteralẽ
ſenſum quantũ in ſe fuerit ſeruẽt,
B in allegoricis autem & myſticis
ſenſibus, doctiores viros, atq; ſan-
ctorũ lectionem cõſulant. Et poſt
modum, hæc omnia cùm loci pro
prietate, quem tractant, conferãt,
nõ enim negamus, quin ſuo tẽpo
re, cũ opportunitas adeſt, myſtici
ſenſus conducãt maximè, pręſer-
tim moralis ad hominũ cõponen
dam religioſam vitam, cũ hoc ta-
mẽ regula à nobis pręfixa certior
eſt ac tutior, ſic enim prædicator
quiſque, in ſana ſcripturæ ſanctæ
intelligentia rectiùs procedet.
Quia nimirum tanta eſt iam in
ſcriptoribus, euangeliciſque con
C cionatoribus myſticorũ ſenſuum
Litteralis ſẽſus, ſepult'. multitudo, vt litteralis ſenſus, qui
propriè ſcripturæ ſanctæ funda-
mentũ eſt, oblitus & quaſi ſepul-
tus iaceat. Cùm tamen certiſsi-
mum ſit, ꝙ pręcipua totius popu-
li chriſtiani eruditio, vt rectè in
fide catholica, atque bene viuen- A
di moribus dirigatur, in litterali
ſenſu repoſita ſit.

## ¶CAPVT. XVI. VBI argumentum cõtra ſupradictum documentum formatur, & ſoluitur.

VErumtamen, cõtra ea quę Argumentũ.
modo diximus, iam in prõ
ptu argumentum ſeſe of-
fert, reſpõdere namq; poſſent præ
dicatores omnes, quòd ſi in hu-
iuſmodi ſacræ ſcripturæ locis,
vbi hiſtoria ipſa plana eſt, & vbi
ſecundum litteræ corticem my- B
ſterium aliquod inquirendum
non apparet. Si in his inquam lo-
cis ſacramenta alia indaganda
non veniunt, neque allegorici
ſenſus paſsim excitandi, ſed lit-
teralis hiſtorię proprietas eſt ſer-
uanda, tunc temporis inquam,
concionatores, ſteriles prorſus &
doctrina vacui manerent, nam
poſtquam euangelij hiſtoriã iam
populo in pulpito retulerint, ni-
hil aliud ſibi prædicandum re-
ſtaret. Quod profectò compertiſ-
ſimũ apparet ex illa Matthęi euã Mat. 14.
gelica hiſtoria, capite. 14. quæ
de conuiuio illo agit ex quinque
panibus & duobus piſcibus, à re-
dẽptore noſtro in deſerto gentiũ
multitudini habito, nam poſtquã C
prędicator hiſtoriæ huius litterã
populo ꝓpoſuerit, ſi nõ ſibi inqui
rẽdũ eſt, quid quinq; panes, quid
piſces duo, quid denique fœnum,
&

A & duodecim coſini ſignificent, atque alia omnia, quæ hic myſticè doceri poſſēt, ſtatim ſibi à ſermone ceſſandum eſſet, nam relata euangelij littera, quid prædicandum ſit minime reſtat. Et idem omnino aſſerere poterimus de Lazari hiſtoria, quæ Ioannis. 11. capite habetur, vbi ſi non ad aliud, præter ipſius litteræ ſenſum & ſuperficiem procedēdum eſt myſterium, breuiter eſſet & hiſtoria ipſa, & prædicatoris concio concluſa, & huiuſmodi conditionis ferme eſſent omnia ſancti euangelij loca, paucißima ſiquidem ſunt, quæ myſterium tale & ſacramentum in ſe contineant.

Ioan. 11

B

Solutio.

¶ Ad hoc tamen reſpondeo, argumentum hoc ex ſententia mea & voto ſeſe hic obtuliſſe, vt hic tādem examinemus, ſi aliquis ſit in tota ſacra ſcriptura locus tā ſterilis & nudus, ꝗ ex litterali ſenſu, pro chriſtiano populo vtilior nō poſsit ellici doctrina atque proprior, quàm illa vtiq; eſſet quę allegorice ex myſticis ſenſibus educi valeat. Et ita in præſenti articulo hæc mea pro nunc ſententia eſt, ꝗ ſi prædicator euangelicus in ſacris litteris ſtudioſus fuerit, eiuſdemq; ſcripturæ iam præuiſam habuerit lectionem, ſanctorumque doctorum doctrinam aſſidue legerit, tali inquam concionatori, nullus erit in omni ſacra pagina ſterilis locus. Senſus namque litterales ipſi ſunt, quæ abundantiorem prædicatori adminiſtrant doctriuam, quæ præcipuè auditoribus admonēda neceſſario venit. Et quæ profectò, chriſtiani populi aurib9 ſuauior ſit & auidior, & ne extra propoſitum materiæ huius doctrinā extendamus, in his duobus præciſè euangelicis hiſtorijs, quas modo retulimus, ſententiam hanc explicare libet, vt inde pro alijs ſcripturæ ſacræ locis, regulam hanc prædicator quiſque deſſumat.

Auctoris ſentētia.

C

A

¶ Videndū igitur nobis eſt, quę poſsit eſſe doctrina ex illa cōuiuij hiſtoria, Matthæi capite. 14. & Marci capite. 8. quę auditoribus conducat, & ſimul tanquā ex propria ſede, litteræ proprietate ſeruata, ex verò litterali ſenſu ꝑmanet. Primum igitur dico, ꝗ ex verbis illis. Miſereor ſuper turbam, quia iam triduo ſuſtinēt me, quæ quidem verba, cauſa & origo illius miſericordię ſtiterunt, quam Chriſtus velut clementißimus pater, erga omnem illam gentium multitudinem exhibuit. Ex his inquam verbis, præcipuum quoddam argumētum, atque ipſi euangelicæ hiſtoriæ legitimum, à concionatore deſumi poteſt, de immenſa Dei miſericordia, quam erga ſuas excercet creaturas, atque de hominum nimia duritia, qua tenentur, ne ad ſe inuicem charitatis opera exerceant. Quandoquidem videmus hic, quòd ipſius Dei viſcera tam facile hominibus aperiuntur,

B

Expoſitio. Matthæ. 14. Marci. 8

Doctrina, ex litterali ſēſu.

Primū punctū.

C

A nam vix trium dierum laſsitudine homines illi defatigati erant, & non niſi in eorum proprio dũtaxat commodo, Chriſtum namq; redẽptorem noſtrum ſequuti fuerant, vt in beatitudinis via eos inſtrueret, quod profectò in eorũ ſolatium maximũ & cõmodum vergebat. Et cum hoc ita verum eſſet, tam fuit tenerrima redemptor noſter miſericordia motus, quòd nec vno temporis momento diſtulit, quin ſtatim eorum neceſsitati fuerit compaſſus, ſiquidẽ huiuſmodi conditionis fuit ſemper diuina maieſtas, ꝙ ad vnius creaturæ gemitum ſtatim flectatur.

Dei mira conditio.

Simile.

Quemadmodum in patre contingit, ꝙ ad eiuſdem filij lachrymu-
B lam quandam, rumpuntur continuo viſcera eius, & ſummo opere eum placare curat, ſibiq; in omnibus condeſcendere. Hic igitur locus propria ſedes eſt, in qua virtutis huius miſericordiæ ratio, tractari poteſt, inquirendo quidẽ, cur diuina maieſtas, tam cito in hominũ flectitur miſerijs, vt ſuã nobis illico miſecordiã impartiatur.

Ratio.

Et ratio huius eſt, quia Dei ad homines, idem eſt ordo, qui inter caput & ipſius hominis membra reperitur, ipſi namq; capiti datũ eſt (velut in quo mẽbrorum omnium theſaurus eſt repoſitus) eis

Simile.

C influere, virtutem & vitã pręſtando.

Simile.

Pręterea etiã ipſum decet caput, vt mẽbrorum calamitates & miſerias, ad viuum, magis quam ipſamet de ſe ipſis mẽbra, ſentiat, etenim pes, lapidis percuſsionem A põderare neſcit, ſed oculi pro pede plãtum aſſumunt: & frons pro eo rugas exhibet, manus etiã minime ſibi compati ſciunt, ideoq; pro ipſis, oculi lachrymas fundũt, atq; triſtitię ſigna, facies oſtẽdit, & hominis os, percuſſam manum complectẽs, deoſculatur, in ſignum cõpaſsionis eius, vt in hoc ſaltẽ doloris eius leuamẽ ſibi præſtet.

Mirus, naturæ ordo.

Simile.

Quo fit vt pro beneficio hoc, quod ab ipſo capite membra ipſa recipiunt, viciſsim etiã talia mẽbra idipſum beneficium eidẽ capiti rependant, illud à periculis protegendo: Videmus ſiquidẽ manum ipſam ſeſe pro capite opponere, vt illud à ſibi irrogata iniu- B ria defendat, pes etiam ſuo modo mouetur, & capitis dolorem in ſe ipſo oſtẽdit, & ſic in cæteris alijs corporis membris accidere videmus, ꝙ videlicet ex hac ſibi inſita naturali pietate, quandã inter ſe germanã amicitiam, & fraternitatem contrahunt, vt ſibi inuicẽ compatiantur:

Simile.

ſicuti videmus in lutoſo accidere pede, quem cõtinuo manus ipſę accipiunt, & ſordes eius tergũt, etſi denudatus eſt, eum ſtatim calciamẽto opperiũt, etſi tãdem frigore laborat, manus ipſum comprimentes, ſuomet calefaciunt calore, aut certè ipſum igni applicare conantur. Ecce igitur diuinum & naturalem C ordinem, quem Deus naturæ auctor, inter corporis membra poſuit, vt inde lectionem homines

deſu-

A deſumant, ad ſua inter ſe charitatis opera exercenda.

¶Hac igitur de cauſa, cũ inter nos & Chriſtum redemptorẽ noſtrum, idem ſit ordo, qui inter caput & corporis exiſtit mẽbra, quãdoquidem Chriſtus ipſe caput noſtrum eſt, nos autem eius mẽbra. Quemadmodũ Paulus apoſtolus ad Romanos cap. 12. expreſſè aſſerit, dũ ait. Sicut enim in vno corpore multa mẽbra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnũ corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem, alter alterius membra. Hinc B dilucidè cõſtat ꝙ in laboribus, & erũnis noſtris, quantumuis minima ſint quę patimur, Deus ipſe tã quam caput, in quo totius vitę noſtræ reſidet theſaurus, continuè nobis cõpatiatur, ſibi namq; naturale eſt nobis (veluti membris ſuis) gratiam & vitam præſtare, & ſicut filijs proprijs, illico gemitibus noſtris condeſcendere, necnõ vt verus pater manu propria, faciei noſtræ lachrymas detergere. Et omnia tandẽ quę amãtiſsimus pater, ſuis pręſtare filijs conſueuit, in nos etiã exerceat, vt nos in illo viuamus, & ipſe ſimiliter in nobis (velut omnium creator) veneretur. Quo fit præterea, vt in nobis, veluti Dei mẽbris, peculiaris C quędã oriatur obligatio, vt ei continue ſumma vigilantia inſeruiamus, noſtramq; pro eo vitam, tanquam pro noſtro verò capite, libentiſsimè opponamus. Quod pròculdubio in euãgelio de iuſtitia Deus ipſe à nobis exigit, cùm ait. Qui vult venire poſt me & nõ odit patrem ſuum & matrem, adhuc, & animam ſuam non eſt me dignus. Et iterum Lucę. 9. capite, ſi quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum & tollat crucẽ ſuam, & ſequatur me.

*Expoſitio. Roma. 12.* — *Simile.* — *Simile.* — *Simile.*

¶Hinc etiam alia quędã in nobis oritur obligatio, vt videlicet nobiſmetipſis inter nos cõpati teneamur, eo enim ꝙ Chriſti ſumus mẽbra, non ſolũ ipſi Chriſto redẽptori noſtro, velut capiti verò obſequiũ pręſtare tenemur, ſed inde etiam nobis miſereri debere B obligamur. Et in hoc pręcipuè legis huius chriſtianę, ſecundũ fũdatur mandatũ, quod de proximi dilectione agit. Quare qui tã dura ſortiũtur viſcera, ꝙ ex proximorum ſuorum calamitatibus nõ rũpuntur, aut cõmouentur: non ſolum mẽbrorum Ieſu Chriſti, aut chriſtianorum ſaporem non retinent, ſed & naturalẽ legẽ frãgunt quam ipſa adhuc obſeruãt bruta.

¶Item ſupra fundamentũ hoc, quod nobis hiſtoria hęc adminiſtrat de ipſo charitatis opere, quo Chriſtus multitudinẽ hãc gentiũ cibauit, velut in propria ſede atq; legitimo loco, eleemoſynæ materia ediſſeri poteſt, cùm eo charitatis ordine, qui à Theologis, & maximè à ſancto Thoma. 2. 2. quã C ibi ingenioſiſsimè docet, res ſiquidem grauiſsima eſt, & chriſtiano populo expediens admodum.

*A* — *Expoſitio. Lucę. 14. Lucæ. 9.* — *Fundamẽtum ſecundi mãdati.* — *Simile.* — *2. punctum.* — *S. Tho.*



[library stamp: ALEXANDER PP VI ... FERDINANDVS ...]

A ¶ Prætereà, ex his duobus, quæ poſſunt benefaciãt, & de ſuarum A
3. punctum. Chriſtus dominus noſter hic geſſit, videlicet quia primo montem aſcendit, ibiq; cùm diſcipulorũ ſuorum ſchola ſeorſum ſedit, vbi de regni cælorum mirificis egit myſterijs, poſt modũ verò in eam gentium multitudinem, clementiſsimos iniecit oculos, ac tãdem miſericordia motus, magnificũm ſibi cõuiuium parauit, ex his inquam ponderãdum accedit, quẽadmodum Chriſtus, has duas virtutes ſimul complexus eſt, actiuæ ſcilicet & cõtẽplatiuæ vitę, non enim quia in monte cum diſcipulis ſuis ſedebat, de rebus ad animarum ſalutem conducentibus
Actiua & contẽplatiua vita.
B agens: ideo eorum, quæ corporali hominũ ſaluti neceſſaria erãt, oblitus fuit: quia ſic velut verus Deus, animarum egit ſalutem, vt etiam tanquam verus homo, pijſſimuſq; pater, omni ſolicitudine hominum corporalibus etiam miſerijs condeſcenderet, & ad hoc ſe humaniſsime humiliauit. Quę profectò ſingulariſsima lectio eſt, quæ chriſtianã eam viuendi formam, homines docet, quam erga proximorum ſuorum vitã ſeruare debeant. Vt enim homines ad perfectionis chriſtianæ cul-
Simile.
C men perueniãt, ſicuti à nobis euãgelium expoſcit, ambas has duas viuendi regulas amplectantur oportet, vt ſic homines de fratris ſui, ſpirituali ſalute zelum gerãt, ꝙ ſimul etiam, de corporali eius indigentia curent, vt eis, cum

poſſunt benefaciãt, & de ſuarum rerum ſubſtantia aliquid elargiẽtes ſint.

¶ Nec ſecum ipſe, qui chriſtianus eſt exiſtimare habet, ꝙ ex integro totam iam adimpleuerit legem, nec quicquam aliud ſibi eorum, ad quę tenetur, peragendum reſtat: ſi ſolum montem aſcenderit, ideſt, ſi orationi vacauerit, aut ſi rem ſacram audierit quotidie, vel peccata ſua amariſsimè fuerit & ob ortis lachrymis confeſſus, necnon & reliqua ſuſceperit deuote ſacramenta. Etſi deniq; diu noctuq; lachrymas fundens, contemplatiuæ vitæ totum ſe dederit. Siquidem poſt hęc omnia, alia ſibi lõga reſtat terẽda via, aliudq; B ſibi, non minus ſubſtantiale virtutis opus, adimplendum manet, nempe in valle, gentium multitudinẽ cibare. Quod nimirùm eſt, in proximũ charitatis opera exercere, ſcilicet, pupillum protegere, viduis benefacere, infirmos curare, peregrinos recipere, famelicos ſaturare, & de ſubſtantia ſua, neceſsitatem patientibus elargiri eleemoſynas. Ita vt ex delectatione & guſtu, quem in monte ſedentes receperint, ideſt, ex dulcedine quam homines, in rerum ſpiritualium contemplatione aſſumpſerint, inde inquam, ardentiſsimus C in eis excitetur animus, feruẽtiſſimuſq; ſpiritus, quo flãmis charitatis accenſi exire debent, vt corporalia miſericordiæ opera, quæ proximorum egeſtatẽ concernũt, omni
Chriſtiana conſideratio.

A omni ſolicitudine curent & inquirant. Itaq; in contẽplationis mõte, id christianus ſtudere atq; addiſcere habet, quod ſtatim in valle miſericordiæ adimplere tenetur. Quam proculdubio viuẽdi normã nos mirificè docet viſio illa quatuor animalium, quã Ezechiel propheta. 10. cap. refert vbi dũ animalia quatuor volabant, carneas manus ſub alis ſuis ſculptas, habuiſſe dicuntur, vt hinc intelligamus, ꝙ quotieſcũq́ue ſpũalis homo cõtẽplationis ſtatu, aut virtutis quocumq; alio exercitio aſſumpto, in quo veluti alis ſuffultus, incõſiderationem cæleſtium rerum ſe leuauerit, manus miſericordiæ operũ, ſub contẽplationis huius vitæ alis, portare debet, nec ſatis ſibi fuerit, ſpiritualis exercitij operibus vacare, niſi etiã proximorũ ſuorum corporeis neceſsitatibus cõdeſcẽderint. Et hoc ipſum eſt quod diuus Paulus ſingulariter docet qui cũ in rerũ cæleſtium contemplationem ingreſſus fuiſſet, dicebat. Conuerſatio noſtra in cælis eſt. In qua quidẽ ſpirituali & diuina conuerſatione, intime cæleſtia omnia ſacramenta euoluens atq; de animarũ ſalute feruentiſſimè agens, ſtatim inde charitatis flamis, & zeli proximorũ accẽſus exibat, omniq; ſolicitudine, in fratres ſuos miſericordiæ opera impendebat, cuius teſtimoniũ ipſa eiuſdem teſtantur verba, cũ dicit, Quis infirmatur & ego nõ

Figura. Eze. 10

B Simile.

C

Expoſitio. philip. 3

infirmor? quis ſcandalizatur & ego nõ vror? Et hic etiã fuit ſemper ſanctorũ omnium ſtilus, qui contẽplatiuam egerunt vitã. Hic præterea viuendi modus à primitiuę Eccleſię chriſtianis ſemper ſeruatus fuit, quandoquidẽ tunc temporis chriſtiani omnes, velut chriſtianę vitę ſubſtãtiale & cõducẽs valde, ambo hæc virtutis exercitia ſimul in vnum aſſumenda cenſebant, nam quã primum aggrediebantur deuotionis viã, illico exteriora charitatis opera ſociabant, eleemoſinis & pauperum alijs neceſsitatibus intẽdentes: & ad corroborandã veritatẽ hanc: abundantiſsima eſt in ſacra ſcriptura doctrina, & ſanctorum omniũ lectione, ſicuti difuſiſsimè diuus Greg. tractat in. 2. paſtoralis parte, c. 5. Nam etſi in prȩallegato loco, diuus Greg. de prȩlatis dũtaxat ſermonẽ fecerit quibus proprius chriſtiana hȩc cõuenit lectio: eſt tamen indiſcriminatim omib⁹ neceſſaria valde

¶ Prȩtereà conuiuij huius parcus modus, quẽ hic Chriſtus obſeruauit, ſingularẽ nobis lectionem adminiſtrat, ad reprehendẽdũ (noſtris maximè tẽporibus) peſtilentiſsimum eorũ abuſum, qui tã profanè in quotidianis cõuiuijs, tẽporalia bona conſumũt qui vt mundanas atq; gentilicas ſuas celebrent potationes, voracitatis habenas ex integro laxant, nullo prorſus habito reſpectu, ad chriſtianam, quam profeſsi ſunt,

A Expoſitio. 2. corint. 11.

Chriſtiani primitiuæ eccleſiæ.

B

Grego.

4. pũctũ

C

Abuſus cõuiuiorum.

 tempe

A temperantiam. Nec ſolum chriſtianæ dixerim temperantiæ, ſed nec gentilium hominum formã tenent. Quandoquidem certiſsimum eſt, gẽtiles homines & barbaros in ſimilibus, propè ſemper temperatiores eſſe. Eſt igitur hic maxime annotandũ, pro iſtorum prophanorum hominũ corruptella. Quod cum Chriſtus redemptor noſter, tamquam verus Deus ditiſsimus vtique in omnibus exiſteret, vſque adeo, vt nulla hominum lingua, hoc explicare queat, & iuxta hoc poſſet quidem potentiſsimum conuiuium & varia ciborum multitudine plenum, turbæ illi parare, nõ niſi ex hordeaceo pane, & piſciculis quibuſdã diuinum confecit prãdium. Quia hoc nimirum vitæ hominũ reformationi ſingulare exẽplũ futurũ erat, ꝙ inuẽturis conuiuijs poſtmodum ſeruare deberent, vt videlicet prandia, nõ ſicut voraces & beſtiales homines, ſed velut chriſtiani iam deinceps pararent.

Simile. B Simile. C

Diuites. ¶Ex hac igitur lectione, oportet maxime diuites præmonitos eſſe, quod non quia abundãtiſsimas poſsideant diuitias, mũdique huius ſint potentiores, pro comperto habeant. Omne id quod poſſunt ſibi agere licere. Hoc inquam erroneum eſt, & beſtiale quodãmodo. Sed id ſolum de bonis ſuis, diuiti homini expendere licet, & in tales hominum vſus conuertere, quod iuxta rationis dictamen, chriſtianamque legem) quam profeſſus eſt) ſibi fuerit conceſſum.

A

Diuitũ, viuendi forma. ¶Hoc ergo in loco prædicator euangelicus, diuites atque ſæculi huius potentiſsimos homines, qui mundi gerunt gubernationem, maxima attentione, chriſtianam viuendi formã docere habet. Quam in vſu bonorum temporalium obſeruare debeãt. Illis nimirum chriſtianas theologiæ concluſiones exponens. Quę vtique diſponunt, quas facultates, quando etiam & quomodo, ſana conſcientia eas conſumere valeant, & quando itidem, niſi cum mala, eis vti minime liceat, & eiſdem præterea declarare oportet, in quo profanitatis vitiũ conſiſtat, quia hoc in loco propria eſt huius materiæ ſedes.

B

5. pũctũ C ¶Item ex illis verbis, miſereor ſuper turbam, quia iam triduo ſuſtinent me. Annotandum maxime eſt, quod ſi tam anxiã Deus curam habet eorum, qui tribus præciſe diebus cum ſuſtinuerãt, & qui tam parum laboris, pro Chriſto domino tolerauerãt, qui non niſi paruo temporis ſpatio, domos ſuas ſubſtantiamq; reliquerãt, & fortaſſe nõ multo ſui detrimẽto. Si hoc inquam hic geſtum eſt, quantum ſibi erit curæ ſanctorum & iuſtorum omnium, qui ex toto & nõ ex parte, omnia quæ poſsidebant pro

Leuamẽ iuſtorũ.

Chriſto

A Chriſto domino renuntiarunt? Nec ſolum temporalia bona, ſed parentes, qui ipſos genuerant, penitus deſeruerunt, neq; hoc quidem paruo temporis momẽto, ſed per omne vitæ ſuæ diſcurſum, ſolitariam duxerunt vitam, & ſeculi huius tentamẽta, paupertatẽq; & erumnas, varioſq; labores, cum graui virtutis onere, pro Chriſto, omni tempore tolerarunt. Quid ſolatij rogo? quid delectationis? quid pręmij Deus iſtis non præſtabit? Inde igitur conſolationẽ maximam, laborumq; ſuorum leuamen aſſumere debent, qui in hac lachrymarum valle, pro domino immania pertulerunt tor- B menta. Cæteroſq; labores pro ipſo perpeſsi ſunt. Si enim ſine patris conſilio & prouidentia, arboris folium ſupra terram nõ cadit, quãto magis homo, qui ad ipſam Dei imaginem formatus eſt, ſine cura & Dei prouidentia maxima, in laboribus minime deſeretur?

Mat. 10.

Simile.

¶Et quidem conducit maximè, vt materiam hanc concionatores omnes chriſtiano populo prædicent, nam quemadmodum ad corrigendum malorum vitam ne in peccatorum ſuorum pertinatia procedant, eam doctrinam in cõcione adducere oportet, quę eos omnino terreat, ab eiſq; animum & vires in malo perſeueran- C di adimat, ſic etiam oportet doctrinam illam in cõcionibus tractare, quæ bonis conſolationem ingerat, animũq; & vires, in virtute perſeuerandi tribuat. Quòd A ſi argumentum hoc, concionator proſequi decreuerit, ſcripturam ſacram pro huiuſmodi veritatibus, veluti theſaurum, plenam reperiet, quæ huic proculdubio deſeruient propoſito. Et huius materiæ principale argumẽtum eſt, locus ille euãgelicæ hiſtoriæ qui Matthæi capite. 5. adducitur, vbi de beatitudinib9 agitur, & hominum laboribus ſingulare ſtatuitur pręmium & corona. Et hoc vnum eſt, quo diuus Paulus, lætus ducebat vitam, cùm dicebat: in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex. Et hoc præcipuum illud eſt gaudium & B conſolatio maxima, quam Deus Apocalypſis capite. 6. hominib9 in hoc ſęculo deſtitutis & à perſecutionibus oppreſsis annuntiare præcepit, quando magna voce vindictam de inimicis ſuis à Deo petebant, ſiquidem reſponſum ſibi eſt, ſuſtinete modicum, donec impleatur numerus fratrum veſtrorum. Vbi grandis conſequendæ viſtoriæ atq; coronæ, ſibi præſtita eſt ſpes, qua continuas ſęculi huius perſequutiones tolerare valeant. Dicitur enim ſuſtinete C modicum, nam etſi tota in laboribus abſumatur vita, modicum tamen eſt, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, iuxta diui Pauli ſententiam.

Simile

Mat. 5.

2. Timo. 4.

Figura, Apo. 6.

¶Item ex illa redemptoris noſtri benedictione, qua hic panes atque

6. punctum.

A atque piſces multiplicauit, ſingularis quædam pro illis elicitur hominibus inſtructio. Quorum præcipuum ſemper vitæ ſuæ, intentum & finis eſt, temporalia bona quæ hic poſſident, tota mentis ſolicitudine augere, facile enim huic propoſito adeſt in lectione hac euangelica, accomodatiſſimum remedium. Nam ſi temporalia bona quæ poſſident, ſub ipſius Dei benedictione, quàm primum conſtituerent: quod profectò nihil aliud eſt quã gratia Dei aut conſcientia bona, ſiue rationis rectitudine, ea poſſidere velle, proculdubio tunc temporis adaugeretur nimis, in dieſque à B Deo proſperaretur rerum temporalium ſubſtantia, hæc ſiquidem fuit ſemper, diuinę benedictionis antiqua conditio, nempe temporalia bona multiplicare. Quẽadmodum ex ipſa mundi creatione conſtat, in qua cũ benedictione ſua, omnibus mundi huius rebus, Deus eſſe, & augmentum prę ſtitit: & hinc eſt, ꝙ quotieſcumq; ſancti illi & antiqui patres, veteriſq; teſtamenti patriarchæ, augmentum, proſperitatemq; bonorum tẽporalium, filijs ſuis optabant, ſemper eis benedictionem ſuam relinquebant. Quem quidẽ morem, tunc maximè ſeruabant, cùm in poſtremo vitæ ſuæ hære- C dibus ſuis temporalia bona relinquebant, tũc temporis enim, cùm Dei benedictione, ſuam etiam illis præſtabant, vt hoc in cauſa eſſet, ꝙ in dies eorum ſubſtantia, in augmentum & proſperitatem maximam acreſceret. Quemadmodum conſtat de benedictionibus, quas Iſaac, Iacob, & Eſau, filijs ſuis præſtiterunt, & de benedictione etiam quam Iacob Beniamin & Manaſſes ſuis nepotibus dedit. Et hic ferè fuit priſcorum omnium antiquus mos, ſiquidem tunc temporis infœlices prorſus ſe filios exiſtimabant, qui patris benedictione fruſtrabantur.

Dei benedictio

Antiquorum patrũ benedictio.

Iſaac. Iacob.

Beniamin. Manaſſes.

¶Hac igitur de cauſa, omnes illius ętatis homines, inter omnes alios totius orbis habitatores, diuitiarum ſemper proſperitate maxima claruerũt: quia ſemper hoc ſibi erat curæ, tanquã vitæ ſuæ principale negotium, omnia videlicet ipſius Dei benedi- B ctioni & gratiæ ſubmittere. Qua in re ſolitudine nimia erga filios ſuos elaborabant, vt hac ſemper benedictionis diuinæ, incederẽt via, & hinc eſt, vt dum Deus cùm dęmone (ſicut ex propheta Iob capite. 1. conſtat) de ipſius Iob virtute maxima & religione confabularetur, dęmonem ſic reſpondiſſe aſſeritur. Quid mirũ ſi Iob ſeruus tuus, tanta virtute polleat, cùm tu ei quotidie, manuũq; ſuarum operibus benedixeris? Vnde cõſtat, ꝙ bonorum temporalium proſperitas, quam Iob fuerat con- C ſequutus, Dei benedictioni dęmon tribuerit. Hinc etiam apparet anxius prophetæ iſtius zelus, quem erga ſuos quotidie gerebat filios,

Proſperitas antiquorũ.

Expoſitio, Iob. 1.

Zel⁹ Iob erga filios.

A filios, quia vno quoq; die ſacrificium Deo offerre conſueuerat, ne in conuiuijs, quæ inter ſe inuicem faciebant, ab hac Dei benedictione in aliquo deuiarent. Quod profectò eſſet, ſi quãdoq; ſine huiuſmodi Dei gratia, aut conſcientia bona, ſiue rationis rectitudine temporalia hæc bona aſſumere deſtinaſſent.

Expoſitio, Eccleſi. 14.

¶ Et hoc eſt quod ſapientiſsimus Salomõ, quaſi homo iam in omnibus expertus, ſummo opere laudabit: dum eccleſi. ca. 14. dixit. O quam bona eſt ſubſtantia cui non eſt peccatum in conſciẽtia: quę profectò in rebus temporalibus conſcientia bona, nullã aliam intelligit, quã vt cum Dei benedictione, videlicet eius gratia, aut rationis rectitudine, ea poſsidere velit. In hac igitur materia, poteſt euangelicus concionator proficua multa chriſtiano populo concionari, docens eum, quantum ſibi conducat, ea quæ in hoc ſeculo poſsidet (quicquid illud ſit, ſiue vita, ſiue vxor, ſiue filij, aut amici ſint, vel certe bona ipſa temporalia) ſub Dei ſacroſancta benedictione apponere: quia eorũ Deus creator & pater eſt. Qui tres præcipui tituli ſunt, qui hominẽ ipſum obligẽt, ne aliquid extra eius gratiã poſsidere velit: quia quatenus Deus & creator & pater exiſtit: ab ipſo omniũ creaturarũ, velut à primo fonte, eſſe promanat. Vnde ex cõſequenti acerrimè reprehẽdere poterit hominũ ruſticitatẽ atq; beſtiales mores, qui nullo ad diuinã hanc benedictionẽ habito reſpectu, vitæ huius tẽporalia bona ita pertractant, acſi nullus alius eſſet fons, præter terrã hanc, quã pedibus calcãt, à quo vtiq; dimanare poſſẽt. Et in hoc tanta eſt eorũ cupiditas, ne dicã brutalitas, ac ſi cũ eis in hoc mundo temporalia hæc bona mãſura eſſent. Itẽ ex hac eadẽ Ieſu Chriſti bñdictione, quã hic panibus piſcibuſq; antequã comederent præſtitit: & ex gratiarũ actione etiã, quã ſuo æterno patri cælum aſpiciens retulit: chriſtiana quędã colligitur forma, qua homines in conuiuijs vti debent, qui ſtatim appoſitos inmenſa cibos, quaſi bruta deſumunt. Etenim bruta vt primum herbam viderint, abſq; aliqua alia conſideratione, illico in eã dentes inijciũt & in vẽtrẽ demittere conantur. Hominis ergo chriſtiani eſt, ante prãdij aſſumptionẽ, ipſius Dei magnificẽtiã recognoſcere, quã quotidie circa eũ exercet, cùm ei bonorũ tẽporaliũ abũdãtiã tribuit. Et hic quidã religionis act' eſt, quẽ ſãctus Thomas ſecũda ſecũdæ, gratiarũ actionẽ denominat. Quiquidẽ actus chriſtianũ hominẽ maximè decorat: quia nihil aliud eſt, quã ipſius Dei creatoris noſtri, pro impenſo beneficio manus oſculari, eũq; velut verũ fontẽ, noſtrorũq; bonorũ principium recognoſcere. Et hoc eſt quod

B Simile.

C

Expoſitio. philip. 3

De' creator pater.

A

7. pũctũ

B

Simile.

C

S. Tho.

Simile.

A quod propheta Iob, tanquam verus Dei ſeruus, ſummo opere obſeruare curabat, ſicut ex ſcripturæ eius capite. 31. conſtat. (Expoſitio, Iob. 31.) Ait enim: Si oſculatus ſum manum meã ore meo. Si fortè (inquit) ob temporalium bonorum abundãtiam, mundiq́ue huius proſperitatem, quã modo poſſideo, manus meas ego ipſe oſculatus ſum. Ac ſi clarius dixiſſet, immenſas gratias, quas pro huiuſcemodi bonis referre debeo, non mihi ipſi inquam præſtiti: B ſed tantum tuę diuinę maieſtati, ſicuti vero & pręcipuo meo benefactori, & omniũ diuitiarum mearũ (à quo promanant) primo fonti. Itaq; hæ gratiarum actiones, Deique benedictio, qua in bonis temporalibus vtimur, ſignum quoddã eſt, quod cuiuſcumq; chriſtiani hominis eſſe & conditionem demonſtrat: qui ſe in omnibus Deo ſubijcit, C quia eius nimirum creator, & dominus exiſtit. Ex qua quidem doctrina, quàm plurima alia documenta ex euangelij huius littera prædicator elicere poſſet: quæ omnia in litterali ſenſu hoc in loco, velut in propria ſede fundata exiſterent. Si tamen mediocrem ſcripturæ ſacræ concionator lectionem teneret.

4. pũctũ ¶ Adhuc etiam ex eodem euangelij loco, vbi turba ante aſſumptũ cibum, ſuper fœnum ſedere perhibetur: non modica humilitatis anſa ſæculi huius diuitibus præſtatur. Vt ante bonorũ tẽporaliũ vſum (vt rectus quidem & chriſtianus ſit) in fœno omnino ſedeãt. A (Super fœnum ſedere.) Quod nẽpè eſt dicere, ꝙ vt tẽporalia bona quæ poſſidẽt, ſibi nociua nõ exiſtãt, aut in ipſis quãdoq; euaneſcãt, deũq; creatorẽ ſuũ nõ abnegẽt. Oportet quidẽ, vt in ſuæ carnis & miſerę naturæ cõtẽplatione ſedeant, ſeſe indignos his tẽporalibus bonis agnoſcentes. Quandoquidẽ hominis caro & natura, fœnũ eſt, iuxta prophetę ſentẽtiã, quę ait: (Expoſi. Iſa.c.40.) Omnis caro fœnum, & qui fragilitatis ſuæ conditionem ſatis intellexerit, & recognouerit, quaſi fœno iam ſedens, humilitate maxima, B dona hæc temporalia percipiet, neq́ue eorum proſperitate euaneſcet: ſed animo libenti, et humili, ipſi Deo ſubiectus exiſtet. Quemadmodum in propheta Iob, veritatis huius ſingulare relucet exemplum. Si enim temporalium bonorum ſubſtantia, tanquam verus Dei ſeruus rectè vſus eſt, ex eo vtiq́ue fuit, quia priùs naturæ ſuæ miſeram ſortem contemplatus fuit. Ait enim: quid eſt homo, quia magnificas eum: aut filius hominis, quia reputas eum? (Expoſitio Iob. 14.) Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletus multis miſerijs: qui quaſi flos egreditur, & conteritur, C & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. Ecce ergo quemadmodum Iob, ante aſſumptum bonorum temporalium cibum

A cibum, fœno ſuæ miſeriç inſedit, vnde ipſorum temporalium bonorum rectus vſus continuò promanauit.

9. punctum. ¶Ex eadem etiã loci huius hiſtoria, quòd ſcilicet ſuper fœnum turba ſedit, & per Apoſtolorũ manus illis eſt præſtitus cibus: ſacrã aſſumendi doctrinam, nobis datur ſingularis & chriſtiana forma. Non enim omnium eſt ſcripturam ſacram diſſerere, & eius obſcura & difficilima loca mandere, aut eius diuina prçcepta interpretari: ſed ſacerdotum, & prçdicatorum, epiſcoporumq́;, atque eorum tãtùm, qui ad hoc præciſè munus ſunt à Deo inſtituti miniſtri. Horum inquã eſt, chriſtiano populo legis præcepta, veluti panem diuinum, porrigere. Cæterum rudis populi eſt, ſedendo, humiliter & deuotè, atque ſyncerè accipere, ſicut per præceptorum manus ſibi fuerit diſtributum.

Forma audiẽdi verbum Dei.

B

Simile.

Expoſitio. Ioãnis. 11. ¶Ex hiſtoria alia mortui Lazari, quem Chriſtus ſuſcitauit, ſicut Ioannis cap. 11. habetur (quæ ſecundum eſt euãgelium, quod in conſequentiã huius adduximus) poterit prædicator, abſque eo ꝙ alia noua inquirat ſacramẽta, in ipſius textus littera & hiſtoriæ propoſito, plurimã, vtiliſsimãq́; inuenire doctrinã, & quidem auditorum profectui accommodatam valde: & quç nimiũ eius eruditionem contineat, necnon quæ religioſum viuendi modum omnibus præſtet. Et vt prolixam in

C

hac parte euitemus ſcripturam, A ſolùm eius aliqua documenta aſſignare conabor, quæ ſupra litteralem ſenſum fundata exiſtent.

1. punctum. ¶Et primò circa illa euangelij verba: Ecce quem amas, infirmatur: poteſt concionator verç amicitiæ conditionem, tam humanæ, quàm etiã diuinæ explicare. Quãdoquidem amicitiæ vera conditio, in hoc cõſiſtit, quòd ſatis fuerit amico amici eius indigentiã, ſimplici verbo proponere, abſq; aliqua alia verborum multiplicatione. Nam eo ipſo, quòd aliquis amici ſui indigẽtiæ notitiam habet, illico de eius remedio, omni ſolicitudine curare tenetur, ac ſi propria eius eſſet neceſsitas: nec ſuper hoc, aliæ ſunt multiplicandæ rationes, quibus ad amici miſerationem eius debeat commoueri animus, vt de ipſius agat ſalute & remedio. Quam profectò amicitiæ formã, Chriſtus hic nobis ſingulariter oſtendit, in Lazari amici ſui impenſo beneficio: vbi nullo alio opus fuit, quã vnico dumtaxat verbo, eius ſibi infirmitatem prçſentari, dum nuncius hçc ſola verba propoſuit: Ecce quem amas, infirmatur: vt ſtatim de eius remedio ageret. Et hoc idem eſt, quod Chriſtus ipſe nobis inſinuauit, vt ex Matthæi capite. 6. conſtat, cùm dixit: Orãtes nolite multum loqui. Ac ſi clariùs dixerit, ſimplici dũtaxat verbo, ſat fuerit veſtram mihi proponere indigentiã: mihi etenim, ſicut

Verus amicus.

B

C

Expoſitio. Matthæi. 6.

A ſicut verò amico veſtro, cõtinuò incũbit morbi medicinam apponere. Et in hac parte poterit concionator veræ amicitię conditiones tractare, tum iuxta euangelicam doctrinam, tum etiam iuxta humaniſtarum ſcriptorum conditiones: vt iam funditus à cordibus hominum abradatur profanus hic ſuſurronum hominum abuſus, qui in ipſis ſolùm verbis amicitiam conſtituunt, nec quicquam aliud amicitiæ veræ ad ſe inuicem obſeruant, quàm linguæ garrulitatem quãdam. Cæterùm de veri amici operibus, vſq; adeò duri corde exiſtunt, vt nec patentiſsima amici indigentia, nec efficaciſsimæ rationes, neque etiam B importuna & multiplicata verba ſufficere poſsint, vt eos ad amici egeſtatem redimendam cõmoueant plus, quàm ſi extranei atq; lapidei prorſus eſsẽt homines, qui amicum aliquem minimè recognoſcerent.

Verę amicitiæ conditiones.

Amicitia hodierna, linguæ garrulitas.

Simile.

2. punctum.

¶ Ex his eiſdẽ verbis: Ecce quẽ amas infirmatur: tanquam ex propria ſede, aptiſsimum argumentũ deſumi poteſt, de iuſtorum perſequutione & laboribus, quę in hoc ſęculo tam aſsiduè patiuntur. Ad cuius cõfirmationem plurima reperiuntur in ſcriptura ſacra, atq; ſanctorum lectione, doctrinæ prę C cepta. Si enim Lazarus tam intimus redemptoris noſtri amicus extitit, cur infirmabatur rogo? Quare non incolumem eum ab huiuſmodi ærumnis ſeruabat, cũ hoc tã facilè Chriſtus agere poſſet? Sed in promptu dubij huius reſponſio eſt. Immo, quia amicus Chriſti erat, ideò infirmabatur. Quia amicus Chriſti erat, nõ immunem à laboribus eum conſeruabat, ſed mundi huius calamitatibus exponebat. Et quia tandem amicus Chriſti erat, ab eius corpore ſalutem hanc corporalem auferebat. Hæc eſt igitur vera Dei amicitiæ conditio. Eo nãq; quòd in ſui amicitiam aliquem admittit, pignus amoris huius, quod cõtinuo illi præſtat, infirmitas, perſequutio inimicorum, & bonorũ temporalium amiſsio eſt, cum cæteris ſęculi huius quàm plurimis calamitatibus, quæ huic amicitiæ diuinæ ſunt annexæ. Et quia argumentũ hoc tum ex ſacra ſcriptura, tum etiam ex ſanctorũ lectione, atque experientia ipſa notiſsimum eſt, nihil aliud de eo in præſentiarum dicemus, quàm vt concionatorem admoneamus, ꝙ euangelica hæc lectio, argumenti huius proprius eſt locus, & opportuna ſedes. Hæc ſiquidem eſſe debet egregij concionatoris conditio, & dicendi modus, vt non ſolùm dicat, ſed vt propriè dicat: & hoc eſt propriè dicere, videlicet veritatibus quas prædicat, proprias in ſacra pagina aſsignare ſedes. A B C

Iuſtorũ labores.

Amici Dei.

Concionatoris conditio eſt, propriè dicere.

3. punctum.

¶ Ex adiunctis etiã verbis, quæ Chriſtus in præcedẽtium verborum conſequentiam, ſtatim protulit, cùm diſcipulis ſuis dixit:

Laza-

A Lazarus amicus noſter dormit ſed vado vt à ſomno excitem eũ: vbi mortem ipſam, non mortem ſed ſomnum appellat. Ibi inquam maximè ponderandum accedit, quòd in ſacra ſcriptura iuſtorum mors, qui in Dei gratia & amicitia corporalem vitam finierunt, non mors appellanda eſt: quia vitam finire minimè dicuntur. Cuius ratio eſt, quia ibi verius eorum incipit eſſe & viuere: in ipſorum enim morte, B vera eorum inchoatur vita, qua ratione non mors, ſed ſomnus appellatur. Nam quemadmodum in ſomno, homo ipſe requieſcit, capitique & potentijs atque omnibus ſuis membris virtutem & fortitudinem ingerit, vt melius poſtmodum viuat, atque fortiùs vitales operationes proſequatur: ſic etiam qui in Dei gratia vitam inſumit, in quandam incidit laborum ſuorum quietem, vbi noua inchoatur requies, vbi etiam ipſa hominis melior fit vita. Quare illico Chriſtus in eadem hiſtoria ſubiungit, quando cũ Martha de ſui fratris morte ſuauiſsimum illum dialogum conſeruit: qui credit (inquit) C in me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet, & omnis qui credit in me non morietur in æternum.

*Iuſtorũ mors ſõnum eſt*

*Simile.*

*Expoſitio. Ioã. 11*

¶ Hunc eundem loquendi modum ſeruauit Chriſtus, quemadmodum Ioannes Euangeliſta capite octauo refert, cum diſcipulis ſuis dixit. Amen amen dico vobis, ſi quis ſermonem meũ A ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. Nam etſi vita hæc corporalis finiatur, hoc in maiorem ſui perfectionem redũdat, vt in aliam ſcilicet excellentiorem commutetur vitam. Et hac eadem loquendi forma ſancti illi & antiqui patres, qui Dei ſemper extiterunt amici, in veteri teſtamento vſi ſunt: vbi ſemper vitæ ſuæ poſtremam horam ſomnum appellabant. Eſt B enim ſacræ ſcripturę in veteri teſtamento tritiſsima loquutio, cum de illorum ſanctorum patrũ morte agebatur, dicere: dormiuit cum patribus ſuis.

*Expoſi. Ioan. 8.*

*Vet' loquendi mos.*

*Dormire cũ patribus.*

¶ Poteſt etiam in hoc eodem loco Euangelicus prędicator hominibus iuſtis, conſolationem maximam, & gaudium exaggerare, cum iam ſe morituros conſpiciunt, intelligentes, quòd dum ſibi magis mortis tempus appropinquauerit, profectò ſibi magis etiam ſua appropinquet & vita. Et id quod malis, in ipſorum morte dolorem & triſtitiam infert, bonis non niſi gaudium & lætitiæ cauſam generat. Et in hoc malos omnes, perditiſsimoſque ſæculi huius homines prædicator excitare valebit, vt intelligant nimirum, quòd cum ex hac vita diſcedunt ibi verè omnia moriuntur. Ibi namque eorum verè in perpetuum ceſſat proſperitas: ibi verè omnia eorum negotia, cum vi-

*Exaggeranda veritas.*

C

A ta finiuntur: bonum ſiquidem quod hic poſsidebant, non amplius, quã eorum vitæ ſucceſſus, duraturum erat. Quorum profectò finis, propriè finis denominatur: ſi quidẽ finis eorum, propriè interitus eſt: & ita propriè mors appellanda eſt.

Finis malorũ, vere finis.

4. Punctum.

¶ In verbis illis, quæ Chriſtus diſcipulis ſuis dixit, cum eum, ne ad Lazarum iret, prohibebant, quia Iudæi paulò ante eum lapidare attentauerant, videlicet: Nonne duodecim horæ ſunt diei, in quibus verbis, eis ſignificare voluit, Iudæos non ſemper in eodem mali propoſito B debere perſeuerare: nam ſicut in duodecim diei horis, ipſius temporis varius eſt ſucceſſus, quia in vna eiuſdem diei hora, cælum turbidum eſt, in alia verò ſerenum reperitur. In his inquam verbis, annotare maximè decet, quòd ea ſemper eſt hominum cõditio, quantumcumque peſsimorum, vt mutabilis ſit in temporis momento, & à malo in bonũ vertibilis. Eſtò enim in vna diei hora, ex malitia, turbida eorum intentio ſit, in alia tamen, virtute ipſa, ſerena eſſe poteſt. Quam doctrinam conducit nimis, chriſtiano populo prædicari, ad eradicandas proximorum ſuorum C ſuſpiciones, temerariaque iudicia, quæ paſsim de ſe inuicem creant. Nam ſi ſemel proximum ſuum in vitium aliquod delapſum viderint, nunquam amplius eum poſſe corrigi exiſtimant. Et A ſi ſemel peccatorem cõceperunt, in eorum opinione ſemper peccator reputandus eſt, quia nunquã de malo correctionem eius ſiue emendam præſumunt. Quæ profectò dæmoniorum potius, quàm hominum conditio exiſtit: qui ſicut in malo obſtinati fuerunt, ita etiam de ſiniſtra proximorum opinione, iſti ſunt ſemper malignę cogitationi pertinaciter adhærentes.

Simile.

Homi-nis malitia mutabilis.

Pertinax hominum malitia.

Simile.

¶ Et talium hominum conditio, acriter à domino in diuina ſcriptura reprehenſa eſt. Vbi legimus, grandia ſemper magnis peccatoribus contuliſſe be- B neficia, eiſque fauorem nimium & protectionem præſtitiſſe, vt hoc in eis ad corrigendam vitam cauſa eſſet & motiuum. Neque vnquam eorum peccata ad nauſeam Chriſtum ipſum mouiſſe legimus, vt eos à ſe procul expelleret, aut ne etiam cum eis commercium, ſiue familiaritatem haberet. Quandoquidem in lectione euangelica legimus, C cum peccatoribus & publicanis comediſſe & bibiſſe, vt eis mutandi vitam, peruerſumque propoſitum, voluntatem ſuggereret. Quemadmodum Matthæus de Maria Magdalena refert, quam etſi peccatricem nimis, ad pedes tamen eius cum lachrymis accedentem, non ſolum tolerauit, ſed & benignisſimè recepit.

Chriſti mira cõditio.

Expoſitio. Lu. 7

Cõſtat

A Conſtat etiam hoc ex acerrima illa reprehenſione, quam Christus Iudęis dedit, quia eum temerè dānabant, quòd cum peccatoribus conuerſatus fuiſſet: ſiquidem viſum ipſis erat, quòd poſtquā illi peccatores ſemel extitiſſent, ꝙ in eiſdem ſemper perſeuerare debe rent peccatis. Quę materia chriſtiano populo neceſſaria admodum eſt, vt proximorum temeraria iudicia procul à ſe expellantur, quippe qui vbi primum ſiniſtram proximi ſui opinionem cōceperint, vix aut nunquam ab ea deſiſtere ſciunt. Vſque adeò, vt B ſi poſtmodum eum in omnibus religioſum, & virtutis exemplar viderint, neque hoc adhuc ſufficiat, vt tunc temporis de eo bene præſumant: ſed in eodem gradu leuem, diſſolutum, & carnalem reputant, quo primitus eum conceperunt. Quæ profectò diabolica quædam iniuſticia & grauamen eſt, ingenſque nocumentum, quod proximo noſtro in hoc irrogatur. Etenim nunquam amplius virtutem de illo præſumere, non ſolum extra chriſtianam C legem, quam profeſsi ſumus, exiſtit, ſed dæmonum (ſicuti diximus) eſt omninò proprietas.

Expoſitio, Lucæ. 5.

5. pūctū ¶ Ex verbis illis, quæ in eodem euangelio, in pręcedentium verborum declarationem Chriſtus ſtatim adiecit, cum dixit: ſi quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt: annotari poteſt ſecuritas maxima, quam in hac vita, A virtutis exercitium hominibus præſtat. Etenim nulla mundi huius calamitatis contingentia, nec ſiniſtrum negocium, puſillanimitatem aliquam, ſiue occaſionem religioſo viro præſtat, vt virtutis eiuſdem exercitium omittat: quia vbicumque ſit, eius eſt officium veritatem tractare. Quæ quidem veritas, illa eſt euangelica lux, in qua ambulat vt non offendat. Hac enim ſola totius mundi contradictiones vincet. Et hæc ſola fortiſsimum ſibi exiſtit ſcutum, in quo inimicorum omnium frangantur ictus. Et hęc deniq; veritas, ſplendidiſsimum ſibi lumen erit, in B quo omnia mundi pericula perſpicere valeat: & quo tandem lumine, ſuorum excæcentur inimicorum oculi. Et hæc denique lux, quam ipſa veritas de ſe produxerit, à laqueis huius mundi liberum omnino reddet. Et ita ereptum, & omnium dominum, in mundi huius rebus ſeſe reſpiciet, vt ſub pedibus ſuis creata omnia ſubitò ſe habere inueniat, præter Deum ipſum ſolum, quem tanquam omnium C creatorem ſuprà ſe exiſtentem venerabitur. Item etiam tam valida hæc fuit ſemper veritas, ꝙ fortem nimis animum, & fiduciam homini præſtat, vt non ſolum per peſsimorum hominū mores & contradictiones, ſed per dæmoniorum medium exerci-

Virtus ſecuritatem parit.

Simile.

Simile.

A tum intrepidus tranſire audeat.

¶ Et quia hęc veritatis lux, adeò vitę hominum conducit, eam Chriſtus in poſtremo vitæ ſuę tempore, ſummo opere nobis commendauit, cum Ioannis capite octauo dixit: Cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos. Et quia etiã tantę excellẽtię hęc erat veritatis virtus, illius nomen ſibi ipſi Chriſtus impoſuit, ſicut Ioannes refert capite decimo quarto, cum dixit: Ego ſum via, veritas & vita. Et iterum paſsionis ſuæ tempore, cum ante Præſidem interrogatus fuiſſet, vnde nam eſſet, reſpõdit: Ego in hoc natus ſum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Præterea, quia veritas hæc tantę exiſtit virtutis & efficaciæ, eam iterum contra inimicos noſtros, Chriſtus nobis in ſcutum habere præcepit, ſicut ex capite octauo Ioannis conſtat, cum dixit: Cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos. Quod certe experiẽtia ipſa teſtatur. Nam quantumcumque ab hominibus veritas impellatur, & paſsim ab omnibus cõcutiatur, nunquam tamen ſepelitur, ſed inter ipſas laborum anguſtias clamat, & tãdem poſsidentem illam ſaluum reddit. Et hoc eſt quod Zorobabel, Eſdræ tertio capite, atteſtatus eſt, cum dixit, quòd inter alia mundi potentiſsima, ſuper omnia vincit veritas.

Expoſitio Ioannis. 8

Expoſitio. Ioãnis. 14

B

Expoſitio, Ioãnis. 18.

Expoſitio. Ioãnis. 8.

C

Expoſitio. Eſd. 3

Hæc igitur veritas eſt, quam hic Chriſtus lucem & diem appellauit, ne inter inimicos ſuos redire trepidaret. Quæ nimirum materia digna eſt, vt eis qui chriſtianam legem profeſsi ſunt à concionatore ſummè commendetur: tum ad animandum religioſos viros in ea ſpiritus libertate, quam ſibi veritas ipſa præſtat: tum etiam ad deterrendum malos, vt iam metum & puſillanimitatem animaduertãt, quam eis peccatum ſemper incutit: & ſpiritus etiam audaciam perſpiciant, quam ab eis quotidie adimit: & quia eos confuſos omnino in omnibus relinquit, & tam debiles, vt nihil iam mundi huius difficile vincere valeant, ſed velut cæci palpantes in meridie in rebus huius mundi, eorum paſſim frangantur oculi. De quibus vere euangelium teſtatur, quòd in nocte ambulent, quia lucem non vident.

A

Cõfuſio peccatoris.

B

Simile.

¶ Habet etiam Euangelium hoc, dulciſsimã, vtiliſsimamq́; doctrinam, in eo dialogo, quẽ Chriſtus cum Martha ſorore Lazari ſuper eiuſdem fratris morte & reſurrectione habuit. Vbi multa à concionatore tractari poſſunt, delicatiſsima quidem, & quę omnia in textus littera legitimè fundari poſſunt. Quemadmodum videre eſt in reſponſionibus, quas inter ſe inuicem Chriſtus ipſe & Martha cõtulerunt: vbi de modo, quo Chriſtus redemptor noſter, vera eſſet animę

6. pũctũ

C

Dulciſsima Chriſti & marthæ cõfabulatio.

A animæ vita, agebatur. Quæ profectò verba, tam ex parte Christi, quàm etiam ipſius Marthæ ingenio dignißima ſunt, atque ipſis auditoribus ſuauiſsima. In quo etiam loco, non abs re à concionatore tractari poteſt, ſcholaſtica illa materia, videlicet, quemadmodum Deus principium ſit & fons, à quo omnium creaturarum eſſe promanat. Eſt ergo veriſsimum, quòd præter allegoricos ſenſus, abundantiſsima eſt in ſacra ſcriptura doctri B na, quę ex litterali ſenſu elici poteſt: & aptior quidem pro auditoribus, & vtilior, quàm ſit quę allegorica denominatur doctrina.

¶ Fateor in duabus his euangelicis hiſtorijs me aliquantulum eſſe immoratum, vt iam oſtenderem qualiter ex ipſa ſcripturę ſacrę litterali hiſtoria, pro Chriſtiani populi eruditione, vtiliſsima poſsit educi doctrina, Poſſentque ex duobus his euangelicis locis, multa alia docu- C menta colligi, quàm quæ hic aſſignauimus: quę tamen breuitatis cauſa omiſimus, ne lectori prolixitatem generemus. Sufficiet tamen ea pauca hic dixiſſe: per ea namque poterit euangelicus pręceptor in alijs ſcripturæ ſacrę locis intelligere, quid ſibi fuerit agendum.

¶ Eſt igitur verum, quòd etſi in his ſcripturę locis, alijſq; ſimilibus, noua nō inquirantur myſteria, pręter id quod hiſtoria ipſa adminiſtrat, ſufficiēs, propriiſſimaque in audientium vtilitatē formari poterit prędicatoris cōcio. Et hanc proculdubio doctrinam auditoris ingenium libentiùs ſemper amplexatur, quàm allegoricam: quia ipſam ex euangelio, tanquam ex proprio fonte, patenter emanare vident. Et hac ratione ſuauior ſemper illi redditur. Nam quemadmodum lac in ipſo matris pectore acceptū, ſuauius eſt, quàm ſi in aliquo alio aſ- B ſumeretur vaſe: & ſicut aqua quę in proprio deſumitur fonte, ſapidior quidem eſt, quàm ea quæ in riuulo accepta bibitur: & ſicuti etiam mel quod ex ipſomet fauo ſugitur, dulcius hominis fit palato quàm quod in ſcutella acciperetur: ſic etiam veritates diuinæ cum in ſuis proprijs locis ab hominis intellectu ſumuntur, peculiarem quandam illi delectationem generant, quia tanquam ex fauo ipſo acceptę, dulciſsimę ipſi redduntur. Et hinc prouenit C quòd huiuſcemodi doctrina magis hominis voluntatem afficiat vt ſtatim quę audierit, libentiùs opere ipſo cōpleat. Hæc namq; eſt naturalis fraternitas, quę inter hominis voluntatem & eius contrahitur intellectum, quòd cum intellectus hominis aliquid bene percipit, continuo vt plurimum, volūtas eius libēter illud amplectatur. Quòd ſi quandoq; myſteria aliqua à concionatore

Simile. Simile. Simile. Simile. Fraternitas inter intellectum & voluntatem.



[library stamp: ALEXANDER ... FERDINANDUS ...]

A adinuēta fuerint, quę ipſa textus littera minimè exigat, tunc temporis inquam audientis intellectus ſic circa illa ſe gerit, veluti cum extranea & omninò aliena atque incognita ſibi gente: & ſicut male illa hominis intellectus capit, ſic etiam voluntas peius ipſa proſequitur. Et hinc eſt, quòd cum diuus Paulus ad Romanos capite decimo quinto ait. Quæcumque ſcripta ſunt ad noſtrā doctrinā ſcripta ſunt: hoc præcipuè dicere intendit, videlicet quòd doctrina, quam B euangelij præceptor populo habet proponere, ex ipſamet ſcriptura, tanquam ex propria ſede excipienda ſit. Hæc enim eſt quę propriè ſcriptura dicitur, & quę ad noſtram eruditionem & doctrinam ſcripta eſt. Et verba illa, quę iam velut in prouerbium à diuo Gregorio adducuntur, ſcilicet quòd omnis Chriſti actio, noſtra eſt inſtructio: ſic ac- C cipienda ſunt, quòd videlicet ex ipſiſmet Ieſu Chriſti, tum verbis, tum etiam proprijs operibus, quę in rei veritate ab ipſo geſta, vel prolata fuerunt, inde inquā tanquā ex proprio fonte noſtra maximè deducatur inſtructio. Nā etſi multa alia veriſimiliter in Chriſto exiſtimētur fuiſſe præter illa quæ ſcripta reperiuntur. Attamen quæ verè & propriè hominem maximè erudire habent, ipſa ſunt quæ ab eo ſunt geſta, & ſcriptis mandata, pręter quàm quod Eccleſię A etiam traditiones, quas ex ipſo Chriſti ore & apoſtolorum accepit, noſtra ſimul habent eſſe inſtructio.

Expoſitio, Iob. 31.

Expoſitio. Roma. 15

Grego.

¶ Quę doctrina tum ſcripturę ſanctę conformior eſt, ipſiſq; auditoribus commodior, tum prædicatori ipſi facilior & minus cara: quia pecunia eſt, quę in domo ipſa reperitur, inuenitur B ſiquidem in ipſa ſacra ſcriptura, & ſanctorum quotidiana lectione. Aliud verò, laborioſum nimis, prædicatoribus cenſeo: nam doctrinam talem per peregrinos libellos oſtiatim indagare coguntur. Et quod peius eſt, poſtquam tantò fuerit acquiſita labore, non propria, ſed accommodata eſt doctrina, neque vtilitatis plurimum in ſe retinebit, vt efficaciter auditores mouere valeat.

Simile.

peregrini libelli

¶ Veruntamen, quod in præſenti negotio peius apparet, hoc vtique eſt, quòd prædicatores C euangelici nihil populo ſe prædicare exiſtimant, niſi quando ex ſe noua proferunt. Neque adhuc etiam auditores, aliquid ſe audiſſe putant, niſi dum ea quæ non intellexerint, ſibi fuerint in concione propoſita. Quæ ignorantiæ in prædicatoribus plaga, atque in auditoribus ruſticitas, non niſi ex peccatorum noſtrorum demeritis, noſtra hac tēpeſtate dimanauit. Puto ſiquidē tempeſtatis huius ætatem, eā eſſe

Nouitas doctrinæ periculoſa.

A eſſe, de qua Apoſtolus, ſecũda ad Timothæum capite quarto diſcipulum ſuum admonet, dicens, vt in prędicatione ſua, ſcripturę ſanctæ vteretur doctrina: quia periculoſum valde inſtabat tempus, in quo audientes, ommiſſa ſcripturæ ſacræ grauiſsima diſciplina, ad fabulas haberent conuerti, & magiſtros ſibi coaceruare prurientes auribus, qui potius populi aures demulcere conarentur, quàm ad veritatem loqui euangelicam.

*Expoſitio. 2. Timo. 4.*

## CAPVT. XVII. IN QVO quintum, ſextum, ſeptimũ, atque octauum documentũ continentur.

B

*5. Documẽtum.*

QVINTVM, & principale documẽtũ, quod tanquam corollariũ ex præcedenti ſequitur, eſt, ꝙ ante omnia euangelicus prædicator in ſacrę ſcripturę lectione ad literalẽ ſenſum, qui principalior eſt, præcipuę attentionẽ habeat: C quia hoc eſt diuini verbi cõcionibus validum fundamentum ſupponere. Itaque ſicut optimus artifex, priùs domus ædificio firmum apponit fundamentum, ſupra quod omne ipſius dom⁹ poſtmodum artificium firmatur: ſic etiam ſi doctrinam aliquam ingenioſam, ſolidam, & acutam, euangelicus præceptor in concione ſua auditoribus oſtendere appetit, neceſſarium penitus ſibi fore exiſtimet, quòd eam tanquam in fundamento, ſupra ipſum litteralem ſenſum firmare habet. Nam documenta quæ hucuſque aſsignauimus, lucida in concionatore malè eſſe poſſunt, neque ſuum ſortiri effectum & propoſitum, niſi ipſa veluti in fundamento ſupra litteralem ſenſum fundet. Præterea quia ſicut margaritæ, aliiq́ue pretioſi lapides ſupra vilem pannum poſiti, indecenter apparerent: Cæterum ſi in ſerico ſuperponantur, omnis eorum pulchritudo relucet: ſimili modo acuta & delicatiſsima concionis doctrina, velut in ſerico, in ſcripturæ ſacræ litterali ſenſu reſplendet. Ibi namq́ue ſuam omnem pulchritudinem, proprietatemq́ue & firmitatem, atque profectum ſortitur, extra quem tamen locum, non eum habent decorem, quem ipſæ de ſe exigunt veritates. Et quod peius eſt, quòd cum extra ſuum proprium locum à concionatore doceri contigerit, quandoque audientes ipſos ad riſum potius quàm ad virtutem promoueant. Non enim ſemper audientes, tam ſtolidi ſunt, vt loquutionis proprietatem in concionatore, & veritatis ſenſum non percipiant.

*Simile.*

*A Litteralis ſẽſus fũdamẽtum concionis.*

*Simile.*

*B*

*C*

*Auditorum ingenium.*

¶ Itaque quemadmodum pulli ſub ipſius gallinæ alis enutriũtur, atque ex caloris virtute, quã mater de ſe ipſa illis preſtat, viuunt

*Simile.*

A viunt: ſic etiam ſpirituales & myſtici ſenſus, tāquam filij, ſub literę alis educari debent, ita vt ab eo ſicut à matre propria, eius virtute & calore animati exeāt. Documentum hoc eſt beati Auguſtini, ſuper Geneſim ad literā libro.11.capite.1. vbi expreſſè in hęc verba aſſerit: Ante quam huius propoſitę ſcripturę textū ex ordine pertractemus, admonēdum arbitor, quod iam me & alibi in hoc opere memini ꝓloquu B tum, illud à nobis eſſe flagitādū vt ad proprietatem literę defēdatur, quod geſtum narrat ipſe qui ſripſit. Si autem in verbis Dei dicitur aliquid, quod ad litterā niſi abſurde nō poſſit intelligi, ꝓcul dubio figurate dictum, ob aliquā ſignificatiouem, accipi debet. Vbi apertè diuus Auguſtinus concionatorem admonet atque ſcriptorem, vt ſcripturę loca ſēper ad proprietatem litterę interpretari debeant: nec prius illis de myſticis ſenſibus interpretandi licentiam prębet, quā literalis ipſe ſenſus, velut aliorū omnium fundamentum, examinetur.

Auguſt.

Locus myſterij & figuræ quis ſit.

¶Hanc eandem regulam ſtatuit iterum diuus Auguſtinus: 8 libro ſuper Geneſim ad literam, C vbi in ſententia ait ſic: quod pricipalius & rectius in ſacra ſcriptura reperitur, in quo eius præcipuè conſiſtit auctoritas, eſt nēpe ipſius litteræ hiſtoriam ſimpliciter ſequi, Ita vt primū res in veritate geſtas intelligamus: quo iam ſuppoſito fundamento, opportunum erit, cętera quæ ſignificantur ſcrutari. A

Auguſt.

¶Pręcipua ratio, cui potiſſimè fundamētum hoc innititur, hęc eſt, quia quod egregium concionatorem maxime decet, in quo eloquentia, atq; muneris ſui ꝑfectio conſiſtit vnde ipſe legitimus & verus concionandi artifex appellandus eſt: eſt nempe vt ſcripturæ ſacræ proprietatē ſeruet. Nam quemadmodum pictor propriè officii ſui dicitur, artifex, cum legitimè ad naturam ipſam, imaginem format, dum videlicet manus, et pedes cæteraque ipſius figuræ membra natura i quadam proprietate delineat, vnicuique illorum proprium præſtans ſpiritum. Sic etiam contionatoris optimi excellentia in hoc profecto relucet, ſi in concionibus ſuis ſcripturam ſacram cum omni proprietate ediſſerat. Dum enim prædicat concionator, nihil aliud agit, quām ipſius Dei & virtutis atque peccati, cæleſtiumque rerum omnium faciem, depingere, eamque Chriſtiano populo præſentare, quapropter expedit maxime, vt vnicuique rei in concione proprium ſpiritus colorem, & viuam formam præſtet. Et cum hoc minime fieri poſsit, niſi primitus litteralem ſenſum ſeruauerit (ſi quidem iſte, ſpiritus

Ratio.

Eloquētia, & cōcionatoris dexteritas.

Simile.

B

C

S.Tho.

A tus proprius eſt, in quo diuinarum veritatum vita eſt repoſita) Inde vtique eſt, vt in hoc literali ſenſu, ipſius ſcripturę ſanctæ proprietas, & vera facies conſiſtat. Et in hoc eodem, cuiuſcunque concionatoris dexteritas, & ſui officij precipuus valor reſplendeat.

Concionatorũ error. ¶Hinc manifeſtè eorum colligitur error, qui vt ſeſe in concione, nouitatum præceptores exhibeant, Sacræ ſcripturæ legitimum ſenſum dimittũt quorum curioſitas (ne inſipientiam dicam) hæc ſemper eſt, id videlicet, quod magis textus B litteræ improprium exiſtit, ad conciones eligere, ob hoc ſolùm, vt nouum appareat. Quod nimirùm principium eſt, & fere cauſa tota, vt Euangelici concionatores in plurimos ſæpe dillabantur errores. Quod ſi ſcrutari velimus à quo fonte oriatur in eis continua hæc paſsio, exiſtimo quidem nullam aliam inueniri poſſe, quàm deteſtabilem C ſuperbiam quandam, quam intra ſe ipſos enutriunt. Exiſtimant enim autoritati ſuæ nimium derogari, ſi in ſuis concionibus non aliquid dixerint, quod cæteri nunquam prędicauerint.

Nouitas doctrinę errorem parit.

Grego. ¶Hinc diuus Gregorius in 20 Moralium libro capite. octauo. ait quod radix tota & origo, vnde prædicatores in manifeſtas pro lapſi ſunt heræſes, & vnde ex Catholicis concionatoribus quam plurimi, hæretici euaſerunt, eſt quidem, quia in ſacro eloquio (ait diuus Gregorius) plus ſecreta Dei ſtuduerunt perſcrutari, quam eorum caperet intellectus. Neque enim ea quęrunt, ex quibus ſemet ipſos ad humilitatem erudiant, mores in tranquilitate diſponãt, patientiam ſeruent, lõganimitatem exhibeant. Sed ea ſolummodo, quę eos doctos, atq; loquaces demõſtrent. Illa ſolùm appetunt ſcire, ex quibus ſingulariter eruditi videantur: plerunque enim audacter de natura diuinitatis tractant, cum ſe ipſos miſeri neſciant. Egeſtate & fame ſua ſteriles fiunt, quia perſcrutari deſiderant, ex quibus bonæ vitæ germina non producant vltra ſe quippe ſunt quæ perſcrutantur. Dum quæ ad hoc tendunt, quod comprehẽdere nequeunt, ea cognoſcere negligunt, ex quibus erudiri potuerunt. Quã bene eorum audatiam prædicator Egregius refrenat dicens: Non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Hinc Salomon ait: Prudentiæ tuæ pone modũ. Hinc rurſũ dicit: mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi, ne forte ſaturatus euomas illud. At contra, hi qui in ſancta eccleſia veraciter ſunt humiles, & veraciter loqui nouerunt de ſecretis cœleſtibus, & quędam conſiderata intellige re

A Vndecõ cionatores hæretici fiunt

Superbia concionatorum.

B

Expoſitio. Roma. 12.

C Expoſitio, Prouerb. 23 prou. 25

A re, & quædam non intellecta venerari ſciunt: vt & quę intelligunt, veneranter teneant: & quę nondum intelligunt, humiliter expectent. Vnde nobis per Moyſem dicitur, vt comedentes agnum, quicquid de eo reliquum fuerit, igne comburamus. Agnũ quippe comedimus, dum multa dominicæ humanitatis intelligendo, recondimus in ventrem mentis. Ex quo quędam nobis remanent, quę comedi nequeunt quia multa adhuc de illo reſtant quę intelligi nequaquam poſſunt: quę tamen igne comburenda ſunt, quia ea quę capere de illo non poſſumus, humiliter ſancto ſpiritui reſeruamus. In hoc ergo ſtat hęreticornm', ſuperborumque concionatorum error, vt ſcripturam ſacram totam deglutire velint. Neque in eius lectione aliquid relinquere ſciunt quod prędicandum non erat: ſed totum paſchalem agnum cum oſsibus, & inteſtinis deuorant: nec mirum ſi inde poſtmodum ſuffocati reperiantur. Quòd ſi nouitatum amatores non eſſent, ſed legitimum ſcripturę ſenſum ſeruaſſent, & ſupra illum poſtmodum, allegoricum ſenſum, velut ſupra verum illius fundamentum, ſtatuerent: non vtique aberrarent, aut periculi, vel incommodi aliquid incurrerent. Nam queadmodum eius hominis qui quotidiano & vſitato iam vtitur cibo, ſtomachus nihil patitur

Figura. Exo. 12.

B

cõcionatores deuorãtes.

C

Simile.

nocumenti: ſic etiam concionator, cum litterali vtitur ſenſu, (aut certè ſi myſticus fuerit, ꝙ iuxta litteræ ſenſum fundatus exiſtat) tunc temporis inquam, intellectus eius cõſueto vtitur cibo, neque in errorem ſiue hęreſim dilabendi periculum incurret: ſed ſolùm dum doctrinis nouis & peregrinis, in concionibus vti attentauerit. Tunc enim tanquam inuſitato cibo grauatus intellectus eius, tãdem quod elegit, euomet in apertas prorũpendo hæreſes. De quibus bene Apoſtolus ad Romanos. 12. capite ait: Non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Et item (ſicut ſuprà diximus) Salomon Prouerbiorum. 23. eoſdem admonet dicens: Prudentię tuę pone modum. Atque iterum cap. 25. ait: Mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi, ne forte ſatiatus euomas illud quemadmodum in hęretico accidere videmus, qui non ſolum in hęreſim dilabitur, ſed more vomitantis, qui non ſolum nociuũ cibum, quem comederat, ſed etiã ſanum & humores bonos, inuolutos cum nociuis euomit: ſic pariter iſti, cũ hæreſi ipſa, cęteros ſimul bene viuendi mores, & catholicas veritates, quas anteà in ſe habebat, extrà mittet. Vnde omnes hæreticorum errores, nihil aliud proculdubio ſunt, quã nimij comeſti mellis vomitus quidam. Hoc enim apertè idem ſapiẽs

A

B

Expoſitio, Roma. 12

Expoſitio. Prouerb. 23 Prouer. 25.

Simile.

C

Simile.

A ſapiens atteſtatur, cum dicit: ſicut qui multum mel comedit, nō eſt ei bonum, ita qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria.

*Expoſitio, Prouerb. 25*

*6. Documētum.*

¶ Sextum documentum, quod velut præteriti documenti moderamen accipiendum eſt, ſic habet. Prædicator in ſanctæ ſcripturę ſtudio, ſic ſenſum illius inquirat, vt in hac parte nimius
B non ſit, ſed extremum omninò fugiat. Itaque non ſic ſemper litterali ſenſui adhæreat, vt myſticum dimittat, nec ſemper myſticum ita diligat, vt litteralis immemor exiſtat: ſed ſic ambos amplectatur ſenſus, vt ante omnia litteralem ſenſum, velut fundamentum aſſumens, vlterius ſuo tempore & opportunitate habita, ad ſpiritualem ſenſum tranſeat. Quæ quidem opportunitas tunc temporis aderit, quādo ſcripturæ locus id exegerit, ſic vt
C myſticus, qui ibi adducitur ſenſus, diſſonus non appareat: ſed quantum in ſe fuerit, legitimo ſeruato litteræ ſenſu, ad ſpiritualem (ſicuti diximus) ſuo tempore tranſeat.

*Grego.*

¶ Documentum hoc eſt beati Gregorij. 21. Moralium libro, capite primo, cuius ibi hanc aſſignat rationem. Quia videlicet tot ſunt in ſacra ſcriptura loca grauida myſterijs, vt nimia eſſet concionatoris ignorantia, ſi litterali ſenſui dumtaxat inſiſteret. Alia verò ſunt tam huiuſcemodi myſterijs vacua, vt abſque propoſito omninò eſſet, myſticum ibi ſenſum inquirere, prę ter id quod nuda ipſa hiſtoria deſignat. Quapropter ad loci proprietatem, in hiſce rebus attentionem pręſtare habet concionator: quandoquidem ipſe ſcripturę locus eum docebit. Quemadmodum in eius ſtudio ſe gerere debeat: quod etiam ex regulis & documentis ſuprà poſitis, facilè dignoſcere valebit. Adducit egregius hic doctor in doctrinæ huius confirmationem, factum illud Iacob, quod Geneſis capite trigeſimo primo refertur, quā do, vt ipſius oues varij coloris parerent fœtus, virgas quaſdam accepit, quas ex parte decorticauit, ita vt in eis partes aliquę albę apparerent, alię verò virides remanerent: quas inquam virgas tempore conceptus, ante ouium oculos ſtatuit, vt eas oues aſpicientes, varij coloris etiam conciperent agnos. Virga hæc, ſacra propriè eſt ſcriptura. Nam quemadmodum virga recta eſt, & bruti latera contundit, & tanquam baculus etiam homini deſeruit, cui innitens facilius incedere poteſt: ſic pariter ſcriptura ſacra, omnium noſtrorum operum regula quædam eſt & rectitudo, malorumque hominum latera contundit, atque bonis, cui innitūtur, baculus eſt, vt leuius in virtutis via incedere valeant. Sicut ex propheta Dauid, pſalmo

*Rota.* A

*Ad loci proprietatē habēda eſt attentio*

*Figura, Gen. 31*

B

*Simile.*

C

A mo, 22. conſtat, dicente. Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Eſt igitur ſic, ꝙ dum prædicator in diuinę huius ſcripturæ ingreditur ſtudium, vt eiuſdem ſcripturæ grauidetur conceptu, ob oculos ſuos virgam hanc apponere habet, nec totam quidem viridem, neque etiam decorticatam totã. Quod eſt dicere, vt nec ſemper litteræ corticem ſolum inſequatur, neque adhuc ſemper albũ quod ſub cortice eſt, myſticum videlicet ſenſum, diligat. Sed in parte ab ſcriptura ſacra corticem

Expoſitio. Pſal. 22.

B auferat, ſub ipſa videlicet littera, eius ſpiritum requirens: in parte autem viridem relinquat, literalem ſcilicet ſenſum, velut myſtici fundamentum accipiẽs: ita vt in nullo horum exceſſiuus reperiatur. Nam cum hiſtoria ipſa ſpiritualem ſenſum non exigit, ſi concionator in inquirendo myſtico, inſiſtat, ex quo ſanam & legitimam doctrinam e-

Exceſſiuus cõciõator.

C licere deberet, non niſi improprium & inutilem, & quandoque errores educit: ſicut paruulus cum matris vbera nimium comprimit, vnde lac ſugere haberet, ſanguinem emungit. Ita enim expreſſè Salomon ait, Prouerbiorum capite trigeſimo, qui fortiter premit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum: & qui vehementer emungit, elicit ſanguinem. Decet igitùr paruulum ipſum, vt leniter atque

Simile.

Expoſitio. prouer. 30.

blandè ipſius matris vbera attrectet. Pari ergo forma ſacræ ſcripturæ lectorem decet, ne ipſius ſcripturæ textum, nimium premat, vt inde allegorias educat: neq; adhuc tam leniter ſcripturæ ſacræ pectus tractet, vt nihil inde myſtici ſenſus eliciat. Oportet ergo vt ſcripturæ ſãctę locum, quem tractat, tam prudenter conſulat, vt inde quod locus ipſe patitur, ſine violentia ſugat. A

¶ Septimum documentum ponit diuus Gregorius, ſecundo Moralium libro, capite ſecundo, vbi ait, ipſum decere euangelicum prædicatorem, vt in ſacræ ſcripturæ ſtudio cautus admodum ſit. In hoc videlicet, ꝙ multòties ſacra ſcriptura, in quibuſdam rerum temporalium loquutionibus, quę hominum iudicio planiſsimę apparent, res alias ſpirituales nobis ſignificare intendit. Qua ratione aliquãdo contingit, vt in ipſa hiſtorię enarratione, non ſine myſterio ipſius loci, temporiſque atque perſonæ qualitatem ponderat: vt inde ſpiritualia contingentia nobis innoteſcãt. Quemadmodum conſtat ex illo Deuteronomij capite primo, vbi de Iſraelitico populo legitur, quòd ipſius Dei vocem in monte tolerare non poterat. Ideoque ipſius legis præcepta inferiùs ad montis radicem neceſſarium fuit illi in ſcriptis dare. Vbi ex loci huius poſitione

7. Documẽtum. Gregor. B

C

Figura. Deut. 1.

A ſitione, ipſius populi infirmitas, quam in ſe habuit, denotatur: quia ad tantam perfectionem minimè aſcendere poterat, ſed in communi quadam atque laxa vita, infra montem ad virtutis radicem conſiſtere habebat.

¶ Aliquando à corporis poſitione, ſcriptura ſacra animæ etiam poſitionem ponderat, ſicut ex Ioannis decimo octauo capite conſtat: vbi cum iam paſsionis tempus appropinquaſſet, & Chriſtus eis qui eum comprehendere venerant, reſpondiſſet: Ego B ſum: ſtatim omnes retrorſum ceciderunt.

Figura, Ioan. 18

Item per Ezechielem prophetam, capite ſecũdo legitur, quòd cum Deus eum ad prædicãdum mittere deſtinaſſet, cecidit in faciem ſuam. Ex primo ergo loco, in quo Chriſti comprehenſores retrorſum cecidiſſe perhibentur, aliquorum hominum in peccatis ſuis occaſus denotantur: qui nimirum retro cadere dicuntur, quia peccati ſui, in quo iacent, nulla ipſis penitus reſtat intelligentia. Sic enim C fit in eo, qui retrorſum cadit, quia locum in quo iacet minimè videt. Cæterũ in prophetæ caſu, qui ſupra ſuã cecidit faciẽ, in ipſo propheta intelligentiam officij ſui inſinuatur remanſiſſe: vt rectè officium, ad quod Deus ipſum mittebat, intelligeret: ſimulatque conditionis ſuę

Figura. Ezechi. 2.

Simile.

A miſeriam, & naturam fragilem, ingenijque ſui paucitatem, ad tam graue cognouiſſet officium: & quòd minimè ad tam altum ſuffeciſſet munus, niſi ſibi Deus peculiare ad hoc præſtitiſſet auxilium.

¶ Ex eo prætereà, quod Satellites illi maledicti, retrorſum ceciderunt, & ex eo etiam, quòd ſuprà faciem ceciderit ipſe propheta: duo peccatorum lapſus nobis inſinuantur, quibus in delictis ſuis cadere conſueuerunt. Quorum primus eſt, cum iam in peccatis lapſi, malum in quo iacentes ſunt, nequaquam intelligunt: quo fit vt in deteſtanda vita ſua perſeuerent. Cuius nimirum conditionis, illi ſunt B peccatores, qui peccandi conſuetudinẽ gerunt, atque in peſtilentię cathedra ſedẽtes diu permanẽt: hoc ſi quidem eſt retrorſum cadere. Alij verò ſunt, qui ſupra faciem ſuam cadere cõſueuerunt. Nam etſi eorum permittente fragilitate, per aliquam temporis moram Deum offenderint, in eis tamen perpetrati mali cognitio C ſemper remanet, vnde illico à peccato reſurgunt, atque in Deũ creatorem ſuum viribus totis reuertuntur. Qui ſupra faciem cadere perhibentur: nam quemadmodum ille, qui in faciem cecidit, locũ in quo iacet videt, etſi luteus eſt, verecundatur, & inde continuò ſurgere nititur: ſic etiam qui in peccati limo infixus eſt

duo peccatorũ lapſus,

Retrorſum cadere.

Supra faciem cadere.

Simile.

A eſt: quando iam ad Deum conuertitur, hoc proculdubio ex verecundia eſt, quam patitur, cum ſe voluntatem in peccati luto aſpexit: abhorruit enim ſeſe in tam fœtido peccati ſtatu iacentem videre.

Figura. Actu. 7. ¶ Legitur in Actis Apoſtolorum, capite. 7. de diuo Stephano martyre in hæc verba, cum lapidaretur, dixiſſe: ecce video cælos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris Dei. Vbi ex eo, quòd corporis Chriſti, iuxta ſuum patrem B annotatur poſitio, cum dicitur, quòd ſtans erat, & non ſedens: ſignificatur quidẽ, ſpeciale quod huic ſanctiſsimo martyri in perſequutione ſua erogabat auxilium. Simile. Nam qui ſtat, quaſi paratus accinctuſque eſt, vt alium adiuuare poſsit, quæ tamen diſpoſitio ei qui ſedet, deficere videtur.

¶ Aliquando ſcriptura ſacra, temporis qualitatem, quo aliquid geſtum eſt, conſiderat, vt inde aliquam hominibus virtutem, aut certè infirmitatem ſpiritualem deſignet. C Sicut locus ille Ioannis capite. 10. habet: Figura. Ioan. 10 vbi cum Chriſtus in porticu templi Salomonis deambularet, tempus quo hæc fiebant, ſacra pagina ſignat dicẽs, hyems erat: vt hinc Iudęorum frigiditatem, quam in credendo, ipſiuſque Ieſu Chriſti doctrinam recipiendo tenebant, oſtenderet. Nã de eo qui in peccato obſtinatus eſt quòd frigidus ſit, propriè dicitur. Et hoc idem eſt, quod inſinuatur, cum A Matthæi. 24. capite aſſeritur: Expoſitio. Matthęi. 24. quoniam abũdauit iniquitas, refrigeſcet charitas multorũ. Qua itidem ratione Ioannes euangeliſta capite. 18. de Petri negatione loquens, tempus annotat dicens, ꝙ hyems erat, & ſtãs ad prunas calefaciebat ſe: Figura. Ioan. 18 vt in hoc amoris denotaret frigiditatẽ, quã Petrus in corde ſuo erga Chriſti perſonam gerebat. Cæterũ quando calefaciebat ſe, Petrum ſtantem ſcriptura depingit, Figura. Ioan. 18 vt hinc intelligeremus, ꝙ rebus huius B mundi, maiorem quã diuinis pręſtabat attentionem. Aliquẽ quippe ſtantem eſſe, vigilantem eſſe Simile demonſtrat: at verò eſſe ſedentẽ, deſidem & quaſi dormientẽ eſſe ſignificat.

¶ Præterea in eo loco Ioannis capite. 13. vbi legitur, quòd Iudas ab Apoſtolorum collegio egreſſus fuit, Figura. Ioan. 13 vt Iudæis Chriſtum traderet, de tẽpore quo exijt, ſic dicitur: Nox erat. In cuius temporis ponderatione, euangeliſta C eam animi cęcitatem nobis ſignificare intendit, quam peruerſus ille diſcipulus in ſuo gerebat pectore, vt amplius ad ſui delicti indulgentiam non rediret. Pari etiam ratione aſsignatur, per Lucam capite. 12. illius auari diuitis tempus, Figura. Luc. 12. qui maximè in diuitiarum ſuarum abundantia delectabatur: cui ſubitò reſponſum eſt, miſer hac nocte repetent animam tuam. Ex quo enim in

nocte

A noċte eius animam exhalandam eſſe dixit, ſignificatum eſt, ipſum diuitem in tenebrarum ſtatum abire debere, vbi nulla ipſi poſſet iam ſupereſſe lux. Hinc etiam eſt, quòd de Salomone, tertij Regum capite tertio legitur, quòd cum ſapientiam à Deo recepiſſet hoc vtique in ſomnis fuit: vt temporis paucitatem, quo in ea perſeueraturus erat, nobis inſinuaret. Nam id quod in ſomnis percipitur, ſtatim cum excitatur homo euaneſcit.

Figura. 3. reg. 3.

Simile.

8. Documetum.

¶Octauum documentum, ꝙ maximè annotandum eſt, vt in B ſacræ ſcripturæ ſtudio concionator non offendatur. Secus enim ſi non ſatis alias in his eſſet eruditus, facile eſſet, ex diuinæ ſcripturæ verbis aliquid ſcandali ſumere. Eſt præterea documentũ hoc conducens valde, vt Euãgelici prędicatores in ſacræ paginę loquutionibus, ignarum populum inſtruant: ne eorum quandoque ruſticitas in cauſa ſit, vt aliquem intra ſemetipſos creent errorẽ, aut certè craſſam C in hoc articulo ignorantiam teneant, vt ſcãdalizari poſſint. Eſt ergo documentum quod multoties ſacra ſcriptura abſurda aliqua aſſerere videtur, quæ in Deo penitus conſiſtere non poſſunt: quæ tamen chriſtianorum aures continuo ſcandalizare videntur. Igitur in huiuſmodi ſcripturæ locis, non ita eſſe in Deo intelligendum eſt, ſicut ipſa textus littera ſonat: ſed loquutio A quædam eſt, iuxta noſtrum loquendi modum inſtituta, vt ex hoc, id quod nobis per talem loquendi formam proponitur, rectiùs intelligamus. Regula hæc diui Chryſoſtomi eſt, ſuper Geneſim, homilia. 22. tomo. 1. atque iterum in eodem loco, ſuper Geneſim, homilia. 13. vbi expreſſè aſſerit, ꝙ in ſimilibus ſacræ ſcripturę loquutionibus, humanam B quãdam loquendi formam Deus aſſumit, nõ tamen vt ita in Deo realiter ſit, ſicut ipſa exterior loquutio deſignat. Et hoc conſtat ex eo quod habetur, Geneſis capite ſexto, vbi dicitur, quòd videns Deus ſummam hominum in terra corruptionem & malitiã tactus dolore cordis, dixerit: pœnitet me feciſſe hominẽ. Clarum quippe eſt, nullnm eſſe in Deo cordis dolorem, qui neque cor habet, neque in eo dolor talis eſſe potuit. Neq; etiam eius ꝙ ſemel fecerit, pœnitudo ſiue contritio exiſtere in Deo valet, quippe qui omnia antequam fiant, ſa- C pientiſsimè à principio vſque in finem attingit. Quo fit vt nullus in Dei operibus error admiſceri queat, vt poſtmodum illius quod ſemel geſſerit, pœniteat: quandoquidem ſola hac de cauſa, homines pœnitere ſolẽt, quia operis quidem rectitudinem aut errorem, qui ingeſtis ſuis immiſceri ſolet, attingere non valent. Eſt ergo, loquutio hæc, quidam humanus

Chriſoſtomus.

Expoſitio. Geneſis. 6.

A humanus loquendi modus. Nam
Simile. quemadmodum homines in re
ipſa aſſueſcimus facere, ita & ſcriptura ſacra conſueuit dicere, vt iuxta noſtram loquendi formã, ea quæ Deus facit, rectiùs intelligamus.

¶ Dicitur prætereà Geneſis, capite. 2. quòd cùm Deus hominem creaſſet, aſſumpſit eum, & in paradiſo conſtituit, vt ipſum nẽpe conſeruaret paradiſum. Vbi certum eſt, quòd Deus manibus minimè Adam aſſumpſerit: quia cùm in Deo nulla ſit manuum aut brachiorum compoſitio, conſequens eſt vt nec actio hæc corporalis in eo eſſe potuerit, ad hoc vt primi hominis realiter aſſumpſerit corpus. Sed huius loci ſenſus eſt, diuinam ſolùm fuiſſe voluntatem, hominem illum in paradiſo habitare, vt eũ vtique cuſtodiret. Itaque Deus hoc idem voluntate ſua operatus ibi fuit, quod homo brachijs & manibus peregiſſet. Scriptura igitur ſacra, illud nobis ſub humana loquutionis forma deſignauit, vt iuxta noſtrum loquendi modum, res ipſas percipiamus diuinas: quæ ſi alioqui iuxta naturam ſuam nobis proponerentur, nullo pacto eas percipere valeremus.

Expoſitio. Geneſ. 2.

B

C

Simile

¶ Legitur etiam Iob capite. 1. quòd loquente dæmone cũ Deo, cõtinuò ab ipſius Dei exiuit præſentia. Qui loquendi modus inſinuare nobis videtur, Deum in aliquem abijſſe locum, vbi Deus non extitiſſet. Etenim cùm inter homines dicitur aliquem à regis exijſſe præſentia, idem eſt, quòd in aliquem abijſſe locum, in quo rex penitus non exiſtat. Quod de Deo aſſeri nullatenus poteſt: nullus quippe locus eſt, vbi præſens non ſit. Conſtat ſiquidem ex quàm plurimis ſacrę ſcripturæ locis, Deum vbiq; eſſe præſentem. Ieremias enim capite. 23. ait: cœlum & terram ego impleo. Et hoc idem Eccleſiaſtici capite. 24. legitur: Girum cœli circuiui ſola. Et hoc item eſt, quod locus ille Sapientiæ capite 1. ſonat, vbi ſic habetur: Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Ad hæc etiam Iſaias propheta capite, 66. ait: Cœlum mihi ſedes eſt, & terra ſcabellum pedum meorum. Atque iterum ipſemet Iſaias propheta capite, 40. inquit: Cœlum metitur palmo, & omnem terram pugillo concludit. Prætereà etiam regius Dauid propheta Pſalmo, 138. de hac eadem dei præſentia loquens ait: Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam. Si aſcendero in cœlum, tu illic es: Si deſcendero ad infernum, ades. Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, illic tenebit me dextera tua. Vbi apertè nullum conſtat eſſe locum in cœlo, aut in terra, ſiue in mari, ad quem confugiens homo

Expoſitio, Iob. 1.

A
Simile.
Deus vbiq; pręſens.
Iere. 23.
Eccl. 24
Sapiẽ. 1.
B
Iſaię. 66.
Iſaię. 4.
C
Pſ. 138.

A homo, Deo non occurrat.

Expoſitio. Iob. 1

¶ Dæmonem igitur à Dei præſentia receſsiſſe, nõ eſt in aliquem deueniſſe locum, in quo Deus non exiſtat: ſed iuxta diui

Gregor.

Gregorij expoſitionem ſecundo Moralium libro capite. 12. & 13. tunc tẽporis dæmonium in Dei præſentia eſſe dicitur, quando à diuinæ maieſtatis virtute & potentia adſtrictus, malitiæ ſuæ ap-

B petitum in homines exercere nequit. Tunc verò à diuina præſentia exire dicitur, cum ab hac Dei voluntate ſolutus, deſiderij ſui libertatem conſequitur. Itaque cum voluntatis ſuę appetitum adimplere nequit, tunc ipſius Dei præſentiæ aſsiſtit: tunc verò ab eadem eximitur aſſiſtentia, quando perſequendi homines poteſtate recepta, ſuæ malæ voluntatis propoſitum ad-

C impleturus venit.

Expoſitio. Iob. 1

¶LEGITVR etiam Iob capite. 1. Deum dęmonem ipſum interrogaſſe, vnde venis? Ex quibus verbis aliquam in Deo fuiſſe ignorantiam inſinuatur: hic enim loquendi modus, eorũ omnium vſitatiſsimus eſt, qui aliquid ignorare videntur: nullus quippè ab alio ſciſcitatur, niſi idquod neſcire dicitur. Ex hoc igitur, chriſtianorum auribus ſcandalum aliquod fortaſſe gigni videbitur, quia præcedẽtia verba, talem in Deo ignorantiæ imperfectionem eſſe deſignent.

Solutio.

Verum tamen ſicut iam ſuprà diximus, eâdem loquutionis formam Deus hic penitus aſſumpſit, qua nos inter noſmetipſos vtimur: vt per noſtrum loquendi modum, aliud Deus nobis ſignificet, quam voces ipſæ inſinuant. A

Gregor.

Quod beatus Gregorius ſic ingenioſiſsimè exponit. 2. Moralium libro capite. 4. Notiſsimum quippè erat (ait doctor hic) Deum ſcire, vnde dęmõ veniret, cum neq; vno temporis momẽto abſq; eius volũtate moueri poſsit. B

Peculiaris ſcripturæ loquendi modus.

Sed peculiaris eſt ſacræ ſcripturę talis hic loquendi modus tã in loco iſto, quã etiam in multis alijs, Deũ videlicet & cum dęmonibus, & cum malis etiam hominibus ita loqui, ac ſi eos minimè agnoſceret: Nõ tamẽ quia in rei veritate eos nõ intelligat: ſed dũ eorũ peruerſos mores acceptare minimè velit, eos tũc ignorare dicitur: & in hoc ꝙ eſt eorũ peruerſam vitã reprobare, in hoc inquã eos neſcire dicitur: C

Expoſitio. Matthæi. 25.

Et ſic intelligitur ille euangelij locus quẽ Matthęus cap. 25. adducit, vbi Deus fatuis illis quinq; virginibus, quę clauſam ianuã pulſauerũt, reſpõdit: Neſcio vos:

Expoſitio Geneſis. 3.

Sic etiã locus ille accipiẽdus eſt, qui Geneſ. cap. 3. habetur, vbi primum hominem poſtquam peccauerat deus in Paradiſo requirẽs, illi dixit: Adam vbi es? quaſi dubius, vbi eſſet Adam interrogaſſet: Simili modo reliqua his ſimilia ſanctæ ſcripturæ loca, intelligenda ſunt.

A Expoſitio Amos. 3. ¶ Prætereà, adducuntur verba quædam per Amos prophetam, capite tertio, quæ hominum aures prorſus ſcandalizare videntur, vbi dominus ſic ait: Si eſt malum in ciuitate, quod dominus non fecerit: cùm tamen compertiſsimum ſit, numquam alicuius mali Deum auctorem fuiſſe. Attamen per humanam hanc loquutionis formam, propheta nobis deſignare voluit prouidentiam magnam, & peculiarem curam, quã erga res omnes Deus gerit, quãtumcumque minutiſsimas, & quæ parui videantur eſſe momenti. B Siquidem nulla earum ſine eius ſapientia & voluntate mouetur; ſiue bonæ ſint ſiue malæ. Non tamen quia peccati culpam, Deus ipſe ibi poſitiuè operetur, aut velit: quandoquidem compertum eſt, delicti culpam, tanquam ex radice proprioque fonte, ab hominis voluntate & malitia promanare: C ſed dicitur Deus in hominibus malum perpetrare, quia mali pœnam, in ipſius culpæ demeritum & flagellum, hominibus infligit: aut certè, quia peccati culpam & ſi non velit, permittit tamen, in aliorũ peccatorum punitionem, quę quandoque homo perpetrauerat. Duplex ſenſus.

Sic enim inter homines ſæpe accidit, quòd peccatum aliquod in alterius peccati pœnam deueniat.

A Expoſitio. 3. Regum. 22. ¶ Ad eum modum intelligendus etiã eſt ille ſcripturæ locus, qui tertij Regum capite. 22. adducitur, vbi Deus prophetas prouocat, vt mentiantur, atque vt Achaz regem Iſraël decipiant: & cum nullus adeſſet propheta, qui ad hoc ſeſe offerret opus, dæmoni poteſtatem conceſsit, vt eum deciperet, dicens: Vade & decipe Achaz, quia contra eum præualebis. Non igitur in hoc loco intelligendum eſt, Deum mendacij B huius auctorem fuiſſe, cùm alias in lege quam hominibus præſtitit, tam prohibitum ſit omnibus mentiri: quia dæmon mendacij auctor ſemper extitit, à cuius malitia peccatum ipſum formaliter proceſsit. Cęterum hoc in loco mendacium Deus permiſit, in regis Achaz correctionem, & flagellum, quod alias ipſe meritus erat. Et vt nos hoc rectiùs intelligeremus, ad noſtrum loquendi modum, C ſcriptura ſacra loquutionem formauit.

## ¶ CAPVT. XVIII. vbi de nono agitur documento.

NONVM documentum, 9. Documentũ. quod pro ſacræ paginę intelligentia, valde etiã obſeruandum eſt, de contrarietate vtiq; eſt, quę in verbis eius quandoq; reperitur. Proque eſt annotãdũ, dupliciter poſſe ſolui difficul-

A difficultatem hanc quam ex verborum contrarietate in ſcriptura ſacra oriri contingit, vt concionator in eiuſdem ſacræ ſcripturæ ſtudio non aberret. Primò enim ſoluitur per expoſitionem, quam in ſeipſa diuina habet ſcriptura. Nam ſic vt plurimum accidit, vt quædam ipſius per alia interpretentur loca: quod profectò manifeſtum

B concionatori erit, ſi tamen in eius lectione fuerit aſsiduus.

Duplex cõtrarietatis ſolutio.

Quemadmodum ex primo capite ad Romanos conſtat, vbi Apoſtolus fidei chriſtianæ excellentiam exaggerans, ſic ait: iuſtus ex fide viuit. Vbi videtur totam chriſtianæ vitæ ſubſtantiam & negotium, ipſi tribuere fidei, nullius alterius virtutis habito reſpectu. Quæ tamen verba, ſi attentè conſideremus, contrarietatem habere videntur cum eis, quæ alio in loco ipſe Apoſtolus de eadem aſſerit fide, cùm prima ad Corinthios capite. 13. ait: ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum. Vbi locus hic, parum vigoris fidei chriſtianæ tribuere videtur, dummodò charitas ipſa abſit. Attamen ſi attentiùs vtriuſque loci verba contemplati fuerimus, apertè contrarietas diſſoluitur. Nam ſecundus locus qui prima ad Corinthios, capite. 13. adducitur, alterius primi expoſitionem continet. Eſtò enim verum ſit, quòd fidei chriſtianæ excellentia in hoc conſiſtat, vt prima ſit vitæ noſtræ ianua, qua Deus ad hominem ingredi habet (quia profectò rei alicuius cognitio, quæ ipſius intellectus primum eſt opus, præſupponitur quidem ipſi amoris virtuti, qui voluntatis eſt effectus: priùs enim rem aliquam cognoſcimus, quam eam amemus: & ſic prius eſt Deum ipſum cognoſcere, qui fidei actus eſt, quia nimirùm eum per fidem recipimus, quam amare, quod eſt charitatis opus, veruntamen cùm credere Deũ, eumq́ue cognoſcere, ad amorem Dei atque ad eius obſequium ordinetur, hinc eſt quòd fidei actus, ſcilicet in eum credendi, parum preſtaret, ſi charitatis virtus fidem ipſam non veſtiret, voluntate & operibus aſſociando. Quo fit, vt neceſſariò dicendum ſit, primum Apoſtoli locum, vbi aſſerit, iuſtum ex fide viuere, ſic à nobis accipiendum eſſe, quòd videlicet, prima chriſtianæ vitæ ianua fides eſt, ſuppoſito tamen vt charitatis operibus informetur. Vnde apertè colligitur, quòd locus ille primus, per loci huius ſecundi doctrinam modificandus veniat, attentò, quòd tam neceſſaria in chriſtiana hac lege, hominibus ſit demandata charitas. Hinc

1. contrarietas. Expoſitio, Roma. 1.

C

Expoſi- 1. Cor. 13

B

Solutio.

C

A ſatis hęreticorum confunditur cæcitas,qui ſolam fidem ſufficere autumant. Item patet, quòd inter hęc duo loca nulla verſetur cõtrarietas. Nam primi loci ſenſus (ſicut diximus) hic eſt, quòd de ſe fides prima eſt ianua, per quam ad animæ vitam & ſalutem ingrediendum eſt: ſic tamen vt charitate ſit cooperta, & non nuda.

Hęreticorũ cæcitas.

2. Contrarietas Expoſitio. Matthæi.6

¶ Traditur etiam Matthæi capite. 6. operum virtutis forma, quam homo erga Deum in ſe ipſo obſeruare debet, videlicet quòd ſecreta eſſe debeant, in
B ter Deum & ipſum ſolum. Ait ſiquidẽ Chriſtus, Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua:& vt cùm orauerit homo, non in foro coram hominibus faciendum ſit, ſed vt ſeorſum in ſuum ingreſſus cubiculum, in Deum ſuam dirigat orationem. Item vt ſi quandoque ieiunauerit homo, nevtiquam macilentam faciem præſeferat, vt ſic ab hominibus videatur: ſed omnia Deo patri relinquat, qui hæc tandem vir-
C tutis opera præmiaturus eſt.

Expoſitio. Matthæ. 5.

Alibi tamen, Matthæi ſcilicet 5. capite, de his eiſdem operibus loquens, quæ homines cum Deo tractare debent, ſic dicit: ſic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona. Vbi apertiſsima duo hæc loca ſibi inuicem contraria ri videntur. Nam cùm in hoc proximo loco virtutis opus publicum eſſe præcipit, in primo A
non niſi ſecretum eſſe exigit.

Solutio.

Si tamen attentiùs in vtroque loco, ſcripturę diuinæ propoſitum, & contextum perpendamus, nullam inter ſe contrarietatem habere reperiemus. Nam in ſeipſis, ipſorummet continetur expoſitio: quemadmodum conſtat primi loci verba conſideranti, quæ Matthęi capite ſexto ſtatuuntur. Ibi enim ſic legitur: Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis co- B
ram hominibus, vt videamini ab eis. Ex quibus vltimis verbis, ſcilicet, vt videamini ab eis, colligitur Deum nevtiquam prohibere, publica eſſe hominum opera, cum in Chriſtiana republica bonorum operum exemplum, tam ſit inter homines neceſſarium: ſed hoc tantum prohibet, vanitatis videlicet finem, quem in ſuis virtutum operibus homines intendere poſſent, ſi ipſius vir- C
tutis opus, eo fine & animo exercerent, vt ab hominibus viderentur. Vnde iuſte Deus ab his humanam hanc gloriam appetentibus, virtutis præmium abſtulit. Cum enim ipſius virtutis exercitium, in applauſum, & hominum ſolum aſpectum direxerint, iam inde ipſius operis mercedem reportarunt: quia hoc præciſè præmium eſt, quod in ipſo operis exercitio præcipuè inten-

Neceſſarium virtutis exẽplum.

A intendebant. Vnde fit, vt in nullo tali virtutis opere, Deus illis debitor exiſtat. Et hæc ratio eſt, quam ipſe euangelij textus aſsignat, dum ait, vt videamini ab eis. Secundò reſpondetur, loci huius contrarietatem abſolui, ſi ponderemus ſecundi loci, Matthæi ſcilicet capitis quinti, propoſitum. Ibi ſiquidem de paſtoribus Chriſtus loquitur, qui reipublicæ chriſtianæ ſunt capita, quos maximè decet ad hoc, vt ouibus ſuis bonorum operum ſe præbeant exemplar, quòd eorum virtutis opera, publica ſint. Vnde ſal, ciuitatemque ſupra montem poſitam, atque accenſam ſuper candelabrum lucernam, eos denominat: quæ nimirùm tria nomina res omnino publicas deſignant. Vt hinc animaduertant, quòd tanquam mundi luminaria, omnium conſpectui apparere debent: & veluti ſal, cæterorum vitas condire habent: C & quemadmodum ciuitas, habitaculum hominibus exiſtit, ſic etiam prælati, protectio omnibus fieri tenentur. Cæterùm in primo Matthæi loco capituli ſexti, de peculiaribus ſeorſum perſonis Euangelium loquitur: qui cùm aliorum non ſint capita, ſecreta ab eis opera fieri conducit. Nam cùm iſti nullum aliud gerant principalius negocium, quam animæ ſuæ

[Margin: Solatio. — B — Expoſitio. Matthęi. 5. — Sal. — Ciuitas. — Lucerna — Simile. — Simile. — Simile.]

ſalutem conſequi, conducit maximè, vt inter ſe & Deum ſolum virtutis opera exequantur. A

¶ TERTIO annotandum eſt adhuc pro ſolutione contrarietatis huius, quòd hominum virtus ſic ſe habeat, quemadmodum ipſa plantarum natiuitas. Quæ quando recenter naſcuntur, & tænerrimæ ſunt, quia earum eſſe pro eo tempore, veluti in lactè, tenerrimum conſiſtit: & ideo tunc temporis planta ipſa, ſolicitudine & protectione eget, ne vel ab aëre frangatur, vel à ſolis calore areſcat, aut certè à gelu ipſo aduratur.

[Margin: 3. Solutio. — Simile — B]

¶ Cæterùm cùm iam ipſa adaucta eſt planta, atque in arboris truncum creuit, radiceſque profundiùs in terra immiſſas habet: tunc temporis inquam, minimè tanta eget coloni cultura, vt ſcilicet ab aëris flatu, ſoliſue calore, aut gelu defendatur, quia nullibi periculum imminet, vt arbor ipſa frangatur & pereat. Sic etiam in duplici ſunt religioſi viri differentia. Alij, qui veluti nouicij & nouellę plantę, in virtutis exercitio incipientes ſunt, qui nondum eius perfectionem attigerunt: de quorum numero maior fere eſt hominum maſſa. De his ergo Matthæus capite ſexto loquitur, dum opera virtutis ſecreta eſſe commendat, vt eos à ſæculi huius inani gloria tutos reddat. Sunt enim tenerri-

[Margin: C — Religioſi viri.]

A me arbores, quæ nondum virtutis truncum emiſerunt, ſed tantum in lacte & virtutis flore exiſtunt: vnde manifeſtum eis imminet periculum, vt tanquam tenerrimæ plantæ hinc inde ab inani mundi huius impellantur gloria. At verò alij ſunt, qui iam in virtute prouectę ſunt arbores, quia virtutis corpus & truncum protulerunt, qui in virtute diuites & conſummati exiſtunt quemadmodum ſunt prælati, qui reipublicę christianæ ſunt capita, aliorumque ſunt gerentes curam in quibus cùm nullum iam immineat inanis gloriæ periculum, quæ eos ab integra (quam ducunt) virtute abſcindat, exigitur eorum opera publica eſſe: quia in eis virtutum exemplum, ad aliorum vtilitatem maximè intenditur. Et de his Euangelium loquitur, capite. 5. petens, vt coram hominibus lucida ſint eorum opera: præſupponit enim quod cùm prælati ſint, extra nouiciorum ſtatum in virtutis exercitio iam eſſe debeant. De quorum numero aliqui in ſacra pagina reperiuntur ſancti, qui virtutes ſuas publicè prædicarunt, & hoc abſque vllo vanitatis vitio. Sicut diuus fuit Paulus, quēadmodum ad Corinthios ſecunda epiſtola capite. 11. legitur: necnon & de propheta Iob, capite. 31. habetur: quos videre libeat. Ibi enim virtutes quas operati ſunt, necnō labores, quos pro Deo ſunt perpeſsi, publicè annuntiant.

Simile. B Prælatorum perfectio. C Expoſitio. 2. Corin. 11. Expoſitio. Iob. 31.

¶ HABETVR etiam Eccleſiaſt. capite. 2. Melius eſt comedere & bibere. Poſtmodùm autem capite. 7. contrarium huius Salomon affirmare videtur, cùm dicit: Melius eſt ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij. In quorum vno loco conuiuium laudat, in altero verò condemnat: quo fit, vt inter hæc duo loca, contrarietas non modica oriri videatur. Attamen ex fundamento, quod hucuſque in hac adduximus materia, quod eſt ſcripturę ſacrę propoſitum atque contextum attentè conſiderare, facile ſoluitur dubium. Nam ſi pręcedentia, & ſequentia textus verba perpendamus, reperiemus quod in. 2. capite condemnat Salomon eorum hominum auaritiam, & tenacitatem, qui vt heredibus bona ſua relinquant, ea in ſui ipſorum vtilitatem expendere non audent, vſque adeò vt nec adhuc ex ipſis neceſſaria ſumant. Hos igitur damnat ſapiēs, dicens, ſatius illis fore, de ſuorum bonorum temporali ſubſtancia comedere & bibere, iuxta id quod eorum exegerit neceſsitas, quam tanta ſolicitudine in hoc ſęculo diuitias acquire

A 3. contrarietas. Expoſitio Eccleſi. 2. Ecclestes 7. B Solutio. C

A acquirere & conſeruare, vt poſt mortem ijs tandem relinquant, quos ignorant, quales ſibi gratias pro impenſo referant beneficio. At verò in capite.7. tractat ſapiens, frænum hominibus in vitę huius diſſolutionibus imponere, quæ ex eorum inſurgunt nimia ſenſualitatis lætitia, ob oculos illis proponens naturæ ipſorum miſeriam, &

*Diuitiæ hęredibus relictę.*

B perituræ vitę memoriam. Et quia ad hoc maximè conducit à mundanis conuiuijs homines ipſos retrahere, vbi vt plurimùm ſenſualitatis habenę ſoluuntur, atque cæleſtis vitę obliuio generatur: ideo à talibus potatorum comeſſationibus eos retrahere decreuit, atque in lachrymas (quę in luctus domo verſantur) conuerti admonet, vt ibi homo in miſeriæ ſuæ contemplationem excitetur. Quia igitur huic propoſito conducit nimis, in luctus domo hominem reperiri, proptereà ait, me-

*Côuiuia*

C lius eſſe domui luctus adeſſe, quã conuiuij.

*4. Contrarietas Expoſitio. Matthæi.15.*

¶ITEM Matthæi.15. capite. ait Chriſtus, Phariſæorum traditiones damnando, veteriſque legis ſatraparum conſuetudines: ſine cauſa colunt me, docentes doctrinas hominum ac mandata. Vbi humana ſtatuta, & mandata, quæ Phariſęi populum docebant, Chriſtus damnare videtur. Alibi tamen, vt ex Matthæi capite.23. patet ait: ſuper cathedram Moyſi ſederunt Scribę & Phariſęi, omnia quecunque dixerint vobis ſeruate & facite. Quod prętereà confirmatur ex eo quod Lucę capite.10. ait: Qui vos audit, me audit, qui vos ſpernit, me ſpernit. Quibus in locis, primi loci contrarium videtur profectò aſſerere: nam expreſſè hominum mãdata & doctrinas proſequi iubet. B

*Expoſi- Mat.23.*

*Expoſitio. Lucę.10.*

¶Difficultas tamen hęc facilè diluitur, ſi pręmiſſam à nobis regulam ſequamur. Quia ſi propoſitum & finem, quo Chriſtus Matthęi.15. capite loquutus eſt, conſideremus, inueniemus apertè, non eius fuiſſe mentis omnia hominum damnare ſtatuta, maximè cùm laudabilia ſunt & ratione fundantur: cùm hęc eadẽ per alia duo Matthęi videlicet & Lucę loca Chriſtus approbauerit, in quibus, hominibus clarè perſuadet, vt eorum libenter audiãt & obſeruent pręcepta. Voluit igitur Chriſtus in illo Matthęi loco C capite.15. Phariſęorum & ſatraparum peruerſam dãnare gubernationẽ. Docebant ſiquidẽ populũ, aliqua eorum ſeruare debere ſtatuta, quę tamẽ directè Dei legi contraueniebant. Quemadmodũ fuit mandatum illud, quod ipſi mera auaritia ſtatuerunt, cui quidem mandato tota illius capituli quęſtio innititur, quãdoquidẽ talẽ ſtatuerunt ſanctionẽ, vt videlicet, id quod parentum vitę neceſſariũ erat, ab eis omnino auferẽ-

*Solutio.*

A dum eſſet, ſibiq́ue in templo offer ri debere, vt inde in ſui ipſorum poſtmodum cederet alimentum. In quo caſu non ſolùm hãc Phariſæorum peruerſam conſtitutionem Chriſtus damnauit, ſed quã plurimas alias, quæ huic ſimiles exiſtebant, quas iam inter ſe Phariſæi habebant receptas. At vero in alijs locis, vbi Chriſtus Phariſæorum doctrinam audire & proſequi admonet, talem eſſe præſupponit doctrinam, vt rationi legiq́ue diuinæ minimè contrauenirer.

¶Et ponderanda eſt maximè, B præmiſsi huius documenti doctrina, quia ad ſanam profectò ſcripturæ ſacræ intelligentiam conducit valde. Ex eo enim quod ſcripturæ ſanctæ lector non ſatis quandoq́ue eius attentè connexionem conſiderat & conſequentiam, quam interſe ſcripturæ huius veritates habent, nec propoſitum in qua ſancta loquitur ſcriptura perpendit, neque ſequentia verba cum præteritis cõfert: Inde inquam hæreticorum plurimi, in varios intolerabileſq́ue inciderunt errores. Quorum ſemC per fuit conditio, ab ipſo ſcripturæ ſacræ puriſsimo fonte excerpere teſtimonia, eaq́ue interpretari, non quidem in eo ſpiritu & fine, quo ibi ſcripta ſunt: ſed ipſius ſcripturæ ſanctæ ſimplicitatem, ad hoc intentum trahunt, vt id quod ipſi prætendunt ſignificet, non autem ad id quod ſancta ipſa exigit ſcriptura.

Textus cõnexio ponderãda valde.

¶Hos tales cœteroſq́ue diuini verbi prædicatores, qui proprietatem propoſitumq́ue, quod in ſeipſa diuina habet ſcriptura, deſerunt, volentes quidem ex ingenio ſuo diuinis auctoritatibus aſsignare ſenſus: Hos inquam acriter reprehendit Hilarius in libro de Trinitate, capite. 4. his verbis: Intelligentia dictorum, ex cauſis ſumenda eſt, quia non ſermoni res, ſed rei ſermo debet eſſe ſubiectus. Intelligentia (inquit egregius hic doctor) ac legitimus diuinę ſcripturæ ſenſus, ex rebus ipſis, de quibus tractat, educendus eſt: nuſquam ſiquidẽ res ipſę verbis adaptari debent, ſed verba potius rebus ipſis, & propoſito quo tractantur, habent concordari.

Hilarius

## CAP. XIX. DE ERRORIBUS, in quos defectu huius documenti, hæretici deuenerunt.

ET CONFIRMAtur apertiſsimè documenti huius veritas. Nã huius lectionis defectu, in hãc dementiam, cœcitatemq́ue noſtra hac tempeſtate deuenerunt hæretici, vt omnes catholicæ Eccleſiæ cærimonias abſtulerint, quemadmodum ſunt tẽplorũ, Sanctuariorumq; peregrinationes: ob hoc ſolùm quia aliquas ſcripturę diuine auctoritates,

Hereticorũ dementia, vnde orta ſit.

A tes, ad litteram ipſam intellexerunt, nulla alia habita attentione ad ipſius litteræ contextum, & conſonantiam, quam cum alijs ſcripturæ locis ipſamet ſacra pagina habet. Sicut apparet in loco illo Ioannis capite. 4. cùm Chriſtus Samaritanę dixit. Mulier crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Hieroſolymis adorabitis, ſed veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate, Ex quibus

1. Hęreticorum deceptio. Expoſitio Ioannis. 4.

B verbis ſuam volunt corroborare hæretici ſententiam, qua tẽplorũ orationes, cæteraſque ſanctuariorum peregrinationes damnant. Vbi ſi attentè perpẽdamus propoſitum, in quo Chriſtus hęc proferebat verba, inueniemus quidem, eum nequaquam Chriſtianorum religioni & deuotioni contrauenire, quam erga templa aliaque longinqua gerunt ſanctuaria: quibus in locis, intenſiori quãdoque deuotione homines Deo preces fundunt. Sed eius tantum intentum fuit, Samaritanę

Peregrinationes

C illius quęſtioni ſatisfacere, vt Iudęos ſimul & Samaritanos, ab errore quo tenebantur eximeret: quorum primi orationem validã non eſſe aſſerebant, niſi in Ieruſalem templo fieret: Samaritani verò ècontrà affirmabant, nullius videlicet virtutis orationem exiſtere, niſi in Samarię monte eſſet effuſa. Et quod vtrorumque ſententia manifeſtus eſſet error, patefecit Chriſtus, exponens vim &

Iudæi. Samaritani.

A orationis virtutem minimè conſiſtere in eo quod in hoc potius quam in alio fieret loco: quandoquidem videmus, quod in quocũque loco, ſi fide & veritate Deum imploremus, valida ſit oratio talis, Deũq; ad nos exaudiendũ quocũq; tempore & loco paratũ eſſe. Non tamen propter hoc tollitur, in loco aliquo efficaciorem eſſe orationem quã in alio, ſicuti ſunt templa, atq; in deſerto ędiculę, cæteraque ſanctuaria: quia ipſi

B Deo peculiares hę ſunt dicatę domus, & in hũc pręciſè finem ſancta hęc ſunt inſtituta loca. Sunt præterea hominum precibus aptiſsima loca, eremi, & cuiuſcũq; etiam ſęcularis in domo ſeparatus & ſecretus locus, ſiue cubiculum, quia cum huiuſce modi loca ſolitaria ſint, orationi proculdubio exiſtunt accommodatiora, in quibus attentiùs homines Deum exorare valent. Et hæc fuit cæcitas, aut certè temporis noſtri hęreticorum malitia, qui vt peruerſam ſuam fundarent ſententiam, loci huius verba nudè omnino acceperunt. Qui illorum verbo-

Loca orationis

C rum ſinceritate abutentes, locum hunc pro ſe allegarunt, vt cærimonias omnes penitus abraderent, nulla alia habita attentione ad eum finem & propoſitum, in quo Chriſtus ea tractauerit.

¶ Sic etiã decepti ſunt in verbis illis, Matthæi. 15. capite. cũm dicitur: ſine cauſa colunt me docentes doctrinas hominum ac man-

2. Hęreticorum deceptio. Expoſitio. Matthæi. 15.

A mandata. Namquia hæretici horum verborum ſinceritatem, nudumq; litteræ corticem ſolum inſpexerunt, pro comperto habent, humana omnia ſtatuta, conſtitutioneſq;, hoc in loco Chriſtum condemnaſſe, præter eas dumtaxat, quæ in Euangelio erant contentæ. Neque aduerterunt, ſiue (vt rectiùs dixerim) aduertere noluerunt, propoſitũ in quo hæc
B Chriſtus protulerit verba. Quandoquidem hoc maximè Chriſti erat intentum, Phariſæorum videlicet peruerſam illam traditionem damnare, quæ oblationes in templo fieri diſponebat, de his quę parentum alimento neceſſaria exiſtebant: ſua ipſorum dumtaxat cupiditate & auaritia moti, vt eas ſcilicet oblationes, in ſui ſuſtentationem poſtmodùm conuerterent. Nec immeritò ſtatutũ hoc damnatione dignũ erat, quippè quod Dei mandato, ipſiq; naturali rationi contrarium exiſte-
C ret, quo patrem & matrem honorare præceptũ erat. Neq; hoc ſolum Chriſtus hic damnauit ſtatutum, ſed & cætera ipſorũ ſimilia mandata, quæ in ſuum commodum, atq; legis diuinæ rationiſq; naturalis detrimentum ſtatuerant. Non autem abſtulit laudabiles ſanctiones, optimoſq; viuendi mores, quos iuxta rationis dictamen, homines ad honeſtè viuendum interſe iam receptos haberent, aut quę in optimam reipublicæ ſuę directionem, iam fuiſſent

Statuta humana

conſtituta. Et argumentum in contrarium huius, ex pręcedenti auctoritate deſumere, non minus quam deliramentum eſt. A

¶ Defectu etiam conſiderationis huius, perditiſsima hęc Lutheranorum ſecta, in quendam alium intolerabilem incidit errorem. Qui in aliquibus ſcripturæ ſanctæ locis, auctoritatum ſinceritatem, & nudum litteræ corticem ſolum reſpicientes, cauſam autem & propoſitum, quo ibi adductæ ſunt minimè attendentes, B religioſam omnem negarunt abſtinentiam, quam ſemper apud ſe antiqui, & religioſi admodùm viri ſeruare conſueuerunt: & quã etiam chriſtiani omnes in Euangelica lege tam vſitatam tenent, & ab omnibus veneratam. Dixerunt namq;, quod à nullo penitus cibo homines ſe abſtinere debent, ſed quod carnibus nulla tẽporis habita differẽtia vti poſsũt neq; adhuc ieiunare tenẽtur, aut C reliquas his ſimiles ſeruare abſtinentias. In quorum confirmationem, aliqua ſcripturæ ſanctæ pro ſe adducunt teſtimonia, & potiùs quidem ad malitiæ ſuæ intẽtum, quàm ad veritatem ipſam attinẽtia.

3. Hæreticorũ deceptio.

Religioſa abſtinencia.

¶ Primum ergo, quod pro ſe allegant teſtimonium, eſt Geneſis capite. 9. vbi ſic legitur: Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum. Quo in loco apertiſsimum eſt, nullum primis parentibus excepiſſe cibum.

Primus locus Geneſ. 9.

¶ Se-

A ¶Secundus locus eſt Apoſtoli Pauli.1. ad Timotheum capite.4.vbi ait. Omnis creatura Dei bona eſt: & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.

2.Locus 1.Tim. 4.

3.Locus 1.Cor.8 ¶Tertius locus eſt eiuſdẽ Apoſtole.1.ad Corinthios, capite. 8. qui ſic habet: eſca nos non comẽdat Deo: neq; enim ſi non manducauerimus, abundabimus.

4.Locus Mat.15. ¶Quartus locus eſt ipſius IeſuChriſti Redẽptoris noſtri, Matthæi capite.15.vbi ait: Non quod intrat in os, coinquinat hominem ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominẽ, videlicet B blaſphemiæ, periuria, atq; mendacia, hæc inquam hominis animum inficiunt.

5.Locus 1.Tim.4 ¶Quintus locus eſt beati Pauli prima ad Timotheum, capite.4 qui ſic ait. In nouiſsimis tẽporibus diſcedent quidam à fide attẽdentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dęmoniorum in hyprocriſi loquentium mendacium, prohibentium nubere, & abſtinere à cibis quos Deus creauit, ad percipiendum cum gratiarum actione. Hæc ſunt ſacrę ſcripturæ loca, C à quibus Lutherana peſtis hãc deduxit hæreticam opinionem: quia profecto documenti huius, quod hucuſq; explicuimus, attentione caruerunt.

¶Vt tamen diſtinctius eorum appareat cæcitas & malitia, & quàm ſine fundamento ſacram adulterauerint ſcripturam: annotandum maximè eſt, in hac parte A tres fuiſſe antiquos errores. Quorum primus in primitiua extitit Eccleſia, in quibuſdam falſis prophetis, quorũ nomina hæc ſunt, Ebion, Cherintus, & Nazarei, qui Euangelicam legem, ſimul cum veteri obſeruari debere affirmabãt: ideoque à quibuſdam cibis, qui in veteri lege Iudæis erãt prohibiti, chriſtianos etiam, qui iam Euangelium receperant, ſeſe debere abſtinere aſſerebant. Quos etiam Græci imitati ſunt, qui carnes in veteri lege prohibitas nequaquam comedunt, & à ſuffocato & ſanguine pariter ſe abſtinẽt. B A quo quidem fonte promanauit correctio illa, quam diuo Petro Apoſtolus Paulus dedit, quemadmodum conſtat ex eo loco ad Galatas, capite.2. quia Petrus ipſis Iudæis, in obſeruantiam ritus huius, ſeſe ingeſsit.

Tres antiqui errores.

Græci.

Ad Gal. 2.

¶Secũda aliorum opinio fuit, aliquos eſſe cibos, qui ſuapte natura immundi & illiciti ſunt: ac per conſequens, quod comedentis animam contaminabant. De quorum numero fuerunt, Tatianus, Euſtachius, atq; Priſcillianiſtæ: C qui omnes tanquam à natura ſua illicitas & immũdas à ſe omnino reijciebant carnes. His adheſerunt etiam Manichæi, qui adhuc vltrà progredientes, non ſolùm carnes, ſed oua, lac, & vinum veluti illicita omnino repudiarunt. Huius itidem ſententiæ extiterunt Seueriani, qui tanquam nefan-

2.Hereticorum error.

Heretici in virtute excedentes. Seueriani.

A nefandum duxerunt vinum bibere. Fuerunt prætereà eiuſdem opinionis Cathari rigidiores quidē, quàm præteriti omnes: qui aſſeruerunt quòd carnes, & oua, caſeū & lac, adhuc neceſsitatis tempore comedere, etiam ſi in infirmitate fuerit homo conſtitutus, peccatum eſſet mortale: ſicuti refert Guido in libro, quem de hęreſibus edidit.

Cathari.

Guido.

B ¶ Tertius error fuit Iouiniani hæretici, in alio extremo. Aſſeruit enim nullam debere eſſe in quocunq; tempore ciborum diſtinctionem, ſed quòd omnia cum gratiarum actione comedēda veniunt. Cui adiuncti ſunt etiam Vualdenſes, qui vſq; adeò ſententiam hanc certam eſſe affirmant, vt aſſerere audeant, quòd Eccleſia nullam ciborum abſtinentiā quocumque tempore hominibus imponere poſsit. Quorum hæreticorum ſemper fuit cōſuetudo, ad C hūc etiam Quadrageſsimali tempore, carnes, oua, & lac, atq; omnia alia, quæ tunc temporis prohibita erant, comedere. Quem errorem noſtro hoc tempore Lutherani amplexati ſunt: tempore namq; Quadrageſsimæ, & in ſexta feria, & ſabbatho, nec non in alijs ſanctorum vigilijs, ſine aliqua temporum differentia, effrænatè carnibus vtuntur. Qui errores omnes inde profectò orti ſunt, quia propoſitū, in quo hæ diuinæ auctoritates in ſancta ſcriptura ſunt adductę, ne vtiq; pōderarūt.

Tertius hæreticorū error.

Iouinianus.

Vualdēſes.

Lutherani.

¶ Vt igitur opinionem horū, deliramentum eſſe breuiter oſtendamus, & quòd eorum error ex eo ſolùm dimanauit fonte, quia propoſitum ſanctæ ſcripturę, & contextum minimè attenderunt hęc diſtinctiùs tractabimus. Hæ namque diuinæ auctoritates, nequaquam hominibus tam beſtialiter & effręnatè comedēdi carnes pręſtare licentiam intenderunt: quia B ſic omnis chriſtianorum religioſa abſtinentia, quam tam laudabiliter ad edomandam ſenſualitatē tempore aliquo homines obſeruarunt, rueret omnino. Non igitur ſcripturę ſanctę teſtimonia, talē intenderunt abſurditatem: ſed ſcripturę huius propoſitum hoc ſolum fuit, ſcilicet nouos hęreticorum errores, atque hominum inuentiones, quas ſuprà memorauimus, prorſus extirpare. Vnde C contra primum eorum errorem, qui affirmabant, quòd illi qui ad Euangelicam legem eſſent conuerſi, ſimul obſeruare deberent eorum ciborum abſtinētiam, qui in veteri lege eſſent prohibiti, & quòd ambas ſimul leges tenerentur cuſtodire: contra hos inquam ſcribit beatus Petrus, hunc eundem reprehendens errorē in actibus Apoſtolorum, capite. 15. dicens: Nunc ergo quid tentatis imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod nec nos, neq; patres noſtri portare potuimus? Quod nimirùm iugum, nullum aliud erat, quam aſſerere, quòd in

Sanctæ ſcripturæ intentum.

Expoſitio Act. 15.

A recenter ad Euangelium conuerſis Euangelica lex ſimul cum veteri obſeruanda erat, à cibis in lege veteri prohibitis ſe abſtinentes. Et hac de cauſa cõcilium illud Apoſtolorum celebratũ fuit, quod in Actibus Apoſtolorũ capite:15.adducitur, vbi agitur de forma, quam ad Euangelium nouiter cõuerſi, obſeruare deberẽt. In quo quidem cõcilio hoc obligationis onus ab humeris conuerſorum Apoſtoli abſtulerunt, declarantes, quòd abſtinere à cibis in lege ſcripta prohibitis, iam deinceps minimè tenerẽtur: Exceptis inquam idolothytis, & ſuffocato, & ſanguine, atq; fornicatione. Et ad extirpationem erroris huius, facta fuit tunc temporis diuo Petro prodigioſa illa reuelatio, quæ in Actis Apoſtolorum capite.10.habetur, vbi linteamẽ quoddam omni animalium genere plenum ſibi apparuit, ſimulque vox ad illum miſſa eſt, vt ſine differentia aliqua, quæcunq; ibi inuoluta erant comederet. Et hoc fuit diui Pauli intentum, cùm ad Coloſſenſes capite.2.dixit: Nemo vos iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei feſti aut neomeniæ, aut ſabbathorum, quæ ſunt vmbra futurorum. Voluit igitur Apoſtolus apertè horum reprehendere errorẽ, quaſi alijs verbis dixiſſet, nullus vos de mala taxet conſcientia quia à cibis qui in veteri lege prohibiti ſunt, non abſtineatis, & quia etiam eiuſdem legis feſtorũ, ſcilicet, ſabbathorumque obſeruantiam non teneatis. Siquidem quæ in lege veteri præcepta erãt, ſub vmbra continebantur: at verò cùm iam Euangelicæ legis veritas aduenerit, obligandi virtus in veteri ceſſauit lege.

Cõciliũ apoſtol. Act. 15.

B

Figura. Act. 10.

C

Expoſi. Coloſ. 2

A

¶ Hæc ita eſt expreſſa ſanctorũ ſententia. Et primò beatus Anſelmus hæc eadẽ verba apoſtoli tractans, eandem omnino aſsignat rationem, videlicet, quòd qui ad Euangelicam legẽ iam erant conuerſi, à legis antiquę ſeruitute redempti erant, atq; in gratiæ legis libertatem reſtituti.

Anſelmus.

B

¶ In hoc eodem ſenſu interpretatur diuus Hieronymus hunc eundem Apoſtoli locum, in quæſtionibus, quas ad Gelaſium miſit enodatione vndecima, quæſtione 10.parte.2.epiſtola.17 dicens, huius loci ſenſum non alium fuiſſe, quam eos vtique dãnare, qui credebant, in recenter ad legem gratiæ conuerſis, neceſſarium fore iudaicas ſimul cum Euangelio cærimonias obſeruare.

Hiero.

C

¶ Hæc eadem eſt beati Ambroſij ſententia, de his eiſdem apoſtoli verbis loquens, vbi tandem in ſumma concludit, quòd hęc omnia ſic per Moyſem Iudęorum populo præſtita fuerunt, vt tamen non niſi futurorum vmbra extiterint. Vnde neceſſe erat, quòd adueniente veritate, iam ceſſaret figura, iuxta diui Pauli ſententiã, prima ad Corinthios capit.13. dicentis: Cùm venerit, quòd perfectum

Ambroſius.

Simile

Expoſitio. Corint. 13.

A fectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Non ergo in his ſcripturæ locis, eiuſdem ſacræ paginæ mens fuit, Chriſtianam ſuo tempore & religioſam auferre abſtinentiam: ſed illorum hæreticorum penitus euellere errorem, qui Euangelium ſeruandum eſſe ſimul cum veteri affirmabant lege.

¶ At verò reliquæ ſcripturæ
B ſacræ auctoritates, quas adduximus, circa ſecundum verſantur eorum errorem, qui aſſerebant aliquos eſſe a natura ſua hominibus immundos cibos. Omne quippè in eis diuinę ſcripturæ propoſitum eſt, eorum damnare errorē, qui quandoque aſſeruerunt aliquos eſſe cibos, qui ſuapte natura hominibus immundi erant. Contra quos ſcribit beatus Auguſtinus, contra Fauſtum Manichæi diſcipulum diſputans. 2. libro, capite. 14. de moribus eorum. Et in contrarium opinionis iſtorũ ver
C git auctoritas illa, quam ex Geneſis capite. 9. deſumpſimus, & quæ diui Pauli eſt ad Timotheum capite. 4. Item etiam teſtimonium Ieſu Chriſti, quod ex Marci capite. 15. attulimus. Omnia ſiquidē teſtimonia hęc docent, nullum eſſe ſuapte natura illicitum cibũ. Etiamſi pręteritis temporibus, aliquibus de cauſis, myſterioſis quidem nonnullos in lege veteri Deus prohibuerit Iudęis cibos. Et eſtò ſit etiam verum, quòd tempore aliquo rationabiliter & ſanctiſsimè, ad domandam ſuam ſenſualitatem, in Deumq; eleuandũ ſpiritum, huiuſcemodi ciborum homines abſtinentiam teneant. Qua de cauſa ſuo tempore, catholica Eccleſia carnes religioſiſsimè prohibet, atque reliquos carnibus ipſis annexos cibos, nec nō ſanctiſsima chriſtianis inſtituit ieiunia, vt Deum pro ſuis ſceleribus placare valeant.

Auguſt. [left margin]

Expoſitio Gen. 9. 1. Timoth. 4. Marci. 15. [left margin]

Religioſa abſtinentia. [right margin]

B

¶ Et hoc eſt quod teſtatur diuus Auguſtinus, contra Fauſtum ſcribens, libro. 30. capite. 5. vbi ſic ait: catholici chriſtiani carnis abſtinentiam ſeruabant, aliorumq; ſimiliũ ciborũ, ad edomādũ corpꝰ ipſamque hominis humiliandā animam, & à ſenſualitatis inſultibus eripiendam: non autem quia à natura ſua huiuſcemodi cibi illiciti ſint. Nec ſolùm carnes à ſe excludunt, ſed etiam aliquos terrę fructus, aut ſemper, ſicut aliqui religioſi antiqui viri conſueuerūt, C aut certè aliquibus deſtinatis tēporibus, quemadmodum chriſtiani Quadrageſimali tempore, & quatuor temporibus, ſanctorumque vigilijs agere conſueuerunt.

Auguſt. [right margin]

Quadrageſima [right margin]

¶ Hæc prætereà ſententia ſanctorum pontificum eſt, ſacrorumque conciliorum. Eſt enim in primis Eleutherij Papæ in quodam eiuſdem decreto. Hoc idem ſancitur etiam per Concilium Anciranum, quod ante Nicænum conciliũ celebratũ fuit, capit. 14. vbi in ſubſtātia ſic legitur: Qui à carnibus ſeſe abſtinent, attente perpen-

Eleutherius Papa. [right margin]

Conciliũ Anciranum. [right margin]

A pendant, ne hoc vtiq; faciant, exiſtimantes à natura ſua immundas eſſe. Et in concilio Gangrenſi, quod contra Euſtachium hæreticum habitum fuit, capite. 2. ſic habetur: Qui damnauerit eum, qui bona fide & religione carnes comederit, anathema ſit. Erat namq; Euſtachius hic hæreticus, huius opinionis: refuta B bat ſiquidem tanquam de ſe illicitas carnes. Adhuc etiam in Concilio Toletano primo, contra Priſcillianum hæreticum capite. 21. ſic ſancitur: Qui dixerit auium carnes, aliorumq; animalium, quę in hominum cibũ præſtitę ſunt, tanquam illicitas execrandas eſſe, anathema ſit. Hoc idem definitur in Concilio Bracharenſi primo, capite. 14. Hæc prętereà eſt Vigilij Papæ ſentẽtia, ſuo ſecundo decreto capite. 2 vbi ſic aſſerit: Priſcillianiſtæ potiùs à carnibus abſtinentiam tenent, animo eas tanquam illici- C tas execrandi, quam ex deuotione, quam erga religionem noſtrã chriſtianam gerant: & in hoc ſimiles ſunt Manichęis hęreticis.

Concilĩu Gangrenſe. Cõcilĩu Toletanum. 1. Cõcilĩu Bracharenſe. Vigilius Papa. Priſcillianiſtæ.

¶ Hoc igitur eſt, quod in præallegatis verbis expreſſè Apoſtolus condemnat, videlicet in auctoritate illa quam ex prima epiſtola ad Timotheum capite. 4. adduximus: quæ tam falſè atq; peruerſè per pręcedentes hæreticos eſt intellecta. Ibi enim Manichæorum errorem diuus Paulus (prophetiæ ſpiritu motus) extirpare decreuit, qui temporibus illis nouitatis huius auctores eſſe deberent: pręnuntiauit A fore vt homines ipſos ab huiuſmodi cibis retraherent, tanquã ſuapte natura illicitis, & qui eorum animas contaminarent.

Expoſitio, 1. Tim. 4.

Et hoc eſt quod expreſſè Vigilius Papa aſſerit in præallegato decreto, capite. 2. Cuius in ſentẽ- B tia hæc ſunt verba: Intentum Apoſtoli in verbis illis fuit, nempè Manichæos reuincere, qui hanc nouam futuris temporibus excitaturi erant doctrinam, non autem religioſam & chriſtianã hominum abſtinẽtiam auferre. Cuius hęc ſunt in præallegato loco poſtrema verba: Qua propter neque abſtinentiam Deo placitam reprobamus, neque eos qui execretantur domini creaturam in noſtra ſocietate recipimus.

Vigilius Papa.

¶ Hoc idem aſſerit Tertullianus, in quibuſdam definitionibus eccleſiaſticorũ dogmatum C quę illi aſcribuntur capite. 66. Cuius hæc ſunt verba: Bonum eſt cibum cum gratiarum actione ſumere: & quicquid Deus pręcepit, edendum eſt. Abſtinere autem ab aliquibus non quaſi malis, ſed quaſi non neceſſarijs, non eſt malum. Moderari verò eorũ vſum pro neceſsitate & tempore propriè chriſtianorum eſt. Et capite. 68. ſic ait: pro amore caſtigandi corporis, abſtinentibus à vino vel carnibus, nihil credere meriti accreſcere, non hoc chri-

Tertullianus.

FERDINANDVS ... ALEXANDER ... VALENTINUS

A christiani, ſed Iouiniani eſt. Verum tamen hæc mihi, non Tertuliani apparent eſſe verba: nã Tertulianus multò antequam Iouinianus fuit: ſed ſunt verba quæ eius nomine circunferũtur.

¶ Hac via etiam intelligenda ſunt eadem Apoſtoli verba, quæ ex prima eius epiſtola ad Timotheum, capite. 4. adduximus: quibus aſſerebat, in nouiſsimis temporibus hypocritas quoſdam futuros eſſe: qui nuptias prohibere habebant, & ab eis abſtinere cibis, quos Deus ad percipiendũ cum gratiarum actione creauerat. Quandoquidem eos ſolùm voluit hic diuus Paulus damnare, qui aſſerebãt nuptias de ſe malas eſſe, ſed quòd cœlibem dumtaxat haberent homines ducere vitam. Cuius etiã ſententiæ magnus numerus hæreticorum fuit, quorum hæc ſunt nomina. Tatianus, Martion Cataphrigæ, Adamitæ, Manichæi, atq; Adeloitę Euſtachius etiam, & Priſcillianiſtæ. Contra quos ſcripſit beatus Auguſtinus, in libro. 30. contra Fauſtum hęreticum capite. 6. Et hoc eſt quod expreſſè Concilium Gangrenſe reprobauit, cõtra iſtorum omnium ſententiam capit. 1. in hæc verba: ſi quis nuptias in accuſatione duxerit, aut abominandas, anathema ſit. Et hoc præterea eſt, quod in Concilio Toletano primo capite. 21. his damnatur verbis: ſi quis crediderit coniugia hominum, quæ ſecundum Dei legem fiunt, execrabilia eſſe, anathema ſit. Et hoc idem in Concilio Bracharẽſi definitur, capit. 2. De his ergo prophetię ſpiritu Paulus Apoſtolus plenus, vaticinatus eſt, cũ dixit, quòd dęmoniorum docent doctrinas: non tamen de his qui nuptias ſanctas eſſe fatentur, & catholicas, ſic tamen vt ſemper ipſis nuptijs cœlibatum, velut perfectiorem ſtatum, pręferant. Iuxta eam Apoſtoli ſententiam 1. ad Corinthios capit. 7. vbi ait. Qui matrimonio iungit virginem ſuam, benefacit: & qui non iungit, meliùs facit.

¶ Simili modo ait etiam Apoſtolus, eos dęmoniorum prædicare doctrinas, qui à cibis ſic abſtinendum eſſe aſſerunt, quaſi de ſe hominis animam inficiant. Ceterùm non eſt dęmoniorum doctrina dicere, q̃d à natura ſua cibi omnes liciti ſunt, eſtò verũ ſit quòd illorum abſtinentia, alicuius honeſti finis cauſa, ſemper ſit pręferenda. Iuxta illud Apoſtoli ad Romanos capite. 14. Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum. Dum tamen ita ſit, vt prædictam abſtinentiam homo ipſe in Deum referat ſicut idem Apoſtolus ſupra allegato loco ait: Qui manducat, domino manducat: & qui non mãducat, domino non manducat.

¶ Ex his ergo quę ſuprà diximus apertè colligitur, quam grauiter aberrauerit huiuſcemodi hęreti-

[Margin, left: B; C; Expoſitio Timo. 4.; Hereticorũ turba.; Auguſt.; Cõciliũ Gangrẽſe.; Concilium Toletanũ. 1.]

[Margin, right: Cõciliũ Bracharẽſe.; B; 1. Cor. 7.; C; Expoſi. Rom. 14; Rom. 14]

A hæreticorum claſsis, ex hoc ſolùm, quòd propoſitum & conſequentiam non attenderint, quã in ſeipſa diuina ducit ſcriptura.

## ¶ CAPVT. XX. in quo decimum, & vndecimum ediſſeruntur documenta.

10. Documentum. DECIMVM documentum, quod ad præteriti documenti perfectionẽ agit, tale eſt. Euangelicus cõcionator in ſacrarum litterarũ ſtudio, attentus maximè eſſe debet, vt ſi quandoq; cõtingerit quod ex ipſa litteræ conſequentia ſiue cõtextu, & propoſito quod ſacra B in ſe pagina ducit, minimè ſolui poſsit contrarietas, quę inde oritur: tunc temporis in talium verborum contrarietate & difficultate, ad eccleſię deciſionem recurrendum eſt, quæ ſummorum Pontificum, ſacrorumq; Conciliorũ eſt. Quòd ſi adhuc in his claritatem eius adinuenire non valuerimus, doctores ſancti con C ſulẽdi ſunt, quid de hoc fuerint articulo loquuti, qui ad hoc nẽpè in eccleſia catholica poſiti ſunt, vt tanquam ſpiritus ſancti organa eius ſanctę ſcripturę obſcuritatem interpretentur. (Sancti ſunt ſpiritus Sãcti organa.) Quẽadmodum ex contrarietate, quæ in illis Ieſu Chriſti verbis contineri videtur, quæ Ioãnes refert capite. 14. Pater maior me eſt: cuius contrarium alio in loco capitis. 10. affirmare videtur, cũ ait: (Expoſitio Ioã. 14. Ioã. 10.) Ego & pater vnum ſumus. Vn A de cùm Arrio hæretico, eiuſque ſequacibus viſum eſſet, quòd ex ipſo ſacræ ſcripturæ fonte contrarietas hæc non euacuaretur, auſi ſunt dicere quod verè & realiter ſecundum diuinitatem, pater maior eſſet filio. Nec per alia ſcripturæ ſacræ loca, aut ſacrorum conciliorum, ſiue ſanctorum lectionem, ſolutionem aliã inquirere conati ſunt: neque ad huc aliquod aliud receperunt argumentum, quo cognoſcerent quòd hęc ipſorum ſententia ſacrę paginę repugnaret, & in quo etiam apertè dignoſcerent, quòd B maior inde generabatur contrarietas alij Ioannis loco. 10. capite (Ioannis. 10.) vbi Chriſtus ait: Ego & pater vnum ſumus. Huiuſmodi igitur loci intelligentia, & cuiuſcunq; alterius, huic ſimilis, ex Eccleſię C deciſione, ſanctorumq; doctrina deſumenda eſt. In eis namq; iam ſancitum eſt, patrem maiorem eſſe filio ſecundum humanitatem quæ deciſio, ab omni eſt iam ſanctorum ſchola concorditer recepta.

¶ Præcepti huius doctrina directè contra hæreticos omnino militat, & pręſertim contra noſtri temporis modernos hęreticos: qui omnes vnanimiter aſſerunt, nullã ſcripturæ ſacrę interpretationem fieri debere: præter eam quam ipſa in ſeipſa cõtinet, & quam eius exteriùs ſonãt verba. (Peruerſum hæreticorũ fundamẽtum.) Et hoc quidem eorum dia

A bolicum artificiũ eſt, peruerſumque fundamentum, quod ipſi, hęreticæ ſuæ prauitati iecerunt, vt ſupra ipſum, peſtilentem ſuam fundarent ſententiam: vt ſic nullus ſibi erroris ſiue hæreſis notam imponere poſſet. Attamen in hoc vno patentiſsima reperitur eorum cæcitas, ipſorumq; ſermonem apertè dęmoniacum eſſe deprehenditur: quippè cum iam in rebus ſole ipſo clarioribus tam manifeſtè delirent.

B ¶ Hoc tamen ita eſſe apertè probatur, ex ipſamet ſcriptura ſacra, quẽadmodum cõſtat, primo ex diuo Luca, capit. 24. vbi cum poſt Reſurrectionem ſuam Chriſtus ſuis apparuiſſet diſcipulis, & ipſi in ſcripturarum intelligẽtia penitus eſſent confuſi, ait Euangelium, quod aperuit eis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. Neceſſariũ igitur fuit, ſcripturarum illis declarationem pręſtare.

Expoſitio Lucæ. 24.

¶ Item Petrus Apoſtolus in 2. ſua epiſtola capite. 1. de hoc eodem propoſito loquẽs, ſic ait: ſpiritu Sãcto inſpirati loquuti ſunt C ſancti Dei homines. In quibus verbis Petrus vnum præſupponit, aliud verò dicit. Præſupponit quidem, quòd ſancti diuinã interpretantur ſcripturã. Quod autem dicit, eſt nempè, hoc non eſſe niſi ex peculiari Dei dono, & aſsiſtentia, quam in hunc præciſè finem illis Deus præſtitit.

Expoſi. 2. Petri 1.

¶ Itẽ Paulus. 1. ad Corinthios capite. 12. ait ſic: Alij datur operatio virtutum, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum. Vbi expreſſè fatetur Apoſtolus, aliquos eſſe doctores à Deo deſignatos, qui ſacrã populo interpretari valeãt ſcripturã. A

Expoſitio. 1. Corint. 12.

¶ Item in eadẽ prima ad Corinthios epiſtola, capite. 14. eiuſdem Apoſtoli hæc ſunt iterum verba: Qui loquitur lingua, oret vt interpretetur. Vbi aſſerit, q̃d ſacram interpretari ſcripturam, Dei donum ſit, & oratione conſequendum: ſequitur ergo neceſſarium fore, aliquem eſſe, qui ſacram paginam interpretetur. Et iterum eodem loco idem Apoſtolus ſic ait: cum conuenitis vnuſquiſq; veſtrum pſalmum habet, doctrinam habet, Apocalypſim habet, linguam habet, interpretationem habet. Quibus in locis præſupponit Apoſtolus, aliquẽ eſſe debere, qui diuinas litteras interpretetur.

Expoſitio. 1. Corint. 14. B

1. Cor. 14. Expoſitio. C

¶ Prætereà legitur Neemiæ capite. 8. quod Eſdras Dei ſacerdos interpretatus eſt toti Iudæorum populo legem, quam à Deo receperant. Neq; eſt aliqua alia peculiaris ratio, quę exigat, vt lex vetus interpretationem patiatur, quam noſtra hæc Euãgelica lex: cũ ſicut in veteri, ita & in noua lege, obſcuritas aliqua ſiue contrarietas eſſe poſsit: & ambæ ab ipſo Deo ſint pariter præſtitę leges, vt homines in eius diuinum

Expoſitio. Neemię. 8.

A uinum cultū rectè dirigi valeāt.

Ratiopotiſsima. ¶Item ſi diuina ſcriptura interpretationem non recipit, malè profectò eiuſdem quamplurima loca concordari valerent. Nam ſi ſolùm litteræ ſuperficiei ſtādum eſſet, minimè inter ſe aliquando cohærere poſſent. Et probatur hoc primò. Habemus enim ex Euangelica historia, q̄d

Expoſitio Matthę.9. Mat. 11 Chriſtus Redēptor noſter ſæpè humaniſsimè, familiariterq́; cū publicanis & peccatoribus non

B ſolùm cōuerſatus fuerit, ſed etiā quòd cibum ſumpſerit, abſq; eo, ꝙ eorum peccata ei faſtidium, generarēt: nam ſicut verus omniū pater, ſuis proprijs manibus filiorum ſuorum vulnera curare

Simile. venerat. Attamen diuus Paulus contrariam loci huius doctrinā videtur habere, cùm.1.ad Corin

Expoſi. 1.Cor.5 thios, capite.5, his verbis ait: Si is qui frater nominatur inter vos, eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiēs, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum huiuſmodi nec cibum ſumere. Vbi

C Paulus religioſum virum minimè cum peccatoribus cōuerſari debere, inſinuare videtur. Quomodo igitur duo hęc loca cōcordare poſſemus, ſi iuxta litteræ corticem eorum eſſet accipiendus ſenſus? Compertiſsimum ſiquidem eſt, Apoſtolum Paulum, in premiſsis verbis Ieſu Chriſti cōuerſationi, quam cum peccatoribus geſsit, nullo pacto contrauenire voluiſſe. Neceſſariū igitur eſt, alterum iſtorum locum interpretari debere, & iuxta ſanctorū linguā & cenſuram eius intelligentiam indagare. Vnde diuus A

Chryſoſtomus. Chryſoſtomus ſuper Matthæū, homilia.31.ait, quòd hęc Apoſtoli verba intelligenda ſunt, dum peccator ipſe in ſuis perſeuerauerit delictis, & ille qui cum eo conuerſatus eſt, non zelo lucrandi illum, atq; in virtutis viam reducendi hoc fecerit, ſed vt nudū dumtaxat humanumque cū B eo duceret cōmercium. Verior tamen huius loci Apoſtoli ſenſus eſt, quòd iſti ſcelerati viri erāt excōmunicati, nam tunc tēporis excōmunicabātur, & ideo prohibebat cum illis cōmunicationem duci. At verò ſi Redemptor noſter Chriſtus, tam domeſticè cū publicanis, perditiſsimiſque hominibus fuit cōuerſatus, nō niſi ſanctiſsimo fine ab eo geſtum fuit, nempè vt eos à ſceleribus euelleret, atque peccatorum vulneribus, velut optimus medicus præberet medicinam. Quē- Simile.

admodum hoc ex Matthæi, capite.9. conſtat, ex reſponſione quā ipſe Chriſtus de ſeipſo Iudęis detrahentibus dedit, dicens: Non eſt opus valentibus medico, ſed malè habentibus. Quibus verbis clarè oſtendit, ꝙ in illa peccatorum familiaritate, quam cū eis contraxit, tanquam eorum infirmitatis medicū ſe exhibuerit, C Expoſitio. Matthæi.9. 2.Ratio.

¶Item ſi ſacra pagina interpretationem non recipit, malè

A profectò intelligi poſſet pręceptum illud, Exodi capite. 20. quod etiam in Euangelio receptũ eſt, (Expoſitio Exodi 20.) ſcilicet: Non occides. Nam ſi nudam litterā ſequi debemus, nulla alia eius habita expoſitione, non dico hominem ſed neque arietem vnum, ſiue leporem, lupum, aut leonem, etiam nec paſſerem occidere licebit: cum tamen lupus, & leo, aliaque huiuſmodi animalia hominibus valde ſint nociua, & quæ reipublicæ nocumentum maximum parant. B Item neque adhuc latronem ſuſpendere, aut homicidam hominem iugulare, ac perconſequens nec malefactores homines à republica extirpare poſſemus: cum hoc non occidendi præceptum, non magis de brutis, quàm de hominibus, in ſeipſo expoſitionem habeat.

3.Ratio. ¶ Item ſi diuinam ſcripturam exponere non licet, nunquam iurare fas erit, ad huc neq; in iudicio pro indaganda veritate: neque extra iudicium. Siue cauſa iurandi adſit, ſiue non: quia Matthęi capite. 5. à Chriſto domino (Matt. 5.) C iurare omnino prohibetur. Ait enim: Ego autem dico vobis non iurare omnino, neq; per cælum. Vbi Redemptor noſter nullam nobis excepit cauſam, qua nobis iurare liceat.

4.Ratio ¶ Item ſi iuxta nudam litteram, accipienda eſt diuina ſcriptura, nulla alia ipſius admiſſa declaratione: dū inter homines alter alteri ſcandali præſtaret anſam, teneretur profectò oculos ipſos ſibi eruere, manuſq; & pedes, quibus ſcandalum præbuit, abſcindere: Ait namque Chriſtus Marci capite. 9. Si oculus tuus (Marci. 9) ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te: & ſi manus tua vel pes ſcandalizat te, abſcinde eum: melius enim tibi eſt, vnum oculum habentem, & claudum, ingredi in regnum cælorum, quàm duos B habentē oculos, mitti in gehennā ignis. Quòd ſi homo aliquis huius loci litteram ſequutus, ſic in rei veritate faceret, quòd ſcilicet oculos erueret, aut pedes abſcinderet, hic talis non ſolùm Deo maximā irrogaret offenſam, ſed ab omnib⁹ profectò fatuus prorſus & beſtialis quodāmodo cenſeretur. Attamē compertum eſt, quòd ſi litterę ſuperficiē inſequi deberemus, ſic omnino faciēdū eſſet. Nā locus ille nullā aliā in ſeipſo interpretationem habet.

5.Ratio Expoſitio. Lu. 14. ¶ Item ait Chriſtus, ſicut ex capite. 14. Lucæ conſtat: Si quis venit ad me, & nō odit patrē ſuum & matrē, adhuc & animam ſuā, non eſt me dignus. Clarū enim C eſt, nudam loci huius litterā inſequi nos minimè debere, ſi non aliam eiuſdē loci habemus interpretationem, cum Marci capite. 7. Deus nobis tantopere parentum amorē cōmēdet, quia de eorū veneratione & obſequio ſpeciale in chriſtiana lege conſtituit præceptum. Non igitur eo- (Expoſitio Marci 7.)

rum

A rum amor & obſequium, regni cœlorū ingreſſum prohibebit, neque vt ad Chriſtum liberè venire valeamus. Quomodo igitur (rogo) parentes ipſos odio habere debemus, iuxta domini cum iſtud pręceptum? Neceſſarium ergo eſt, vt loci huius expoſitionem aliquam inquiramus. Quæ ſi ſanctorum omnium attendamus lectionem, hæc proculdubio eſt: quòd videlicet, quando patres nobis impedimentū ſunt, B aut ſua mala eruditione, aut peruerſo viuendi exemplo, ne Deo commodè ſeruire valeamus, tunc temporis inquam verum habet Euangelicus ille locus, quòd parentes propter Dei amorem & obſequium, odio habendi ſunt. Et adhuc tunc temporis attentè hoc faciendum eſt: nam ipſas parentum perſonas odiſſe minimè licet, ſed tantùm eorum vitia, prauoſque deteſtari mores.

Quomodo odio habē di parentes.

6. Ratio.

¶ Item in lege veteri diuinū erat præceptum, quòd propoſitionis panes pro ſolis ſacerdotibus in templo ſemper eſſent repoſiti, & quòd nullus alius eos quoquo pacto auderet tangere. C Verumtamen primi Regum capite. 21. contrarium huius factū reperiemus. Nam cum Dauid bellum agens cum ſocijs ſuis, fame nimium eſſet oppreſſus, neceſsitate cōpulſus eos comedit. Quomodo igitur duobus his locis concordiam aſsignare poſſemus, niſi alterius interpretationem inquiramus?

1. Regū. 21.

A

7. Ratio

¶ Item ſi ſolum ſcripturę ſanctę litterę ſtandum eſt, ſine aliqua alia expoſitione: quid de eiuſdem ſcripturę quam plurimis metaphoricis loquutionibus dicemus? Namq; deliramentum maximum eſſet, eas iuxta litterę nudum ſenſum accipere, quemadmodum illę ſunt, quę in Canticorum libro continentur, & alię quę in prophetarū ſcriptura, & maximè, quę in Apocalipſis continentur historia.

Vndecimum documentum.

¶ Vndecimum tandem documentum eſt, & vltimum, quod ex his quę diximus elicitur, & quidem contra hanc hęreticorum B perditiſsimam claſſem ponderatione admodùm dignum. Videlicet, quòd multa alia credenda ſunt, & pro chriſtiana hominum vita amplexāda, quam ea quę ex ſacris eliciuntur litteris, ſcilicet Eccleſię traditiones, & ea quę ſummus Pōtifex declarat, ſacraq; ſanciunt concilia, & quę cōmuniter ſancti doctores pro religioſa hominum vita docent. Concluſio hęc expreſſè cōtra Lutherum militat. Cuius hic fuit proprius error, nihil videlicet in chriſtiana ſchola credendū eſſe, præter id ſolū, quod expreſſè cōtinetur in ſacra ſcriptura. Hoc neceſſariò ſequitur ex eius ſuprà poſito errore. Nam ſi ſcriptura ſacra nullam Pontificis admittit interpretationē, neq; conciliorum, aut ſanctorum: inde con- C

Lutheri proprius error.

A ſequenter colligitur, id ſolũ credendum eſſe, quod ex ſacra habetur pagina. Hereſim hanc Lutherus accepit ab Vualdenſi Vuicleph, qui eam ſuo tẽpore ſic eſt proſequutus.

1. Ratio. ¶ Hic tamen manifeſtiſsimus eſt error. Nam ſi id ſolum credẽdum eſt, quod in ſacris continetur litteris: Chriſtum Redẽptorem noſtrum ad inferna deſcendiſſe, eſſe etiam Eccleſiam chriſtianam ſanctam & catholicam, atq; ſanctorum cõmunionẽ, hæc inquã credere non teneremur. Nam tres iſti fidei articuli in ſacra pagina minimè reperiuntur B ſed in ſymbolo dumtaxat Apoſtolorum.

2. Ratio. ¶ Item ſi hoc verum eſſet tempore quo Apoſtoli prædicabant, Chriſtiq; diſcipuli, minimè gentes eis credere tenerentur: nam tunc temporis nulla adhuc erat ſcriptura, cui credi poſſet.

3. Ratio. ¶ Præterea, credere etiam ne vtiquã compellemur, quòd Euãgelium hoc ſit Matthæi, & alterum Ioannis, aliud verò Lucæ: C Quia hoc profectò ſacra ſcriptura non docet, ſed dumtaxat Eccleſia, quę ſic eſſe definiuit: ſicut

Auguſt. ex illa diui Auguſtini tritiſsima conſtat ſententia, contra epiſtolam quandam Manichæi hæretici, capite. 5. vbi ſic ait: Ego euãgelio non crederem, niſi me catholicæ Eccleſię cõmoueret auctoritas. Et quòd Romana Eccleſia, catholica Eccleſia ſit, in qua ad hęc omnia reſidet auctoritas, A probat diuus Auguſtinus quamplurimus argumentis, in pręallegato contra Manichæum loco, capite. 4.

Confirmatio. Damaſcenus. ¶ Item veritas hæc ſanctorum auctoritate firmatur. Damaſcenus enim lib. 4. cap. 8. ait multa nobis ab Apoſtolis (pręter illa quę in ſacra cõtinẽtur pagina) tradita eſſe, quę in ſcripto nõ reperiuntur, ſed ex eorum dumtaxat prędicatione, à chriſtiano populo recepta ſunt: quę profectò à chriſtianorum republica venerari, atq; obſeruari decet.

Auguſt. ¶ Hęc eandem eſt diui Auguſtini ſententia, in libro quodam, B quem de dictis beati Baſilij inſtituit: quæ in quam aſſertio habetur in Decreto, diſtinct. 11. capit. Eccleſiaſticarum, cuius hęc ſunt verba: Eccleſiaſticarũ inſtitutionum, quaſdã in ſcriptis, quaſdam verò Apoſtolica traditione per ſucceſſores in miniſterio cõfirmatas accepimus, quaſdam autẽ cõſuetudine roboratas approuabit vſus. C

Dionyſ. ¶ Item Dionyſius de Eccleſiſtica Hierarchia, capit. 1. aſſerit, documenta multa, legeſq; nobis Apoſtolos tradidiſſe, circa Eccleſiæ ſacramenta & orationes, quę in ſcriptura non reperiuntur. Itẽ multa alia, quæ monachorum vitam, aliorumq; ſanctimoniã primitiuæ Eccleſiæ concernunt: quæ quidem omnia venerari ac ſeruare conuenit.

A Damaſ. ¶Itē Damaſcenus de hoc eodē articulo loquens libro.4.cap.13. & 17.in ſententia ait, idem omnino dicendū eſſe de oratione quę verſus orientē fit,& de imaginū cultu,atq; de crucis Chriſti ſignaculo,nec nō de alijs ſimilibus chriſtianis inſtitutionibus,quæ eccleſia catholica veneratur: de quibus loquitur capitulum,cum Marthæ,de celebratio. miſſarū. Quæ vtiq; omnia reuereri oportet & tenere, quemadmodum Eccleſia catholica recepit, & veneratur,etiam ſi in ſcriptura ſacra
B nō habeantur. Qua de cauſa Apoſtolus ait.2.ad Theſſalonicenſes epiſtola,cap.2.Fratres ſtate,& tenete traditiones,quas didiſciſtis,ſiue per ſermonē,ſiue per epiſtolam noſtram. Quibus verbis Apoſtolus apertè ſentētiam noſtram confirmat,

Expoſitio.2. Theſ.2.

4.Ratio. ¶Itē Ioannes Apoſtolus, Euāgelij ſui capite vltimo in hęc verba dicit:ſunt & alia multa, quæ fecit Ieſus: quę ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mūdum capere poſſe,eos,qui ſcribēdi ſunt libros. Multa igitur alia
C pręter ea quę habētur intra ſcripturā ſacrā,ſunt & ab ipſo Chriſto facta, & à chriſtiano populo recepta.

5.Ratio. ¶Itē Arrius hæreticus nullā aliā de Cōcilio Niceno formauit quærelā,niſi quia nomē hoc,homuſiō,receperūt,ꝙ idē eſt, ꝙ cōſubſtātiale,quia in ſacra ſcriptura minimè repertum erat.Igitur ſecundum illā Nicæni Concilij
A Nicænū Cōciliū. definitionē, aliquid aliud credēdum eſt,quam ꝙ in ſacra pagina continetur.

6.Ratio. ¶Itē ſacra ſcriptura nō docet quòd beata virgo poſt partū Redēptoris noſtri,virgo permanſerit. Attamē à ſinodo Chalcedonēſi diffinitū eſt,ſic à chriſtiano populo habendū eſſe. Et hoc idē cōfirmat diuus Hieronymus cōtra Heluidium hęreticum,in prima epiſtolarum parte epiſtola.9.

Sinodus Calcedonenſis. Beata virgo. Hieronymus.

B
7.Ratio. ¶ Prętereà in cōfirmationem ſentētiæ huius conducunt maximè diui Auguſtini verba, in libro quē contra Donatiſtas ſcripſit cap.24.quæ talia ſunt:cōſuetudines eccleſiæ vniuerſalis, ab Apoſtolis fuiſſe traditas exiſtimādū eſt:quāuis multa nō inueniātur in litteris eorū, neque in Cōcilijs poſterorū.Et tamē quia cuſtodiūtur per vniuerſam Eccleſiā,nō niſi ab ipſis tradita & cōmēdata creduntur.Quid clarius (rogo) pro cōcluſionis huius cōfirmatione eſſe poteſt? Colligitur ergo ex his quę diximus, chriſtiana hęc reſolutio & catholica,quòd ſcilicet ſcripturæ ſan-

Auguſt.

C ctæ neceſſaria quandoque eſt declaratio,dum ex verborū ipſius contextu,& conſequentia, ſubiectaque materia eius, interpretatio elici non poteſt. Quę nimirùm expoſitio,à ſummo Pontifice,& ſacrorum Conciliorum deciſione ſanctorumque lectione expectanda eſt.

A

## CAPVT. XXI. IN quo hęreticorum argumētum contra prędicta formatur, & ſoluitur.

Argumētum hæreticorū.

ATTAMEN hęreticorū ſeſe hic offert argumētum quoddā, ꝙ in ſui defenſionē adducūt. Nā eſto verū ſit, diuinā ſcripturā declarandā fore, hoc tamē non à ſolo Pōtifice ſummo, & cōciliorū definitione, ſanctorūq; cēſura fieri habet: ſed quòd chriſtianorum quilibet ad hoc facultatem obtinebit: B & quòd ipſimet hęretici egregiè eſſe poterūt ſcripturę diuinę expoſitores, tantāq; in his conſequi poterūt auctoritatē & vim, ſicut Pōtifex ipſe, ſacraque concilia, atq; doctores ſancti. Hoc probare intendūt ex illo Matthęi loco.11.capit. vbi Chriſtus Redemptor noſter, de ſacræ paginę myſteriorū reuelatione ſic ait: Confiteor tibi pater, domine cæli & terræ, quia abſcondiſti hęc à ſapiētibus & prudētibus, & reuelaſti ea paruulis: etiā pater, quia ſic C placitum eſt ante te. Ex his verbis argumentū ſuū hæretici formant. Quādoquidē dicūt, quòd ſi demus aliquem & toto populo chriſtianū hominē, qui hac ſit Humilitatis virtute, veſtitus & paruulus effectus, quātūcunque vulgaris extiterit homo: huic tali ſacram interpretari ſcripturam, ex his verbis fuerit conceſſum, eiuſque diuina myſteria & ſacramenta euoluere. Quapropter

Mat.11.

A nomen hoc paruulorum, ſibi ipſis attribuunt hæretici. Aiūt quippè, eos de hoc eſſe paruulorum numero, quibus Deus ſua reuelauerit myſteria, ſicut etiam ſummo Pontifici, & Concilio ſacro, atque ſanctorum cætui. Et quòd ipſi etiam chriſtianum populum in ſcripturæ ſanctę intelligentia (ſicut ſummus Pontifex & concilia) dirigere poterunt: quia nulla eſt vrgens ratio alia, quæ cogat de Pontifice, Ieſu B Chriſti verba intelligi debere, potiùs quàm de ipſis.

Solutio.

¶ Veruntamen aſſertio hæc, non ſolùm error eſt, ſed apertum deliramentum, atq; hominū perditiſsimorum impudentia maxima. Et hoc ſolùm optimo cuique ingenio ſufficere deberet, vt vt iam ſatis iſtorū perciperetur phreneſis. Nam & ſi verum ſit, quod Deus cuique gentium ſua poſsit myſteria & ſacramenta detegere, non tamen proptereà facit, quia non omnia quę poteſt opere ipſo ſtatim adimplere expedit: ſed ea tātùm, quæ iuxta C ordinem, rationiſque dictamen, ex diuina eius ſapientia diſponūtur. Iuxta Apoſtoli Pauli ſententiam ad Romanos capite.13. vbi ait: Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt. Hic ergo diuinus ordo expoſcit, non omnes in ſchola hac chriſtiana ęquales eſſe debere, ſed quòd alij doctorum fungantur officio, alij vero non niſi diſcipulorum: alij ſint qui doceant

Hęreticorū impudētia.

Expoſitio. Roma.13.

opor

A oportet, alij qui ipſam doctrinam addiſcant: alij qui ea quæ ſcripta ſunt interpretentur, alij autem qui ea quæ ſic interpreta ſunt, reuerenter omni ſynceritate & ſubiectione recipiant.

Simile

Quemadmodũ in humano corpore ita eſſe videmus, in quo non omnia membra capitis officio funguntur, neque omnia in eodem corpore pedes ſunt, ſiue oculi. Nam ſi corporis membra omnia, capitis fungerentur officio, omnia vnum atque idem eſſent membrum: vnde profectò,
B ipſius corporis eſſe & ordo penitus euerteretur. Qui tamen ordo in hoc præciſè conſiſtit, vt membrorum quodlibet ſuum proprium ſequatur inſtitutum, nec pes, manus officium vſurpet nec manus capitis ipſius munus accipiat. Quemadmodum ita expreſſè in hac eadem metaphora explicat Apoſtolus Paulus. 1. ad Corinthios, capite. 12. in hũc
C eundem finem, loci huius doctrinam ediſſerens. Sic igitur à prouidentia diuina atque immẽſa eius ſapientia ſtatutum eſt, vt hoc docendi munus in eius Eccleſia, non omnibus fuerit præſtitum: hoc ſiquidem oculorum officium eſt: quòd ſi omnes homines, oculorum fungerentur officio, pedes neutique haberemus. Ideoque ſuprema maieſtas ad Eccleſiæ ſuę decorem in hoc prouidere maximè voluit, vt alij Apoſtoli eſſent, alij prophetæ, alij verò Euãgeliſtæ alij autẽ paſtores, & tandem alij Eccleſię huius doctores, quibus ſcripturæ diuinæ myſteria & ſacramenta, populum docere incumberet: ſic enim Apoſtolus aſſerit in epiſtola ad Epheſios capite. 4.

1. Corinthios. 12.

Epheſ. 4

¶ Et confirmatur hæc veritas, ex ipſiſmet Ieſu Chriſti verbis, Lucę capite. 8. dicentis: Non omnibus datum eſt, noſſe myſterium regni Dei: quemadmodũ vobis clarè eſt conceſſum, cæteris autem non niſi in parabolis, vt poſtmodùm veſtrum ſit officium, ea quæ clarè didiciſtis, reliquos docere. Aliorum verò inſtitutum ſit, à vobis humiliter eadem recipere. Et vt diſtinctius quam ſit clara hæc veritas, percipiatur, ponderandum maximè eſt, quòd vſque adeò veritas hæc integra conſiſtit, vt adhuc ſuiſmet diſcipulis Chriſtus à principio, omnia ſua myſteria minimè patefecerit. Sicut ex illo Ioannis capite. 16. conſtat, cum dixit: adhuc multa habeo vobis dicere, ſed nõ poteſtis portare modò: quo vſque ipſius ſpiritus Sancti aduentu, de omnibus plenè edocti ſitis.

Expoſitio, Lucæ. 8.

¶ ET in confirmationem veritatis huius adducitur per Neemiam prophetam capite. 8. mirus ille ordo, qui in veteri lege habebatur ad docẽdũ populũ, ea quę ipſam veterẽ legem concernebant. Ingreſſa ſiquidem in tẽplo omni plebe, leuitarum ſtatim

Figura, Neemię 8.

A officiũ erat, totius populi multitudinẽ in ordine ſuo conſtituere omnibuſque ſilentium indicere. Quibus ſic ordinatis, atque humiliter in ſede ſua diſpoſitis, confeſtim Eſdras ſacerdos, qui legis doctor erat, diuinę ſcripturæ verba illis interpretabatur: vt ſic in receptione doctrinę, nulla eſſet in populo confuſio, ſed omnes à minimo vſque ad maximum intelligerent, quòd alij eſſent qui in populo doctoris officium exercere haberent, alij verò qui tantùm ſortiri deberent conditionem audiendi ipſam diſciplinam.

Antiquus ordo docẽdi.

B

¶Præterea verisimile ad modùm eſt diuũ Paulũ, quas ſcripſit epiſtolas nõ totius populi vulgo eas immediate direxiſſe, ſed epiſcopis atq; in lege doctorib9, ipſiuſq; reipublicæ principalioribus, vt ab his poſtmodùm earũ eruditio, in totius populi aures perueniret. Pręterquàm quòd ratio ipſa hoc ita exigit: nã ita nõ omnibus idem adaptatur cibus. Lac ſiquidẽ paruulis optimũ eſt nutrimẽtũ, panis verò adultis accõmodatus exiſtit cibus: atq; humida alimẽta ſenibus ſunt ſalubria, magis quàm iuuenib9, quia iã virtutis defectu laborant. Aliquod præterea reperitur alimentũ, ꝙ robuſtis ſanũ eſt, delicatioribus autẽ nociuũ. Qua de cauſa Apoſtolus .1. ad Corinth. capi. 3. ait: tãquã paruulis in Chriſto lac vobis potũ dedi, non eſcã: nõdũ enim poteratis, ſed nec nunc poteſtis. Et iterũ ad Hebræos capite. 5. dicit: Etenim cum deberetis magiſtri eſſe propter tempus rurſus indigetis, vt vos doceamini, quæ ſint elementa exordij ſermonum Dei.

Adquos Paulus ſuas direxit epiſtolas.

Simile.

C

Simile.

Expoſi. 1. Cor. 3

A

Expoſitio Heb. 5.

¶Et vt tandẽ aſſertionẽ hanc veram eſſe confirmemus, ponderanda ſunt admodùm diui Hieronymi verba, epiſtola. 83. cuius in ſumma hæc eſt ſentẽtia, quòd videlicet omniũ hominũ hic ſemper eſt peſtifer morbus, aut certè confuſio, barbarieſque maxima: quia cũ in omnibus alijs facultatibus tã mechanicis, quã ſpeculatiuis, ſemper ſit aliquis bene inſtitutus ordo (quia alij eiuſdem facultatis præceptores ſunt, alij verò diſcipuli: alij qui doceant: alij qui audiant) cæterùm in ſola diuinę ſcripturæ ſchola hæc reſidet confuſio, vt nullus in hoc ſit ordo, ſed omnes in ea ſeſe præceptores exhibere conantur, ſuamque liberè proferre ſententiam: vſque adeò vt & garrula anus, & delirus ſenex in Euangelij veritatibus ſuam nõ vereãtur dare cenſuram. Qui proculdubio Hieronymi locus à lectore in hac parte ponderandus maximè eſt, quia ibi tam ingenioſè quam etiam eleganter confuſionem maximam, quæ in hoc verſatur depingit.

Hieronymus.

B

Simile.

C

¶Et ad hæreticorum argumẽtũ, quod ſuprà ad duximus, qui tã impu-

Solutio.

FERDINANDEVM

A impudenter aiunt, ſe eſſe paruulos & humiles, quibus Deus ſcripturæ ſuæ ſanctæ myſteria reuelauerit. Reſpõdetur, quòd ſola hęc eorum ſuffeciſſent ſuperbiæ verba & arrogãtiæ, vt eos velut inſipientiſsimos (ne dicam ſtolidos, aut certè mente captos) reputaremus homines. Nam primum in hac parte humilitatis punctum eſt, ſuam vnum quemque inſufficientiam fateri & recognoſcere, & potiùs de ſe inſufficientiam, inhabilitatemq; exiſtimare, quam aliquid ſe ſuis viribus conſequi poſſe. Quandoquidem excellentiæ propriæ negotium, non per ſe, ſed per tertiã ſemper agendum eſt perſonam, iuxta Salomonis ſentẽtiam, prouerbiorum capite. 27. dicentis: Laudet te os alienũ, & non tuũ. Vbi peculiariter alienum os debere eſſe dicit, vt inſinuaret quidem, non ſolùm oris proprij laudem fugiendam eſſe, ſed vt intelligamus etiã, quòd nec amici, patris, aut filij, aut alterius cuiuſcũ q; ſibi cõiuncti laus, alicuius eſt momenti. Iſtorum ſiquidem cõmendatio, oris proprij etiã laus appellatur, quia iſti omnes idem cum laudato reputãtur. Hinc ergo fit, quòd eo ipſo, quòd huiuſmodi hęretici propriam ſuam fatentur ſufficientiam & humilitatem, vt Deus illis pectoris ſui arcana reuelare poſsit: eo ipſo in quam, inſufficiẽtes ſunt, nec humiles, ſed ſuperbi penitus repe-

Stolidũ dictum.

B 1. Humilitatis pũctum.

Expoſitio Prouerb. 27

Os proprium.

C

riuntur, vt Deus illis nullũ ſcripturæ ſuę ſecretum impartiatur. Sed potiùs in cauſa hoc erit, vt ſcripturę ſanctę myſteria eis abſcondat, iuxta illud Iſaię prophetæ, capite. 5. dicentis: vę qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobis metipſis prudentes. Item per Apoſtolũ. 1. ad Corinthios. 1. ſcriptum eſt: Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprouabo.

A

Iſaiæ. 5.

1. Cor. 1

¶ Quæ etiam veritas, ipſo antiquorũ doctorũ vſu conſolidatur. Quorum nullus vnquã ingenio ſuo fretus, in diuinæ ſcripturæ ſtudium ingreſſus eſt, niſi priùs multis auctorũ viſis libris, & quã plurimis etiam iam conſumptis vigilijs, & orationibus, ac poſt multa demũ inter ſe inuicẽ collata litterarum ſtudia: inde in quam in ſacramentorum diuinę ſcripturę intelligentiam deuenerunt. Qua propter Eccleſiaſtica hiſtoria libro. 11. capite. 9. de Baſilio Magno & Gregorio Nazianzeno refert, quòd excluſis à ſe prorſus ſæcularibus Grecorum libris, omne eorum ſtudium circa diuinæ ſcripturæ libros verſabatur, à quibus veram rerum intelligentiam eliciebant, non vtique, ſicut modò diximus, ſuæ virtuti & ingenio innitentes, ſed perlecta prius auctoritate, ſuorumque maiorum ſcriptis, non à quibuſcunque, ſed ab eis dumtaxat

Antiquorum doctorum, vſus in ſacræ ſcripturæ ſtudio

B

Eccleſiaſtica hiſtoria.

C

Baſilius. Nazian.

A xat intelligentiam accipiebāt qui ipſius ſcripturę cognitionem ab Apoſtolica ſucceſsione credebantur accepiſſe. Et hac via conſueuerunt ſemper homines verè humiles incedere, quibus ſua dignatus eſt Deus detegere myſteria. Et cum hoc ita ſemper fuerit in priſcis doctiſsimisque, atque religioſiſsimis viris, qui litteris & ſanctitate ſupra cæteros pollentes extiterunt: modernis noſtris hęreticis viſum eſt, iam in fine ſæculi nouum aliud fidei iter aperire, alioque incedere tramite quàm antiqui omnes & ſancti patres inceſſerunt: omnia ſuo tribuentes ingenio, dignos ſeſe exiſtimantes, vt iure Deus ſecretorum ſuorum illis claritatem debeat. Quemadmodum Aërius hæreticus, qui de ſe præſumens, dicere attentauit, Deum ſibi reuelaſſe, quod Apoſtolis ſuis occultatum fuerat. Quam etiam phreneſim, & adhuc maiorem, Montanus hereticus tenuit, dicens, ſe ſpiritum ſanctum eſſe: ſicut ex libro quinto Eccleſiaſticæ hiſtoriæ capite. 14. apparet. Quos imitantur etiam noſtri temporis moderni hæretici aliqui, qui omne quod legerint, ſtatim ſe intellexiſſe putāt & velut irrefragabilem veritatem chriſtiano populo prædicant: reducentes quidem totum chriſtianorum eſſe ad carnis &

Nouahę reticorū via.

B

Aërius hęreticus.

Montanus hęreticus.

C

Eccleſiaſtica hiſtoria.

Hæretici, carnis & ſanguinis libertatē prędicāt

ſanguinis libertatem quandam potiùs, quam ſpiritus. Et hæc maligna ſagacitas Lutheranæ huius ſectæ annotanda admodùm eſt, videlicet, quòd omnis eorum lingua de ſpiritu eſt, cæterùm ipſorum opera non niſi carnis & ſanguinis, atque meræ ſenſualitatis ſunt: ac ſi in verbis ſolis, nudus & ſiccus ſpiritus ſine aliqua operum executione, aliquid erga Deum præſtaret. Quemadmodum Paulus ad Galatas capite. 5. aſſerit, cum dicit: Fructus autem ſpiritus charitas, pax, gaudium, pacientia, begnitas. Si vultis (inquit Apoſtolus) dignoſcere, in quo diuinus reſideat ſpiritus; perpendite (obſecro) an aliquē de ſe fructum charitatis germinet: qui nempè, pax, liberalitas, & patientia eſt, cum cæteris virtutum operibus. Namque fructus hic, quòd ſpiritus ſanctus in eo maneat, certum eſt pignus, eiuſque conceptus verus partus. Nam quemadmodum arboris folia floreſque à virtute, quę intra ipſam includitur radicem, producuntur: ſic etiam ſpiritus ſanctus, vbi adeſt, fructum virtutis emittit. Et aliter in hoc negotio loqui, hæreticorum ſomnium eſt, qui ſpiritū in homine appellant eum, qui nullum de ſe virtutis opus producit. Signum quod Chriſtus ſuis præſtitit Apoſtolis (ſicut ex Lucę capit. 24 con-

A

Sagacitas Lutheri.

B

Expoſitio Gal. 5.

Simile.

C

Lucę. 24

A conſtat) ad verè cognoſcendum ſpiritum, fuit quidem, quia carnem & oſſa nõ haberet. At verò noſtrorum hæreticorũ ſpiritus, nihil aliud quam carnem et ſanguinem atq; oſſa continet.

Spiritus Dei.

Spiritus Lutheri peſsimus.

¶ Hæc omnia quæ hucuſque adduximus documenta, ſatis mihi ſufficientia videntur, vt Euãgelicus quiſque concionator, in ſacræ ſcripturę ſtudio cautus & præuiſus ſit, ad hoc vt intelligat quemadmodum lectionem ſacrã euoluere debeat, vt nõ in aliquẽ (ſicut ſæpe contingit) errorem incidat: & vt rectius eiuſdẽ ſcripturæ ſanam intelligentiam aſſe-
B quatur: atque vt tandem legitimus Euangelij concionator euadat. Qui autem vltra præmiſſa documenta, aliquid aliud inquirere voluerit, quod ſcripturę ſanctæ lectionem concernat, diuum Auguſtinum legat in. 3. libro de Doctrina chriſtiana capite. 30. Vbi ſeptem aſsignat Ficonij hæretici regulas, ad ſanam ſcripturæ ſanctæ habendam intelligentiam. Nam & ſi hæretici homi-
C nis exiſtat doctrina, eam tamen ſcriptis ſuis beatus Auguſtinus inſerere voluit, quia vtilis valde ad deſtinatum ſibi propoſitnm apparebat. Nam ſicut Auguſtinus ibi inſinuat, vbicumq; bonum ipſum relucet eligendum eſt: quemadmodum inter ſpinas ipſas, pulcherrimam carpimus roſam: atq; ex luto etiam fulgẽs colligimus aurum. Hoc tamen

Auguſt.

Regulæ Ficonij hæretici

Simile.

Auguſtini dictum, intelligi habet, niſi in lectione illius libri aliquid interſit periculi, vel niſi alioqui talis liber ab Eccleſia, vel à ſanctiſsimo Inquiſitionis tribunali, fuerit prohibitus: hoc enim ſemper ſupponimus, vt infrà dicetur. A

Simile.

## ¶ CAPVT XXII.

### In quo agitur de electione doctrinæ prædicandæ.

VISIS iam à nobis ſupra dictis documẽtis, vt ex ipſis concionator ſcripturę ſacrę legitimum ſenſum conſequi poſsit, in quo maior eiuſdẽ ſcripturę difficultas cõſiſtit, prę uiſo etiã modo, quo in eius ſtudio concionator vti debet: adhuc circa hanc primam partem, quæ vtique docere eſt, præcepta aliqua tractãda nobis reſtant. Quę eam iam reſpiciunt doctrinam, quam concionator Euangelicus in ſuggeſtu conſtitutus, populo prædicare habet (quo in loco doctrinã ipſam iã ſicut triticum cribratam omnino, limatãque præſentare debet) vt ibi prudenter & chriſtianè in Dei honorem, audientiumque vtilitatem, ſuum concionandi munus exercere valeat. Ideoq; præcepta hæc breuiter ſuo ordine ſtatuemus, vt ſic diſtinctiùs firmiuſque concionatores memoriæ ad hærere valeant. Et quidem meo iudicio vſque adeò ſunt diuini

B

C

Simile

A uini verbi prædicatori præcepta hæc neceſſaria, vt malè profectò ſuum prædicationis officiũ ſine illis exercere poſsit. Nam quemadmodũ in menſa comedentis, ante omnia apponitur ſal, quo reliqui (qui poſtmodũ ſuperponendi ſunt cibi) condiã tur: ſic etiam velut ſal, quo cæteræ (quæ prędicandæ ſunt veritates) condiri valeant, huiuſcemodi ſunt pręſupponenda pręcepta: hæc enim ſunt, quæ omni concionatoris doctrinæ ſaporem præſtare habent. Quibus tamẽ præceptis qui carent prędicatores, aberrarunt profectò, multi ſeſe in ſanctiſsimo hoc loco temerè pręcipantes. Et credo equidem, ſecundum zelum optimum potiùs, quàm ſecundum eam, quę ad hoc exigitur ſcientiã, eis accidiſſe. Et ſi aliquid in cauſa eſt, quod Euangelij doctrina, quæ auditoribus à concionatore proponitur, imperfecta admodùm maneat, & ſine eo audientiũ fructu qui in Euãgelicis exigitur concionibus, nihil aliud eſſe exiſtimo, quam horum pręceptorum ignorantiam.

Pręcepta hæc neceſſaria.

Simile.

B

C

¶ Primum igitur præceptum eſt, circa doctrinæ electionem, quam in ſtudio ſuo concionator facere habet, & quam poſtmodùm chriſtiano populo concionari debet. Quę nimirùm doctrinæ electio pręcipua eſt profecto ſui officij pars, atque ipſi neceſſaria admodùm. Sic enim eam velut potiſsimam inter cæteras, Euangelico concionatori requiſitas partes, ponit diuus Auguſtinus libro primo de Doctrina chriſtiana, capite 1. vbi ait præcipuum optimi oratoris negotium, tam humani, quàm Euangelici etiam, in duobus cõſiſtere: primùm vt doctrinam eligere ſciat; ſecundò vt doctrinam, quam iam rectè elegerit, ſufficienter dicere queat. Et hoc primum documentum Ciceronis pręceptum eſt, in ſuo Rhetoricorum libro, quod velut oratori conducens maximè aſsignat. Cuius nimirum pręcepti ratio eſt: nam ſicut in rebus cõtingit naturalibus, ſic etiam in diuinis & ſpiritualibus accidit. Videmus autem non omnes res naturales hominum vſui de ſe adaptatas eſſe, niſi priùs ſelectę fuerint, & in puritatem pro hominum vſu redactę. Siquidem ouis lana, non tota ad veſtimentum eſt accommodata, ideoque priùs ſecernitur, & quę purior perfectiorque reperta fuerit, eligitur, vt pannus, quo homines indui habent, inde conficiatur. Plurimas etiam producit terra lactucas, cæteraſq; comeſtibiles herbas: nec omnes tamen, poſtquàm à terra ortæ ſunt, ipſam hominis mẽſam decent: ſed ex illis, quę potiores ſunt dumtaxat, in hominis cibum eliguntur. Multi pręterea ab arbore colliguntur fructus nec proptereà

1. Pręceptum.

Potiſsima concionatoris pars.

A

Auguſt.

B

Cicero.

Simile.

C

Simile.

Simile.

A reà ad comedendum omnes accõmodantur. Item terræ venę, auri de ſe abundantiam producunt: atverò non omne aurum à terra productum aurifex elaborat, & arte expolit, ſed id dũtaxat, quod priùs per ignem approbatum extiterit. Et quod plus eſt, cum omnes homines ad cælorum regnum natos eſſe B videamus, non tamen illud niſi pauci electi pręciſè conſequuntur. Et ad eum modum in cæteris mundi rebus, ſemper fuiſſe conſpicimus: ex quibus pauciores ſunt, quæ ſuæ perfectionis culmen attingant, & ad hominum vſum tandem perueniant. Sic igitur in concionatoris ſtudio omnino eſſe debet. Nam ex hoc immenſo veritatum aceruo, quæ in tanta librorum varieta- C te ſunt diſperſæ, non omnes Euangelicæ concioni ſunt aptæ, neque ad ſacrum Euangelij conuiuium, quod ibi Christiano populo paratur, ſunt decentes cibi. Nam & ſi de ſe veritates, quę in diuerſis auctorum ſcriptis repeeriuntur, bonæ ſint, & in ſeipſis doctrinæ virtutem valoremque contineant, tam in ſanctorum, quam etiam aliorum auctorũ humanis libris: veritates tamen ſunt & dogmata, quæ concionator in alium finem vertere poteſt, non tamen in Euangelicam concionem. Nam locus hic ſacer tantæ eſt auctoritatis, vt doctrina quæ ibi ediſſerenda fuerit, omnino pura limataque eſſe A debeat. Vt quemadmodum lanea fila, cum ad telam adducuntur, ex quibus texẽdus eſt pannus delicatiſsima, nimiumque ſelecta veniunt: ſic etiam cum ex diuinis veritatibus, tanquam pannus, ipſamet conficiatur cõcio, oportet inquam ibi veritates ipſas ad puritatem valde eſſe redactas, digeſtaſque, & veluti delicatiſsima doctrinę fila, ibi adducenda ſunt. Itaq; ſicut triticum, cum ex eo conficiendus eſt B panis, cribratum valde, puriſsimumque eſſe debet: ſimiliter etiam concionatoris doctrina (ex qua verus eſt conficiendus vitæ panis, quo Chriſtiani hominis alenda eſt vita) oportet inquam exacta & digeſta ſit, vt in ſuggeſtu poſita, Chriſtiani populi poſ- C ſit eſſe diſciplina.

Simile. Simile Simile. Simile. Simila. Simile.

¶HABET etiam attentè Euangelicus prędicator conſiderare plurimos eſſe auctorum ſcriptos libros, multiſque de rebus tractantes. Cęterùm nullus hucuſq; repertus liber eſt, qui vtique doceat, quid ex multis quæ leguntur relinquendum ſit: præter ipſius concionatoris prudentiã, cuius eſt diſcernere, quid ex librorum lectione aſſumendum ſit, & quid omnino relinquedũ. Quæ profectò prudentię pars, ſi concionatori deſit, totum concionandi officium proculdubio ruit. Neque enim quolibet tempore, neq; quibuſcũq; hominib' omne,

Concionatoris prudentia.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A omne id quod in lectione & prædicatoris ſtudio reperitur, adaptatur. Cùm (ſicut modò dixim') aliquis ſit cibus, qui homini ſeni ſanus exiſtat, qui tamē iuueni nociuus erit: & quod vni vitā præſtat, alteri mortem inducit. Sic etiā Euangelicus prædicator, inter veritates ipſas, quas legit, diſtinguere habet, vt aliquas pro concione eligere ſciat, alias verò relinquere. Et cū hoc ita veriſsimum ſit, aliqui ſunt ſtudētium: vſq; adeò ſui ipſorum affecti lectioni, vt quicquid legerint totum dicant. Ita vt iam in eorum poteſtate minimè ſitū eſſe videatur, ne omne id quod legerunt, in pulpito euomant: more illius qui cum ex ciborum multitudine grauatum habet ſtomachum, minimè quieſcit donec quicquid deglutiuit, foras mittat.

Simile. B Simile.

¶ Præceptum hoc in hac eadem forma, eſt diui Gregorij libro. 30. Moralium capite. 6. & in prologo ſuper tertiam Paſtoralis partem. Qui vtrobiq; inſtanter concionatorem admonet, vt caueat ne omnem eam quam legerit doctrinam, populo proponat, ſed maximè curet in eiuſdē doctrinæ ſtudio, earum veritatum electionem facere, quæ pro tempore, & loco, & iuxta audientium qualitatem edoceri valeāt: nam non omnibus eadem diuini verbi loquutio conuenit. Siquidem nō in omnibus æqualis exiſtit perſonarum qualitas, nec idē viuendi modus, ſiue par morū conditio, quia quod vni eſſet accomodatiſsima medicina, alteri eam applicare deliramentum eſſet. Et hoc in rebus naturalib' ita eſſe apertè videmus: in quib' herbę, quæ aliquibus vitam præſtant, alios occidunt: & tenuis ſibilus, qui equum māſuetum reddit, illemet taurum ferocem efficit: atq; medicamentum, quod alicui ſalutem tribuit, alterū inficit panis quoq; qui adulto iam homini vitam dat, paruulum occidit. Sic igitur eſſe debet (ait celebris hic doctor quòd iuxta auditorum qualitatem, diuini verbi ſermonem prædicator formare habet. Nihil enim aliud, audientes in concione conſtituti, ſunt, niſi quædam in cithara extentę chordę, quas muſicus non æqualiter manu pulſat, ſed vt melodiam faciant, diuerſimodè eas digitis tangit. Sic etiam in concione audientium mentes, diuerſimodè ſunt à concionatore pulſandę, ita vt per varias ſermonis doctrinas, exemplorumque & pręceptorum varietate eos reficiat. In cuius veritatis confirmationem adducit diuus Gregorius appoſitiſsimū quoddam de gallo gallinaceo exemplum: qui iuxta varias noctis horas diſtinctum format cantum: quandoquidem in media noctis parte, cū profundiſsimo ſomno homines tenentur, raucè quodammodo

Grego- rius. C A Simile. Simile Simile. Simile. B Simile. Simile. Simile. C Gregorius. Simile.

A do cantat: cæterum circa auroram, vbi iam ipſius ſoluitur ſomnus, delicatiùs vocem emittit. Pari forma concionatoris doctrina audientium conditioni proportionari habet. Eis ſiquidem, qui in peccatorum ſuorum profundo ſunt immerſi, craſſè (ſicut ſopitis omninò hominibus, & quaſi ebrijs à ſomno captis) prædicare eam debet do-
B ctrinam, quæ eos à tali excitet ſomnolentia, à ſuaque peſtifera viuendi pertinacia penitus euellat: eos poſtremi iudicij timore, inferniq́ue æternis pœnis atque peccatorum ſuorum fœtore deterrens. Eis autem qui iam
Simile. in virtutis via excitati ſunt, vigilantioreſque conſtituti, eam habet diſciplinam præſentare, quæ eos ad cælorum regnum afficiat, & ad virtutis proſequutionem animum & vires ingerat vbi veritates quaſdam, quæ eo-
C rum palatum exacuant, virtutiſque appetitum magis excitent, & perficiant, adducere habet.

auctoris ſentẽtia. ¶ Quapropter hæc mea nunc in hac parte ſententia eſt: plus ſcilicet concionatori conducere, vt in ſtudio ſciat quid relinquendum ſit, quàm quid inde aſſumendum. Studium namq́ue veritatum eius in hunc præciſè finem ordinatur, vt poſtquam eas ſatis intellexerit, ex eis aliquas relinquere ſciat: & eas demum quas ad concionandum elegerit, poſtmodum in concione optimè diſponere curet. Nam A
Simile. quemadmodum medicus neutiquam ſapiens eſſet, ſi poſtquam Hippocratis ſiue Galeni regulas tenuerit, cum ad infirmum peruenerit, eas minimè applicare
Simile. ſciret: & quemadmodum architectus, qui formam domus attigiſſet, ſi poſteà operis executioni id demandare neſciret, nequaquam artifex eſſet: ſic omnino prædicator nullo modo eſſet, ſi poſtquam diuinæ ſcripturæ veritates intellexiſſet, eas audientium conditioni neſciret applicare. Quapropter ſecunda & potiſsima ſapientię huius pars eſt, B
ſcire nempe ſtudij ſui documenta, audientium applicare conditioni.

cõcionatorũ error. ¶ Hinc apertè eorum colligitur error, qui nulla penitus ad auditorum qualitatem attentione habita, diuitiarum materiam pauperibus prædicant, & è conuerſo diuitibus, paupertatis doctrinam concionantur: viduiſq́; coniugatorum præcepta pręſtãt & è contrario, coniugatas fœminas, viduarum documenta docent. Prætereà coniugatis hominibus, religioſorum dogmata elargiuntur: monialibus verò C
mercatorum vſuras ediſſerunt, & tractantibus denique, monachorum contemplationem opponunt: nullamq́ue hominum aut ſtatus, aut temporis, in doctrina ſua diſtinctionem ſeruant.



ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A Cum tamen hoc certiſsimum ſit, quòd ſi quid eſt, quod auditoribus ipſis maximè ſuadeat, vimque aliquã ingerat, vt in melius vitam commutent. Eſt nempe iuxta vitæ ſuę ſtatum, ſermonem formare. Hoc namq; eſt eorum directè ferire cor, intelle-ctumque aperire. Et in hoc vno auditores, eis quæ à concionatore dicuntur, ſummam præſtant attentionem. Ea quippe ſunt, quæ libentiùs homo audit & quæ ex animo recipit, ſcilicet B quæ ad eius attinent conditionem & ſtatum. Nimirum, quia tunc eas ſicut res proprias melius agnoſcit, ſerenaque facie eis in occurſum exit: promptiſsimęque amplexaturus venit: cæteras autem diſciplinas, quæ extra ſuum ſtatum & conditionẽ ſunt, veluti alienas & omninò peregrinas refugit, ac perconſequens in affectuoſè audit.

auditor ſtat⁹ ſui doctrinã appetit.

Simile.

¶ Hinc aliorum etiam comprehenditur manifeſtus error, C qui euangelij decorem penitus denigrant: cum videlicet ipſius Euangelij doctrinam, quam de ſe ipſo adminiſtrat, repellunt: cupidi ſemper, alia in concionibus ſuis incedendi via, quàm ipſamet euangelica exigit hiſtoria, qui ſi in euangelio de hominum agitur triſtitia, lætitiæ materiam tractant: & vbi euangelica ipſa materia pœnitentiam expoſcit, de ęternę beatitudinis gaudijs concionantur: quòd ſi amoris locus eſt, de dolore loquũtur: ſi autem de vitiorum agitur turpitudine, de virtutum prædicant pulchritudine. Itaque euangelium, in hoc ſolum huiuſmodi deſeruit prædicatoribus, vt inde thematis dumtaxat nuda verba deſumant: Cęterum quicquid de ipſo concionantur euangelio, ſuper quemcumque alium peregrinum locum dicere vtique potuiſſent. Quod profectò nimiam inauditorum auribus generat diſſonantiam. Quo B fit vt auditores ipſi inſipidè admodum concionatorum talium audiant doctrinam, atque peiùs eam opere ipſo proſequantur.

Aliorũ cõcionatorũ error

## ¶CAPVT. XXIII. IN quo ſecundum continetur pręceptum.

SEcũdum præceptum eſt, & in hac quidem materia pro vitæ hominum reformatione præcipuum. Suppoſita enim ea prudentia ac diſcretione: qua Euangelij concionator in optima eligenda doctrina vti debet, qualis nimirum tam graue, ſanctiſsimumę; concionandi locum decet: ſecundũ quod illico maximo opere curare habet, eſt nẽpe, vt quantũ in ſe eſt, moralẽ ſẽper eligat doctrinam

2. præceptum. C

A nam, & quæ vt plurimum hominum mores, & chriſtianam, religioſamque eorum vitam inſtituat: cęteras à ſe procul ſemper expellens curioſitates, aliaſque aridas, ſterileſque materias, quę ad nihilum ferè deſeruiunt, niſi ad hoc ſolum, vt in eis concionator euaneſcat, & vt in eis præterea confundantur auditores.

Moralis eligēda doctrina

¶ Huius autem præcepti potiſsima eſt ratio. Nam pręcipuum chriſtianę legis intentum & finis eſt, homines optimos, atque in virtute perfectos reddere, eoſque in veram salutis viam, cęlorumque regnum dirigere. Ad quem nimirum finem, expedire admodùm apertiſsimum eſt, vt doctrina, de qua agit concionator, ea ſit, quæ eorum virtutes, vitiaque concernat. Et hoc eſt quod maximè in prædicatione ſua oſtendit egregius ille prædicator, diuinique verbi prima & præclariſsima tuba, Ioannes Baptiſta, ſicut ex Matthei capite tertio conſtat. Qui cùm admirabilem Ieſu Chriſti, redemptoris noſtri aduentum prænuntiaturus aduenisset, ab hoc ſolo doctrinæ documento totius ſuæ prædicationis exordium accepit, cum dixit pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum.

Potiſsima rō.

B

C Expoſitio. Matthæi. 3

Attendite (inquit Ioannes) tota mente ad vitæ veſtræ reformationem: tempus ſiquidem breue eſt. Etiam ex multis antè actis diebus, virtutis arbor in vobis exſiccata manet: qua de cauſa ad ipſam vitæ veſtræ radicem, ſecuris iam poſita eſt, vt in æternum gehennæ ignem miſerrimè incidatis. Reſpondete ergo, genimina viperarum: quis docuit vos fugere à ventura ira? extremumque iudicij diem, qui in vos citò venturus eſt, non timere? Excitamini à profundo, quo immerſi eſtis ſomno, atque dignos penitētię fructus agite. A Simile. Simile. B

Attēdite præterea, quantum à recto virtutis tramite, regnique cælorum deuietis itinere: & diligentia maxima, in hoc virtutis negotium rectè ingredi curate. Quę proculdubio verba, admirabilis huius viri, Euangelicique concionatoris primi, tam grauia quidem & ſubſtantialia, velut ſingulariſsimum exemplar accipienda ſunt: vt iuxta illud prædicatores omnes ſuā ſemper concionū doctrinam proſequantur. In eis namque verbis, euangelij propoſitum, totuſque aperitur concionandi finis: necnon ipſa Dei voluntas, qui eum in talem direxit prædicationem, nobis inſinuatur. Ecce ergo quemadmodum moralē doctrinam verus hic diuini verbi præceptor, ſtatim in ſuæ prę- C Simile.

 dicationis

dicationis initio aſſumpſit & talem quidem vt totius vitę hominis reformationem tangeret.

Expoſitio, Lucæ. 10.

¶ Hæc eadem fuit redemptoris noſtri diuina voluntas, quemadmodum Lucas euangeliſta refert capite decimo. Quo in loco cum diſcipulos ſuos ad prædicandum mitteret, ſic dixit: Dicite illis, appropinquauit in vos regnum Dei. Volo (inquit Chriſtus) quòd totus prædicationis veſtræ neruus & efficacia, in hoc præciſè ſit, vt homines cælorum regnum attendant: perpendantque attentè, quòd is finis eſt, in quem à Deo creati ſunt: illis ſimiliter declarantes ipſius virtutis media, per quæ hoc ipſum cælorum regnum, tanquam ſuæ profeſsionis brabium, conſequi debeant.

Simile.

¶ Hoc idem iterum Chriſtus diſcipulis ſuis perſuaſit, ſicut Matthęus capite vigeſimo octauo refert, vbi prædicationis formam illis pręſtans dixit: Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: docentes eos ſeruare omnia, quęcunque mandaui vobis. In quibus verbis, duo Apoſtolis commendauit, quæ ambo accuratè chriſtianum populum docere haberent. Primum quidem circa fidem & ſacramentorum inſtitutum: quod nempe erat, homines per fidem in Dei cognitionem adducere, ſacramentumque baptiſmi, cum cæteris Eccleſiæ ſacramentis, quæ ab ipſo, veluti à primò fonte dimanabant recipere.

Expoſitio Matthę. 28

A Simile

Secundum verò erat, eos virtutum opera docere, quæ huic Chriſtianę fidei, & diuinę legis pręceptis annexa erant. Et hoc eſt, quod ſubditur: docentes eos ſeruare omnia quęcunque mandaui vobis. Certum enim eſt, quòd omnia eius diuina mandata, in hęc duo diuiſa fuerunt, tam grauia quidem & ſubſtantialia: quę nihil aliud, quàm ipſam hominum chriſtianam vitam reſpiciunt, abſque eo, quòd alię ibi inutiles quęſtiones, ſiue doctrinę ſubtilitates admiſcerentur. B

Intentio Chriſti

¶ Et ꝙ hoc fuerit Redẽptoris noſtri intentum in ſui Euangelij pręedicatione, ipſemet apertè demonſtrauit in celebri illa concione, quam Apoſtolis ſuis fecit, & eorum vice vniuerſis alijs Euangelicis concionatoribus futuris: vt hęc eadẽ docẽdi forma ab omnibus ſeruaretur. Quã Matthæus capite 5. refert, vbi totius ſermonis propoſitum & vis fuit, pauperes docere quemadmodum paupertatis virtutem optimè dirigere poſſent, vt per eam, beatitudinis conſequerentur meritum. Illos vtique docẽs, ne in vanũ tantũ laboris aſſumẽt põdus: quod profectò eſſet ſi paupertati C

Expoſi. Matt. 5.

A pertati quam patiuntur, nullum apponerent fundamentum: tunc autem paupertas ſine fundamento eſſet, cum talis virtus in hominis ſpiritu non ſederet, & cum eam pauperes non interiori affectione & voluntate amplexarentur. Vbi præterea Chriſtus homines docuit, quantum illis præſtet manſuetudinis virtus, quia hac virtute Deum & mūdum pariter lucrari poſſent. Vbi etiam lachrymoſos & triſtes homines conſolatus eſt, præueniens eos, vt in beatitudinis gaudium, quod illis in laborum præmium daturus erat, oculos inijcerent. Ibi etiam pacificos admonuit, vt intelligerēt quam neceſsitudinem & cognationem cum Deo iam contraxerant, cum eos ad tam ſublime virtutis gradum perducere deſtinabat, vt filij Dei nominarentur & eſſent. Ac denique eos efficaciſsimè cō fortauit, qui huius mundi perſequutiones, variaſque miſerias perpeſsi ſunt, vt eas fortiter tolerarent.

manſuetudo. B Lachrymæ. pacifici. Perſecutiones.

C Simile. Nam quemadmodum à rege miles cruce in veſtimento inſignitur, vt hoc ſignum ſit, quo poſtmodum pro labore ſuo mercede aliqua remunerandus ſit: ſic etiam Deus in huiuſcemodi laboribus, virtutum amatores ſuiſmet in hoc mundo indumentis veſtiebat, & crucis laboribus tanquam regni cælorum milites ſignabat, vt hoc iam ad futuram beatitudinem certiſsimum pignus eſſet. Vbi animaduertendum eſt, quòd in omni diuini huius ſermonis doctrina, quæ omnem chriſtianam amplectitur vitam, nihil penitus admiſcetur, quod maximi non ſit ponderis, atque pro hominum vita conducens valde. Etenim nihil aliud, quàm eorum religioſos viuendi mores, concernit. A B

Expoſitio. Matthæi. 5. Item Matthæi capite quinto habetur, optimi concionatoris vis & forma, quam ipſemet Chriſtus diſcipulis ſuis oſtendit dicens: Quicunq; ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cælorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Sicut ergo prædicatoris pretium, in hoc præcipuè conſiſtit, vt legem quam docet, opere compleat: ſic etiam eius prædicationis pretium eſt, vt ipſius talis ſit doctrina, quæ audientis intellectum doceat, eiuſque ſimul ad virtutis opus afficiat voluntatem. Ita vt non mera ſcholaſtica ſit eruditio, quàm in pulpito euoluit, ſicut in gymnaſiorum quæſtionibus eſſe conſueuit, ſed practica ſit eius doctrina, quæ ad hominum mores attineat: ita vt in eius concione, ſimul in vnum adunentur, & virtutis intelligentia, & eiuſdem proſequutio virtutis,

cōcionatoris vis & perfectio. C

A neq; vnum ſine altero relinquat. Hæc ſiquidem eſt cathedræ ad pulpitum differentia, quia ibi ſolum audiētis intellectum formare intendit præceptor, eumque ſapientem reddere, cęterum de virtute nihil curat: hic autem vltra intellectus inſtructionem, ad voluntatis affectum & operis executionem pręcipuè tranſire habet.

Cathedræ ad pulpitū, differentia.

B Et ſicut ex euangelij teſtimonijs, pręcepti huius doctrina clara eſt: ſic ex prophetis & ſanctorū lectione, eſt etiam perſpicua. Nam omnia prophetarum principia in ſuis vaticiniis, necnon in totius prophetię proſecutione grauiſsima ſemper, moralique doctrina complentur, quæ hoc tantummodo cōcernit, quod ſubſtantialem hominis, religioſamque vitam docet. Et cum ad hoc prophetandi munus à Deo vocati ſunt, eoſque hoc prophetiæ

Sācti et prophetæ.

C dono decorare decreuit, illico à maieſtate diuina excitati ſunt, vt quàm primùm intelligerent, in hunc maximè finem ſe eſſe vocatos, non vtique vt hominum aures ſuauibus blandirentur verbis, eis curioſam proponentes doctrinam, vt ſic eorum demulcerent intellectum & mentem: ſed vt amaram quidem, & eorum palato penitus inſipidam annunciarent diſciplinam: quia prophetica eruditio, non niſi in hominum ſenſualitatis correctionem, viteque reformationem erat inſtituta. Quapropter illico A Deus in eorum aduocatione, vim maximam & calorem illis indidit, vt intrepidi, prophetandi officium viriliter exercerent: nā contra vniuerſum orbem difficile admodum inibant prælium. Sicut de Ieremia capite primo conſtat, quem cum Deus ad hoc tam inſigne & mirificum prophetandi munus deſtinaſſet, ſe inſufficientem ad tam arduum B negotium proſpiciens, quia in eo peccatoribus in faciem reſiſtere habebat, eiſque peccatorum ſuorum fœtorē pręſentare, timens totus ac tremens, ſeſe excuſare cœpit dicēs: A, a, a, ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. Cui ſtatim Deus animum & ſpiritum indidit, dicens: Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum ſum. Accinge ergo lumbos tuos, & ſurge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi, neque formides à facie eorum. Vbi C apertè conſtat, Deum prophetam vocaſſe, ad ſuadendas virtutes, & hominum deteſtanda peccata.

Amara prophetarū doctrina.

Ierema.

¶ Hoc idem cum Ezechiele propheta vſus eſt, quemadmodum in eius habetur ſcriptura, capite ſecundo, & capite quadrageſimo quarto. Cum enim Deus eum concionatorem conſtituiſſet, vt Iſraelitico populo perverſos viuendi mores (quos habebat) annūtiaret, & quòd apoſtatę atq; duri corde, Deoq; infideles

Ezechi. 2. & 44.

A deles eſſent, edoceret: timidus propheta, atq; exanimis effectus, cōtinuò in faciem ſuam cecidit. Quem cum Deus à terra leuaret nouas ei vires, fortemque præſtitit animum dicens: Tu ergo fili hominis ne timeas eos, neque ſermones eorum metuas.

¶ Hoc idem Iſaiæ prophetæ Deum dixiſſe habetur, quemadmodum in ipſius Iſaię capite. 58 legitur, cuius hæc ſunt verba: Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorū. Et hoc idem ſemper eſt aliorum prophetarum thema, quod in prophetię ſuæ proſequutionem inſequuti ſunt. Et hoc prætereà eſt prope ſemper totius ſacræ ſcripturæ argumentum.

Iſai. 58.

B

¶ Hac eadem doctrinę forma, graui quidem & ſubſtantiali, et quæ ad hominum mores attineret, ſemper pro hominum reformatione doctores omnes ſancti ſuam induunt ſcripturam, proiectis prorſus à ſe curioſitatibus inutilibuſque alijs quæſtionibus, animarum ſalutem præcipuè in hominibus inquirentes.

Doctores ſancti

C

¶ Cum hæc igitur ita ſeſe habeant, dolendum maximè eſt, videre quàm plurimos, aut certè maiorem concionatorum partem, inutilibus quæſtionibus, vaniſque hominum curioſitatibus, atque ſcholaſticis doctrinis intendentes: quæ tandem in hoc ſolum deſeruiunt, vt ipſius prædicantis palatum delectent, atq; vt in ipſis auditorum ingenium euaneſcat. Quos acerrimè Paulus Apoſtolus ſecunda ad Timotheum, capite ſecundo reprehendit dicens: ſtultas & ſine diſciplina quæſtiones deuita. Hæc namque euangelij cathedra tantæ exiſtit auctoritatis, vt grauiorem, vtilioremque exigat doctrinam.

cōcionatorū abuſus.

A

Expoſitio. 2. Timot. 2.

B

Et hic forſan loci illius poſſet eſſe ſenſus, Deuteronomij capi. 4. & 12. vbi Deus legis doctoribus ſic præcipit: nō addetis ad verbum, quod vobis loquor, neq; auferetis ex eo: ne in cōcionatorū eſſet facultate, inutilia & curioſa in legis expoſitione miſcere. Nam ſi grauia ſubſtantialiaq; eſſent, & quæ bonos viuendi mores docerent, hoc inquā hic Deus non prohibet, etiamſi extra legis litteram fiant, & in præallegato. 12. capite iterum ſic ait: quod pręcipio tibi, hoc tantum facito domino, nec addas quicquam, nec minuas. Vbi compertiſsimū eſt, Deum minimè velle, ꝗ legis diuinæ prædicator in cōcione ſua ſolùm Euangelij litterę alligatus ſit, ita vt ibi fas non ſit aliquid aliud tractare, præter id quod ſcriptum eſt. ſed quod impertinentia, & quę extra legis propoſitum, omnino fuerint, quantum in ſe eſt, docere caueat. Sed quicquid ibi dixerit,

Expoſitio deuter. 4. & 12.

C

Expoſitio. Deuter. 12.

A aut euangelicæ ſit lectionis: aut certè illi inhæreat, & prętereà quòd illius materię, quam ei euãgelium adminiſtrat, ad minus ſaporem retineat. Id namque propriè additamentum appellatur, dum ſcilicet aliquid in concione tractatur, quod euãgelij principali intento non continuatur: quemadmodum in ligno additio vocatur, quod illi non continuũ ſed contiguum eſt: & ſicut veſtimentum tunc additum denominatur, cum ex aliqua panni portiuncula reſarcitur, quę non illi continua erat. Sic etiam res peregrinæ & impertinentes, quę in ſermone à concionatore tractantur, quas loci proprietas minimè exigit, reſarcinamenta quædam ſunt, quæ ipſum ſermonem deturpant: quemadmodum cum reſarcitur pannus ex portiuncula, quæ nouum hominis indumentum fædat.

Quid ſit additamentũ.

Simile.

Simile.

B

Simile.

¶ Hinc colligitur apertè, concionatores in rebus fidei, & ſacramentorum, valde aberrare, quia cum eas iam chriſtianus populus tam ſyncerè firmiterque receptas habeat, inutiles, ſubtileſ- quia circa fidei & ſcientiæ quæ- ſtiones mouent, quibus audientium intellectum prorſus cõmouent, atq; in fide omninò inquietum relinquunt, & à ſynceritate doctrinæ, quam prius tenebant, deijciunt: Ponderare habet his maximè temporibus concionator, vbi iam prope ſæculi finem homines ſunt cõſtituti, quòd maior in eis inſtat neceſsitas veritates amandi, eaſque operi demandandi, quàm eas vtique intelligẽdi. In hoc namq; ſatis iam hominibus euangelium notum eſt, ſuntque homines in eius præceptis tam ſufficienter edocti, vt iã potius magiſtri, ſiue (vt rectius dixerim) garruli, quàm ignorantes ſint chriſtiani. Etſi aliquid eſt, quod non intelligant, potius eſt, quia hoc forſã intelligere nolint, quàm quia nõ poſsint. Etſi hac noſtra tempeſtate excitãtur hęretici, hoc nempe nõ ex intelligentiæ penuria procedit, ſed ex nimia ſapientia, quæ aliàs curioſitas ſiue inſipientia dicitur.

Error cõcionatorum.

C

A

Neceſsitas operandi virtutem.

Simile.

B

Hęreticorum origo

## ¶CAPVT XXIIII. DE lectione theologiæ ſcholaſticæ.

TERTIVM præceptũ eſt, de vſu theologię ſcholaſticę, quemadmodum concionator circa eius lectionẽ in concionibus ſuis ſe gerere debeat. In hoc ſiquidẽ raro vt plurimum ſeruatur a concionatoribus crudè. Aliquando audientibus impertinentes ſcholarũ quæſtiones tractant: quandoque verò, etſi neceſſaria ſint, vtiliaque ſcholaſtica præcepta, ſtylus tamen & modus, quo eas concionator ediſſerit, peregrinus valde eſt & quem audientes minimè attingunt: quia crudas & ſic indigeſtas

3. Præceptum.

C

Triplex concionatorum error.

A gestas, ſicut in gymnaſijs euoluuntur, eis proponunt materias. Quandoque autem periculoſa ſunt, quę ex ſcholaſtica lectione chriſtianum populum docent, ſicuti ſunt prædeſtinationis materiæ, & his ſimilia, quæ magis gymnaſiorum cathedram, quã pulpitum reſpiciunt.

¶ Pro elucidatione tamen materię huius, annotandum maximę eſt, ꝙ theologię ſcholaſticæ veritates, velut arboris rami quidam ſunt, quarum radix & truncus in euangelio reſidet: à quo quidem ſcholaſticę ipſæ veritates ortum habent, & vbi ſuas etiam habent proprias ſedes: quẽadmodum cõſtat ſigillatim per eas diſcurrendo. Quod profectò apparebit manifeſtum, ſi eaſdem ſcholaſticas materias, cum ipſis proprijs locis, in euangelio ſibi correſpondentibus, cõferamus. Cuiuſmodi ſũt materię illę, quas diuus Thomas in.2.2. tractat de fide, de charitate, de eleemoſyna de correctione fraterna, de ſcandalo, de iuſtitia, de oratione, de hypocriſi, de ſuperbia, de gratia gratis data, de vita actiua & contemplatiua, & ſic de his ſimilibus: quæ omnes inquam materiæ, ſuum proprium originem & fontem in euangelio conſequuntur.

Simile.

B

S.Tho.

C

Fides.

¶ Primùm igitur vt à fide incipiamus, quæ virtutum omniũ prima eſt, hęc inquam virtus cũ cęteris, quę ad fidẽ ipſa in ſcholaſtica theologia mouentur, velut propriam ſedem, locum illum habet Marci capite.16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Quorum occaſione verborum, theologi omnes, omnia etiam minutiſsima quę hanc fidei virtutem tangũt ediſſerunt, inquirentes, quid fides ipſa ſit, & qui eius ſint effectus, & quæ pręterea differentia ſit inter fidem, ſciẽtiam, & intellectum: ac demum de vitijs, quæ huic contraueniunt fidei virtuti agunt, ſicuti ſunt infidelitas, hęreſis apoſtaſia, & blaſphemia.

A

Mar.16.

B

charitas

Mathęi. 22.

¶ Scholaſtica charitatis materia, ſedem ſuã pręcipuè obtinet Matthęi capite, 22. vbi Chriſtus eius inſtituit pręceptum, cum dixit: diliges dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Statimque diligendi proximum pręceptum appoſuit, dicẽs: *Diliges* proximum tuum ſicut te ipſum: ex his quippe duobus mandatis lex tota pendet & prophetæ. Occaſione ergo huius chriſtiani mãdati, quod de Dei & proximi dilectione hoc in loco ſtatuitur, diſſeritur à Theologis vniuerſa charitatis materia, vbi liquidatur, quid charitas ſit, atque de ipſius charitatis ordine, & de obligatione, qua eam operi demandare tenemur, tractatur: ac denique de ipſius charitatis effectibus, cum alijs omnibus, quę hãc

C

A reſpiciunt virtutem.

Meſericordia. Luc. 6. Matt. 5.

Ex verbis illis, quæ Lucę ca. 6. habentur. Eſtote miſericordes ſicut pater veſter miſericors eſt: necnon & ex alijs, quę Matthęi quinto capite continentur: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur: ex his inquam duobus locis, tota miſericordię oritur materia, quę in theologia ab ſcholaſticis tractatur auctoribus, cum cęteris quę ad ipſam miſericordię virtutem attinent. B In quibus etiam duobus locis, ſcholaſtica eleemoſynę fundatur materia: hęc ſiquidem effectus quidam ipſius charitatis eſt.

Correctio fraterna. Mat. 18

Ex verbis illis, quę Matthęus refert, capite. 18. ſi peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum: & ex reliquis, quę ibi de correctione fraterna leguntur, ipſius fraternę correctionis proprius oritur fons, quæ in theologia diſputatur.

Scandalum. Mat. 18. &. 5.

Locus ille Matthęi capite decimo octauo, & capite quinto, qui ſic habet: qui ſcandalizauerit C vnum ex his puſillis, qui in me credunt, expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundũ maris: atque iterum: Si manus tua aut pes ſcandalizat te, abſcinde eum & proijce abs te: hic inquã locus propriam continet ſedem eorum, quę in theologia de ſcandalo tractantur.

Hypocrita. Mat. 23

A Ex illa acerrima correctione, quam Chriſtus veteris legis Scribis & Phariſęis dedit, eos nempe hypocritas appellans, quę Matthæi cap. 23. habetur, quia eorũ exteriora interioribus minimè concordabant. Hinc tota oritur materia, quæ in ſcholis de hypocriſi diſputatur.

Actiua & contẽplatiua. Luc. 10.

In ſanctiſsimo illo hoſpitio, quod capite. 10. diuus Lucas refert, vbi duæ illę ſorores Martha & Maria tam piè & reuerenter ipſam domini noſtri Ieſu Chriſti perſonam in domo ſua receperũt quarum altera eius ſacroſanctis B aſsiſtebat pedibus, diuinę eius maieſtatis contemplatione capta, altera verò circa temporale miniſterium exercebatur: hinc ſcholaſtica materia actiuę & cõtemplatiuę vitæ promanat, de qua theologi tam diffuſè agunt.

Incarnatio. S. Tho.

Pari forma materię omnes, quas diuus Thomas in tertia ſcribit parte, de Ieſu Chriſti domini noſtri incarnatione, ſuas proprias ſortiuntur ſedes in locis illis, quę de ſacramentis in euangelio habentur. Omnes namq́ue illę ex ſeptem eccleſię ſacramentis C & fidei articulis oriuntur, quos chriſtiani omnes profeſsi ſumus.

Deus creator.

Præterea vniuerſæ ſcholaſticæ materiæ in prima ſancti Thomæ parte contentę, quæ de Deo quatenus creator & rerum omnium eſt principium tractant, oriuntur quidem ex ea Geneſis

parte

A parte, vbi de rerũ creatione agitur, atque ex ſymbolo, vbi fidei articuli continentur. Nã primus eorum eſt, Deum cœli & terræ creatorem fateri: vbi angelorum & dæmonum aliarumque creaturarum in Theologia ventilatur materia: vbi etiam de ſacroſancto Trinitatis agitur myſterio.

¶ Et ne tandem faſtidium huiuſcemodi diſcurſus lectoribus generet, ſi longiùs eum protendamus, per hæc eadem ſuprà poſita à nobis exempla, facilè alijs omnibus ſcholaſticis materijs, quæ quotidie à Theologis diſputantur, propriæ à quibus dimanent ſedes in Euangelio, aſsignari poterunt. B A quibus nimirùm tanquam à radice, hæ omnes ſpeculatiuæ queſtiones pullularũt, (Simile.) quę in gymnaſijs quotidie vertuntur: vt examinari à concionatore valeant ea omnia, quę hominum conſcientias tangunt, aut certè quocunq; tempore tangere C poſſent. Quo fit vt rectiùs ſcolaſticas omnes ſanctiones, tãtùm quaſdam eſſe pręceptorum Euangelij expoſitiones, propriè aſſerere debeamus. Tamẽ bona Theologorum venia dixerimus, quòd quia huiuſmodi materię tam diffusè diſputentur, tamq; excesſiuè in gymnaſijs à Theologis ꝓtendantur, (Exceſsiua diſputatio.) potiùs iam præcepta ipſa Euangelica quodãmodo denigrauerint, & confuſa reddiderint, quàm expoſuerint. Sufficit tamen, quòd verum Theologorum intentum, (A. Theologorũ intentum.) qui hęc à principio ſcripſerũt ad declarãda Euãgelica pręcepta, & non ad cõfundendum fuit: vt ſic in gymnaſijs à Theologis expoſita, faciliùs talia ab omnibus, diſtinctiuſq; percipi poſſent Euãgelica pręcepta.

¶ Ex hoc iã præſuppoſito fundamento, ſequitur ſcholaſticam hanc Theologiam, maximè ſpeculatiuam, minimè à concionatore in concione ſua adduci debere, niſi quãdo Euangelici ipſius loci ꝓprietas exegerit. (Scholaſticæ Theologię opportunitas.) Quia ſicut à nobis iam dictũ eſt, ſcholaſtica Theologia, nihil aliud quàm Euangelicarum concluſionum interpretatio quædam eſt: & malè quidem requiritur claritas, vbi nulla eſſet obſcuritas. B Quemadmodum ridiculũ omnino eſſet. (Simile.) Si ad incedendum medio die, vbi ſol viget, lumen accẽderetur, quandoquidem ſolis lumine, omnia clarificata exiſtunt: lucerna quippe, non niſi noctis tempore ſuum propoſitũ habet, C quando videlicet ſolis pręſentia abeſt. Similiter ſcholaſtica doctrina, lux quędam eſt, qua Euangelicas veritates videre, earumq; obſcuritatem & confuſionẽ diſtinguere valeamus. Penitus ergo abſque propoſito eſſet, eam in pulpito adducere, cùm veritates ipſæ minimè claritate egerent, quia de ſe lucidiores exiſtũt quã ipſa ſit ſcholaſtica doctrina.

¶ Quamplurimas eſſe res naturales, (Simile.)

A turales, tum etiam artificiales notiſsimum eſt, quæ tamen ſuapte natura minimè valēt ad humanum vſum, ſi per ſe ſeorſum accipiantur, niſi rebus alijs ſemper adiunctæ exiſtāt: quarum eſſe totum & decor in hoc præciſè conſiſtit, vt cum alijs aſſocientur. Quemadmodum rami in ipſo præciſè arboris trunco, omnem ſuam pulchritudinem & viriditatem conſequuntur: quòd ſi extra arborem ſumantur, non ni
B ſi ſicca ſunt, & inutilia ligna.
Simile. Palmes etiam in vite totũ ſuum eſſe ſortitur, à qua tamen ſi abſciſus fuerit, nihil ſub orbe inutilius & fædius reperitur, ita vt ad
Simile. nihilum valeat vltra, niſi vt in ignem mittatur. Vaginæ etiam finis eſt, vt intra ſeipſam enſem contineat: quòd ſi vacua ſit, minimè conſiſtere valet, quia continuò comprimitur, & exſicca-
Simile. tur. Veſtimenti præterea decor,
C qđ ad alicuius corporis mēſurā formatum eſt, propoſitum ſuum omnino amittit, niſi ab ipſomet induatur corpore, quia nulli al-
Simile. teri adaptaretur: Sicut neque vnius manus manica alteri eſſet accommodata manui: neque adhuc calceus, qui vni pedũ eſt proprius, alteri conueniret. Hæc igitur eſt totius ſcholaſticæ doctrinę pulchritudo, & totũ eſſe, maximè ſpeculatiuæ, vt nõ ſeorſum nuda in ſuggeſtu à cõcionatore tractari debeat, ſed ſemper ſcripturę diuinę aſſociata, dum legitimè Euangelij locus exegerit. Nã A
Simile. ſcholaſticæ quæſtiones, rami quidam ſunt ab Euangelio, ſicut ab arboris trunco pendentes: quapropter viriditatē ſuam pulchritudinemq; tunc temporis in concione conſequuntur, dum euangelio, velut ſuę arboris trunco, coniũguntur. Proprij ſunt etiã
Simile. palmites, qui ſicut à vite ab Euãgelio procedunt, in quo poſiti, fructus plurimum habent: ſi tamen extrà ſumantur, ſicci nimiũ & fædi apparent palmites. Sunt B præterea ſcholaſtica præcepta, Euangelicarum veritatum vaginæ, quæ ſi in ipſa immitantur, decorem ſuum conſequuntur cæterùm ſeorſum ſumptę, citiùs exſiccantur: ac denique veſtimenta ſunt ad Euangelij menſuram inciſa, quæ tamen nõ vſque adeò alij adaptantur propoſito.

S. Tho. ¶Et hinc eſt quòd diuus Thomas, vt plurimum cùm aliquas C mouet ſcholaſticas materias, ob hoc ſolum eſt, vt aliquam ſcripturę ſacrę auctoritatem exponat aut certè vt alicuius grauiſsimi doctoris ſententiã interpretetur ſicut apertè conſtat ex argumento, quod propè ſemper in contrarium adducit: quod communiter ex ſacræ ſcripturæ auctoritatibus deſumitur, aut ex ſanctorũ dictis, vel ex alia potiſsima naturali ratione, in qua totius articuli argumentum fundatur, & cuius etiã occaſione, articuli quæſtionem mouet.

¶Hæc

A ¶Hæc tamen quæ de ſcholaſtica Theologia hucuſq; loquuti ſumus, ſanctorum etiam vſu confirmatur. Omnes enim cum aliquã ſcholaſticę Theologię dogmata ſcriptis ſuis inſeruerunt, nũquã fere, niſi aliquo adhibito propoſito ad legitimum aliquẽ ſcripturæ ſenſum adduxerũt, ipſa prius poſcẽte diuina ſcriptura, ſiue aliquo alio propoſito, quod inde deriuetur, aut quoquomodo ad ſcripturam ipſam diuinam attineat. Sicut conſtat ex operibus, (Sanctorũ vſus.)

B quę quatuor iſti eccleſię doctores ſcripſerunt. Si quidem diuus Gregorius Moralium libros ſcripſit, vbi ex theologia ſcholaſtica multa immiſcẽtur, inter quę plurima continentur, etiam ſpeculatiua hoc tamen dumtaxat fine, vt Iob prophetiã exponeret. Scripſit etiam admirabilem illã Paſtoralis doctrinam, quę ſpeculatiuis etiam Theologicis quæſtionibus non vacat, ob hoc ſolùm, vt illum Euangelij locum Ioannis capite decimo interpretaretur, vbi boni paſtoris forma continetur: vt cõditiones quę inter (Gregorius.) (Expoſitio ioannis. 10.)

C paſtores & oues exiguntur, declararet, iuxta illius Euãgelij legitimum ſenſum. Scripſit etiam ſuper Ezechielem Prophetam, in qua quidem ſcriptura, ſpeculatiua continentur multa, eo dumtaxat propoſito, vt obſcuras prophetæ, à Deo factas reuelationes interpretaretur. Et idẽ omnino dicẽdũ eſt de quadraginta homilijs, atquæ de ſeptem Pſalmorũ expoſitione. Et ſic de omnibus alijs, quæ Egregius hic doctor compoſuit. Vbi nihil ferme ſcholaſticum ediſſerit, quod ab ipſa diuina ſcriptura, & loco quẽ tractat, prius non dimanet.

A ¶Hoc idem de diuo Auguſtino aſſerendum eſt: cuius omnia opera propè ſemper ſupra diuinam fundantur ſcripturam. Quod ſi aliqua alia in eius reperiuntur ſcriptis, quæ peregrina nimium que ſpeculatiua apparent, quem admodum imprimi tomi libris inuenitur, in quibus de Grãmatica, Dialectica, Rhetorica, & de Muſica agitur, hoc nempe eſt, vt diſtinctius terminos, & principia declararet, ad veram ſcripturæ ſanctæ intelligentiam conſequendam. Qua etiam de cauſa quàm plurima alia difficilima multoties, delicatiſsimaq; pertractauit: Sicut fuerunt de trinitate, de quantitate animę, atq; de libero arbitrio. Hæc enim omnia materię quędam ſunt, quę peculariùs ſcripturę ſanctę intelligentiam tangunt, vbi hęretici peſsimè aberrarũt: & ad eorum extirpãdos errores, neceſſarium duxit, ſcholaſticas has, ſpeculatiuaſq; materias euoluere. (Auguſtinus.) B C

Hoc idem ipſemet Auguſtinus prętendit, in libris quos de doctrina chriſtiana compoſuit, vbi de Rhetoricis pręceptis: vocabulorumq; acceptione agit, ob hoc ſolùm vt diuinę ſcripturę phraſim, (Auguſtinus.)

A ſim, & loquendi modum legẽtes doceret. Et quia præuiderat, aliquos in poſterum fore detractores, qui eum reprehenderent, ꝙ in hoc peregrinam aſſumpſiſſet materiam, & à ſacris litteris penitus alienam: ad hoc continuò in ipſo ꝓlogi initio ſuper libros de Doctrina chriſtiana reſpondet: vbi nullã aliam aſsignat cauſam, quare hæc tractauerit, niſi quia ad ſacræ ſcripturæ ſenſum intelligendum conducant. Itaq; omne eius intentum in hac ſcriptura fuit, quicquid dixiſſet, ad legitimam diuinæ paginæ, claramq; intelligentiam reducere, B quãtumcunq; prophanum gentilicumq; fuiſſet. Sicut ipſe expreſſè teſtatur ſecundo libro de doctrina Chriſtiana capite 18. his verbis: non propter ſuperſtitionem prophanorum debemus muſicam fugere, ſi quid inde vtile ad intelligendas ſanctas ſcripturas rapere potuerimus.

Detractores.

Reſponſio.

Auguſtini reſpõſio.

## ¶ CAPVT XXV.

C De conditionibus obſeruãdis. Cùm in pulpito ſcholaſtica eſt adducenda doctrina.

QVa propter annotandum hic maxime eſt, auditorũ profectui plurimùm conducere, ꝙ dum concionatori, de ſpeculatiuis, ſcholaſticisque dogmatibus agendum fuerit, non niſi parum

Prima cõditio.

de ſpeculatiua doctrina in ſuis A admiſceat ſermonibus. Quia de ſe ſicca, & inſipida admodũm eſt diſciplina talis: niſi tanta eſſet ad hoc ſcripturæ loci vis, & proprietas, vt hoc ita expoſceret. Nã ſicut amari cibi conditio eſt & inſulſi, parum ſemper in ferculis admiſcere, quemadmodum ꝑper eſt, acetum, & allia, de quibus non niſi quãtum ipſa condiendi cibi neceſsitas exegerit, apponendum eſt (nam ſi piperis eſſet abundantia, comedentis linguam combureret: & ſi nimium apponeretur aceti, totum ferculũ acetoſum profectò redderetur: B & ſi deniq; aloes eſſet copia, amarus eſſet totus conditus cibus, ac perconſequens proprius ipſius cibi ſapor perderetur & appetitus) ad eum omnino modũ, imaginandum nobis eſt, prædicatoris Euangelicam concionem nihil aliud eſſe, quàm cuiuſdam cibi diuinarum veritatum confectionem quandam, ſiue ferculũ, auditorum palato præparatũ. Et cùm res omnes ſpeculatiuæ ſua- C pte natura amarę ſint & inſipidę, & quas hominis intellectus naturaliter refugit (nam ſi quãdoque eas amplectitur, hoc non niſi violenter & quaſi inuitus facit, quia nimirum in eis eam claritatem & diſtinctionem, quam ipſe de ſe appetit, non inuenit) hinc ergo eſt, vt parum ſemper de ſcholaſtica doctrina in concionibus adduci oporteat, non niſi

Simile.

A niſi quatenus ipſa loci qui tractatur, neceſsitas exegerit. Et quando hoc moderamine euangelicæ veritates ſpeculatiuis admiſcentur, tunc temporis inquã auditoribus ipſis ſpeculatiua doctrina placida ſit & ſuauis.

2. conditio. ¶ Secunda conditio eſt, ad hoc vt ſcholaſtica Theologia ſufficiens poſsit eſſe concionis doctrina, clarè admodum & diſtinctè à concionatore in pulpito proponenda eſt, eam ab ſcholarum terminis primitus denudãdo. Scholaſtici namque termini ſolum B gymnaſijs adaptantur, atque eis qui in cathedra docendi funguntur officio. At verò in concionibus huiuſcemodi vti vocabulis, obſcurum valde & in intelligibile eſſet, ne ridiculum dixerim. Præcipuũ concionatoris documentũ. Et ex præceptis quidem Euangelico concionatori neceſſarijs, vt idoneus chriſtianæ legis poſſit eſſe concionator, hoc vnũ eſt, vt clarè ſcilicet & diſtinctè populo doctrinam proponat, potiſſimè in ſcholaſticis ſpeculatiuiſque materijs: quia de ſe difficiles admodum, & obſcuræ exi- Speculatiuæ materię. ſtunt. Nec ſufficit, ꝙ eas prædicator ſatis ſibi ipſi (cum eas legerit) intelligat, ſed præter hoc C oportet vt tali dicendi forma & ſtylo eas doceat, vt qui in populo craſsior fuerit & rudior, eas optimè percipere valeat. Quandoquidem hoc eſſe debet prędicationis eius finis, vt id quod dixerit, omnes intelligant: vt ſic ſtatim opere ipſo auditores compleant, quod auribus & mẽte bene perceperunt: ſecus enim, malè exequentur, quod minimè intellexerunt. Et hoc eſt expreſſum diui Auguſtini documentum, 4. libro de Doctrina chriſtiana, capite. 8. 10 & 12. Auguſt.

3. conditio. Tertia conditio, quæ ad ſcholaſticam diſciplinam in ſuggeſtũ ediſſerendam requiritur, eſt, vt in ſcholarũ doctrina, fugiat ſemper concionator, quantum in ſe B eſt, periculoſas quæſtiones chriſtiano populo proponere. Eas autem periculoſas appello, quę etſi Periculoſę quęſtiones. in ſe ipſis veritatẽ habeant, atq; eas in gymnaſijs diſputare liceat eis qui eiuſdem ſunt profeſsionis nequaquam tamen pulpitum decent. Quia vulgari, rudique populo, deſperationis periculũ, aut certè erroris anſam generarent: vel ſaltem ita auditorũ conſcientiam huiuſmodi inquietaret doctrina, vt de chriſtianæ vitæ firmitate in ſe ipſis vacillantes ma C nerent. Et quo eos prædicator doctrina ſua lucrari haberet, inde proculdubio eos perderet omnino. Sicut in prędeſtinationis reprobationiſque materia mul- Prædeſtinationis materia. toties cõtingit. Siquidem nihil minus chriſtianum hominẽ decet, vt quietam religioſamq; poſſit ducere vitam, quam præſcientiæ, ſiue prædeſtinationis materiam ſcire. Nam poſt importunã abſolutamque materiæ huius diſputationẽ, liquida hæc ſemper manet

ALEXANDER ... FERDINANDVS ... VALENTINUS

A manet catholica veritas, quòd videlicet quilibet chriſtianus, ſiue bonus ſit, ſiue malus, in ſua habet libertate (Dei adiutus gratia) ſalutem conſequi poſſe, aut certe damnationem acquirere. Quo fit, vt ſi condemnatus extiterit, ſibi imputetur, quia ſcelera eius ſuę damnationis cauſa erunt: ſi autem animę ſalutem fuerit conſequutus, hoc nempe ex Dei miſericordia pręcipuè erit B adiunctis tamen ſuarum virtutũ operibus. Quemadmodum hæc duo ex diuina ſcriptura apertiſſimè conſtant. Sic enim Oſeas 13. capite ait: Perditio tua Iſrael, tantummodo in me auxiliũ tuũ.

¶ Poſſumus etiam pręſentem veritatem in materia potentiæ Dei exemplificare, ſcilicet, quid Deus poſsit, vel non poſsit: an videlicet in Deo ad pręteritum ſit potentia vel non: & vt clarius dixerim, an Deus virtute ſua, id quod iam extitit, quòd non fuerit agere poſsit. Item an in eius C ſit conſtitutum potentia, contradictorias duas veras facere, cęteraque id genus, quę à Theologis in ſcholis diſputari ſolent. Quæ omnia audientium ſynceritati nimis profectò diſſonans eſt doctrina: nec ſatis ad eorum conſcientias tuta. Candidè enim & ſyncerè catholicę fidei pręcepta, atque ipſius Dei poteſtatem, iam chriſtiani auditores receperunt. Qua de cauſa neutiquam decet, vt in populi conſpectu huiuſmodi euoluatur dotrina: quia A maxima proculdubio in huiuſmodi concionibus, auditoribus pręſtaretur occaſio in aliquem incidendi intolerabilem errorẽ exiſtimãtibus ꝙ in Deo aliqua eſſe poſsit poteſtatis eius, ſeu virtutis infirmitas: cum tamen catholica veritas habeat, Deum ſine limite aliquo omnia poſſe: ꝙ ſi quandoque aſſeritur de Deo, aliquid non poſſe: non vtique ex eo eſt, quia in eo ſit aliqua virtu B tis ſiue poteſtatis infirmitas aut defectus, ſed quia res ipſę (de quibus diſputatur) de ſe factibiles non ſunt.

Dei potentia.

Aſſueſcunt etiam prædicatorum aliqui, in totius populi conſpectu, liberi arbitrij materiam docere, eius entitatem ad vnguẽ examinantes: & eorum etiam arguentes errores, qui in hoc caſu ceciderunt. Quod profectò vulgari populo maximum parat da- C mnum: quandoquidem ſatis fuerit homini chriſtiano intelligere, quòd in operibus ſuis liber eſt. Sic enim in manu conſilij ſui, Deum eum reliquiſſe, aſſerit ſapiens, vt ad ignem vel aquã manum porrigat, & inde aut refrigerium, aut certè combuſtionẽ pro ſuo beneplacito eliciat. Quod igitur hic à prædicatore maximè eſt ponderandum, eſt nempe exactiſsima ratio, quã homo Deo in ſupremo iudicij die de hoc excellẽtiſsimo libertatis dono reddere debet, in quo Deus omniũ ſuorum

Liberũ arbitriũ.

Eccleſi. 15

A ſuorum operum dominum eum cõſtituit: quia hoc tam excellenti libertatis dono male vſus eſt, & tam precioſam animę ſuę margaritã, in mundi huius luto inuolutam habuit. Per hæc igitur quæ ſuprà aſsignauimus exẽpla, poterit vtique concionator, eas dignoſcere materias, quæ in concionibus fugiendæ ſint, tanquã populo omnino periculoſæ. Ad quod profectò dignoſcendum, nulla alia eſt certior regula, quã ipſius concionatoris prudentia, cui tã doctrinę huius quã etiã aliorũ omniũ, examẽ relinquitur.

Simile.

B ¶ His ergo ſuppoſitis, dupliciter in cõcionib' adduci poteſt ſcholaſtica doctrina. Primò quidem, vt circa fidẽ ſacramẽta, & virtutes, chriſtianus populus inſtruatur, adhoc vt intelligat ea quæ eius cõcernũt viuẽdi modũ: quãdo ſcilicet eorum obſeruãtia ad mortale aut veniale obliget: & C quę etiam Euãgelicę veritates in pręcepto ſint, & quæ in cõſilio, quæ nõ niſi chriſtianã perfectionẽ reſpiciũt. Quæ nimirum ſanctiones ſiue quæſtiones, in ipſa diuina ſcriptura nõ decidũtur: quia ſcripturæ ſanctæ doctrina, ſincerißima quadam vtitur loquendi forma, quę raro talem nobis obligationem exprimit. Sed hoc iuxta rerum conditionem & ſubſtantiam, de quibus eſt regula vel pręceptum definiendum eſt, & ſecundum etiam verborũ tenorem, qui in ſacra continentur ſcriptura. Nam ſi verba ſunt quę ſecum damnationis pœnam ſignant, ſicut in fidei & baptiſmi pręceptis reperitur (tũ enim dicitur, qui verò nõ crediderit cõdẽnabitur) pſpicuũ eſt ad mortale huiuſmodi obligare obſeruantiã. Talia igitur peccata, & ſcripturæ pcepta in ſacramẽtorũ obligatione, diſtinguere, Theologorũ datũ eſt officio, & ad hoc ſcholaſticę Theologię principaliter eſt inſtitutũ munus. Et quia rudis populus, vt plurimũ hęc ignorat, quia gymnaſiorũ lectionib' non aſſueſcit, ideo concionatori maximè datum eſt (cum populo prædicat) talia ſcripturę ſacræ præcepta declarare: quo tempore ſcilicet ad mortale vel veniale obliget. Et hoc ex ipſiſmet Ieſu Chriſti verbis expreſſè haberi videtur, dum Apoſtolis ſuis dixit: docete omnes gentes baptizãtes eos. Aliud quippe eſt populo aliquid ſuggerere, aliud verò docere. Docẽda quippe ſũt, quæ ſubſtãtialia ſũt legis & quę ſint quę obligationẽ aut conſilium inducãt. Ad verò ſuadẽda ſunt, quę iã ſunt populo à cõcionatore diſerta: aut certè quæ ex cõſilio & nõ precepto exequi homines habeãt.

Sinceritas ſcripturæ.

Quãdo ſcriptura, ad mortale vel veniale obliget.

A B Expoſitio Mat. 28. C

¶ Verum eſt tamen, ſicut iam ſuprà diximus, non eſſe his temporibus vſque adeò ignaros homines, vt legis iam ſubſtantialia ignorent. Immò potius plus quã opportet ſapere, noſtra hac tẽpeſtate homines ſapiũt. Conã-

Exceſsiua chriſtianorũ ſapientia.

A tur ſiquidem ex populo chriſtianorum plurimi maxima ſolicitudine inquirere, quidnã mortale, quid vero veniale ſit,& hoc vno deniq; in vita ſua contenti ſunt ſi videlicet rerum omnium ſedẽ, circa mortale,& veniale, intelligant.Cæterùm de virtutis opere,nihil minus curant.Neſcio tamen an hoc ſecularibus hominibus,qui profeſsionis Theologicæ non ſunt ſatis conueniat.

1. Ratio. B

Tũ quia ad liquidũ hoc definire,operibuſque omnibus mortalis aut venialis propriam aſsignare ſedẽ, difficile admodùm eſt( quia ſapientiores adhuc viri, vix decidere hoc valent )

2. Ratio

tum etiã quia vehemẽter ſuſpicor, quòd omnis eorum curioſitas inquirẽdi,quid veniale aut quid mortale ſit,nõ ab eis ex virtutis zelo procedat, vt ſcilicet mortalia ipſa peccata fugiant. Sed potiùs vt peccatorum habenas licentius laxare valeãt. Volunt nãq; terminum,quo peccatum mortale perueniat ſcire, C vt inde poſtmodum in venialiũ diſſolutione laxẽtur. Quod proculdubio,chriſtianam ſinceritatẽ minimè decet.

Intentũ veri chriſtiani.

Hominis quippe verè chriſtiani,hoc præcipuè intentum eſſe debet curare quidem, non quemadmodum Deum nõ offendat,ſed quomodo ei magis ſeruiat. Siquidẽ fugere peccata,de ſe præſuppoſitũ eſt:augmentum autem perfectionis curare, chriſtianis optimis & Dei fidelibus ſeruis datum eſt.

Simile.

Quia ruſticanorum hominum eſt,Deo A nihil plus religionis velle præſtare, præter id quod ex legis debito perſoluere tenentur: nullum aliud perfectionis punctum chriſtianæ legi addere volentes, quam id quod in lege ipſa reperitur ſcriptum.

2. Articulus.

¶Secundus articulus, in quo opportunè ſcholaſtica doctrina à concionatore in pulpito adduci poteſt, eſt quidem ad docendum earum rerum entitatem, & B ſubſtantiam,quæ in ſacra habentur ſcriptura,Maximè enim ponderat ad claram rerum intelligentiam,earũ quam primũ percipere definitionem.

Ariſtoteles.

Quemadmodũ ex Ariſtotelis doctrina in poſterioribus conſtat, cum ait: Quod quid eſt præintelligere oportet. Ideſt cuiuslibet rei entitatem & naturam ante omnia dignoſcere maximè conducit,vt poſtmodum conditiones eius ac proprietates,quę inde emanãt,re C ctius valeamus attingere.

S. Tho.

Vnde diuus Thomas, ſicut & reliqua Theologorum ſchola, ſtatim,in principio ſemper aſſueſcit, eorũ quæ tractat definitiones aſsignare,explicando videlicet quid fides ſit,quę charitatis ſit natura, aut quod eſſe ſortiatur iuſtitia, quidve appelletur miſericordia & ſic conſequẽter omnia quę ad ipſius rei eſſe & naturã cõcernũt pertractat.Iuxta hanc igitur ſententiã,neceſſaria eſt concionatori cuilibet diligẽtia hęc ad hoc, vt diui

A diuini verbi auditores, fidei, & ſacramentorum, virtutumque integrã habeant notitiã: q videlicet illis ante omnia rerũ omniũ eſſe & naturã diſtinguat, atq; ad purum earũ rerũ radicẽ, & principium ediſſerat; vt in eius deſinitione, velut in fundamẽto quicquid amplius dixerit legitimè ędificet.

Simile.

B

## ¶CAPVT. XXVI. DE lectione gentilium philoſophorum.

4. præceptum.

QVartum præceptum eſt, circa Gẽtilium philoſophorum doctrinã, quemadmodum ſcilicet Euangelicus cõcionator philoſophorũ lectione in cõcione ſua vti debeat. Videmus enim cõcionatorum conſuetudinem eſſe, gẽtiles philoſophos in euãgelica cõcione quotidie adducere, qui etiã ſanctorum

Ariſtoteles.

C doctorũ quãdoq; tritiſsimus eſt vſus, ſcilicet ſcripturæ ſanctę veritates, philoſophicis aſſociare doctrinis.

S. Tho.

Pro huius igitur materiæ elucidatione conſiderandum eſt, q etiãſi philoſophica hæc doctrina, gẽtilium hominum ſit, & eorum qui extra chriſtianã profeſſionẽ ſunt cõſtituti: nullum proinde euangelicę prædicationis officio, ſiue ſanctiſsimo huic loco grauamẽ parat. Nõ enim euãgelicas veritates, philoſophorum dictis, rationibuſq; firmare, euãgelij auctoritatẽ diminuit: eſtò in vitæ ſuæ profeſsione idolatræ extiterint & peruerſi. A

conſideratio.

Prima huius ratio eſt: nã quẽadmodum in naturalibus accidere videmus, ſic etiam in ſpiritualibus fieri oportet. In naturalibus enim, res quæ pretioſæ ſunt, valorẽ ſuũ neutiquã perdũt quia ex infimis vilibuſq; rebus ortę ſint: nec propterea dedignãtur homines ex eiſdẽ rebus ſuas decorare perſonas, quia vilis earũ exiſtat natiuitas. Aurũ ſiquidem, etiãſi ex luto originẽ ducat nõ propterea aurũ pretioſumq; deſinit eſſe. Gẽmæ etiam magni ſemper æſtimãtur apud reges, & huius ſæculi principes, eſtò earũ eſſe ex tã infimo viliq; principio (ſicuti eſt maris concha) procedat. Sericum prętereà, apud magnates in pretio eſt, quãtũcunq; ex putridiſsimo vermi ſuum eſſe deducat. Et adhuc roſa hominibus pretioſa nimis apparet, quanuis à vili rubo & ſpinis pleno oriatur. Et his omnibus homines reuerentiã exhibent, & in ſe ipſis ingreſſum, & ſedẽ, locũq; pręſtãt, nulla habita conſideratione ad vilitatẽ, quam à natiuitate ſua ſibi vendicant. Igitur cum in rebus naturalibus ita eſſe videamus, nulla cogit ratio, cur etiam idem apud ſapientes viros in ſpiritualibus non fiat.

1. ratio.

Simile.

B

Simile.

Simile.

Simile.

C

Cum enim gentilium philoſophorum dicta optima ſint, atque eorum veritates naturali rationi adhærentes ſint, non quia ea-

A rum natiuitas lutea ſit & infima, relinquendæ ſunt. Ideſt nõ quia homines idolatrę, & alijs vitiorũ generibus corrupti extiterint, deſpectui habendæ ſunt, Secum enim valorẽ ſuum deferũt: neq; eorum viuendi corrupti mores, earundem veritatum ſplendorẽ vel in vno apice denigrant.

Gẽtiliũ veritates, euãgeliũ nõ dnigrãt.

Hæc ita eſt Plutarchi ſententia, in Moralibus tractatu quodam, quem de vtilitate ab inimico capienda edidit, vbi aſſerit, ꝙ eadem hominibus circa ſe ipſos induſtria eſſe debet, quam erga ſyl B ueſtres feras quotidie exercent. Non enim quia feræ ſunt, & homines dilacerant, ſtatim eas a ſe procul abijciunt, ſed eas domeſticè & leniter tractant: vt pretioſa quęque, quę intra ſe continent, ab eis extrahant. Sicut ab elephanto ebur educunt, pelles etiam à zebellino & pãthera extraducũt, quibus prętioſas veſtes conſuunt. Ad eum omnino modum debent homines induſtria quadam & dexteritate pollere, vt à malis hominibus, bona quæ in C ipſis latent, elicere ſciant, atque in ſui ipſorum commodum applicare. Cum ergo ita ſit, quòd gentilium hominum veritates, nihil aliud quàm margaritę quędam ſint, quibus ipſius hominis intellectus diteſcere valeat, atq; animus ornari: non eſt cur eas concionatores deſpiciant, aut dedecori tribuant, eas in concionibus tractare. Sed hãc eandem induſtriam in pręſentia circa gentiles philoſophos exercere habẽt quam erga ipſa tractant bruta: ita vt à gentilibus malum proijcientes, ſcilicet corruptæ vitæ eorum viuendi mores, bonum excerpant, eorum videlicet doctrinę fructum & diſciplinam. Quẽadmodum ex viſceribus terrę aurum eligimus, lutum verò, quo inuoluitur proijcimus: & ſicut etiam proiecta ſpina, carpimus roſam. Quod expreſſè redemptoris noſtri diuinum eſt conſilium Matthęi, ca. 23. vbi de corruptione legis veteris doctorũ loquens ait: ſuper cathedrã Moyſi ſederũt Scribę & Phariſęi, quęcunq; dixerint facite, ſecundũ vero opera eorũ nolite facere. Accipite (inquit Chriſtus) quę dicunt, quia legis verba ſunt: quę autẽ faciũt, relinquite, quia eorum duntaxat corrupti ſunt fructus. Neq; eorũ corrupta vita, ſtomachũ veſtrũ cõmoueat, vt propterea ipſorum nõ vtamini ſana doctrina: quandoquidẽ huiuſcemodi negotiũ, nõ tale eſt, vt quia immundũ eſt vas, ſit etiam immunda veritas. Quod prætereà diui Chriſoſtomi documentũ etiã eſt, hæc eadẽ capitis huius verba ſup Matth. ediſſerentis, vbi efficaciſsimè hominibus ſuadet, vt hac ſemper erga malos doctores prędicatoreſque induſtria, & prudentia vti ſciant. Nam ſi ſolum ex ore bonorum præceptorum doctrinam aſſumere deberemus, cum

Plutarc.

Simile.

Simile.

Simile.

Simile

Expoſi. Mat. 23

Chiſoſt.

propter

A propter demerita noſtra tam numero pauci boni ſint legis præceptores, abſque doctrina penitus populus remaneret: quia vix perfectus quis reperiri poſſet, qui concionandi officium dignè exequi valeat.

Auguſt. ¶ Præceptum hoc in eadem forma eſt diui Auguſtini, in ſecūdo libro de Doctrina chriſtiana cap. 40. vbi ſic ait: Philoſophi autem qui vocantur, ſi qua fortè vera & fidei noſtræ accommoda B dixerunt, maximè Platonici: non ſolùm formidanda non ſunt, ſed ab eis tanquam ab iniuſtis poſſeſſoribus, in vſum noſtrum vendicanda. Quod nimirum expreſſè etiam aſſerit diuus Paulus ad Romanos primo capite, cum dicit: Qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent. Quia cum eorum veritates rationis dictamini concordent, & de hominum virtutibus agant: quibus proprius profectò veritates tales adaptantur, chriſtianę legis profeſſores ſunt: vnde gentiles iniuſtè C eas detinere dicuntur.

Expoſitio Roma.1.

In cuius nimirum doctrinæ confirmationem, adducit ibi egregius hic doctor Aegyptiorū exemplum. Ait namq; duo habuiſſe Aegyptios. Primùm fuerunt idola, corruptique eorum viuendi mores, atque grauia onera, quæ filijs Iſrael imponebant: quæ omnia iuſtum erat, vt Iudaicus populus odiſſet, ab eiſque ſe omninò ſecerneret, tanquam à rebus penitus nefandis, ſuæque legi nociuis. At verò Alia Aegyptij poſſederunt, quemadmodū fuerunt veſtes, quibus ſe ipſos ornabant, argentiq; & auri plurima vaſa, quibus bibebant, gemmarum, pretioſorumque lapidū varietas, quibus perſonas ſuas decorabant: quæ non ſolùm filij Iſrael odio minimè habuerūt, ſed quando ab Aegyptiorum finibus Dei mandato exire decreuerunt, ea omnia furari occultè conati ſunt, vt inter ſe inuicem potioribus applicarent vſibus, quàm anteà erant. Sic igitur (ait diuus Auguſtinus) duo pariter philoſophi gentiles (ſicut & Iudæi in Aegypto conſtituti) habuerunt. Quorum primum, ipſa fuit idololatria, cæteriq; corrupti viuēdi mores, atq; omnes alij oſtentationis, mundaniq; vanitatis modi, quos in vita oſtētabāt: & hæc profectò chriſtianos omnes odiſſe decet, tanquā execrabilia, ſanctiſsimiſq; euangelij legibus (quas chriſtiani profeſsi ſumus) contrauenientia. Cæterū res alias, gentiles philoſophi in ſe ipſis habuerunt, optimas quidem nimiumq; laudabiles, & vnicuiq; humanæ vitę generi proficuas valde: vtpote liberales diſciplinas, atq; alia ſapientiæ humanæ documenta multa, ipſi naturali rationi innitētia, quæ quidē accōmodatiſsima ſunt, vt hominis intellectum in virtutū operibus dirigant, ſicuti fuerunt

Simile.

Diſtinctio.

A B Auguſt. Corrupti gentiliū mores. C Gētiliū honorabiles leges.



ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A multi viuendi mores, qui in lege naturali, atque quorũcũque hominũ ſtatu honorabiles extiterunt, & digni quidem, quibus omnis ab hominibus exhiberetur reuerentia. Quæ omnia tanquam argentum & aurum, pretioſiſsimaſq; margaritas, decentiſſimũ eſt, vt ab eis tanquã ab iniuſtis poſſeſſoribus rapiamus, noſque metipſos eiſdem decoremus noſtro eas ſemper applicantes profectui: Quibus prętereà anima & intellectus noſter, tanquã pretioſiſſimis diuitijs diteſcant: Dum earum vſus in melius (qui vtique Dei cultus eſt) excellentior profectò ſit, quàm ille quem philoſophi in dęmonum ſeruitio tenuerunt. Ideoque noſmetipſos furtim ab eorum viuendi forma ſegregantes, eos ab huiuſcemodi veritatibus penitus expoliatos relinquamus, eaſdemq; veritates in decorem Euangelicæ legis in chriſtianis concionibus inſeramus, vt hinc poſtmodùm in totius chriſtiani populi commodum redundent.

Simile.

B

Simile.

C

¶ Et his diuitiarum ſpolijs euaſerũt diuites ab AEgypto famoſi illi atque excellentiſſimi viri, vtraque ſcientia, humana ſcilicet & diuina pollentes, Ciprianus ſuauiſsimus doctor, beatiſsimuſque martir, & lactanctius homo eloquentiſsimus, atque Victorinus, amabiliſque & omnibus deſideratiſsimus Hilarius, & cæteri denique innumerabiles gręci. Et inter omnes maximè ſapientiſsimus ille, magnuſque propheta Moyſes, de quo in litteris ſacris habetur, in omni Aegyptiorum ſcientia eruditiſſimum extitiſſe. Qui omnes, ſicut filij Iſraèl qui ægyptios ſuis proprijs armis, quę ab ægypto eduxerunt debellarunt: Sic etiam ſantiſsimi iſti, illuſtreſque viri, gentiles philoſophos ſuis proprijs debellarunt armis: quia ſuiſmet documentis & doctrinis, quas ab eiſdem rapuerunt, eorũ idololatrias, peruerſoſque & abominabiles viuendi mores extirparũt. Et has eaſdem gentilicas veritates in maiori pretio & ęſtimatione apud homines ſtatuerunt, digniores que quam antea erãt, reddiderunt: quia eas à gentilitatis luto extrahentes, & ſicut aurum lapideſque pretioſos, ab ipſis gentilibus tanquam à terræ viſceribus educentes, in Euangelica prędicatione inſeruerunt.

Famoſi doctores Cypria. Lactantius. Victorinus. hilarius.

A Moyſes

Simile.

B

Simile

C

¶ Hoc idem pręceptũ eſt iterũ diui Auguſtini, eodẽ, 2. libro de doctrina chriſtiana, capite 18. vbi de muſica loquens, & aliquorum gentilium auctorum in hac materia opiniones tractans, ſic ait. Sed ſiue ita ſe habeat, quod Varro retulit, ſiue non ita, nos tamen non propter ſuperſtitionẽ profanorum hominum, debemus muſicam fugere, ſi quid inde vtile ad intelligendas ſanctas ſcripturas rapere potuerimus.

Auguſt.

Varro.

Neque

A Neque ideò ad theatrorũ ſuorũ nugas & comœdias nos conuertimus, ſi de ſuis citharis & organis tractemus, ſi inde vtile aliquid ad res ſpirituales intelligendas elicere poſſumus. Nam ſi quia profani homines ſunt, eorum diſciplinas à nobis deberemus proijcere, nullas prorſus deberemus litteras ſcire, quia primus earũ auctor (ſicuti fertur) Mercurius extitit. Et quia præterea gentiles, virtuti & iuſtitiæ B templa dedicarunt, & idolis: hac ratione deberemus etiam nos, religionem quam in templis obſeruare aſſueſcimus, à nobis ipſis expellere. Et quia etiam religionem quam illi in corde habere tenebantur, in lapidibus poſuerunt, eos nempe tanquam veros Deos adorantes, ſummaque veneratione habentes: propterea inquam deberemus à nobis christianam abijcere religionem, quam in imaginum veneratione quotidie gerimus, quæ Deum creatorem noſtrum eiuſque ſanctos repreſentant. C

*Simile.* *Simile.* *Mercurius.* *Simile* *Simile.*

¶ Non hoc inquam ita eſſe conuenit, ſed decet profectò, vt optimus quiſque ac prudens christianus, vbicumque veritatem repererit, eam tanquam aliquid Dei veneretur. Sicut qui margaritam, aut quamcunque aliam pretioſam gemmam in ſtercore inueniret: non enim quia in ſtercore, aut in luto inuolutus eſt, eum relinqueret, aut à ſe abijceret, ſed continuò ſe humi proſternens, eam ab ſtercore eleuans emundaret, & honoratiori loco reponeret. Simili omninò modò ſapientem concionatorem decet, vt à gentilium hominum ſtercore veritates has (velut pretioſas margaritas) educere ſciat, eiſque in euangelica prædicatione proprium locum aſsignet, & ſedem. Dolens quidem de gentis huius profanæ perditione, ingenijque eorum cæcitatem admirans, qui cum apud ſe talem ſapientiæ theſaurum, diuitiarumque fontem retinerent, B hoc minimè cognouerunt, neq; in ipſis Deum (ſicut oportebat) glorificauerunt, ſed potius in ſuis euanuerunt cogitationibus, atque Dei imaginem in beſtiales figuras mutãtes diuinam reuerentiam creaturis exhibuerunt, & in tantum eorum inſipiens cor, obſcuratum fuit, vt ſe ſapientes reputantes, ſtulti penitus reperti ſint, quandoquidem ſe creaturis ſubiecerunt, a- C uium, ſerpentum, atque brutorum aliorum ſtatuas venerantes. Et hoc maximè dolendum eſt, quòd videlicet gentes optimo alioqui præcellentes ingenio, in tam craſſam inciderent ignorantiam & turpitudinem. Nam quemadmodum ſi proſtratum in luto aſinum videremus, non vſque adeò dolendũ eſſet: ſi tamen homo eſſet pretioſis ornatus veſtibus, gemmiſq; & margaritis decora-

*Veritati, vbiq; exhibenda reuerentia.* *Simile.* *Gẽtiliũ cęcitas & demẽtia.* *Simile.*

A decoratus, qui in ſtercore aut in limo volutaretur, hic inquam iuſtè ad compaſsionem noſtrum commoueret animum: ſic etiam videre hominem alias de ſe rudẽ & ingenio hebetem in aliquem incidiſſe errorem, etſi hoc profectò malum ſit, non tamen viſcera noſtra adeò commoueret (nã ignorantia eius & ingenij paupertas, in cauſa fuerunt, vt ad talem errorẽ homo hic diſpoſitus eſſet) cæterum videre homines B tanto intellectus lumine dotatos ſicut gentiles iſti philoſophi extiterunt, qui tam eleuati in diuinarum, humanarumque rerum contemplatione fuerunt, tantoq; ſapientiæ theſauro abundantes, ꝙ iſti inquã vſq; adeò fuerint mẽte capti, vt in tantũ ſtercoris fœtorẽ deuenerint, ſicut vtiq; idololatria fuit, hoc proculdubio omnium hominum viſcera, ad pietatem doloremque maximè C mouere debet.

Dei magnanimitas. Simile.

¶ In hoc præterea ipſius Dei magnanimitas conſiderari poteſt, quia in huiuſmodi fragilibus fœtidiſsimiſque vaſis tam ingentem ſapientiæ ſuæ theſaurum repoſuerit, nec propter ipſos quidem, ſed propter ſui ſancti nominis gloriam, ſuæque ſapientiæ ſplendorem. Qui ex mero beneplacito ſuo, prout vult ſuis vtitur creaturis: quo fit, vt quandoque peccatorem hominem rectè de virtutibus philoſophari permittat, & iniuſtum de iuſtitia, atque iratum de patientia, vt de hoc non niſi ſoli Deo ſit referenda gloria. Ei nanque beneplacitum fuit, gratiam hanc & liberalitatem hominibus impartiri, non vtique propter ipſos, ſed ob ſuæ maieſtatis & virtutis excellentiam. Quę ſic eſt expreſſa Apoſtoli Pauli ſententia, ſecũda ad Corinthios capite quarto, qui in hæc verba dicit: Deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei: habemus autem theſaurum iſtũ in vaſis fictilibus, vt ſublimitas ſit virtutis Dei, & non ex nobis.

Expoſi. 2. cor. 4.

¶ At verò præter hæc, quæ de philoſophorum ſcientia retulimus, duę ſunt potiſsimè conuenientiæ, cur Euangelico expediat concionatori, vt in prędicatione ſua de philoſophorum naturali lectione aliquid tractet. Prima eſt: nam huiuſmodi lectio hominis intellectũ valde in cæleſtium rerum cognitionem excitat, ſicut apertè conſtat ex diui pauli loco, ad Romanos capite primo, vbi de intelligentia quam gentiles philoſophi, per rerum naturalium ſcientiam de Deo habuerunt, agens, ſic ait: Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt illis, Deus enim illis manifeſtauit: inuiſibilia enim ipſius à creatura mũdi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciun

Duplex cõuenientia.

1. Conueniẽtia

Expoſi. Rom. 1

A ſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Hoc fuit (ait Apoſtolus) ſingulare Dei artificium, vt per rerum naturalium cognitionem, hominis intellectum ad diuinam eius maieſtatem percipiendam eleuaret, per quam nimirum cognitionem, non ſolum in ea, quæ pectoris ſui erant ſecretiora, homines deuenirent, ſed etiam in eius ſempiternam virtutem & diuinitatem. Cum enim rerum naturalium perfectiones & gratiæ, nobis in terra innoteſcant, ſimul-

Simile.

B que intelligamus nullam eſſe humanam virtutem, quæ earum eſſe & perfectionem producere poſsit. Videmus quippè quòd omnia quę ſub cælo ſunt, finitum & limitatum eſſe conſequãtur hinc profectò deuenimus, vt mentem, intellectumque leuemus, ad inquirendum excellentiorem alium rerum naturalium fontem, à quo omnis rerum na

C turalium pulchritudo & eſſe dimanet: qui non alius quam Deus ipſe eſt. Quo demum adinuento, ipſi ſummo opere afficimur, in ipſo iam requiem habere anhelantes: ſicut lapis in centro quieſcere appetit, & quẽadmodum ceruus à ſagitta percuſſus, aquæ frigidę fontem requirit, vt in eo ardentiſsimam (quam habet ſitim) ſedare valeat. Pari ergo forma, rerum naturalium cognitio, cùm iam hominem poſsidet, ardentem

Simile

Simile.

in eo ſitim excitat, vt in diuinum fontem, qui Deus eſt, viribus totis peruenire conetur: à quo creata omnia, tanquam ridentes aquarum riuuli promanant, in quo iam animi ſui ſitim homo ipſe penitus extinguere valeat. A

Simile.

¶ Legitur 3. Regum libro capite. 10. quòd regina Saba, Samalomonis audita, in Ieruſalem ciuitatem venire decreuit, vt probaret an vera eſſent, quę iam diu de illo audierat. Et cum apertè eius grandem vidiſſet ſapientiã, ſuperbaque domus eius ædificia, atque menſę ciborum abundantiam, nec non miniſtrantium ordinem, aliorumque magnatũ illi aſsiſtẽtium, & ipſius regię perſonę pretioſiſsima indumenta, ac denique oblationes ſummas, quę in Dei templo tam magnificè quotidiè offerebat: illico in regię maieſtatis cognitionem, eo vſque eleuata eſt, vt eum ſupra omnia mundi, quę viderat ſublimaret: & eos omnes beatos appellans, qui eius conſpectui adeſſe meruerant, vt ſapientia tãta diuitiarumq; theſauris quos poſsidebat, frui poſſent: ac proinde maximam Dei potentiam & virtutem magnificauit, qui tam inſignem virum in terra ſuſcitaſſet. Hanc eandem de diuina maieſtate admirationẽ ſuſcitat in nobis ipſis fabricę huius mundi contẽplatio, quam Deus tam mirificè, veluti de propria ſua demo, in ter

figura. 3 Reg. 10. Regina Sabba.

B

C

Simile. Contemplatio.



[library stamp]

A ra conſtituit. Si enim attentè naturalem lectionem, quæ de ſe & rerum omniũ perfectione loquitur, inſpexerimus, harmoniamq́; & connexionem, qua ad ſe inuicem res omnes creatæ annectuntur, & præſertim mirabilem gubernationem, quam in omnibus eis Deus inſtituit: hæc inquam omnia ſpiritum noſtrum in Deũ maximè eleuant: ex quo, ad cognoſcendum ſtatim ſummam eius

Simile.

B potentiam deuenimus. Vbi etiã apertè percipimus, quòd ipſe verus ſit fons & origo totius noſtri boni & perfectionis: ac deinde (ſicut regina Saba affirmabat) eos omnes feliciſsimos appellamus, qui conſequi meruerunt, vt in eius diuina poſsint conſiſtere præſentia, & quòd tanta ſapientia diuitiarumq́ue abundantia (ſicuti in Deo eſt) ſemper fruantur. Prætereà eos beatos non immerito dicimus, qui tam felicem ſortiti ſunt partẽ, vt eius in hoc mundo ſeruitio mancipentur & 

Simile.

C quibus iam in hoc ſæculo certũ Deus pręſtiterit pignus & ſignaculum, vt inde poſtmodùm Deo ipſo in alia vita frui valeant, ad eiuſque habitationem admitti.

Simile.

Simile.

¶ Itaq; ſicut canis, qui ad venationem ducitur, cum primum olfecerit prædam, continuò ſic totus in eius appetitum accenditur, vt quaſi omnino extra ſe ipſum factus, hinc inde curſitãs, inquietus incedat, nullatenus quieſcẽs, quouſq; olfactã apprehenderit prædam: ſic pariter naturalium rerum cognitio, odor quidam eſt, qui in naribus hominũ poſitus, ipſos inquietat, & velut venatoris canes, in cœleſtium rerum appetitum exardeſcere facit, atque Deum, cœleſtiaque omnia inquirere cogit: inquietudinem quandam, earumq́ue deſiderium ita in eis generans, vt nullam penitus hic quietem aſſumant, quouſque prædam hanc diuinam iam apprehẽdant. Quẽadmodum hoc ita in diuo Paulo fuiſſe reperimus, ſicut ipſemet ad Philippẽſes capite primo ſcribit, & ſecunda itẽ epiſtola ad Corinthios capite quinto, qui hac diuina iam captus cognitione, & Dei olfactu indies magis ac magis à corporis mole ſeſolutum videre cupiebat, vt tandem iam Deo ipſo liberè frui poſſet: cum dixit: Infelix homo, quis me liberabit de corporis morte huius? Hinc pariter diuus aſſerebat Bernardus, quòd ſi tantum poſſet ipſe prolongare vitam, vt rerum harum naturalium experimentum caperet, ipſæmet res naturales eum in Dei cognitionem ducerent. Nã quemadmodum qui ſemel ſuauiſsimam alicuius riuuli aquam deguſtaſſet, non quieſcit omnino, donec fontẽ viuum à quo ipſa procedit aqua, reperiat: ſic etiam rerum naturaliũ lectio, aquæ dulciſsimæ riuulus quidam eſt, quam qui ſemel deguſtauerit, verum fontem, à quo prema-

Expoſitio, phil. cap. 1. 2. Corinthios. 5.

Bernardus.

Simile

A promanat (qui Deus eſt) ſtatim inquirere conatur. Et in hoc profectò cęteros antecellunt, qui in rerum naturalium lectione edocti ſunt. Siquidem in proxima ſunt iam diſpoſitione, vt citius quam omnes alij, animæ ſalutem conſequantur: quandoquidem habent iam tam edoctas & inſtructas potentias, eruditumque intellectum, vt dum iam ad res fidei aduenerint, facile eas apprehendant, ipſique homines in cœlum ſuauiter ducantur.

*Naturalis lectio diſpoſitio maxima ad euangelicam doctrinam eſt.*

B Quod non ita in idiotis eſſet hominibus. Iſti namque cum nullam omnino habeant lectionem, ruſtici & quodammodo beſtiales ſunt, & quos in cœlum ducere dificile admodum ſit. Nam ſicut grauiſsimus lapis, in cacumine ædificij conſtitui non poteſt, niſi artificio quodam & grandi ædificantium labore,

*Simile*

*Simile*

C & ſudore præmiſſo, atque plurimis alijs adiunctis machinis, quibus ſurſum leuatur, ſic etiam ineruditus homo, qui nullis ſcientiæ alis fulcitur machinarum artificio, & nimio concionatorum ſudore, in cœlum ducendus eſt.

*Conuenientia.*

¶ Secunda conuenientia, quare quandoque oporteat concionem euangelicam naturali lectione aſſociare, eſt nempe, quia legem noſtram chriſtianam valde decorat & illuſtrat: ſiquidem lex hæc (quam chriſtiani profeſsi ſumus) valde eſt naturali rationi, rerumque naturis conformis. Et ideò, ſicut ex Matthæi capite quinto conſtat, lex iſta, iuſticia denominatur, cum Chriſtus dixit. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plusquàm Scribarũ & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Et certum eſt, nihil aliud hic iuſtitiam appellaſſe, quàm ipſam chriſtianã legem. Eius quippe mandata vſque adeò ſunt in iuſtitiæ puncto conſtituta, vt nihil illis addi, ſiue auferri poſsit. Et adhuc tanta eſt legis huius iuſtitia & æquitas, vt ſi homines iuxta rationis dictamen viuere habeant, nulla ſit alia viuendi forma, quàm ea quę in chriſtiana lege reperitur. Euangelium nãque nihil aliud eſt, quàm legis naturalis flores quidam: quorum radix & truncus in ratione ipſa conſiſtit. Ex hac enim omnes euangelij conſtitutiones & præcepta, velut arboris flores, pullularunt. Quod ex illo canticorum capite ſecundo ſignatur, cum dicitur: Surge propera amica mea & veni, iam enim hyems tranſijt, flores apparuerunt in terra noſtra. Vbi flores, euangelij legem vocat.

*A Expoſi. Matt. 5.*

*Iuſticia legis.*

*B*

*Simile.*

*Expoſi. cãtic. 2.*

*C*

Et probatur hoc manifeſtè, ſi per ſingula diſcurramus. Nam ex hoc naturali principio, Quod tibi nõ vis, alteri nõ facias, quod profectò rationis hominis dictamẽ quoddã eſt: hinc ſtatim ſecũdũ oritur legis mandatum, quod Deus de dilectione proximi nobis

*Probatio.*

*Mandatorum origo.*

A bis in euangelio dedit, cum alijs omnibus negatiuis, non furandi nec fornicandi, nec cōtra proximum falſum dicendi, aut nō occidendi. Quia præcepta hęc omnia nihil aliud diſponunt, quàm vt quod nobis nō volumus, alteri ne faciamns. Et in hoc eodem naturali principio, fundantur præcepta omnia, & charitatis conſilia, necnō & virtutum opera, quę Chriſtus nobis in euangelio reliquit. Siquidem ordinauit hæc omnia Chriſtus in pacificā B quandam & amicabilem vitam, quam inter ſe inuicem chriſtiani omnes ſeruare debent vt ſicut homines, & non velut ferociſsima bruta, viueremus.

præceptū de veneratione parētum.

Ex alio item naturali principio, quod rationi etiam ipſi innititur, videlicet quòd homo benefactorem ſuum amet, illique pro impenſo beneficio gratus ſit: oritur pręceptum illud, quod nobis Deus de veneratione parentum præſtitit, cum ab eis tam ingens perceperimus beneficium, ſicuti eſt noſtrū naturale eſſe, quia nos C genuerunt, atque educarunt, inſuper & diſciplinam pręſtiterūt noſque in honore & hominum auctoritate & opinione cōſtituerunt. Ex quo etiam principio dimanat maximum illud, & primū legis mandatum, quod Chriſtus velut totius legis caput de dilectione Dei inſtituit, vt ipſi tanquā Deo vero totis noſtris viribus ſeruiamus. Nam ſi iuſtè à no-

Mādatū de dilectione Dei.

bis exigitur, vt in peculiaribus beneficijs, hominibus grati ſimus, quantò iuſtiùs, tum voluntate, tū etiam operibus Deo grati eſſe tenemur: cū totius noſtri boni felicitatiſque fons ſit & origo: necnon & finis ſit, in quo beatitudinis noſtræ ſedem, omnēq; felicitatem repoſitā habeamus. A

Diuinus cultus.

In hoc præterea naturali gratitudinis principio, fundātur religionis chriſtianę principia omnia, circa reuerentiā & diuinū cultum, quem erga Deum obſeruare debemus, tam circa fidem B & ſacramenta, quàm etiam circa omnium aliarum virtutum obſeruantiam. Aequum enim eſt, valdeque rationi conſentaneum vt ei à quo tot, & tam immenſa quotidie recipimus beneficia, ei inquam iuxta ipſius beneplacitū in omnibus honorem & reuerentiam exhibeamus, etiamſi in hoc nihil aliud noſtri intereſſet commodi, quàm eius mera voluntas. C Præter quàm quòd tam iuſtus in omnibus ſuis ſemper extitit præceptis, vt hanc ſuam voluntatem & beneplacitum, nuſquā niſi ratione maxima & iuſtitia fundet. Quod adeò verū eſt, vt adhuc articulorum fidei, quos nempe recepimus, vt in eis diuinam veneremur maieſtatem, qui diuinæ quædam ſunt & ſupremæ veritates, & quæ omnem noſtram capacitatem excedunt, eorum inquā intendat diuus Thomas in ſuis opuſculis rationem reddere, & demonſtrare

Dei iuſtitia ratione fūdata.

A demonſtrare quòd non niſi maxima ratione fundentur. Quandoquidem aſſerit, quòd iuſtè & rationabiliter admodũ in chriſtiana profeſsione ſint homines his fidei articulis alligati. Nam poſtquã Deus primos creauit parẽtes, pręcipuus eorum morbus, quem in ſe ipſis crearunt, ſuperbiæ vitium fuit. Viſum quippe illis fuit, cum Deo ipſo contendere, eique adęquari poſſe, quemadmodũ ex Geneſis capite ſecundo conſtat: vbi potiſsima ratio, qua dæmõ hominem primum deuincere attentauit, vt Dei præceptum frangeret, & de ligno vetito comederet, hæc ſola fuit, quia videlicet, ſicut Dij eſſe deberent, ſcientes bonum & malum. Et in hoc ſuperbiæ vitio, quod Deo maximè ſemper odioſum fuit ab eo inquam tempore, homo ſemper enutritus fuit. Quapropter decuit maximè, vt Deus eius ſtatim infrę naret intellectum, vt iã deinceps diuinæ ſuæ voluntati ſubiectus maneret. Ad hoc igitur hominem cõpulit, vt in hac chriſtiana lege diuinas quaſdã veritates reciperet, tã ſupremas quidẽ, quæ omne eius ingenium excederent. Cuius tota ſalus & vita conſiſteret, non quidem in eis intelligendis, ſed in hoc quòd eas reuerenter reciperet, & humiliter crederet, & quibus tandem omninò ſubiectus exiſteret. Et hæ ſunt noſtrę fidei articuli, qui intellectus hominis ceruicẽ domant: quibus quaſi cõpedibus alligatus manet, & eum omnino euangelicę legi ſubiectum relinquunt. Nã cum homo perpendit aliquid aliud eſſe in Deo venerãdũ, quod eius minimè attingit intellectus, eo ipſo humilis redditur, Deoque penitus ſubijcitur. Et hac eadẽ de cauſa, in veteri lege cõmorantibus, tot ſunt cærimoniarum à Deo pręſtita pręcepta: quę vſq; adeò obſcura ipſis manſerũt & inuoluta, vt etiamſi eorum ingenio naturale eſſet earundem cærimoniarum rationẽ inquirere, nunquã tamen illis à Deo permiſſum fuerit: ſed vt ſic omnia occulta & incluſa humiliter reciperẽt: quorum ſalus & vita, potius in eis adimplendis cõſiſteret, quàm in eis ſcrutandis.

*Ratio.* — *Expoſi. Gene. 2.* — *Salus hominis in quo ſita ſit.* — *Simile* — *Veteris legis cærimonię & pręcepta.*

B — C

Hinc magnũ valde oritur leuamen atque animi gaudium, his qui chriſtianę legis ſunt profeſſores, videre ſcilicet, ꝙ nulla eſt in chriſtiana lege veritas, quę nõ naturali huic rationi prope ſemper cõſona ſit: ſicut ei qui domũ aliquã inhabitat, nõ parum cõſolationis accreſcit, intelligere quidẽ, ꝙ validiſsimis ſit fundamentis firmata: ſic pariter eis qui hãc Eccleſiæ chriſtianę domũ inhabitant, nõ mediocre animi refugiũ eſt, videre quã eius ſint valida fundamenta: præter etiã fidei virtutẽ ipſam, quæ ſupra omnia alia, præſtantior chriſtiano homini eſſe debet fortitudo, & animi ſecuritas.

*Chriſtianorũ leuamen.* — *Simile*

Cap.

A ¶CAPVT. XXVII. vbi argumẽtum cõtra prædicta formatur & ſoluitur.

Argum. VEruntamẽ offert ſeſe hic cõtra ea quę modò diximus, argumentum tale. Diximus ſiquidem, concionatorem decere, quòd Euangelicam doctrinam, gentiliũ philoſophorum naturali ratione firmaret, vt efficaciùs Chriſtianum populum Chriſti legem docere poſſet: quia veritas Euãgelica, dum B ratione firmatur, vires & robur acquirit, vt efficacius in hominũ animis imprimatur. Contra hoc inquam inſtat argumentũ. Nam Chriſtianæ noſtræ profeſsionis hoc primum & præcipuum negotium eſt, ad hoc vt fidei præmium rectè conſequi valeamus, Deique integram obſeruemus voluntatẽ, quòd fidem ipſam ſincerè & humiliter amplectamur, abſq; aliqua alia intellectus cu- C rioſitate, humanas ſiue philoſophicas inquirendi rationes, ſiue quamlibet aliam eiuſdem fidei experientiam. Hoc namq; ipſius fidei virtuti, & chriſtianę profeſſioni contrauenire videtur: & hoc eſt quod ſemper Chriſtus redẽptor noſter in hominibus ſummopere commendauit. Sicut patet Ioannis cap. 20. qui cùm diui Thomę Apoſtoli manifeſtam rebellionem videret, dum credere minimè voluiſſet, quouſque eius diuinum latus tetigit, (Expoſitio Ioannis. 20.) ei reſpondit, beatos illos eſſe, qui non videntes crediderunt. Qua A (Simile.) profectò ſententia damnantur etiam illi, qui ad fidem quam habent, rationes naturales inquirunt. Iſti enim aliquo modo, niſi Chriſti latus tetigerint, credere nolunt: quapropter ſicut diuus Thomas, pariter reprehẽſibiles videntur.

¶Item Matthæi capit. 8. Chriſtus Centurionis fidem plurimũ (2. Argũ. Matt. 8.) commendauit: quia cùm Redemptor ipſe ad curandum ſeruum, domum eius adire vellet, nullatenus centurio acquieuit, credens B ſolo verbo, ſeruo ſuo ſalutẽ præſtare poſſe, nam etſi Chriſtus abſens erat, credebat firmiter, quòd ſeruus eius integrã poſſet recuperare ſalutẽ. Vnde hoc à Chriſto reſpõſum habere meruit, nũquam tantam inueniſſe fidem in Iſraël. Vt per hoc nobis innoteſceret, hoc præcipuum eſſe, quod (Expoſitio Matthæi. 8.) ab hominibus exigit, ſincerã videlicet fidem: quę quidem ſinceritas in hoc conſiſtit, quòd nullo C habito fidei pignore, vel rationis naturalis, aut experientiæ, ei credamus omnino.

¶Item Matthæi cap. 12. Phariſæis & Scribis, qui vt in ipſũ crederent ſigna petebãt, quibus di- (3. Argũ.) gnoſcere poſſent an verus eſſet Deus, ſic acerrimè reſpondit: Generatio mala & adultera ſignum (Expoſitio Matthæi 12.) quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Iuxta quam Redemptoris noſtri ſenten-

[library stamp: FERDINANDVS ...]

A ſententiam, videtur proculdubiò, quod is qui ad fidei firmitatem rationes inquirit, à Deo ipſo ad credendum, ſicut phariſæi, ſigna petat.

¶ Item probatur, hoc rationi conſentaneum eſſe. Nam ſi homo aliquis fide dignus, qui iam vim & auctoritatem inter homines obtinet, vt ei ſolo verbo credatur: Si iſte inquam ignominioſum ſibi ducit, fidem ſibi non prȩſtari, abſque aliquo alio quæſito pignore: Quantò magis diuina ponderat auctoritas, vt ſine aliqua alia requiſita ratione, ſolo ſuo verbo ei fidamus. (4. Argumétum.) (Simile.) B

¶ Item cõfirmatur hoc verũ eſſe, ex diui Gregorij tritiſsima illa ſententia, quæ in vna quadraginta homiliarum adducitur, quæ ſic habet: Fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Et hoc conſtat ita eſſe. Nam rationem indagare, aut certè experientiam aliquam, contra ipſam fidei ſubſtãtiam militat. Quæ fides, iuxta diui Pauli ſententiam ad hebrȩos capite. 11. argumentum eſt & ſubſtantia eorum, quæ in hac vita non apparent: Sed expectandum nobis eſt vt in ipſa beatorum patria, fidei huius experientiam capiamus. Cum hȩc igitur ita ſe habeant, conſtat apertè, quod qui ad credendum rationes inquirit, ea quæ fidei ſunt videre, & experiri in terra appetit. (Confirmatio. Gregor.) C (Ad Hebræos. 11.)

Non igitur admodum decet Euangelicum concionatorem chriſtianam fidem, quam prȩdicat, gentilium philoſophorum, rationibus firmare: immò ſatius erit, expeditiusque chriſtianȩ noſtrȩ fidei præcepta & ſanctiones ſincerè (ſicuti in ſacra ſunt ſcriptura) populo in concione prȩſentare. A

¶ Huic argumento ingenioſiſſimè ſatiſſacit diuus Thomas in 2.2. quæſtione, 2, articulo, 10, vbi in ſententia ait, quod dupliciter homo ad fidẽ quam habet, rationem indagare poteſt. Primo modo antecedenter, ideſt, quando hominis voluntas ita eſſet diſpoſita, vt minime crederet, niſi propter eam quã inquirit rationẽ: vel certè dũ ſic paratus eſt, quod nõ niſi in eo firmitatis gradu fidem habebit, quem ſibi naturalis ratio præſtiterit. Et hic credendi modus, fidem ipſam minuit. Nam præcipuum chriſtiani intentum eſſe debet, propter diuinam ſolùm auctoritatẽ credere: in hoc namque conſiſtit totius fidei noſtrȩ fundamẽtum & firmitas, nec non & cuiuſlibet veri chriſtiani meritum. Secundo modo poteſt aliquis ad fidem, quam eſt profeſſus rationem inquirere: ſcilicet conſequẽter. Quod vtique eſt, cùm aliquis iam firmam in Deum credendi voluntatem habens, propter ipſum ſolum, quia Deus eſt conſequenter ex amore quem erga fidei (Solutio. S. Tho.) B C (Fidei fũdamentum.) (2. modus.)

A dei virtutem gerit, vt ex ratione ipſa adiuncta, aliquod animi ſui leuamen acquirat, ad eius maiorem firmitatẽ, tunc tẽporis rationes aliquas inquirit. Et hoc nullum profectò fidei noſtræ grauamẽ parat, quin potius (ait diuus Tho.) in chriſtiano homine maioris meriti eſſe argumentũ: nã in hoc, maximum ad Deum oſtẽdit affectũ & deſiderium. Sicut in Samaritanis illis fuiſſe cõſtat, quemadmodum Ioannes Euangeliſta capite. 4. refert qui poſtquam cum diuina Redemptoris noſtri perſona fuiſſent conuerſati, eiuſque vidiſſent mirabilia, Samaritanę mulieri dixerũt. Quia iam nõ propter te credimus, nos enim oculis noſtris vidimus, qđ hic eſt verè Saluator mũdi. Qui nimirùm viſus potius eorum auxit fidem: nam ipſorum volũtas prompta erat, vt eius reciperent fidem: eſtò illius nullam caperẽt experientiam.

S. Tho.

B

Expoſitio Ioannis. 4.

¶ Dico igitur quòd ſi præcipuum concionatoris intentum ſit, audientes in chriſtiana fide ſinceros facere, & quòd omnem à ſe abijciant curioſitatem, inquirendi ad fidem quam habent rationes: minimè contra eius militat officium, hoc ſecundo modo eas in concionibus adducere.

C

Quandoquidem ſic fidei rationes in concione euoluere non eſt vt credant, cum iam in fide ſolidi ſint, & radicati, ſed ad eorum animi recreationem quandam, & vt ad eiuſdem fidei amorẽ magis ac magis accendantur. Quia videntes maximum fidei fundamentum, quòd videlicet naturali etiam ipſi rationi conſonet, & quòd adhuc gentiles homines in ſcriptis ſuis, de ipſa fidei virtute teſtimonium perhibeant, in ipſius fidei amorem & certitudinẽ amplius excitãtur.

A

¶ Attamen pro vltima præcepti huius reſolutione, animaduertere habet Euãgelicus cõcionator, quòd eſtò iam ſuprà dictis de cauſis decentiſsimum ſit, has phyſicas diſciplinas quãdoq; in pulpito immiſcere, in hoc tamẽ exceſsiuus non ſit. Quod profectò dixerim, quia ſæpe concionatores aliqui reperiũtur, qui ſe prędicare minimè putant, niſi concionem totam philoſophicis impleant præceptis. Quod vtique ꝓcedit, aut quia cõcionatores ipſi ad huiuſmodi doctrinæ genus inclinati ſunt, aut certe quia prę cipuũ eorũ ſtudiũ, totũ philoſophicũ eſt: aut quia in humaniſtarũ lectione, præcipua eorũ verſatur lectio, cæterùm de ſacris litteris parũ aut nihil tenẽt. Quapropter cum ibi ſeſe diuini verbi præceptores exhibent, coguntur quidẽ potius Ariſtotelicum, ſiue Platonicum dictum concionari, quàm Euangelium ipſum. Quod profectò genus quoddam adulterij eſt, quod in concionandi officio perpetrant, & grauamẽ, ꝙ chriſtiano populo irrogãt: quia

Reſolutio.

B

Exceſsiuus concionatorũ viſus.

C

Simile

A quia loco formoſę Rachelis (quę
Figura, ſacra ſcriptura eſt) lippam illi
Gen. 29. Liam ſupponunt, phyſicam ſcili
cet diſciplinam: necnon & audi
tores ipſos ſcripturæ ſacræ prin
cipali inſtituto, atq; euangelicæ
lectionis profectu priuant.

¶ Oportet igitur parum ſem-
per de philoſophica diſciplina
in euangelicis concionibus tra-
ctare, nõ niſi quatenus ad ipſam
euangelicam confirmandam ve
ritatem exigitur: quia in concio
ne, euangelicę veritati præcipuè
à concionatore inſiſtendum eſt.
Simile. Itaq; ſicut mulier ſuum præci-
puè conſtituit decorem & orna-
B tum in ſubſtantialibus ſui cor-
poris indumentis, cæterùm de
monilibus, prætioſiſque lapidi-
bus, non niſi vnum aut alterum
in veſtimento ipſo ſuperponit,
quia ex hoc ſolo omnia corporis
indumenta illuſtrantur (nam ſi
mulier hæc tota vndiq; marga-
ritis, lapidibusq; pretioſis circũ
data eſſet, potius ad riſum circũ
ſtantes prouocaret, quàm ad ſuæ
pulchritudinis laudem) ſic etiã
pręcipuus prædicatoris finis eſ-
ſe debet, auditores ſemper ſub-
ſtantialibus induere veſtimen-
tis, quæ vtiq; ſcripturę ſacrę ve-
ritates & præcepta ſunt: in hoc
C namq; omnis chriſtiani homi-
nis decor cõſiſtit. Quandoq; ve-
rò conducit etiam maximè, vnã
aut alteram naturalem rationẽ,
ſiue philoſophorum doctrinam,
vel alicuius philoſophi inge-
nioſum inſerere dictum: vt ibi A
tanquam relucens gemma, cæ-
teras fidei noſtræ illuſtret veri-
tates.

¶ Itaque ſicut ſalſamenti in Simile.
conuiuio parum apponi opor-
tet, non niſi quatenus in cibo,
hominis appetitum excitet, vt
principalem cibum homo de-
glutire valeat: ſic etiam moralis
philoſophia in concionibus, ve-
lut ſalſamentum eſſe debet, vt au
ditorum palato appetitum & ſa-
porem ingerat, vt dulciùs catho
licas veritates deguſtent. Et ſi- Simile.
cut emblema, vt auro decorem
præſtet, & verum illius leuet
atque excitet ſplendorem, pa-
rum etiam eſſe habet, ſed opor-
tet quòd maior imaginis pars ex B
auro conſtet: ſimili modo veri-
tates hæ naturales, non niſi vt
emblema in euangelica prædi-
catione adducendæ ſunt, vt ex
ipſis diuinarum veritatum ſplẽ-
dor inſurgat. Vnde totius con-
cionis præcipuum argumen-
tum, ex ipſis vtique aſſumi de-
bet: cæterùm de humanis hi-
ſtorijs, non niſi quãtum ad ip-
ſarum veritatum excitandum
ſplendorem exigitur: ita vt diui
ni verbi auditores intelligant,
phyſicam diſciplinam in con-
cionibus non niſi additamentũ C
eſſe, & non principalem ſermo-
nis partem.

## ¶ CAP. XXVIII. DE lectione hæreticorum.

Dd Quin-

A 5. præceptum. QVINTVM preceptũ eſt, de vſu lectionis hæreticorũ. Nam ſicut ad concionatoris officiũ attinet, formam ſcire, quã erga humaniſtarum lectionẽ in ſuis cõcionibus Simile. ſeruare debeat. Similiter etiã nõ ſolũ cõueniens, ſed etiam eidem concionatori neceſſarium duximus intelligere, quomodo erga hæreticorum lectionẽ ſe gerere debeat. In qua quidẽ materia, tãtò magis eſt concionatori prudẽ Concionatori prudentia, neceſſaria. tia neceſſaria, quãtò de ſe periculoſior eſt huiuſmodi doctrina, tũ ijs qui eam prędicant, tum etiam ijs qui eam audiunt. Nã ſi in hæreticorum lectione, conſideratio B hæc & prouidẽtia quæ exigitur, deeſſet, multoties ex aſsidua eorũ lectione, prædicator ipſe inficeretur. 2. ratio. Prætereà quia cùm inaduertenter concionator talẽ doceret doctrinam, ipſi pariter corrũperentur auditores, quantumuis ſanam haberet mentem concionator ad confundendum hęreti Simile. corum errores. Siquidem magni refert inter roſas incedere, aut inter ſpinas. Ille enim qui roſas tractat, non tanta eget cura & cautela, cùm ex earum conuerſatione nihil ſibi adeſſe poſsit periculi, imò plurima ex earum fragrãtia ſibi accedit ſalus. Cæterũ ei C qui inter ſpinas deambulat, non parũ immiſceretur periculi, animaduertat enim ſemper oportet, ne ab illis pungatur: quare oportet vt ad colligẽdam ex rubo roſam, priùs manum ipſam chirotecis pręmuniat: aut certè quòd A tali attẽtione & arte manum ad roſam inijciat, ne ab ſpinis vulnerari queat. Pari igitur forma, ille qui catholicos libros legerit, quòd inter fragrantes incedit roſas, cõſiderare habet. Quo fit, vt ſecurus exiſtat, quandoqui dẽ eas veritates tractat, quæ nullum ſibi periculũ generant, imò potiùs ex earum conuerſatione maximus ſibi redundat fructus: eruditur enim eius intellectus, eiuſdẽq; ſummo opere afficitur volũtas. At verò qui in hęretico Hæreticorũ doctrinæ, ſpinæ ſunt. rum verſatur doctrina, inter ſpinas incedit: quapropter eum valde eſſe cautũ decet, ꝑpter imminẽs, quod inde inſtat, periculũ. B Simile. Et eſtò verum ſit, ꝙ inter has ſpinas quandoq; aliqua poſsit eſſe admixta roſa (nam inter ſuos errores ſemper hæretici aliquã inſerunt catholicã veritatem, ſententiaſq; chriſtiano populo proficuas inuoluunt) oportet tamẽ ſemper præuiſum eſſe concionatorẽ, ad hoc, vt catholicas has veritates ab ſpinis ipſis excerpere poſsit, eaſq; audientium vtilitati applicare, ꝙ attentè perſpiciat, quomodo ad ipſas manum porrigat, ne ab ipſis hęreticorũ ſpinis vulneretur. Et poſtmodũ ipſe iã vulneratꝰ cõcionator, alios etiã C ſua peſte inficiat. Atq; in ſuggeſtu conſtitutus attẽdat maximè cõuenit, ne roſarũ vice, errorum ſpinas auditoribus cõmunicet.

¶ Hinc

A ¶Hinc ergo Chriſtus redemptor noſter, nõ niſi hac præmiſſa conſideratione, voluit vt hanc hæreticorum aggrederemur lectionem, cùm Matthæi capite. 7. dixit: Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimẽtis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.

Expoſitio, Matthæi. 7.

¶Sed tamen pro diſtincta materiæ huius deciſione, vt meliùs qui ſint hæreticorũ libri, ab omnibus percipiatur, & vt concionator etiam in eorum lectione poſsit eſſe cautus: primũ omniũ annotandum hic eſt, quæ propo-

B ſitio hæretica appelletur, deinde quis etiam verè hæreticus denominandus ſit. Pro quo ſciendum nobis eſt, ꝙ non omnis error, hæreſis nomen ſortitur. Nam error in quacunq; ſcientia & facultate reperiri poteſt, tam humana quã etiã diuina, tam practica quàm ſpeculatiua. Itaque à veritate in quacũq; profeſsione deuiare (ſiue ſit Grãmatica, aut Logica, ſiue Philoſophia etiam, ſiue Rhetorica) hoc inquam propriè error nominatur, non autem hæreſis: quia hæreſis propriè ille dũtaxat error eſt, qui circa catholi-

Quæ ſit hæretica propoſitio.

C cam fidem ſolummodò verſatur. Itaq; hæreſis de ſe ſentẽtia quędam eſt in chriſtiano homine fidei contraria.

¶Secundò annotandum eſt, ꝙ non quicunq; qui in fide aberrat, hæreticus vocatur, niſi ille dumtaxat, qui in errore perſeuerandi contumaciã ſuſtinet. Quẽadmodum ita expreſsè docet capitulum, dixit. 24. quæſtione. 3. Nam ſi talis ab errore ſuo deſiſtere paratus ſit, cùm iam à doctioribus edoctus & pręmonitus extiterit, non vtiq; hęreticus appellatur. Sic enim aliqui ſanctorum reperirentur, atq; etiam religioſi viri, qui de hoc hęreticorum numero eſſe poſſent: quos tamen Eccleſia velut catholicos recepit & veneratur. Sicut martyr eſt Cyprianus, qui tamen aliquando aſſeruit paruulos iam baptizatos, iterum baptizãdos eſſe: nec tamẽ hęreticus habitus eſt, quia ſuam renuntiare ſentẽtiam paratus erat, cùm à pręceptoris alterius potiori eruditus eſſet doctrina. Quod ita expreſsè aſſerit diuus Auguſtinus, in. 2. libro cõtra donatiſtas capite. 1. quę deciſio, eſt etiam concilij Carthaginenſis, ſtatim in principio.

2. annotatio.

A 24. q. 3.

Quis etiam hęreticus ſit.

Cyprianus.

B

Auguſt.

Conciliũ Carthaginẽſe.

¶Item quia diuus Auguſtinus, non vſquequaq; catholicus eſſet appellandus: aliqua ſiquidem in operibus ſuis dixit non vſquequaq; fidei catholicę conſona: non tamen hęreticus reputatus eſt, quia non animo peruerſo, aut contumaci id aſſeruit. Sicut apertè conſtat, ex libro Retractationum eiuſdem, vbi eorum omnium quę catholicæ fidei aliquo modo non eſſe tã conſona videbantur, ſapientiſsimè ſententiam retractauit.

Auguſt.

C

¶Item, quia ſanctorum aliqui

A aliquas in ſcriptis ſuis quandoq; habent propoſitiones, certè attẽtione dignas: quia tamen animi ſynceritate quadam, & fidei zelo veſtiti, eas aſſeruiſſe pręſumitur, animiq; promptitudinem ad eas relinquendum habere, dum aliter Eccleſię catholicę viſum fuerit, minimè eos Eccleſia hęreticorũ nomine taxauit. Quod etiã hodierna die ſanctiſsimũ Inquiſitionis tribunal facere conſueuit: nam etſi aliquis hæreſim aliquam protulerit, niſi contumax in ea fuerit repertus, velut hęreticum minimè damnat.

Sanctũ Inquiſitionis tribunal.

¶ Alia eſt hæreticorum denominatio, dum quis videlicet hæreſiarcha eſt, ideſt cùm aliorum hæreticorum caput & fautor dicitur, aut certè radix & fons, à quo omnis aliorũ hæreſis dimanauit, cuius primus error omnes alios infecit. Quemadmodũ fuit Arrius, à quo Arrianorum hæreſis originem duxit: & Pelagius, qui omnium Pelagianorum errorem genuit: atque Manichæus, à quo Manichæi omnes nomen acceperunt: ac deniq; Lutherus, à quo temporibus noſtris Lutherani omnes appellati ſunt. Itaq; quoad propoſitionis errorẽ, inter ſimplicem hæreticum & hæreſiarchã nihil differt, niſi quatenus hic primus erroris inuentor eſt & patronus: ſimplex autẽ hæreticus, non niſi ſui dumtaxat erroris eſt auctor.

Hęreſiarcha.

B

Arrius.

Pelagi⁹.

Manichęus.

Lutherus.

C

¶ Omnes tamen hęretici, tam ſimplices, quàm hæreſiarchę, cõdemnati ſunt, atq; excommunicati in peculiaribus cõcilijs: ſed tamen vniuerſaliter omnes anathematizati & damnati ſunt, cuiuſcunq; ſint nominis aut cõditionis, in Bulla Cænæ domini, Martini papæ quinti.

A

Bulla cęnę dni.

¶ At verò de modo qui habẽdus eſt ad abnegandam hęreſim ſuam, ſuiſq; renuntiandum erroribus, vt Eccleſia ſancta, velut eorum pijſsima mater, eos in ſuũ recipiat gremium, hic inquam modus & forma habetur in capitulo, Ego Berengarius, de conſecratione diſtinctione. 2. vbi in ſumma tres aſsignantur conditiones, ad hoc vt hæreticus quilibet, à pia matre recipiatur Eccleſia. Prima eſt, ꝙ ſuum publicè fateatur errorem, coram aliquo competenti iudice Epiſcopo aut inquiſitore, ſicut Berẽgarius fecit in concilio Romano. Secũdà eſt ꝙ publicè hæreſim, quam habuit, abiurare debet, fidemq; veram & catholicã fateri, & omnia hæc ſuo proprio nomine ſignare: vt cùm iam erroris ſui deteſtatio omnibus conſtiterit, illi qui ab ipſo decepti ſũt, ſi qui fuerunt, conuertantur, & qui in hæreſi ſcãdalizati ſunt ædificẽtur: ita enim expreſsè decernit capitulũ, Ego Berẽgarius, de cõſecratione diſtin. 2. Tertia cõditio eſt ꝙ hęreticus talis ſufficientẽ aliquã delicti ſui ſatisfactionem faciat, adiũcta ſibi delicti ſui pœniten-

Forma abnegãdi hęreſim.

De cõſecratione diſtin. 2.

B

1. conditio.

Berẽgarius.

2. cõditio.

C

De cõſecratione diſtin. 2.

3. conditio.

A nitentia, iuxta delicti qualitatem. Quod ita deciſum eſt in capitulo, Ad abolendam, de hæreticis.

¶ Item præter prędictā formā in pręcedentibus locis aſsignatam, quæ in hęreticorum conuerſione ſeruanda eſt, ſtatuit adhuc aliam Leo Papa, ad ſeptimū Epiſcopū ſcribens, in epiſtola quinquageſima ſexta.

Leo Papa.

¶ Item beatus etiam Auguſtinus ad Papam Innocentium ſcribens, epiſtola.95. aſsignat formā quæ cum Pelagio hæreſiarca ſeruari deberet, vt ſuam abnegaret hæreſim.

Auguſt.

B

## ¶ CAPVT. XXIX. DE hęreticorum fraudulentijs.

HIS ergo, velut totius materię capitalibus iam à nobis iactis fundamentis, vt dignoſcere poſsimus qui ſint appellandi hæretici, ac per conſequens, qui ſint hæreticorū libri: operępretium erit conſe-

C quenter agere de fraudulentijs, quæ paſsim in hæreticorum ſcriptis diſſeminatæ reperiuntur, vt ſimplices legentium animos decipiant: vt his cognitis faciliùs prædicator ab eorum poſsit ſeſe defendere calumnijs, quæ in eorum latent ſcripturę lectione. Hoc nāq; notiſsimum eſt, quod cum heretici fraudulenter & extra veritatis viam incedant, eorum vtique officium eſt, laqueos tendere, vt chriſtiani populi ſinceritatem inuoluant. A

Hæreticorū fraudulentię

¶ Primam ergo iſtorum peſtiferam verſutiam, quam velut præcipuum ſuum negotium parant, aſsignat diuus Gregorius in libro.5. moralium capite.11. vbi ait, hanc fuiſſe ſemper hæreticorum conditionem, nunquā nudas ſcribere hęreſes, niſi cum ſana aliqua admixtas doctrina. Cuius nimirum hęc ſunt verba: Hæretici quædā valde rectè ſentiunt, ſed tamen inter hęc ad peruerſa dilabuntur. Habent enim hoc hæretici proprium, vt malis bona permiſceant, quatenus facilè ſenſui audientis illudant. B Si enim ſemper praua dicerent, citius in ſua prauitate cogniti, quod vellent minimè perſuaderent. Rurſum ſi ſemper recta ſentirent, profectò hæretici nō fuiſſent. Sed dum fallendi arte ad vtraque deſeruiunt, & ex malis bona inficiunt, & ex bonis mala, vt recipiantur, abſcondunt. Sicut qui veneni poculum porrigit, ora poculi dulcedine mellis intingit, dumque C hoc quod dulce eſt primo attactu delibatur, etiam illud quod eſt mortiferum, indubitanter abſorbetur. Itaque hęretici permiſcēt recta peruerſis, vt oſtendendo bona auditores ad ſe trahant: & exhibendo mala, latenti eos peſte corrūpant. Quos bene

1. Fraudulētia.

Gregor.

Simile.

A in Euangelio Lucæ. 17. illa decem leproſorum mundatio deſignat. In lepra quippè, & pars cutis in fulgorem ducitur, & pars in colore ſano retinetur. Leproſi itaque hæreticos exprimunt, qui dũ rectis praua permiſcent, colorem ſanum maculis aſpergunt. Vnde & bene vt ſaluentur clamant: Ieſu præceptor: quia enim in eius verbis, ſe erraſſe ſignificant, hunc ſaluandi præceptorem humiliter vocant: cumque ad cognitionem præceptoris redeunt, mox ad formam ſalutis recurrunt.

Figura. Luc. 17

B ¶ Et hoc eſt (inquit beatus Gregorius) artificium, quod amici Iob cum anxiatus in ſtercore eſſet, cum eo vſi ſunt, ſicut ex capite. 4. prophetiæ eius apparet. Ibi enim eum alloqui molliter inceperunt, dicentes: Si cæperimus loqui tibi, forſitam moleſtè accipies. Eum ſiquidem dulciſsimis verbis conſolari intendunt, triſtitię eius & doloris indumenta aſſumentes, atque virtutis opera, quæ in vita ſua fecerat, in eius memoriam reducentes. Poſtmodùm tamen duriſsimis verbis, eius vulnerauerunt cor, vnde ab ipſo Iob ſic reſponſum eſt: Oneroſi conſolatores eſtis vos. Exaſperare quippè hęretici auditores ſuos in exordio loquutionis ſuæ metuunt, ne vigilanter audiantur, eorumque valde triſtitiã declinant, vt negligentiam capiant. Semper blanda ſunt quæ proponunt, ſed aſpera, quæ proſequendo ſubinferunt: quia & radices ſpinarum molles ſunt, ſed tamen ex ipſa ſua mollitie proferunt vnde pungant. Hęc ille, qua de cauſa Redemptor noſter Chriſtus, cum hanc eorum intellexiſſet fraudulentiam, eos lupos vocat, ouium pellibus veſtitos: ſicut ex capite ſeptimo Matthæi conſtat. Ait enim: Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Quę verba ad litteram de hęreticis aſſeruntur, qui chriſtianę legis falſi ſunt prędicatores & doctores. Eorum quippè exterius indumentum ouis eſſe apparet, nam lanam albam blandamque pręſeferunt, quia ſuauem vocem exteriùs demonſtrant: eorum ſiquidem conuerſationis verba dulciſsima, ſunt & lenia, zelum Dei & legis obſeruantiam in ſeipſis oſtendentes: qui etiam de irrogatis Deo malorum offenſis dolent.

C Cęterùm ſubiſta chriſtianorum pelle, luporum latet ſubſtantia: vt cum primùm doctrina ſua chriſtianum populum illaqueatum tenuerint, luporum more in ipſos vngues & dentes inijciant. Sicut enim lupus ouis pelle veſtitus, inter

Gregor. Figura, Iob. 4.

Simile.

Expoſitio Mat. 7.

Simile.

Simile.

FERDINANDVS

A inter ipſas oues paſcit, & earum more incedit, earum more balat, earum more herbas carpit, & denique earum more bibit, atque cætera quæ ouium ſunt, exequitur, vt tandem opportuno tempore ipſas dilaceret oues: ſic etiam hæretici, chriſtianorum veſtimẽtis induti, atq; ad Eccleſię gregẽ admiſsi eandem fidelium aſſumunt linguam, ſentientes vtiq; in quibuſdam ſicut illi, loquentes ſicut illi, ac demum ſicut illi viuẽtes, vt ſub hac chriſtiana pelle, quando ſeſe temporis obtulerit opportunitas, in eos dẽtes & B vngues inijciant, atque omnino deuorent.

¶ Qui prætereà hæretici, ſecundũ eiuſdem diui Gregorij ſentẽtiam, per illos decem leproſos, quos ſuprà memorauimus, ſignificati ſunt. Leproſus quippè, neque integrè ſanus, neq; integrè corruptus eſt, ſed infectam carnẽ cũ ſana admixtã habet, fœtidumq; cum odorifero. Ad eũ mo C dũ, hæretici vita eſt & doctrina, quia nec tota mala eſt, neq; tota catholica, ſed malum cum bono, veritas cum errore, ſimplicitas cum malitia admiſcetur ſemper: vt ſic inuolutum totum, à chriſtiano populo abſorbeatur.

Gregor.

Figura, Lepro-ſorum.

¶ Et hoc expreſſè deſignatum eſt in illa Redemptoris noſtri parabola, de tritici ſeminatione, quam Matthæus capite. 13. refert. Cum enim homo quidam in terra puriſsimum, electumq; A ſeminaſſet triticum, ſubito inter ipſum triticum apparuerunt orta zizania, vt dum zizania à ſeminante euellerentur, eradicaretur ſimul & triticum. Hæc eadem ſeminatio eſt, quam doctrina ſua hęretici faciunt, quia nunquam in lectione ſua, merum ſeminat zizãnium. Quippè qui nunquam errores ſuos nudè populo proponunt, ſed inſertos ſemper inter triticũ catholicæ veritatis: vt cum chriſtianus vir, catholicas veritates col B ligere decreuerit, ſimul etiam inuolutos errores portet: vt cum ex templo inter ſanam doctrinam inuolutus repererit, totum ſanam eſſe doctrinam putet, & ſic omnia tanquam vera dogmata deglutiat.

Figura. Mat. 13.

¶ Hac eadem ratione eos Chriſtus, Matthęi capite. 16. fermento comparauit, cùm ſic diſcipulis ſuis dixit: Cauete à fermento phariſæorum. Quod profectò fermentum, ipſorum erat doctri C na: ſic enim ſtatim Chriſtus expoſuit. Nam quemadmodum fermentum in farina inuolutum in ſuperficie albedinẽ & lenitatẽ habet, intus tamen ipſius maſſæ corruptę acetum latet: ſic pariter hæreticorum aſperum & amarum, in albedine & lenitudine ſanctarum veritatum ſemper incluſum eſt. Sicut in pillula, amarum ſub ipſius deaurata ſuperficie includitur: & ſicut in

Figura. Mat. 16.

Simile

Simile.

Simile.

A hami aculeo, eſca piſcis inuoluitur: & velut deniq; acerbum vuę ſub ipſius pellicula & flore latitat: ad eum modum hęreticorũ acetum, ſub verborum dulcedine occultatur.

Simile.

2. Fraudulẽtia.

¶ Secundam eorum fraudulentiam, ſcribit etiam idem beatus Gregorius. 5. Moralium libro capite. 12. vbi ait, quòd lenitatem hanc, verborumque dulcedinem, ſtatim in ſuæ lectionis, ſermoniſque principio hęretici ſtatuunt: vt concionem ipſam lectorum, auditorumque palato adaptent. Timent nãq; in ſermonis exordio ſuos exaſperare auditores, ne eos attentè vigilanterque audientes, eorum dicta examinare velint. Sed omnem triſticiam, atq; doctrinę ſuę ſuſpicionem, ab ipſis penitus quam primùm conantur expellere, vt malum quod proferunt, minimè aduertant. Sicut in ſpinis videmus accidere, quarum initium, quæ radix eſt, dulce ac tenerrimum exiſtit: ex hac tamen illico acutæ oriuntur ſpinę, quę pungunt & ſanguinem eliciunt. Ad eum modum in hæreticorum lectione, principium vtplurimum viride, tenerumque apparet: verũ tamen finis eius, propè ſemper amarus reperitur, quia non niſi ſpinę pungentes ſunt. Quapropter decet nimis, catholicum lectorem, in eorum lectione cautũ eſſe valde, ita vt ſtatim in ipſius doctrinę finem mentis oculos dirigat, perpendens quã male blandi ſermonis initium, peſtifero cõcordet fini. Iuxta illud Salomonis potiſsimum filio ſuo præſtitum conſilium, cum ait: Ne aſpicias vinum cum in vitro flaueſcit, ingreditur ſiquidem blandè, & in fine mordet vt coluber. Hęreticorum quippè doctrina, in ipſorum ore poſita, vinum ſplendeſcens apparet, atq; rudis populi ſtatim aures demulcet, poſtmodùm tamen eorum viſcera crudeliter mordet.

Gregor.

B

Simile.

C

Expoſitio. Pro. 23.

¶ Tertiam hęreticorum fraudulentiam ſcribit adhuc beatus Gregorius in. 20. libro Moraliũ, capite. 8. atque in libro. 18. Moralium capite. 14. vbi ait, hanc fuiſſe ſemper hæreticorum phraſim nunquam in ſui ipſorum cõmòdum ſacram legere ſcripturam, vt inde aliquid ſibi emolumenti excipiant, vt eius lectione humilientur, vt tranquillate & religione ſuos componant viuendi mores, vt in aduerſitatibus patientiam ſeruent, vt liberalitatẽ & magnificentiam erga proximos ſuos exerceant, vt in bonorum temporalium diſtributione ſe miſericordes oſtendant. Nihil inquam horum, in ſacræ paginæ lectione intendunt. Sed ob hoc ſolum ſacras pertractãt litteras, vt à populo honoratiores, ſapientioreſque reputentur, & vt apud omnes magni eſtimentur ingenij in ſublimitate & ſui nouitate ſermonis. Itaq; omne eorum negotium,

3. Fraudulentia Gregor.

Studiũ hæreticorum.

A gotium, nihil aliud eſt, quam ſeſe totaliter ſapientes, ingenioſosque exhibere: vt omnes intelligãt, ſe in ſcriptura ſacra aliquid ingenio ſuo attigiſſe, ad quod alij minimè peruenire potuerunt. Vt ſic eos, velut ſapientiſsimos viros concipientes, grandẽ apud populum auctoritatem acceptionemque acquirant: vt hinc errorum ſuorum peſtiferum morbũ faciliùs diſſeminare valeant.

Hæreticorũ temeritas.

¶Hinc oritur in eis cõtinuò audacia quædam, vel certè diabolica temeritas, vt ſeſe inuerecundè ad ſcripturę ſanctæ ſubtiliſsima & obſcura quęque tractãda intromittere audeant. B Quæ tamen populo concionari, vt plurimum minimè expedit, niſi dũ ſcripturæ ſacræ locus hoc nimis exigeret. Sicuti eſt coram rudi populo de diuinarum perſonarum proceſsione diſſerere, ſi omnes inter ſe æquales ſint, aut pater maior ſit filio: ſicut Arrius fuit, qui nomen hoc, homouſion, confiteri noluit, eo quòd filium patri eſſe conſubſtantialẽ ſignificat.

Arrius.

Quemadmodum etiã C in Euchariſtię Sacramento aliqui agere conſueuerunt, quędã ipſius Euchariſtię ſubtilia & curioſa in concionibus diſputãtes. an videlicet ibi ſit in veritate corpus Chriſti verum, aut in figura tantùm, ſicut Vualdenſis & Lutherus aſſeruerũt. Et huius propè ſemper conditionis ſunt hæretici omnes, qui nõ niſi eam

Vualdẽſis Lutherus.

A potiùs eligunt doctrinam, quæ magis oſtentationem ſuam & ſuperbiam reſpicit, quam certè populi profectũ. Qua de cauſa tam acriter innumera flagella à Deo illis quotidie inflicta videmus, & eos tandem verò ſcripturæ ſacrę ſenſu vacuos dimitti (quem tamen ſenſum anteà ſe comprehendiſſe putabãt) ob hoc ſolùm, quia id apprehẽdere attentarũt, quod omnino intellectus ſui capacitatem excedebat. B Vnde in pœnam huius, permiſit Deus, vt in ipſa eadem veritate obcæcarẽtur, & quòd ex dulci amarũ educerent, atq; ex ipſa vita ſibi mortem acquirerent. Hoc namq; habet curioſitatis vitium, quòd dũ hominis ingenium ſic arroganter in ſanctę ſcripturæ lectionẽ ingreditur, vnde commodum reportare deberet, inde profectò nõ niſi eius generatur perditio, Iuxta eam Salomonis ſententiã. 25. Prouerbiorum capite dicentis: Sicut qui multum mel comedit, non eſt ei bonum: ita qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria.

Expoſitio. Prouerb. 25.

C Et quemadmodum qui apertis oculis ſolẽ inſpicere vellet continuò ab ipſo ſolis ſplendore obcæcaretur: ſic etiam qui inuerecundè intellectus ſui diſſolutis oculis, diuinæ ſcripturæ myſteria ſcrutari prȩſumunt, ab ipſis diuinę maieſtatis radijs, qui inde oriuntur, excæcantur.

Simile.

¶ Eſt igitur neceſſarium, ad hoc vt concionator diuinis ſcri-

A ſcripturæ ſanctæ veritatibus frui poſsit, earumque veram intelligentiam conſequi valeat, idem facere omnino, quod in ipſa viſione ſolis homines agere conſueuerunt. Vt enim ipſo ſolis lumine frui valeant, minimè eum apertis oculis in ſeipſo directè reſpiciunt, ſed in re alia eum videre curant, in terra videlicet, aut in pariete, ſiue in tertia alia perſona (ibi quippè ſplẽdorem illius optimè percipiunt, eiuſq; calore fruuntur, cæteroſq; planetæ huius ſalubres effectus recipiũt, ad eum omnino modum conſyderãdæ ſunt ſcripturæ ſanctæ veritates, atque diuina, quę ibi claudũtur, cognoſcenda myſteria. Quę profectò non apertis oculis, ſcilicet inverecundè deſe præſumẽtes, perſcrutari oportet, exiſtimãtes ſe ſapientia ſua, eorum intelligentiam attingere poſſe: hoc ſiquidem eſt, ſolem ipſum (qui Deus eſt) in ſeipſo cõſpicere velle: quandoquidem hoc in cauſa eſt, vt ingenij ſui oculi, à lumine quod ex iſtis diuinis veritatibus dimanat, frãgantur. Sed cõtẽplãdæ ſunt veritates huiuſmodi, in legis Euangelicæ præceptoribus, & religioſis viris, & doctioribus, qui eas aliquando tractarunt: videlicet quemadmodũ eas Apoſtoli predicarunt, quomodo ſancti omnes de eis ſenſerunt, & quo pacto denique concilia ſacra ea definierunt.

Simile. B

C

Simile. ¶ Itaque ſicut arboris fructus vt hominis palato ſuauior eſſe poſsit & vtilior, conducit maximè vt ab ipſa arbore vbi primũ recenter collectus fuerit cum flore comedatur (nam ſi anteà manibus attrectatus fuerit, non tanti profectò ſaporis exiſteret & dulcedinis) ſic etiam fidei noſtrę concluſiones, vt animæ noſtræ ſalubres eſſe poſsint & ſuaues, cum flore ab hominibus comedendę ſunt. Quod vtique eſt, cum ab eorum intellectus curioſitate nimis non attrectãtur, ſed ſyncerè & humiliter recipiuntur. Nam quemadmodum fæminæ pulchritudo & honeſtas in hoc maximè relucet, vt demiſſos omnino & cõpoſitos habeat oculos, vultuſque verecundiam præſeferat: ad eum modum & nos, Euangelicas ipſas veritates, velut compoſitæ & verecundę fœminæ, humiliter & reuerenter aſpicere debemus: non quidem temerario ingenio, ſed humili potiùs & modeſto, eam ſemper reuerentiam & honorem eis deferentes quæ ipſimet Deo eiuſque debentur rebus.

A B Simile. C

4. Fraudulentia. ¶ Quarta hęreticorum fraudulẽtia, in qua etiam lector atq; concionator quilibet valde cautus eſſe debet, ponitur à Tertulliano, in libro de pręſcriptionibus hęreticorum: & adducitur etiam ab Eccleſiaſtica hiſtoria, libro. 5. capite. 28. Quæ talis eſt, quòd hæretici nunquam ſcripturam ſacram integram adducũt, ſed

Tertullianus. Eccleſiaſtica hiſtoria.

A ſed deciſam omnino & detruncatam, ab eo propoſito & contextu, in quo ipſa diuina verba ſcripta erant, aliquid quandoque diuinis verbis addentes, quandoque verò aliquid minuẽtes, quòd ſi aliquando integram ſcripturam recitent, ad ſuũ peruerſum propoſitum repugnantem trahunt, & non in eo ſcripturæ propoſito & fine, quo ſcripta erat. Quam nimirùm hæreticorũ calumniam, oportet valde diuini verbi concionatores animaduer-
B tere. Nam ſi ſcripturæ ſacrę veritas, eo ſenſu & propoſito quo ſcripta eſt accipiatur, vnum ſenſum gignit: quòd ſi inde auulſa fuerit, ſeorſum quidem accepta, ipſius litteræ conſideratione ſeclusa, & abſque conſideratione ad pręcedentia verba, quibus annectebatur, alium ſenſum vtique generabit. Sicut iam in præcedẽtibus, ſatis hoc idẽ explicuimus in illis duobus ſcripturæ locis, Eccleſiaſti. capite. 2. & Matthæi capit. 5. quę loca ſi per ſe acciPiantur, ſecluſa ad pręcedentia & ſequentia contemplatione
C ſenſum vnum, ſicuti ibi diximus faciunt: quòd ſi eadem loca iuxta propoſitũ in quo ſcripta ſunt & connexionem accipiantur, in qua cum pręcedẽtibus & ſequẽtibus annectuntur, diuerſum formant ſenſum. Quas nimirùm auctoritates hic non repeto, quia iam ſuprà cum de locis contrarijs in ſacra ſcriptura egimus, eas diffuſè diſſeruimus: ad quem locum, diligentem lectorem remittimus. Eſt ergo hęc hęreticorum verſutia, tam in his, quam in ſimilibus ſcripturæ ſacrę locis, ſcripturę veritatem ſeorſum interpretari, & non iuxta propriam ſedem, quam in ipſo habent litteræ contextu & conſequentia: vt ſic eam facilius in ſuę peruerſę mentis ſententiam, licet repugnantem, trahant. A

Expoſitio Eccleſia. 2. Matt. 5.

¶ Hac eadem via, ſæpè etiam conſueuerunt hæretici, ſcripturæ diuinæ veritatem aliquam, peruerſo ſuo applicare intento, nulla alia habita contemplatione ad alia verba, quę in ſcriptura ſacra eius contrarium ſonant: nec etiam aduertentes vniuerſalem Eccleſię contrarium vſum, quem iam diu recepit. Sicuti eſt de illis Apoſtoli verbis ad Romanos. 3. capite, quibus ſic ait: Arbitramur iuſtificari hominẽ per fidẽ. Ex quibus verbis, alijſque ſcripturę ſimilibus, Lutherus ſuam cõprobare nititur hęreſim, in qua aſſerit, quòd ſola fides hominem iuſtificat. Minimè attendens, alia eſſe ſacrę ſcripturæ loca, quę huius contrarium affirmant, quę omnia vniformiter aſſerunt, ſine charitate mortuam eſſe omnino fidem. Qui pręterea minimè animaduertũt, vniuerſalem Eccleſiæ vſum, qui hominis iuſticiam in fide, adiunctis alijs charitatis operibus ponit, neque vnum ſine alio alicu-
ius

5. Fraudulẽcia. B

Expoſitio Roma. 3.

C

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A ius eſſe momenti cenſet.

¶ Poſſumus etiam circa hãc eandem hereticorum verſutiam Apoſtoli verba adducere . 1 . ad Timotheum epiſtola capite . 4 . vbi ait: In nouiſsimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes doctrinis dæmoniorum, prohibẽtium nubere, & abſtinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione. Quem locum adducit Lutherus, vt chriſtianorũ abſtinentiam procul abijciat, & vt ſenſualitatis habenas ad comedendi bibendique voracitatem hominibus laxet. Minimè ex alia parte perpendens, quanta ſit diuinarum auctoritatum multitudo, quæ ſanctè & religioſè hominum abſtinentiam, & caſtitatem prędicant. Non attendentes etiam antiquiſsimam laudabilemque conſuetudinem, quam ſemper homines in hoc ſeruare conati ſunt, qui hoc pœnitentię genus ſemper ſunt amplexati.

Expoſitio. 1. Timo. 4.

B

Hæreticorũ attentio.

Cuius vtique ratio eſt, quia nullam aliam attentionem hæretici habent in ſcriptura ſacra, quàm vt ex ea, id ſolũ excerpant, ꝙ ſuo maligno deſeruit propoſito: Attamẽ an verè vel falſè, propriè, vel impropriè opportunè, vel importunè, ſcripturę ſanctę teſtimoniũ adducatur, parũ ſua refert. Quæ proculdubio inſipientiſsimorũ hominũ conditio eſt, & eorũ qui ſolũ loqui ſiue garrire prętendunt, quomodocunque ſit.

C

Hac igitur via errores ſuos, fallaceſque opiniones hæretici defendere conantur, ſub ſacræ ſcripturæ teſtimonijs, peruerſè allegatis, omnem diuinam ſcripturam adulterantes. A

Auguſt.

¶ Et hęc verba ſunt expreſſè diui Auguſtini, libro primo de Trinitate capite. 3. dicentis, omnes hęretici ex ſcripturis ſanctis fallaces opiniones ſuas conãtur defendere. Hanc eandem ſententiam iterum habet, de Baptiſmo, libro. 3. contra Donatiſtas, capite. 19. vbi in hoc idem propoſitũ illa Ezechielis verba capite. 16. afferens ait: ſumens de veſtimentis meis, feciſti tibi excelſa. Nã hæc eſt hæreticorum proprietas qui vt ſuæ ſuperbiæ imaginem inter homines excitent, ex ſacris ſcripturis ſibi indumẽtum ſcindunt: qua induſtria & artificio, ſacramenta, verbaque ſanctorũ librorum, in hominum ocioſam vitam conuertunt, in qua carnales homines, ſicut animalia immunda, ſeſe volutare appetunt.

B

Expoſitio Ezechiel. 16

5. Fraudulentia

C

¶ Quinta fraudulentia, ſiue hæreticorum verſutia eſt, quòd nunquam in hęreſibus ſuis cõſiſtentiã habent, quia in eo quòd ſemel dixerint, vix quandoque perſeuerant. Qua de cauſa difficilimè eos in erroribus ſuis vincere poſſumus. Siquidem iam ſe dixiſſe fatẽtur, iam verò negant: aliquãdo ſe dixiſſe diſsimulant: quandoque verò falacijs & aſtutijs ſeſe protegere curant. Et ſi quan-

A quandoque iam eos ratione conuictos eſſe putauerimus, tunc tẽporis inquam, ab ipſa ſe ratione & veritate eximunt: quemadmodum anguilla, quam cum fortius manu compreſſeris, tũc faciliùs ab ipſa elabitur manu. Quæ eorum hominum conditio ſemper fuit, qui minimè veritatem tractant, & qui nullam firmitatis ſedem ſiue conſiſtentiam in ſuis retinere dictis aſſueſcunt, ſed modò aiunt, modò negant. Et huius fuit qualitatis hæreticus quidã nomine Ioãnes de Vueſſalia, qui cum ab Epiſcopo Maguntino interrogatus fuiſſet, qui eſsẽt quos ſcripſerat errores, omnes negauit qui in hoc pertinax ſemper extitit, quo vſque liber in quo eius B ſcripti erant errores, ſibi adductus eſt, & tunc eos confiteri cõpulſus fuit.

Simile.

Ioannes de Vueſſalia.

¶ Sic etiam beatus Auguſtinus refert in .2. libro cõtra duas Pelagij epiſtolas, de quodam Pelagiano hæretico Cæleſtino nomine, qui duos habuit errores. Quorum primus erat, quòd primi hominis originale peccatum nullam in genus humanum traduxerat infectionem, ſed ſibi tantùm nocuerat. Secundus error fuit, quòd paruuli recenter nati, C minimè egebant ſacramento baptiſmi, in deletionem originalis peccati: nam in eadem puritate & innocentia permanebant, ſicut primus homo, antequàm peccaret. Qui tamen vocatus fuit ab Innocentio papa, vt hæreſim prædictam retractaret: qui corã pontifice conſtitutus, ab hęreſi integrè purgatus eſt, dicens ex tunc ſe damnare, velut manifeſtum errorem, quicquid anteà dixiſſet. Poſt modùm tamen vt primùm à pontificis egreſſus eſſet conſpectu, vbi iam maiorem loquendi libertatem fuerat conſequutus, illico in errore priſtino ſe firmauit, aliam ſuæ primæuæ ſententiæ nouam expoſitionem aſsignans, videlicet quòd Adæ peccatum homines vtiq; infecerat, ex hoc ſolùm quia illis inobedientiæ, malum præſtiterat exẽplum, non tamen quia eorum infeciſſet naturã: & quòd paruuli baptizari deberent, ob hoc ſolũ quia Chriſtus ita præcepit, ſed non ex neceſsitate, quam ex originali peccato cõtraxerant. Huius ergo formæ eſt fermè tota hęreticorum caterua, qui tot opiniones creant, & tot nouas paſſim adinueniunt reſponſiones, quot argumenta eis opponuntur.

Auguſt.

Cæleſtinus.

Innocẽtius papa.

¶ Huius etiam formæ fuit hæreſiarcha Pelagius, qui cùm huius fuiſſet opinionis, quòd ſcilicet homo ſine aliqua Dei offenſa vitam totã tranſigere poſſet, Deique mandata omnia adimplere, C ac perconſequens æternam poſſe mereri vitam: ita hanc interpretari ſententiam voluit, dicẽs ſe hoc non intellexiſſe, ſine Dei gratia & auxilio. Quod cùm aliquibus

Pelagi⁹.

A quibus catholicis placeret, eiuſque laudarent expoſitionem, & iterum ab eiſdem rogatus fuiſſet, quomodo ſecundam hanc intellexiſſet ſententiam, primum errorem iterum amplexatus eſt, dicens, ꝙ ad hunc effectum ſufficiebat Dei gratia, quę in ipſa hominis natura inſita erat (ad hoc enim Deus hominem ipſum cũ gratia creauerat) & non quia de nouo peculiare hominib' Deus pręſtet auxilium, vt in virtutum operib' dirigãtur. Et hac via verſutus hic homo, varius in hoc ſuo permanſit errore, quouſq; in concilio Carthaginenſi fuit dãnatus: quod concilium, contra illum dumtaxat conuocatum fuit, B vbi ducẽti decem & octo patres congregati fuerunt. Contra cuius verſutias ſcribit diuus Hieronymus in prima epiſtolarum ſuarum parte, epiſtola.13.&.15.

Cõciliũ Carthaginenſe.

Hieronymus.

¶Prætereà de Hieronymo de Praga famoſiſsimo hæretico legitur, ꝙ cùm opinaretur in ſacramento Euchariſtię poſt conſecrationem panem remanere, interrogatus an hoc verum haberet, reſpõdit, verum eſſe quod dixerat: ſed tamen hoc ſic intelligebat, videlicet quòd panis non in ipſo altaris ſacramento manſiſſet, ſed in domo piſtoris: & adC huc ſemper huius permanſit opinionis peruerſus hic homo.

Hieronym' de Praga.

¶Hac eadem ſagacitate & mẽdacio Vualdenſes vſi ſunt. Interrogati namq; à catholicis, vtrũ in altaris ſacramento verum eſſet Chriſti corpus, ita eſſe aſſeruerunt, quòd ſcilicet virtute horũ verborum, hoc eſt corpus meũ, ibi erat. Poſtmodùm tamen rationibus & argumentis oppreſſi, quod primùm affirmauerant, penitus negarunt, dicentes ſe intellexiſſe, verum Chriſti corpus ibi eſſe, non quidem in rei veritate, ſed in figura tantum: ſicut de Ioanne Baptiſta in euangelio dicitur, Eliam fuiſſe. Hac eadem forma, omnia quæ hæretici tractant, inuoluta admodùm & cõfuſa exiſtunt: ac deniq; quicquid affirmant, ad mixtum ſemper veritatibus & falſitatibus continent, ita vt difficillimè eorũ valeamus diſtinctè attingere ſententiam. Vnde cùm ſe argumentis, efficaciſsimiſque rationibus alligatos videant, neque erroribus ſuis ſatisfacere poſſe, ad hoc tandem refugium accurrunt, vt fallacibus, cõtumelioſiſque verbis ſeſe protegant. Et quia iſtorum calumniæ, infinitę quodãmodo ſunt, nec ſub certo numero comprehendi poſſe videntur, ſatis pro nunc fuerit, eorum hic adduxiſſe exempla, vt ex his catholici concionatores, cauti in eorum lectione ſint & prouidi, Quemadmodùm circa eorũ verſutias & fraudulentias ſe gerere debeant.

Vualdẽſes.

Ioan.1.

Hęreticorũ refugium.

¶Et qui lõgiùs diſtinctiuſq; verſutiarum multitudinẽ in hęreticis videre appetit, Irenęum legat,

Irenęus.

A legat, in libro quem edidit contra hæreſes, capite. 15. atque Euſebium in hiſtoria Eccleſiaſtica, libro. 10. capite. 9. & libro. 7. capite. 25. & libro. 4. capite. 25. & adhuc libro. 10. capite. 14. Depingit etiam hæreticorũ fallacias, hiſtoria Tripartita libro. 5. capite. 25. & eodẽ libro. 5. capite. 39, Et adhuc copioſiſsimè eleganterque eorũ machinationes ediſſerit diuus Hieronymus in Apologia, quam contra Originẽ ſcripſit, epiſtola. 32. Cuius ibi verba maximè profectò annotãda ſunt: nam ſicut homo iam dexteritate quadam in his inſtructus, & in
B eorum fraudulentijs ſatis prouidus, omnes eorum verſutias in lucem producit. Habẽtur etiam hęreticorum fraudulẽtię, in epiſtola quadam concilij Sardicenſis, quæ in Tripartita habetur hiſtoria, libro. 4. capite. 24. Videre etiam præcipuè eas libeat, in primo Irenæi libro, cõtra Valentini hæreſes. Item ſcribit eorum malignas ſagacitates ingenioſè admodũ Baſilius Magnus in primo libro cõtra Eunomiũ hęreticum. Et eaſdẽ deniq; eruditiſsimè tractat beatus Auguſtinus in varijs ſcripturę ſuę locis, quibus cõtra hęreticos ſcri-
C pſit.

Euſebi⁹

Hiſtoria Tripartita.

Hieronymus.

Simile.

Côciliũ Sardicẽſe.

Irenęus.

Baſilius.

Auguſt.

¶ His ergo fallacijs & machinamentis, varijſque mendaciorũ artificijs, contra catholicam Eccleſiam quotidie hæretici bellũ exercent, ſimpliceſque homines, qui fraudulentiarum eorundem notitiam minimè habent, decipiunt: atque eos qui in chriſtiana fide potentes non ſunt, precipitant. Non tamen eos, qui ſcripturæ ſanctæ dogmata iam callent: iſti ſiquidem, cùm in his ſatis eruditi ſint, intelligunt quidem quando integram ſcripturam, aut quando à loci connexione auulſam hæretici adducunt, & quando etiam legitimè, ſiue adulteratam pro ſe allegant. Et deniq; qui ſacras litteras attingunt, agnoſcunt, quando hæretici ſcripturę ſunt impoſtores, vel quãdo veritatem eius in ſuis verbis tractant. Et quemadmodum in bello accidere videmus, vbi ſæpè miles vnus alterũ vincit, non vtiq; quia victor potentior erat, ſed quia ille alius valde fuit debilis, & parùm viribus & animo conſtans: ſic eſt omnino contra fideles prope ſemper victoria hæreticorum: non enim quia ipſi doctrina ſua efficaces ſint, victoriam cõſequuntur, ſed ex nimia eorum cum quibus tractant, vulgarium hominũ ignorantia, quam de eorum verſutijs & fraudulentijs habent. Quod ita expreſsè aſſerit Auguſtinus, libro de Agone chriſtiano, capite. 28. his verbis: Hæretici decipiunt eos, qui negligentes ſunt in catholica fide, quia ipſam fidem ſuam, quæ in ſcriptis manifeſta eſt, nolunt diſcere. Et quod grauius, & dolendum maximè eſt,

A

Simile.

B

Hęreticorũ victoria vnde oriatur.

Auguſt.

C

A eſt, quòd cùm in catholica fide negligenter verſentur, hęreticis libēter aures accomodant: quod nimirum demētiæ genus eſt, inimicum ſine armis aggredi velle.

Simile.

Tertullianus.

¶Hoc idem ait Tertullianus, in libro de pręſcriptionibus hęreticorum, vbi ſic ait. Aduerſarij ſcripturas obtendunt: & hac ſua audacia, ſtatim quoſdam mouent: in ipſo verò congreſſu firmos quidem fatigant, infirmos capiūt, medios autem cum ſcrupulo dimittunt: & apud eos multum valent, qui in fide non valent. Depingit hic Tertullianus more belli, chriſtianorum cōtra hæreticos luctam, vt catholicos B cautos reddat, & dexteritate quadam munitos, vt contra eos pręualere poſsint: ne in cauſa ſit aut eorum infirmitas, aut certè ignorantia, vt ab eis catholici vinci valeant.

Simile.

Grego.

¶Et hac de cauſa diuus Gregorius tertio Moraliū libro, capite. 19. aſſerit, quòd ex falſitate, in qua iſti peruerſam ſuam fundant doctrinam, inde inquam, iuſto Dei iudicio prouenit, eos quotidie varios in ſua reperiri ſententia. Nunquam ſiquidē in eodem gradu, quo ab Eccleſia exierunt, perſeuerant, ſed indies magis ac magis in peiores quotidie C incidūt errores, peius vno quoq; die de fide ſentientes, & à ſe inuicem mille errorū generibus diſſentientes, quouſq; ſeipſos more canum mordent & dilacerant: in

Hęretici ſemp varij.

Simile.

quo præcipuè iam eorum detegitur malitia, quam intra ſeipſos ſimulatā retinebant. Quod (ait diuus Gregorius) in illa veſtium ſciſſura ſignificatur, quam amici Iob fecerunt: nam rupto veſtimēto, neceſſarium eſt carnes quę intus latebant apparere. Simili modo hæretici ex catholica doctrina, indumenta ſibi conſuerunt, vt ſuas contegerent fraudulentias: & quidem in varijs eorū ſententijs, quas quotidie diuerſi modè habent, veſtimentum hoc rumpunt, quod anteà vnione & pace, quam inter ſe habebant, cōſeruabant. Vnde ſtatim ex hac cōtentione, ipſorum falſitates & fraudulentiæ, quæ intus latebāt, B chriſtiano populo manifeſtæ fiunt. Et hoc eſt quod Chriſtus in euangelio aſſerit Lucæ. 11. cū ait: Omne regnū in ſe ipſum diuiſum deſolabitur. Et quemadmodum cùm domus aliqua ruit, omnes eius ſecretæ māſiones deteguntur, apparet enim in ruina ipſa vbi lectuli cubiculum erat, vbi coquina, vbi ſtabulum, cæteraq; domus ſuppellex, & fœda atque turpia omnium hominum oculis patētiſsima fiunt: ſic etiā in hæreticorum ruina, quæ per eorum diſſenſionem generatur, verſutiæ omnes & malitiæ, quæ inter ipſas latebant veritates, patefiunt. Neq; hic ſolum eorum C ſiſtit malum: cùm enim Deus iuſtiſsimus ſit, etſi ad tēpus, noſtris demeritis, Eccleſiā ab hac peruerſa

A

Figura, Iob. 2.

Expoſitio, Lucę. 11.

Simile.

Hæretico rū flagellum.

BIBLIOTHECA ... FERDINANDEA

A uerſa hæreticorum gente conculcari permittat: nõ tamen eorum flagellum tam lõgè differt, quin in hac vita quàm citiſsimè pœnas luant: vt omnibus compertum ſit, eorum nec vitam nec doctrinam in Deo fundamentũ habuiſſe. Sicut in hiſtoria Tri-

Hiſtoria Tripartita.

partita libro.3.capite.10.de Arrio legitur, qui vt primùm ab Imperatoris palatio eſſet egreſſus, in Conſtantinopoli ciuitate, in quodam foro quod Conſtantini appellabatur,

Arrij peſsima mors.

cum in locum quendam ſeorſum ad purgandum ventrem ſecederet, ibi cum ſtercore viſcera ipſa ſimul cum inteſtinis effudit. Et ſi attẽtè in-

B ſpicere velimus, pauci hęreticorum reperti ſunt, præſertim hæ-

Hæreſiarcharũ peſsim⁹ finis.

reſiarcharum, qui non miſerrime vitam finierint.

## ¶CAP. XXX. VTRVM ex hæreticorum lectione, fructus aliquis educi poſſit ad conciones.

SVPPOSITA ergo iã admonitione præmiſſa de hæreticorum fraudulentijs, vt ſic diuini verbi cõcionator in eorum lectione cautè ſe gerere ſciat, videndum modò reſtat, ſi ex eorum doctrina

C aliquid emolumenti concionator ipſe elicere valeat, quod chriſtianis auditoribus impartiri poſsit. Quòd ſi ſacram attenda-

1. argumentũ.

mus ſcripturam, videtur certè hæreticorum doctrinam nimis eſſe chriſtiano populo proficuã, ac perconſequens quòd illius lectio euangelico cõcionatori nõ parum conducat. Nam apoſtolus Paulus.1.ad Corinthios capite.11.de hæreſibus loquẽs ſic ait: Audio ſciſſuras eſſe inter vos, & ex parte credo: nam oportet hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant in nobis.

1.Cor. 11.

Itaq; ſicut ignis, eſtò verum ſit ꝙ ſuapte natura, auri ſit corruptio, non tamẽ propterea dicimus ipſi auro malum parare, quin potius illud purificat, atque in lucẽ, eius educit ſplẽdorem: & ſicut etiã ſcholaſticorum argumenta ipſas ſciẽtiæ concluſiones non vtique deſtruunt, ſed potiùs perficiunt, quia eas clariores reddunt, & in audientiũ animis firmiores conſtituunt: & quemadmodum etiã cinis nõ inficit enſem, ſed potiùs lucidum reddit: ad eum omnino modum hæreſes, ignis quidã ſunt, ſiue fornax, vbi veri probãtur & verificantur chriſtiani: item argumenta quędam ſunt, quæ eorum fidẽ dilucidant: ſunt præterea velut lapideus cos, in quo chriſtianorũ fides acuitur: ac deniq; cinis ſunt, quo euangelicæ veritates lucidiores reddũtur, vt per ipſas hæreſes, in religionis chriſtianę rebus, quas homines profeſsi ſunt, ſtrenuè ſeſe gerere ſciant.

Simile. Simile. Simile. Simile.

¶Et hoc eſt quod Chriſtus redemptor noſter, ſicut ex Matthęi

Expoſitio, Matthęi.18.

A cap.18 conſtat,dixit. Dum enim cum veteris legis phariſęis loqueretur,eos vtique redarguens de turbatione & ſcandalo,quod Iudęorum animis ingerebāt,dixit: Neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala. Quæ profectò ſaluatoris ſententia ibi maximè verum habere videtur,dum mali bonis admiſcētur. Nam quēadmodum rosa inter ſpinas eminentior apparet,aurumq; in luto lucidior, atque in ſtercore margarita pretioſior, necnon ſtellæ cęli in noctis obſcuro rutilantiores ſunt: ſic etiam boni & catholici chriſtiani pulchritudo,inter hęreticorum ſpinas reſplendet maximè:eorumque ſcandalum, ſicut lutum& ſtercus in cauſa eſt,eius valorem & fidei firmitatem excitandi.

Simile.

Simile.

Simile.

Simile.

B

August.

¶Hæc ita eſt diui Auguſtini ſententia,in libro de Vera religione capite. 8. cuius hæc ſunt verba : Hæretici plurimùm proſunt,non verū docendo,quod neſciunt,ſed ad verūquęrendū carnales,& ad verū aperiendū ſpirituales catholicos excitādo. Atq; in libro.7.Cōfeſsionum. 19.cap. iterum eandem repetit ſententiam,dicens:Improbatio hæreticorum facit eminere, quid Eccleſia ſentiat, quid habeat ſana doctrina. Videtur ergo quòd hæreſes nimiū catholicis viris conducant:eos ſiquidem in rebus fidei expertos,cautoſque,atque catholicos maximè reddunt.

August.

C

¶Ad hoc tamen reſpōdetur,ꝙ eſtò verum ſit,accidentaliter hęreticos ſuis perſequutionibus catholicæ Eccleſiæ eſſe proficuos, quia catholici excitātur & cauti redduntur : nō propterea eorum errores boni ſunt. Nam commodum quod inde à chriſtianis reportatur,extra eorum mentē omnino eſt:quorum ſemper intētio fuit, Eccleſiā nō ſolùm perſequi, ſed deſtruere ac penit' proſtrare. Sicut furtum non ideò bonū eſt, aut latrones ideò ſunt reputandi optimi,eſtò ex illorū delictis,diuites cauti reddantur, vt in tuto loco diuitias ſuas deinceps reponant. Neq; ideò peccatorū hominum delicta, bona habēda ſunt, etſi inter eos ſtudioſorum virtutes magis reluceant. Sicut neque ſpinæ potiores ſunt habendæ, quia roſarum pulchritudo inter eas magis reſplēdeat:quādoquidem hęc omnia à natura ſua mala ſunt, & de ſe ad malū parata. Huius ergo conditionis hęreſes ſunt, quippe quæ ſuapte natura pernicioſæ ſint,& in hunc præciſè finē à malitia hominū producūtur. Quapropter hęreticis hominibus nullę ſunt referendę gratiæ,quia in nobis aliquid inde vtilitatis generetur: nec proinde hęreſum fautores excuſandi ſunt,aut inculpabiles reddūtur, cùm bonum quod inde accidētaliter ſequitur,ab eorum intētione fuerit penitus alienū. Et ideò poſtquā Saluator dixerat,ſcādala inter

A

Solutio.

Simile.

Simile.

B

Simile.

C

Expoſitio, Matthæi.18.

A inter homines neceſſaria fore, ne inquã putarent ſcandalizandi officiũ, in chriſtiana republica optimum eſſe, illico adiunxit: Veruntamen vę homini illi per quem ſcandalum venit. Idẽ omnino aſſerendum eſt de illo, qui hæreſes diſſeminauit.

2. ſolutio. ¶ Reſpõdetur ſecundò, quòd etſi demus cõmodum aliquod ex hęreſibus reportari: attamẽ tam graue eſt nocumentum & infectio, quę inde hominibus irrogatur, vt earum malum incomparabiliter præponderet ei cõmodo quod inde reportari poſsit. Et adeò hoc verum habet, vt Felix Papa dãnum quod ex hęreſibus dimanat perpendens, in ſuo decreto ſic dicat: Hęreſis non portionem aliquam lædere, ſed ipſa chriſtianæ religionis fundamẽta conatur conuellere. Vnde Innocentius papa in concilio Carthaginenſi, doctrinæ hæreticorum præuiſa peſte, ſic ait: Hereſibus pullulantibus celeriter eſt obuiandum, ſerpit enim vt cancer.

Felix papa.

B

Innocẽtius papa. Conciliũ Carthaginẽſe.

¶ Poteſt tamen quandoq; in cõcionibus hæreticorum tractari doctrina, vt eorum hęreſes erroreſq; refutentur. Quod profectò non omni tempore, aut loco fieri oportet. Huius ſiquidem refutationis legitimus locus, pulpitũ non eſt, ſed ſcholarum auditoriæ vbi iam huiuſcemodi materiæ diſputatæ, atq; ad purum redactæ eſſe debent. Ibi namq; nullũ ſubeſt periculũ, ne auditores errorum omnium hæreticorũ notitiam habeant: quippe qui cùm litterarum officium, & profeſsionem teneant, argumentis quibus conuincuntur hæretici, efficacisſimiſque rationibus intellectis, inde apertiùs eorum dicta deliramenta eſſe cognoſcunt. Præter quàm, quòd cùm præceptores legis eſſe habeant, qui in ſcholis verſantur, omnia ſcire & perſcrutari oportet, tam vera quàm falſa. Cæterùm in concionibus, cùm locus ille ſacer, veritates ipſas iam elimatas & ad puritatem redactas expoſcat: & cũ ibi etiam tanta inſit gentium varietas, alij quidem boni, alij mali, alij ſapientes, & inſipientes alij, alij prudentes, imprudentes verò multi: & cùm mali homines, auidi ſemper ſint ſenſualitatis habenas relaxandi, ignari verò non ſatis ea quæ dicuntur percipiant: in hoc omnes ad minus inciderent periculum, quòd hæreticorum propoſitionibus, ſimpliciter ibi relatis, potiùs fortaſsis crederent, quàm efficaciſſimis chriſtianorum argumentis, quibus conuincuntur.

C

B

Periculum.

¶ Attamen id ſolum tẽpus opportunum erit, quo hęreticorum errores vt confutentur, in cõcionibus adduci poſſent, dùm videlicet tanta vigeret neceſsitas, quòd hæreſes in republica nimiùm eſſent iam inter chriſtianos diſſeminatę & ſparſę, & vbi in totius vulgi

C Tẽpus refutandi hæreſes.

A vulgi aures iam perueniſſent,&
vbi tandē publicè eſſent iam pu
nita hęreticorū delicta. Sicut ex
noſtris omnium peccatorum de-
meritis,noſtris hoc poſſum' exē-
plificare temporibus accidiſſe,
in quibus peruerſæ huius luthe
ranæ ſectæ hęreſes, inter omnes
ſunt iam tā ſparſæ,vt nec forum
ſit,aut vicus,ſiue focus, vel par-
ticularis domus aliqua,quo hæ-
reſis huius notitia non peruene-
rit, & ſuper quibus multæ iam
ſunt ab Inquiſitoribus publicę
inflictæ punitiones. Tunc tem-
poris inquam, poſſent etiam in
concionibus tales hęreſes publi
B cè confutari,ad ſedandam popu
li turbationem,atq; ad infirmo-
rum extirpanda dubia. Neq; ad-
huc tunc temporis vnicuiq; con
cionatorum datum eſt, corā po-
pulo materiā hanc diſerere, niſi
talis ſit qui litteris eſſet cōſum-
matus,adeoq; doctus & diſertus
vt de ipſo nimirùm præſumere-
tur,materiā talem omni dexteri-
tate tractaturum. Cuius etiā reli
gionis opinio & auctoritas iam
apud populū eo vſq; vigeret, vt
quando rationes quas adduceret
ad cōuincendos errores,nō vſq;
adeò vulgari populo efficaces eſ
C ſent (quia eas propter ſui hebe-
tudinē minimè intelligerēt) in
hoc ſaltē perſona concionatoris
& auctoritas tanta ſit,vt ei meri
tò à populo fides ſit exhibenda:
ita vt religio eius & ſcientia in
cauſa ſint,ꝙ auditores in ſana fir

Luthe-
rana ſe-
cta.

mentur doctrina, & hæreticorū A
pariter deteſtentur dogmata.

¶ Sed adhuc aduertēdum eſt,
ꝙ etſi euāgelicus cōcionator,ta-
lis (ſicut diximus) qualitatis &
cōditionis extiterit,minimè ad-
huc ſufficit,ſed eum oportet dili
gētia maxima & attētione mate
riā talem pręuidiſſe,ita vt cōtra
hęreticas cōcluſiones,efficaciſsi
mas ſciat adducere rationes,quę
claritatē auditorib' atq; vim &
efficatiā ingerant,in eo gradu &
ſtylo,quo doctores ſancti in hoc
propoſito eas cōfutare ſolent,cū
de huiuſcemodi hęreſibus loqui
cōſueuerūt:ita vt p̄dicator inge
niū & artificiū optimè calleat,
quod in reuincēdis hęreticis ſā- B
cti habere ſūt ſoliti. Et primum
omniū cùm iā in ſuggeſtu ad re-
futādas acceſſerit hęreſes,opor-
tet ꝙ in ſuæ cōcionis initio, ve-
lut principale totius materiæ fū
damentū,chriſtiano populo ſua-
dere nitatur,ꝙ etſi euidētiſsimę
ſint rationes, quibus hæreticos
erraſſe ꝓbari poteſt,& facile etiā
ſit eis oſtēdere,quemadmodū in
ſuis delirauerint opinionib':at-
tamen ꝙ tota chriſtianorū legis
ſubſtātia,pręcipuūque ſuę ſalua
tionis negotiū,in fidei ſubiectio
ne,& ſinceritate cōſiſtit & ꝙ ſan C
ctū Dei euāgelium humiliter &
reuerēter ſuſcipiāt,atq; cōcilio-
rū ſāctiones,ſicut catholicos de
cet chriſtianos,principaliter ve
nerētur & ꝙ denique, quicquid
ſācta mater Eccleſia in hac parte
ſan-

Modus
confutā-
di hęre-
ſes.

A ſanciuit, omni deuotione ſuſcipiãt. Quibus vtiq; pręmiſsis verbis, velut totius ſuæ pręedicationis iacto fundamento, poteſt tũc temporis euangelicus concionator, talem hęreſum materiam coram populo cõfutare, niſi Eccleſię, aut ſancto Inquiſitionis tribunali aliter viſum fuerit.

Cauſa.

¶Cauſa autem quę in pręſentia me mouet, vt euãgelicos concionatores tam inſtãter hoc moneã, ea profectò eſt, quia hoc chriſtiano populo maximè cõducit: Secus enim, ex qua cõcione auditores cõmodũ aliquod reportare deberẽt, nõ niſi graue dãnum, &
B ſui animi periculũ incurrerent. Et hac de cauſa (ſicut ex Mattheo habetur cap. 13.) à dño illa zizaniorũ parabola adducta eſt. Cũ enim ibi ſerui dominũ ſuum interrogaſſent, an zizania eradicãda eſſent vel nõ, reſpondit, vt ea vſq; ad meſsis tẽpus relinquerẽt, ne fortè ſimul cũ eis eradicarent & triticum. Hoc igitur eſt quod imminet cõcionatori periculũ, quãdo in hoc articulo eam, quæ decet, prouidentiã & induſtriã nõ ſeruaſſet. Nã ex quo hæreſes eradicare deberet, non niſi audiẽtium fidẽ funditus euelleret. Quòd ſi ad tã graue malũ in ſua cõcione non perueniret, hoc
C ſaltem ſequeretur dãni, ꝙ qui in fide iam radicati & firmi erant, inquieti & vacillantes, aut certè ſcrupuloſi in eadẽ fide manerẽt. Quare tũc temporis ſatius eſſet

Expoſitio, Matthæi. 13.

cõcionatori, vtiliuſq; auditoribus, os ſuum obſtruere, talemq; relinquere omnino materiam, quouſq; maior adeſſe poſsit illius negotij opportunitas. A

¶Hoc tamẽ cõcionatorem animaduertere oportet, ne ſcilicet hęreticorũ lectioni aſſueſcat: inde nãq; deceptum ſe aliquãdo inueniet, ne dicã hęreticum. Nam quẽadmodum in eo, qui decurrẽtem riuulũ attẽtè inſpicit, ſubitò aqua ipſa caput eius cõturbat & euertit, atq; in ipſum fluuiũ, inopinantẽ pręcipitat: pari forma quantũuis euãgelij cõcionator litteris bonis, religione, & prudẽtia ſit veſtitus, optimoque fidei zelo hęreticorũ doctrinam B fuerit aggreſſus, ſi nimis illi aſſueſcit, & exceſsiuè eorũ lectionẽ in cõſuetudinem duxerit, accidere quidem poteſt, vt tẽporis momento eius euertatur intellectus & ſenſus, ac percõſequens ꝙ in ipſam met dilabatur hæreſim, quã priùs deteſtari conabatur, Sic enim multis noſtri temporis cõcionatoribus accidit, qui cùm alioqui multis eſſent & optimis imbuti litteris, atq; feruẽtiſsimo fidei zelo accenſi, quia tamen exceſsiuè hæreticorũ lectioni ſunt dediti, ſubitò ſe hæreticos inuenerunt. Qua de cauſa Apoſtolus C ad Titũ diſcipulũ ſuum ſcribẽs cap. 3 admonet, dicẽs: Hæreticũ hominem poſt primam & ſecundam admonitionem deuita: ne nimia eius conuerſatione, tu pari-

Simile.

Notandum maxime.

Exceſsiua hæreticorum lectio.

Expoſitio, ad Tit. 3.

A ter in eius dilabaris errores. Deuitare autem hęreticum, non ſolùm in familiari conuerſatione intelligendum eſt, ſed etiam in doctrinæ eorum lectione: vtraq; enim indiſcreto homini nociua admodùm eſt.

Expoſitio. 1. Corint. 5. ¶ Hac etiam de cauſa, idē Apoſtolus prima ad Corinthios capite. 5. de idolatris, fornicarijs, maledicis, atq; ebrijs, lòquēs, ſic ait: Si is qui frater nominatur inter vos, eſt fornicator, aut auarus, aut idòlis ſeruiēs, aut ebrioſus, cum huiuſmodi nec cibū ſumere. Verum eſt tamen, ꝙ tunc temporis iſti excommunicati erāt: & ideò Paulus ab eis ſegregari iubet. Si B ergo in alijs vitiorum generib⁹, quę nequaquam tam grauia atq; nociua exiſtunt, vult Apoſtolus tam ſegregatam eſſe ab eis hominum cōuerſationem, quid in hęreſi erit, quæ excellentiorē chriſtianę legis partem lædit, nimirùm fidei virtutem?

¶ Propter hoc tā ingens, quod animarum inſtat periculū, ſacrorum Cōciliorum & Pontificum dimanauerunt ſtatuta, in quibus habetur, ꝙ nullo modo cum hęreticis, aut eorū libris chriſtiani cōmunicarent. Sicut ex decreto Fabian⁹ papa. quodā Fabiani papę cōſtat, quod in epiſtola prima adducitur, cu- C ius hęc ſunt verba: Caueant ab hoc Nouato, & ſimilibus, qui alteram fidem & doctrinam tenēt, quā Apoſtoli & ſucceſſores eorū tenuerunt, & docuerūt: ne quod abſit, poſt eum abeuntes, in laquū Satanę cadāt. A quibus abſtinēdum eſt, ſicut ab illis quos Apoſtolus cōmemorat dicēs: Cū eis neq; cibū ſumere, quoniā ſic ſtatuerunt Apoſtoli dicētes. Cū excommunicatis non eſt communicandum. A 1. Cor. 5

Cōciliū Nicęnū. ¶ Iuxta Pontificis huius deciſionem, cōcilium etiam Nicęnū ſtatuit in ſynodo. 7. canone. 9. ꝙ nulla hæreticorū ſcriptura ſiue libro chriſtiani vtantur: & hoc ſub taxatis grauiſsimis cenſuris & pœnis. Quę pręterea definitio habetur in decretis vigeſima prima, quęſt. 2. cap. Quoniā diuerſa 2. 1. q. 2. rum, & in quęſtione. 3. cap. Quoniam à quibuſdam, atque in diſtinctione. 19. quęſtione. 3. Diſt. 19. q. 3.

## ¶ SEXTVM PRAEceptū, & cap. xxxj. vbi de ſanctorū agitur lectione. B

SEXTVM pręceptum, 6. pręceptum. quod diuini verbi concionatorib⁹ maximè cōducit, vt legitimè ſuū proſequi officium valeant, eſt circa ſanctorum lectionē: quemadmodū videlicet erga eorū doctrinā ſe gerere debeāt, necnō quādo & quomodo in concionibus eorum doctrina ediſſerenda ſit. Eſt igitur ante omnia prędicatori aduertēdum, maximè ſibi conducere, vt lectioni ſanctorum inſudet, & ꝙ C maior ipſius ſtudij pars in eorū abſumatur doctrina: & ꝙ ita in eorum

A eorum ſcriptura ſit inſtructus, vt facilè ſanctorum ſententijs & cẽſuris, euãgelicam doctrinam in ſuis cõcionibus aſſociare valeat.

1. ratio. ¶ Prima ratio, cui præceptum hoc innititur eſt, quia doctores ſanctos peculiari prouidẽtia ſua Deus opt. max. conſtituit, vt Eccleſiæ ſuæ pulchritudo eſſent & Simile. auctoritas. Nam quemadmodũ in domo regia, magnates qui à latere ſunt, ipſius regiæ maieſtatis augent decorẽ & auctoritatem, quia ſui ſanguinis magnitudine perſonarũq; generoſitate, ac diuitiarum abundantia, pretioſiſſimoq; veſtimentorum apparatu, regalem ipſam domum illuſtrant (nam etſi valor omnis & B auctoritas in ipſamet regia perſona ſit cõſtituta, quia de ſe nobilẽ ſortitur proſapiã: attamẽ magnatum ſocietas, in maiorẽ hominũ opinionẽ, regiã ipſam maieſtatẽ exire facit) ſic pariter doctores ſancti, ſapiẽtia & religionis opinione, quã à Deo ſunt cõſequuti, ipſammet diuinã maieſtatem decorant. Nam etſi in Deo ipſo præcipuus ſit valor & pretiũ, Deo tamen fide & virtutũ operibus adhærentes, ipſum (veluti pretioſa veſtimẽta) decorãt. Quemadmodum enim materiale veſtimentum, primum à corpore calorem C recipit, poſtmodùm verò calorẽ ipſum, quem recipit, ipſimet corpori reddit: ſic ſancti, virtutis & charitatis calorẽ, quẽ à Deo primitus receperũt, Deo poſtmodũ

Sãcti, diuinę maieſtatis decor. Simile.

velut[illegible] indumẽtũ reddũt: quia A ex ipſorũ ſtudioſis operibus Deo honor & gloria redundat. Vnde per Iſaiã prophetã cap. 49. iuſti Expoſitio, Iſa. 49. oẽs Dei veſtimẽta vocãtur, dum dicitur: Viuo ego, quia his omnibus, velut ornamento, veſtieris.

¶ Hoc ita colligi videtur ex hiſtoria illa, quę. 3. Reg. libro, cap. Figura. 3. Regũ. 10. 10. habetur, vbi nulla alia aſsignatur cauſa, quare regis Salomonis fama & magnificẽtia per totũ fuerit orbẽ diffuſa, quã mirabilis ordo, quem omnium quę in domo ſua agebãtur cõtinebat: in qua miniſtrãtiũ erat maxima multitudo, qui oẽs adinuicẽ miro ordine erãt inſtituti, vt regiæ Salomonis perſonæ inſeruirent, cui die nocteq; ſemp̱ aſsiſtebãt. Sic etiã, etſi præcipuus Dei ho- B nor & auctoritas, in eius diuina perſona repoſita ſit, quia nimirũ Deus eſt, à quo tãquam à primo Simile. fonte, omnis noſter honor & auctoritas dimanat: eſtò inquã hoc veriſsimũ ſit, attamen hæc ſanctorũ aſſociatio & aſsiſtẽtia, quã in chriſtiana Eccleſia erga diuinã ipſam maieſtatẽ gerũt, doctrinę ſuę claritate & virtutũ ſplendore faciunt maieſtatẽ ipſam diuinã clareſcere, & in hominum opinione nimis eius ſplendorem augẽt. Et hoc eſt quod Apoſtolus C aſſerere voluit, cùm ad Epheſios Expoſitio, Ephe. 4. ſcribit, cap. 4. hominibus perſuadens, vt hũc Dei mirificũ ordinẽ in eccleſia inſtitutũ eſſe intelligerẽt, in qua tanquã in propria

A domo miniſtrantium eſt inſtitutus ordo. Dedit ſiquidem in ea alios apoſtolos, alios prophetas, & alios euangeliſtas, cæteros verò paſtores & doctores: quorum ſtatuum diuerſæ eſſent in domo ſua miniſtrorum ſedes, in hunc præciſè finem, ſcilicet in ædificationẽ corporis Chriſti. Quod profectò nihil aliud eſt dicere, quàm quòd in Dei auctoritatem & gloriam, & ipſius Eccleſię decorem: in qua ex ipſo tanquam ex capite noſtro, & ex nobis velut ex membris eius, hoc myſticum formaretur corpus, cuius quidẽ decor & pulchritudo in ſuis eſſet ſanctis & iuſtis.

Simile.

B ¶ Sententia hæc ita expreſsè, eſt diui Chryſoſtomi in tractatu quodam, quem de Martyribus imitandis compoſuit, tomo. 5. ſermone. 6. vbi ait, quòd hæc ſanctorum ſocietas, quam ab origine mundi, vſque ad tempus hoc noſtrum, Deus ſemper in Eccleſia ſua deduxit, non ob aliud ab ipſa diuina maieſtate fuerit inſtituta, niſi vt inde Eccleſię ſuę honorem & pulchritudinem excitaret. Qua de cauſa ſtatim in orbis initio, iuſtum Abel, tanquam huius ædificij primum lapidem conſtituit, qui ſuo martyrio & diuini cultus maximo zelo, catholicam Eccleſiam decorare incepit. Poſt quem in hunc eundem finem vniuerſam aliam iuſtorum cateruam, in domum ſuam aduocauit. Sicuti fuerunt

Chryſo.

Simile. Abel.

C

Mira in Eccleſia ſãctorũ pulchritudo.

Enoch, qui Deo placens tranſlatus fuit: & Noe, qui in diluuio iuſtus inuentus eſt: & Abraham, qui fidelis fuit probatus: & Moyſes, qui ſupra modum extitit mãſuetus: & Ieſus, qui caſtus repertus fuit: & Dauid, qui lenis admodum fuit: atq; Elias, qui Deo valde fuit acceptus: & Daniel ſanctus, atque tres illi pueri, qui in fornace victores extiterunt, qui ſua perſequutione & victoria, Dei honorem maximè prędicarunt. Necnon & Apoſtoli, qui ipſius Ieſu Chriſti diſcipuli, totius orbis extiterunt præceptores: qui in omnibus gentibus, diuinæ perſonæ fidem & nomen illuſtrarunt. Fuerunt etiam confeſſores, qui eruditione ſua, virtutumque abundantia, in deuotionem maximam & religionẽ, vniuerſam ſublimarunt Eccleſiam. Præterea etiam martyres, qui fortitudine ſua, atque grandi martyrij ſui triumpho, debiles quoſque & infirmos in agone hoc chriſtiano fortificarunt, atque ipſius Dei grande teſtimonium in ſemetipſis perhibuerunt. Ac demum religioſi omnes chriſtiani, qui tãquam Chriſti milites, hos inſignes viros imitantes, in eorum virtutem & religionem, ſe ipſos tranſtulerunt: quo vno, valde fidei virtutem, & chriſtianam religionem auxerunt. Qui omnes ſimul, ſicut potentiſsimi duces, velut in publico bello, inferni dęmones debellarunt,

A Enoch. Noe. Abrahã. Moyſes

Ieſus. Dauid. Elias. Daniel.

Tres pueri.

Apoſtoli.

Confeſſores. B

Martyres. Religioſi chriſtiani.

Simile.

C Simile.

A larunt, atque victoria ſua Eccleſiam Dei magnificauerunt, ac deniqueipſius Dei honorem, apud homines in vniuerſo orbe ſublimarunt.

Simile. ¶ Vnde egregius hic doctor, in fine ſermonis quinti hoc eodẽ tractatu, tanquam triumphi ſui laureolas, hos illis honorificos titulos imponit, ſcilicet columnas, ſcopulos, turres, candelabra, Simile Eccleſiæ tauros. Colũnas quidẽ B Simile appellat, quia ſanctã Eccleſiã ſupra ſe firmiſsimè ſuſtinẽt: turres, Simile quia ſua prædicatione, & religioſæ vitæ exemplo, eam defendunt ſcopulos, quia in eis tempeſtuoſi huius ſæculi. Vnde, quæ contra eam quotidie inſurgunt, infringuntur: candelabra, quia eorum doctrina omnes hæreticorum te Simile nebræ effugantur. Ac denique tauros appellat, quia ſupra ceruiC Simile cem ſuam legis Chriſti iugum ſemper portarunt, quo tãquam aratro, virtutis campum rupe Simile runt, à quo procul proiectis ſpinis, illud chriſtianis molle, & Simile tractabile reliquerunt: vt in eo quicumque homo bonorum operum triticum diſſeminare va Inclamatio. leat. Vnde ſanctiſsimus hic vir ad omnem chriſtianorum plebẽ his verbis inclamat dicẽs. Cum igitur tantus nobis honor, vtilitaſque ex his excellẽtiſsimis viris accreſcat, accurrite ergo chriſtiani, & tanquam amicos, totiuſque orbis illuſtres viros, veneremur, atque eorum ſepulchra pretioſis decoremus indumẽtis, A eorumque ſanctuaria viuis oculorum obortis lachrymis viſitemus: atque genibus flexis, viua fide, ſummaq; deuotione, ſanctiſsimas eorũ corporũ tãgamus reliquias: & tãdẽ honorẽ quẽ nobis præſtiterunt, omni reuerentia eiſdem iam ſepultis reddamus, vt eorum interceſsione, aliquam à Deo benedictionẽ cõſequi mereamur: & ſi non totam, ſaltem B illius aliquã partem, quam tam magnificè Deus illis elargitus eſt. Tãtus ſiquidem eſt corã diuinę maieſtatis conſpectu eorũ valor & virtus, vt firmiſsimè credere poſsimus, quòd eorum intuitu beneficia multa Deus nobis condonabit. Nam quemadmodũ po Simile tentiſsimi bellorum duces, cum in regis præſentia ſtatuũtur, vulnera, quę in ipſo bello acceperũt atq; victoriæ & maximi triũphi, quos in militia viriliter obtinuerũt, omnia hęc viuæ voces ſunt, C vt à regia maieſtate grãdia obtineãt beneficia: ſic etiam horum virorũ virtutes, eorumq; potẽtiſſima prædicatio (quia tanquam Simile præclariſsimæ Euangelij tubæ in toto orbe inſonuerunt) viui profectò erunt, efficaceſq; clamores, vt quicquid voluerint, à Deo ipſo impetrent. Proinde magna fide, animique promptitudine huc veniamus, quò viſis ſanctorum monumentis, & conſideratis eorum præmijs, inde varios virtutum theſauros vnde quaq;

A colligamus: vt per præſentem vitam, ita iuxta Dei voluntatem tranſeamus, quòd in ęternitatis portum, quam plurimis ditati mercibus ingrediamur, fruituri regno cœlorum, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, Amen.

Simile

2. Ratio

¶ Secunda ratio quæ expoſcit vt prędicator euāgelicus in ſummo pretio ſanctorum habeat doctrinā, eſt vtiq;, quia ad hoc eos Deus in Eccleſia ſua conſtituit, vt videlicet veritatum ſuarum teſtimonium & lucem chriſtiano populo prębérent. Quare ſpiritus Sancti organa denominantur, quia per eos ſuæ legis ſecreta, atq; incluſa admodùm ſacramenta, nobis Deus ipſe communicat. Sicut ex illis diui Petri verbis. 2. eius epiſtola capite. 1. conſtat, quibus ſic ait: Non enim voluntate humana allata eſt aliquādo prophetia, ſed Spiritu Sancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Dei homines. Per quorū ora (ſicut per diuinę maieſtatis aquæ ductus) fidei doctrina, & ſacramētorū religioſorumq; morum diſciplina nobis diffunditur. Nam ſicut in rebus mundi huius accidere videmus, vbi ſemper perſona regia ſeorſum aliquos ex omni populo eligit cū quibus familiariter cōuerſatur, & quibus pectoris ſui ſecreta detegit, ſuaq; aperit viſcera, & intimā voluntatē, vt ab eis poſtmodùm alij omnes reipublicæ, ciues, ipſius regis mentem intelligant: quandoquidem regiā ipſā auctoritatē minimè decet, vt ipſemet per ſeipſum cū omnibus negotia pertractet, vnde quia iſti inter omnes alios à latere regis habiti ſunt, & intimi admodū amici, inde meritò ab omnibus venerātur, atq; per eos cæteri omnes regiā volūtatē cōſulūt, ad eū igitur modum decētiſsimū fuit, quòd diuina maieſtas aliquos in eccleſia ſua eligeret, per quos tāquā per intimos amicos, & ſeorſum dilectos, myſteriorum ſuorū nobis notitiā præſtaret. Minimè ſiquidē auctoritatē decebat diuinā, poſtquā iam Chriſti eccleſia plātata erat, vt ipſe per ſe nobis loqueretur. Igitur ſancti atq; Eccleſiæ doctores ſunt, quibus interius Deus ipſe loquitur, quibus etiā, cum aſsiſtētia & ſpiritus Sācti peculiari auxilio qui eis vtiq; diuinarum veritatum ſingularē lucē pręſtat abundè ſuam aperit diuinā voluntatē, vt ex hac illis impartita luce, nos poſtmodū in noſtra hac chriſtiana religione optimè in virtutū operibus dirigamur. Itaq; ſicut in euangelio Ioānis legitur quod ipſe Euāgeliſta Ioan. in Chriſti pectore reclinatus extitit, vbi omnē eam ſapientiā inbibit, quā poſtmodū mūdo cōmunicauit: Sicut hoc inquam ibi corporaliter geſtum eſt, ſic etiā ſancti ſpiritualiter in cōtemplationis quiete, & virtutū exercitio cum Deo colloquentes, ſupra ipſū dominicū pectus ſe reclinaſſe dicūtur, à quo omnē legis ſuæ

Marginalia: B — Simile. — Expoſitio. 2. Petri. 1. — Simile — C — Simile. — B — C — Expoſitio Ioannis. 13. Ioan. 21 Simile.

A ſuæ ſapientiam ſuxerunt, quam poſtmodùm nobis impartiti ſunt.

Gregor. ¶ Hæc doctrina ita expreſsè eſt diui Gregorij. 23. Moralium libro capite. 20. vbi ait, quòd ſicut homo cùm dormit, acutius ad ſubtilia quæq; capienda habet ingenium, eo namq; temporis momento ſopiti ſunt omnes exteriores eius ſenſus (qua de cauſa tunc temporis, à rerum exteriorum turbatione & tumultu exemptus, quadam animi quiete potitur: quo fit vt omnis ipſius ingenij habilitas, ad interiora dumtaxat conuertatur: vnde etiam prouenit, quòd in ſomnijs, aliqua homo delicatiùs percipiat, quę in vigilia non tam ſubtiliter cõprehendebat) pari modo ſancti, à rerum temporalium tumultibus ſegregati, ita ad ſpiritualem vitam, & ſpiritus dumtaxat negotium ſe ipſos totos cõtulerunt, vt omnis eorum vitæ diſcurſus, nihil aliud quàm in Deo ſomnus quidã fuerit: in quo tanquã in dominico pectore reclinati, diuinæ maieſtatis dulcedine maxima fruentes, omnem eam ſapientiam potauerunt, quã poſteà per vniuerſum orbem diffuderunt. In qua nempe ſomnij requie, Deus nimis eorum acuit ingenium, vt viuacius ſubtiliuſque, res omnes cæleſtes perciperent, atque ea omnia quæ fidei noſtræ conducebant, intimiùs penetrarent.

Simile.

B

C

¶ Et hoc eſt quod prophetæ Iob verba illa deſignant, cap. 33. cùm dicit: Per ſomnium in viſione nocturna, quãdo irruit ſopor ſuper homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperiet Deus aures virorum, & erudiens eos inſtruit diſciplina. Quò enim anima magis ab exterioribus ſeparata eſt, mundaniſq; rebus ſopita, eò perfectiùs & intimiùs mãdatorum Dei onus agnoſcit. Nam quò minùs rerum mundanarum curam homo habet, eò expeditior & habilior manet, vt diuina penetrare valeat: & quò rarius temporalibus rebus auditũ accõmodat, eò habilior ad diuina capienda remanet: faciliuſq; ad ſpiritualia ei[9] aperiuntur aures, quia ſenſus eius & capacitas minimè ſufficit, vt duobus his æqualiter intendat negotijs: quippe qui vt alterum verè apprehendat, ab altero ſeſe penitus eximat oportet. Sic enim redemptor noſter Chriſtus, in illa duarum ſororum hiſtoria, Marthæ ſcilicet & Marię, nobis apertè monſtrauit. Vbi Marthæ oſtendit, quòd ſororis eius Mariæ ſuauiſsimam conuerſationem, quam ad Chriſti gerebat pedes, diuina ipſius præſentia fruens, ne vtiquam conſequi poterat, niſi ab exterioribus ſe priùs negocijs eximeret: quando quidẽ non eſt tanta hominis virtus, vt ad vtrumq; ęquè ſufficere valeat. Quare ipſi Marthæ, cùm circa domus negotia tam ſolicita

A Figura, Iob. 33.

Exteriora negotia, animę habilitatem impediunt.

B

Expoſitio, Lucæ. 10.

C

A cita incederet ſicut Lucas.10.capite refert, Chriſtus ſic ait: Martha Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima: porrò vnum eſt neceſſarium. Intellige (ait Chriſtus) te oportere vnũ ex his duobus eligere: nam diuina hæc cõuerſatio, dulciſsimuſq; ſomnus, quem Maria in meæ diuinæ maieſtatis contemplatione aſſumit, cum animi tui turbatione minime cõpatitur. Quapropter ſi altiùs de Deo ſẽtire cupis, tibi omnino neceſſarium eſt, vt ab his mundanarum rerum curis te ipſam eximere coneris.

B Figura, Exodi. ¶Huic etiam ſententiæ conforme eſt, quod in Exodo habetur de Moyſe, qui cùm in terra Aegypti cõſtitutus eſſet, & Aegyptiorũ negotijs eſſet inuolutus, nunquam eò tẽpore dicitur Dei vocem audiſſe. Cũ verò ab Aegypto iam in deſertum eſſet egreſſus, & ab Aegyptiorum tumultibus omnino ſeparatus, velut quietus iam & in Deo ipſo ſopitus, Dei vocem quotidie audiebat, cum quo etiam familiariter tractabat, ibiq; ſapientiam quæ ad legis ſuæ intelligentiam exigebatur, illi præſtitit, & quę etiã ad tot populorum directionem

C Figura, Exo. 19 requiſita erat. Iuxta quod de eodem adhuc legitur, Exodi.19. capite, quòd cùm ſibi Deus legis mãdata eſſet præſtiturus, & eum omnia, quæ ad hoc munus attinebant, docere haberet: eum tũc tẽporis ab ipſo populi tumultu in montis cacumen perduxit, cui ſeorſum ſumpto alloqui decreuit: vbi nullo alio temporalium rerum admixto negotio, de omnibus ad legem ſolùm & populi gubernationem attinẽtibus, ad plenum inſtruxit. A

¶Et hoc eſt quod Cãticorum 5.capite, ſpõſæ nomine dicitur: Ego quidẽ dormio, ſed cor meũ vigilat. Ac ſi clariùs dixiſſet, quando corporis mei exteriores ſenſus obdormiunt, à ſolicitudine temporalium rerum ſeparati, tunc temporis anima mea, ipſius ſpiritus interiora ſubtiliùs penetrat. Ita ergo eſt, quòd in hoc cõtemplationis ſomno, quem ſancti à ſæculi huius rebus ſegregati, in ſolo Deo retinent, ibi inquam verè diuinas veritates addiſcunt, ibiq; earum ſpiritus & claritas ipſis à Deo communicatur: vt inde poſtmodũ, qui hanc chriſtianam profeſsionem conſequuti ſumus, ab eis reuerenter recipiamus, veluti ab hominibus, qui cum Deo ipſo tam familiariter ſunt conuerſati. Expoſitio, Cantico.5. B

¶Hinc ſequitur, quòd ſanctorum ſapiẽtia potiùs ab ipſa Dei amicitia, quam cum eis iniuit, dimanauit, quã ab ingenij ſui virtute, ſiue humanarum litterarũ ſtudio, aut quia nimiùm ſacris litteris inſudauerint. Sicut qui regis ſecreta penetrat, potiùs eſt, quia ipſius regis intimus ſit amicus, quàm quia habilitate & ingenio polleat: quandoquidem huiuſ- Sanctorum ſapientia, vnde orta. C Simile.

A huiuſmodi negotium, non in hominis ingenio, ſed in regis volũtate & amicitia ſitum eſt, quia videlicet ſibi placet cordis ſui ſecreta alicui detegere. Sic etiam priuatos homines pro ſuo beneplacito Deus ſibi in eccleſia ſeorſum elegit, in quibus velut in depoſito, pectoris ſui arcana repoſuit: ob hoc ſolum, quia huiuſmodi viri iuxta Dei cor ſunt reperti, vnde ſibi cõplacuit diuina hęc myſteria illis communicare. Et B quidẽ nõ propter ſtudiorũ ſuorũ labores: & ſi ad hoc vtrumque requiratur, & Dei quidẽ aſsiſtentia, & etiam in litterarũ ſtudio aſſiduus labor: hac tamen lege, qđ præcipuũ ſemper eſt ipſius Dei auxilium & peculiaris eius aſsiſtẽtia. Quod nimirum apertè cõſtat ex illa Geneſis hiſtoria, capite. 18. vbi cum Deus deſtructionem quam in ſodomitis facere decreuerat, intra pectus ſuum, velut abditiſsimum archanum, retineret, dixit: Nũ celare potero Abraham, quæ geſturus ſum, cũ futurus ſit in gentem magnam ac robuſtiſsimam, & benedicendæ ſint in illo omnes nationes C terrę? Hic igitur eſt ſanctorũ valor & virtus, coram diuinę maieſtatis conſpectu, quòd nõ ſolum ex amicitia, quam cum Deo contraxerunt, doctrinæ lumẽ in noſtrũ deriuatur intellectum, diuinorũq; myſteriorũ cognitio. Sed adhuc etiã ipſius Dei benedictio in nos eorũ intuitu ſuperuenit.

Simile

Figura, Gen. 18

¶ Et hæc ratio eſt, quam Redẽptor noſter Chriſtus aſsignauit, ſicut ex Ioannis capite. 15. cõſtat quare videlicet diſcipulis ſuis, cordis ſui reuelauerit ſecreta, ſcilicet, quia ſolum eius erant peculiares amici, dum dixit: Iam non dicã vos ſeruos, ſed amicos meos quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis. Itaq; hi inſignes & illuſtres viri amando didicerunt, quod docendo loquuti ſunt. Vnde ipſa profectò iuſticia exigit & ratio: vt in cenſurã & diuinarum litterarum expoſitione, vnanimiter omnes, tam quam ad intimos Dei amicos cõcurramus: in eis quippe diuinæ ſapiẽtiæ verus theſaurus, à Deo eſt repoſitus. A B

Ratio. Expoſitio Ioannis. 15.

Amãdo addiſcitur lex.

¶ Et hac de cauſa, tam pauci ſemper extiterunt, qui hanc ſcripturæ ſanctæ intelligentiam à Deo conſequuti fuerint. Nam ſicut in rebus naturalibus contingere videmus, in quibus ſemper res electæ & prætioſę rariſsimæ ſunt (arbores namque, quæ meliorem de ſe fructum producunt, raræ ſunt: & terra quæ aurum creat, vix quandoque reperitur: atque vermes à quibus ſericum emanat, difficiles ſunt: paucique maris reperiuntur ſinus, vbi gemmæ concreentur) ita etiam pauci ſemper reperti ſunt viri, in quibus ſapientię ſuę theſaurũ repoſuerit Deus. Quia cum hoc ex Dei maximè oriatur amicitia, ſemper rariſsimi fuerũt C

Pauci ſunt qui ſcripturam attingant. Simile.

qui

A qui Dei amorem & contraxerũt, & cõſeruare conati ſunt. Et hoc profectò iuxta amicitię conditionem nimium conforme eſt: nam ſicut ex auctoribus qui de amicitiæ legibus ſcripſerunt cõſtat, ex mille, amicus vnus eligendus eſt, cui animus & cor fidendus ſit.

Amicus ex mille vnus.

Hæreticorũ deliramentum.

¶Hinc colligitur apertè hęreticorum error, ſiue deliramentum potiùs, eorum maximè, qui noſtro hoc tempore vigent, qui perfricta fronte aſſerere attentant, ita ſe conſequi poſſe diuinę ſcripturę ſenſum, ſicuti diuus Gregorius, & Auguſtinus, atque B beatus Hieronymus, cæterique ſancti, qui de hac tractarunt doctrina. Qui tamen vitiorum ſuorum pelagus minimè attenderunt: neque quàm longè ſint ab ea ſanctorum ſanctimonia (quę cum Deo amicitiam texit) conſiderarunt: à qua (ſicuti diximus) ſanctimonia, præcipua ſanctorum oritur ſapientia. Viſum nãque eſt modernis noſtris hereticis, ad huiuſmodi effectũ, ingenij ſui talentum ſufficere.

## ¶CAPVT. XXXII.

C Vbi de tertia agitur ratione, quare ſanctorum doctrina in pretio habenda ſit.

3. Ratio

TERTIA ratio quare a concionatore, in pretio ſit ſanctorum habenda doctrina, eſt nempè, quia doctores ſancti fideliſsimè ſcripturam ſacram tractarunt, tanquam Dei vtique negotium & non ſuum, intendẽtes ſemper in legis chriſtianæ eruditionem, nõ in ſuum temporale commodum, ſed Dei gloriam & honorem, ipſiuſque creaturarum profectum. Et in hunc præciſè ſcopum, labores, ſuorumque ſtudiorum ſudores direxerunt, minimè per prædicationem ſuam, ſui ipſorum oſtentationem, humanumque honorem inquirentes: quemadmodum huius noſtrę tempeſtatis multi fortaſsis aſſueuerunt. Et hoc eſt quod expreſſè fatetur Apoſtolus ad Corinthios ſcribens, epiſtola ſecunda, capite. 4 cum ait: Non ambulantes in aſtutia, neque adulterantes verbum Dei: non enim noſmetipſos prædicamus, ſed Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, nos autem ſeruos veſtros per Ieſum. Sed intendimus (ait Paulus) fideliter Euangelicam manifeſtare veritatem, in hominum conſcientię vtilitatẽ, & vt gloria quæ hinc redundarit, Deo ipſi tribuatur. Quãdoquidem quicquid aliud eſſet, eſſet vtique noſmetipſos prędicare, & nõ Ieſum Chriſtum: cum tamen ita ſit, quòd in hac Euangelica prædicatione nos metipſos non gerimus, niſi veluti Chriſti miniſtros & ve-

A Simile. Intentũ ſanctorũ B Expoſitio. 2. Corin. 4 C

A & veſtrum omnium ſeruos: vt
euidẽter appareat, quòd hoc prę
dicationis negotium, quod no-
ſtris quotidie deferimus mani-
bus, Dei eſt, & non noſtrum. Et
hac ratione, doctrinæ huius the
ſaurum in tam fragilibus decre-
uit reponere vaſis, ſicuti & nos
ſumus: vt hinc totius prędicatio
nis honor & gloria, Deo & non
Simile. nobis deferatur. Itaque ſicut ad
manifeſtandam virtutem & om
nipotẽtiam ſuam, priùs in mun-
di initio tenebras creauit, de qua
rum poſtmodùm obſcuro & te-
nebroſo, lucem ipſam eduxit: ita
etiam ex tenebroſa & intellectus
noſtri hebetudine, euangelij ſui
lucem ſplendeſcere fecit: vt in-
B de homines ſatis intelligant, ꝙ
hoc ex ipſius Dei proueniat po
teſtate & virtute, & non noſtra.

¶Hanc fidelitatem oſtendit
optimè apoſtolus Petrus in prę-
dicatione ſua, ſicut in Actis apo-
ſtolorum capite. 10. legitur. Vbi
Expoſitio. Act. 10. cùm apud homines tãta eius vi-
geret auctoritas, & ſanctitatis
opinio celebris, vt quidã vir, cui
nomẽ Cornelius Cẽturio erat, ad
pedes Apoſtoli prouolut⁹ eſſet, vt
ipſum tãquam Deum adoraret,
illum Petrus minimè tolerans,
illico à terra eleuans, dixit: Sur-
ge, nã & ego ipſe homo ſum. Ac
ſi dixiſſet apertiùs, prædicatio-
C nis meæ tributum, quod vtiq; re
uerentia ipſa eſt, quam mihi mo-
dò exhibes, nõ mihi, ſed Deo ip-
ſi, tãquam principali operis hu-
ius auctori, tribuendum eſt. Si- A
quidem hic prædicationis ho- Simile.
nor, cùm eius quidã ſit fructus:
Deo (veluti præcipuo eiuſdem
fructus arbori) debetur.

¶Et hęc eadem doctrina fuit,
quam Chriſtus reliquit eis om-
nibus, qui prædicationis eius va
ſa erant futura, ne velut mali ſer Simile.
ui, domini ſui ſubſtantiam vſur
parent, cùm Matthæi. 5. capite, Expoſitio, Matthæi. 5.
euangelicis præceptoribus lo-
quens dixit: Sic luceat lux veſtra
corã hominibus, vt videant ope-
ra veſtra bona, & glorificent pa
trẽ veſtrum qui in cælis eſt: Vbi
conſtat, quòd gloria, quæ ex no-
ſtris virtutum operibus redun-
dat, non niſi Deo referẽda ſit. Et B
perfidiam quæ ab aliquibus in
contrarium huius committitur,
damnauit Chriſtus in illa vineę
parabola, quam Matthæus capi-
te. 21. adducit, de homine patre Figura, Mat. 21.
familias, qui plantauit vineam,
& in ea omnia prouidit neceſſa-
ria. Eam ſiquidem ſepto circun-
dedit, quò ipſius vineæ vuę à trã
ſeuntibus protegerentur: torcu-
lar etiam in ea conſtituit, quò ea
rum exprimeretur muſtum: tur-
rim prætereà conſtruxit, vnde vi
neam ipſam cuſtodes ſpecularẽ-
tur. Quam, omnibus iam neceſ-
ſarijs ſic prẹmunitam, colonis lo C
cauit, vt tãdem ſuo tempore, fru-
ctum eius domino perſoluerent.
Cùm autem ad eos denique pro-
prium mitteret filium, vt vineæ
fructus colligeret, eum inter ſe
occidere

A occidere ſtatuerunt, vt ſic vineæ fructus ſibi ipſis vſurpare poſſent. Hæc ergo infidelitas maxima eſt, quam mali doctores, ſicut hæretici ſunt, atque vani legis prædicatores, committunt: qui ob ſuam mundanam oſtentationem, atque proprium commodum, euangelicam in Eccleſia exercent doctrinã. Quia cùm ab eis, eiuſdem doctrinæ fructus Deo ſit afferẽdus, velut verò eius domino & auctori, ſibi ipſi potiùs aſſumunt, ſuã ſemper ab hominibus auctoritatem inquirentes, necnon in temporalem ipſorum lucrum euangelicæ prædi- B cationis cathedram vertentes.

Simile.

¶Et hoc idẽ eſt, quod propheta Iob ſpiritu prophetico plenus, capite. 19. atteſtatur, peruerſorum prędicatorum infidelitatem ſignificans, cùm dicit: Simul venerunt latrones, & fecerunt ſibi viam per me. Quibus verbis, Dei nomine, propheta ipſe quęrelã eorum format, qui cõcionandi officium lucri temporalis gratia exercent, eos vtiq; latrones vocãs. Quod profectò delicti eorum proprium nomẽ eſt: furantur ſiquidem quod Dei eſt proprium, gloriam ſcilicet & honorem, quæ ex tali fulgebat prę- C dicatione: animarumque fructũ, in quem præciſè finem, tota vineæ ſuæ cultura erat directa: ſibiq; violenter tanquam publici latrones arripiunt, ſpirituale prædicationis cõmodum in ſuũ temporale commutantes. Vnde A meritò dicitur, quòd per Deum ipſum iter ſibi faciant, quia per eum veluti per põtem, eius diuinam maieſtatem conculcando, tranſeuntes ſunt. Quia cùm diuinam auctoritatem prędicant, nõ niſi vt ſuam inter homines extollant, hoc faciunt: rebuſque ſpiritualibus, quaſi quodam ſicuti diximus vtuntur ponte, vt in temporales (quos prætendunt honores) perueniant: ac deniq; fidei zelum, in ſuummet propriũ ſenſualem appetitum dirigunt.

Figura. Iob. 19.

Concionatores, quãdoque latrones.

Simile.

Simile.

¶Quæ doctrina in eadem forma, eſt diui Gregorij in ſecunda Paſtoralis parte capite. 8. vbi ex profeſſo, his qui euangelicæ præ B dicationis officium tractãt, ſuadet, vt attentè perpendant, ne in hoc abominabile infidelitatis vitium dilabantur, cum hominibus magis quàm Deo placere cupiunt, vt inde aliquid temporalis lucri reportẽt. Hoc namq; eſſet inimicos, & falſos Dei ſe miniſtros exhibere, dum veritatem quã in prædicationis officio profeſſi ſunt, minimè ſeruant. Quos etiam egregius hic doctor adulteros vocat. Sicut enim ſeruus fœdũ omnino & deteſtabile cõmitteret adulterium, ſi cum dominus eius per eum ad ſponſam C ſuam dona tranſmitteret, ipſius domini verba & dona relinquẽs ſponſæ amore captus, nõ niſi pro ſe alloqueretur, vt eam ad ſe alliceret: ſimili modo infideliſsimi homines

Grego.

Prædicatores hominibus placere cupientes.

Simile.

A hominis reperiuntur etiam hęretici, malique chriſtianæ legis pręceptores. Quos cum Deus in chriſtiana hac lege conſtituerit, vt Eccleſiam pro ſe alloquerentur, quã ſibi velut amãtiſsimam accepit ſpõſam, vt ad ſe eam amicè attraherent (inquẽ finem, tãquam in ſcopum, omnis eorum prædicatio dirigenda eſt, vt ſcilicet chriſtianos homines euangelica ipſa doctrina bene affectos reddant, vt libẽter in Dei ingrediantur amorem, ac demũ vt cupidi reddantur ad ipſam perueniendi beatitudinem, vt iam ibi Deo ipſo in perpetuum frui valeant, vbi verum & perfectũ inter Deum ipſum & animam con-

B ſummatur matrimonium) cum hoc igitur ita eſſe debeat, prædicatores peruerſi hoc tam abſurdum perpetrant adulteriũ. Nam omittentes hanc diuinam iuſsionem, non ex parte Dei hominibus in concione loquuntur, ſed alia ibi verba ſubrogant, quæ à ſua ſolùm promanãt cupiditate & ſuperbia: vt hanc à Deo chariſsimam ſponſam retrahant, & in ſuum proprium commodum adulterantes adducant.

Adulterĩũ concionatorum.

¶ Hinc diabolicum quoddam aliud procedit malum. Nam hac de cauſa euangelici concionatores minimè veritatem quandoq;

Concionatorũ diabolicum malum.

C in concionibus tractare audent. Quia cum Dei honorem, tanquã prędicationis ſuæ finẽ, aliquãdo non intendant, ſed ſui ipſorum dumtaxat lucrum, vt hoc nempe

A ab auditoribus acquirant: ſtatuunt in concionibus ſuauia illis proponere dogmata, & quæ eorũ demulceant appetitũ, vitia eorũ diſsimulãtes, atq; eorũ promulgantes virtutes. Et cũ prędicator eorum haberet acriter reprehendere peccata (iuxta dominicũ in Chriſti lege mãdatũ) nõ niſi ipſorũ auditorũ aures coacerbat, ſicuti ait apoſtolus Paulus: nã hoc ſibi ad temporale lucrum quod intẽdit, neceſſarium ducit. Et hęc quęrela eſt, quã de ſimilibus legis pceptoribus De' per Ezechielẽ prophetã capite, 13. format, cum dicit: Vę his qui conſuunt puluillos ſub omni cubitu manus, & faciunt ceruicalia, ſub capite vniuerſę ętatis, ad

2. Tim. 4.

Expoſitio, Ezechiel. 13

B capiendas animas. Quibus verbis propheta, blãda prędicatorũ verba ſignificare vult, quib' rudis populi aures delectant, dum ex doctrina quã prędicant, quaſi puluinaria faciunt, quibus auditores molliter accubent: vt inde faciliùs animas eorum, in ſuum proprium tẽporale cõmodum lucrari valeant. Nam cum ab eis humanum inquirant fauorem & applauſum, loco reprehẽſionis quam eorum exigebãt delicta, vt ſic caſtigati Deũ quærere tota mente ſattagerent, pro-

C culdubio eos non niſi adulationibus implent, quibus velut puluinaribus reclinati, blãdè innitantur: cum tamen alias per-

Simile.

 uerſam

A uerſam agant vitam, vt hinc denique ſibi prædicationis fructũ acquirant.

¶Sequitur prętereà hinc, ꝙ ſi qui in chriſtiano populo reperiãtur tam infimi & vulgares auditores, à quibus nihil temporalis lucri expectari poſsit (quẽadmodum populares aliqui ſũt, qui neque ingeniũ quidem ſortiuntur, vt eorũ intelligant aſtutias, quia aliòqui ſinceriſsimi ſunt homines: neq; auctoritatẽ adhuc obtinent, vt concionatorẽ honorificare poſsint: nec mũdi hui' ſubſtantiam habẽt, vt eorũ diuitijs diteſcere valeat cõcionator) cõtra hos inquã à quibus nihil ſperant, ſtatim in concionibus ſuis,

Vulgares auditores.

B correctionis ſuæ iacula dirigũt. Nam cum in nullo ſibi poſsint eſſe proficui, pro nihilo ducunt eis placere, vel certè diſplicere.

¶Quòd ſi horũ quę diximus, peculiarius experientiã inquirere velimus, & maximè attendamus, quod noſtris permittẽtibus demeritis, quotidie accidere videmus (quemadmodum ex cõcionatorum viuendi more, qui exterius apparet, vt plurimum colligi poteſt) fortaſsis in præſentia non mediocris in euãgelicis cõcionatoribus apparebit inclu-

C ſus morbus. Alij prædicantes quidem, vt ſeſe in hominum opinione ſapientes exhibeant: vnde ad hoc deueniunt pernicioſiſsimum malum, quòd ſubtilia quæq; & curioſa in ſuis concionibus doceant, quæ potius oſten- A

Concionatorũ morb'.

Multiplex prędicationis finis.

tationem ſuã quàm populi eru- Primus.
ditionẽ reſpiciunt. Alij propter 2
inanem gloriam, & populi applauſum, qui ſibi ab hominibus
datur, prædicant: vnde coguntur 3
non ſubſtantialia legis, ſed vana & inutilia prædicare. Alij propter populi fauores concionantur, vt inter omnes reipublicæ ciues, præcipui habeantur conſultores, & omnes à minimo vſque ad maximum eorum beneuolentiam captent, ſummamq; reuerẽtiam deferant. Alij (proh 4
dolor) propter alicuius temporalis commodi lucrum, euangelium docent, reipublicæ officia publica, & dignitates aucupantes. Quemadmodum verum ha-
bet in ijs, qui in regia incedunt B
curia, ſemper apud reges & magnates degentes vitam, inquirẽtes nimirùm an prædicatione
ſua (tanquam ferreo hamo, piſcatorum more) epiſcopatum aliquem, ſiue abbatiam, aut canonicatum, ſiue regiam prædicationem, vel aliam ſimilem reipublicæ dignitatem & honorẽ conſequi valeant. Cui etiam annexæ ſunt quàm plurimæ aliæ miſeriæ, & fragilitates humanæ, quas inter ſe concionatores Simile.
paſsim exercent: quæ quia iam C
communes ſunt & quotidianę infirmitates, minimè eas animaduertunt. Quemadmodum ſunt concionandi competẽtię multę, quas inter ſe inuicem paſsim gerunt,

A Concionatorũ miſeriç.

runt, ſuper populi applauſu, an iſtum vel alium ſæpius & libentiùs audiãt cõcionatorẽ. Aemulationes etiam & inuidiæ inter eos obortę, quem videlicet illorum tanquam doctiorem ſapientioremq́ue ſequantur. Vnde multę ſtatim detractiones oriuntur, ſibi inuicem defectus imponentes, iam virtutis, iam ſciẽtię, iam feruoris & ſpiritus, & iam denique ſuauis orationis. Quandoque verò ſe inuicem mordentes, tum in familiari colloquio & conuerſatione, tum etiam in publicis concionibus: qui fidei zelum ſe gerere ſimulantes, multoties ſub imagine reprehenſionis vitiorum, de inimicis ſuis vindictam aſſumunt. Quod malignitatis profectò peruerſum genus eſt: quãdoquidem ſacrum Dei locum, dęmonio conſecrãt. B Quòd ſi (ſicut diximus) ita hęc inter concionatores verſantur, ipſi viderint abominandum adulterium, & infidelitatem maximam, quam in Deum perpetrant. Neque huius articuli tam abſolutum cenſorem me exhibere volo, quòd ita certiſsimum eſſe iudicem, niſi quantum ex exterioribus vt plurimum colligi poteſt. Magna ſiquidem hodierna hac tempeſtate præbetur anſa, vt quòd ita ſit, veriſimiliter ſuſpicari valeamus.

C ¶ Quapropter per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, oẽs chriſtianę legis pręceptores inſtanter rogo, vt illorum quilibet ſeſe attentè reſpiciat, & coram diuina maieſtate poſitus, ac ſi eam rationem huius ſacratiſsimi officij Deo actualiter redderet, quã poſtmodum in finali iudicij die, diuinę maieſtatis reddere habet, exactè perpendat, quemadmodũ hoc ſanctiſsimum prædicandi munus exerceat. Nam etſi per aliquod tempus, eorum negligentiam & infidelitatem Deus diſsimulet, atque eorum peruerſum animum toleret, necnon propter peccatorum noſtrorum demerita, in chriſtianæ reipublicæ flagellum, huiuſmodi prædicationis adulterium permittat: non tamen adhuc in hoc ſæculo, vſque adeò eorum punitionẽ differt, quin citò in ipſiſmet eorum perſonis, ac rerum temporalium ſubſtantia executionem faciat. Sicut quotidie experientia teſte, ita accidere videmus. Multi enim illorum, quos in hoc grauiſsimo prædicationis officio ſublimatos videmus, continuò in manifeſtos errores ſępe dilabuntur: ac proinde ignominioſè admodùm publicis damnantur hæreticorũ pœnis. Nam etſi particulares hominum defectus diutiùs tolerare Deus aſſueſcat (quia vtique morbi ſunt, qui ab ipſa humana hominis fragilitate oriuntur, neque alicui alteri nocent, quàm ſibi ipſis) attamen peccata tantæ infidelitatis & damni, qualia iſta ſunt,

A Ad concionatores, exhortatio

B

Caſus cõcionatorum.

C

A quæ in totius Eccleſiæ & vniuerſale omnium nocumentum, atque ipſius Dei irreuerentiam redundant, minimè Deus diutius tolerat, ſed quàm citiſsimè ea ſuccidit.

¶ Quod manifeſtum apparet, ex Ieſu Chriſti redemptoris noſtri interrogatione, quā ad diſcipulos ſuos fecit, cū de vineę parabola ageretur.

Figura, Mat. 21. Mar. 12.

Nā poſtquā colonorū infidelitatē retuliſſet, quibus vineam ſuā locauerat, quia vineæ fructus domino non detulerunt, dixit: Cū ergo venerit dominus vineę, quid faciet agricolis illis? Aiūt illi: Malos malè perdet, & vineam ſuam locauit alijs agricolis, qui reddāt ei fructum

B temporibus ſuis. Hanc colonorum punitionem directè adduxit Chriſtus in hac metaphora, vt legis veteris doctores condēnaret, qui ſub imagine docendi populum ipſam legem, atq; prætextu zeli animarū, non niſi propriam egerunt negociationē, vt populum ad ſuum temporale cōmodum, & humanum honorē attraherent. Quorum nomine depingitur etiam hic punitio publica, quam Deus noſtri temporis malis prædicatoribus immittit: qui (ſicuti diximus) ad illo-

C rum immitationem, idem omnino malum perpetrant. A quibus iuſto Dei iudicio, vineæ laborē aufert: nam ex catholicis ſubitò in hæreticos vertuntur: & cum anteà honoratiores in republica

A exiſterent, ſubitò in maximum omnium vilipendium ſunt delapſi: & qui anteà in fauoris culmine erant conſtituti, continuò ab omnibus, ſicut infatuatum ſal conculcati cernuntur.

Simile.

¶ Exhibent ſe ergo in hoc articulo ſancti fideliſsimos Dei ſeruos, quia hoc euangelicę prędicationis negotium non niſi in honorem Dei, fideliumque chriſtianorum vtilitatē ſemper exercent, omiſſo quocūq; alio ſui cōmodi lucro. Et in hoc maximè relucebat fidelitas diui Pauli, ſicut conſtat ex prima ad Corinthios epiſtola capite. 10. vbi ſic ait: Ego autem ſi adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus nō eſſem.

Expoſitio. 1. Corint. 10.

B Ac ſi diſtinctiùs dixiſſet, ſi in hoc euāgelij tam ſupremo officio, ſolùm rem meam agerē, vt hominib', euāgelicis verbis placere intenderē, eam fidelitatē neutiq; ſeruarem, quam ſicut verus ſeruus Deo ipſi exhibere teneor. Et annotandū maximè hic eſt, ꝙ diuus Paulus in euangelica prædicatione, non intendebat hominibus diſplicere: abſit enim hoc quādoquidem extra rationem & Apoſtoli prudētiā, hoc omnino eſſet. Quia inter alia, quę ad hoc prędicationis officiū exigūtur, vt cōcionatoris doctrina libēter recipiatur, hoc vnū potiſsimum

Notandum.

C eſt, videlicet vt orator beneuolos & gratos ſuo dicēdi ſtylo habeat auditores. Quòd ſi hoc humanā decet orationē, multò magis diuinam

A uinā decet rhetoricā, vbi quātò pretioſior exiſtit cibus, eò plus expedit vt ſuauiſsimis concionatoris verbis, auditorum diſponatur palatum, vt ſic libentiùs eius amplexētur doctrinam. Sed hoc tantùm ſuis verbis Apoſtolus dicere intendit, ꝙ ſcilicet diuini verbi auditoribus nunquam ſic placere ſtuduit, vt veritatē, quā iuxta Dei mandatum prædicandam acceperat, reticeret ob hoc ſolùm, vt inde humanam laudē vel lucrum aliud temporale reportaret, ſiue vt hominū applauſum acquireret: nam hæc fidelitas erat, quam quatenus à diuinę legis pręceptore, ſuum ab eo exigebat officium.

Simile.

B

¶Hac igitur de cauſa, præuidens Deus, quā pauci ex cōcionatoribus eſſent futuri, qui in euangelica prædicatione puritatem fidelitatemq́; ſeruaturi erant, & qui propter Deum ſolum, officiū hoc exercere deberent, abſque eo quòd in eo temporale aliquod inquirerēt lucrū, dixit (ſicut Matthæus euāgeliſta refert) quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam? Quis, ait, tam fidelis reperietur miniſter, vt has euangelicas veritates, propter Deum ſolum populo chriſtiano adminiſtret, nihil inde ſibi temporalis commodi ſperans. Hoc enim in illa dicendi emphaſi denotatur, cū ait, quis fidelis inuenietur? Quaſi dixerit, nullus, aut certè difficulter vnus aut alter reperiri poterit, qui hæc fideliter adminiſtret.

Expoſitio, Matthęi. 24.

C

A

¶De hoc fidelium ſeruorum numero, præcipuus ille fuit, celebris vir Ioannes Baptiſta, qui in hoc prædicationis officio, tum vita, tum etiā doctrina, alijs omnibus eminentior extitit. Cui cū totus populus acclamaſſet, ſūmū ei honorem & reuerētiam deferre volentes, ſicut euangeliſta Ioānes refert capite. 1. interrogatus ab eis, an Elias vel propheta eſſet, parati eum in Eliam recipere ſi vellet, confeſſus eſt & non negauit: & confeſſus eſt, quia non eſſet ille Chriſtus. Quę verba nō ſine myſterio euangeliſta duplicauit, ad ponderandum nimirū maximam Ioannis Baptiſtę fidelitatem. Nam cùm omnis populus paratus eſſet, vt eum in Meſſiam reciperet, non vtiq́; acquieuit: quin potiùs ſe omnino coram omnibus exinaniuit, aſſerēs ſe non eſſe dignum, vt eius calciamenti corrigiam ſolueret. Vt ſic omnes intelligerent, quòd in altiorem alium ſcopū, quàm in humanum honorem, ſuæ prędicationis finis tēderet, ſcilicet in Chriſtum Dei filium, quem ipſe vēturum prędicabat: cuius ipſe vox quædam erat in terra, quę gētes excitabat, vt virtutis viam dirigerent, quia regnum Dei iam in foribus aderat.

Ioannes Baptiſta

Expoſitio, Ioānis. 1.

B

C

¶Et quidem fuerunt hi ſancti omnes, atq; excellentiſsimi viri

A in huius officij fidelitate tam eminentes, vt non ſolùm conten ti fuerint, in eo nihil ſiniſtrum ſi ue Deo infidele perpetraſſe, ſed totis viribus (velut fideliſsimi ſerui) hunc prædicationis theſaurum augere conati ſint, diuinas has veritates lucro tradẽtes, quotidie ex illis abũdantiorem virtutem & fructum educentes, atque domini vineam nouis ſem per virtutum palmitibus plantantes. Eorum namq; prædicatione, innumera hominum multitudo, tam gentilium quã idola trarum, mirabiliter ad Chriſti fidem cõuerſa eſt. Et hoc fideliſsimorũ prędicatorũ inſigne quod

Sanctorũ fidelitas.

B dam opus fuit, quod Chriſtus maximè laudauit, in illa talẽtorum parabola, quã Mattheus cap. 25. refert, quę de fideliſsimis illis ſer uis agit, qui omnino cupidi domini ſui ſubſtãtiam augendi, cũ eis diligenter negotiati ſunt, bonorumq; temporalium copiã duplicarunt. Huius fuerunt etiam conditionis ſanctiſsimi hi viri: nam diuinarum veritatum theſaurum, quę ſibi Deus tradidit, lucrandi officio expoſuerunt: & ſicut egregij negotiatores, fidei negocium & charitatis, cæterarumq; virtutum, mirũ in modũ

Expoſitio, Matthęi. 25.

C auxerũt, tam in ſui ipſorum vtilitatem, quã etiam in proximorũ ſuorũ cõmodum. Quemadmodũ ex apoſtoli Pauli epiſtola ad Hebręos cap. 11. conſtat, vbi eloquẽ tiſsimè diuinũ lucrũ depingit,

Expoſitio, ad Hebr. 11.

quod excellẽtes hi viri, ex fide, & Eccleſiæ ſacramentis eduxerũt. A Alij nãq; hac chriſtiana fide, maximi valoris in Dei cõſpectu ſua reddiderunt ſacrificia, ſicut fuit ille primus martyr Abel. Alij, eadẽ fide à morte liberati ſũt, in aliã nouã vitã mirabiliter tranſlati, ſicut Enoch fuit, & Elias. Alij familiarẽ quandam cũ Deo cõuerſationem cõtraxerunt, vſq; adeò vt ſuorum dictorum factorumq; reſpõſionem à Deo obtinere meruerint, ſicut Noë fuit in illa mirabili arcæ fabricatione. Alij per fidẽ Deo obedientes extiterunt, vnde in diuina præſentia temporalia, atque ſpiritualia multa lucrati ſunt: quemadmodum extitit Abraham. Alij per B fidei virtutem, fœcũdos partus, cùm alioqui ſteriles eſſent, à Deo ſunt conſequuti, velut ſterilis Sara fuit, ex cuius vtique ventre, ſicut ſtellę cęli, & maris arena, mũ dus totus multiplicatus eſt. Per quam ſimiliter fidem, in tantam deuenit Abraham obedientiam, vt vnigenitum filium ſuum, Deo in montem ſacrificandum libentiſsimè adduxerit. Hac prętereà fide, ſuis duobus filijs Iacob & C Eſau, Iſaac benedictionem præſtitit. Et per eandem fidem, patriarcha Iacob, cũ iam morti appropinquaret, duos Ioſeph filios etiam benedixit. Et ſic omnes veteris teſtamenti patres, cum hac fidei virtute multa ſibi, ſuiſque poſteris lucrati ſunt beneficia: quia

Lucrũ fidei, in ſãctis patribus.

A quia in eis hanc fidei virtutem, cũ religionis ſinceritate & obedientia, cęteriſq; illi annexis virtutibus, plantatam reliquerunt: & cum omnibus alijs, qui tanquam ipſius fructus erant annexi. Vnde ſublimatas illuſtreſque reliquerũt res publicas, in eo virtutis gradu, quẽ in ſuis met ſemper ſeruarunt perſonis. Et hæc omnia tanquam Dei fideliſsimi ſerui, in Dei gloriam & honorẽ reduxerunt.

Caſtores legis gratiæ.

¶ Quid autem dicemus, de ijs qui fœliciſsimo legis gratię tempore, tãquam veri coloni, Eccleſiæ culturam in ſeipſis receperunt? Quãta diu noctuq; diligẽtia, quanta induſtria, nouiſq; virtutum exercitijs, fidem Chriſti ſemper augere curarũt, atq; Dei Eccleſiã pretioſiſsimis veritatũ margaritis ditare. Qui etiã mille virtutum generibus, eandem decorarunt Eccleſiã, iam doctrina, iam ſanguine ſuo, iam deniq; vitæ ſuæ religioſiſsimo exẽplo: ita vt nũquã talentũ, quod à Deo receperũt, otioſum relinquerẽt. De quorum numero diuus Paulus ſe eſſe gloriabatur, cũ in prima ad Corinthios epiſtola, capi
C te. 15. ait: Gratia Dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua nõ fuit. Nullum ſiquidem tẽporis fuit momẽtum, vbi virtutis, euãgelijq; prædicationis negotiationem vacuam omiſerit.

Expoſitio. 1. corint. 15.

¶ Qua de cauſa ſanctiſsimos hos viros, legitimè redẽptor noſter Christus, negotiatores denominauit (ſicut Matthęus cap. 13. refert) cũ dixit: Simile eſt regnũ cælorũ homini negotiatori, quęrenti bonas margaritas. Et hac ratione tã acriter ſeruus ille reprehenſus fuit, quia domini ſui talentum inuolutum habens, nõ vtique ad vſuras illud dediſſet. Multò igitur eorum erit punitio maior, qui veritates euangelicas, velut incluſum talentũ, abſque ſpirituali lucro vacuas omnino dimiſſerũt, eaſque in Eccleſiæ angulo otioſas repoſuerũt, vt ex ſuis vtique dogmatibus mundi temporalia, honoreſq; ſibi acquirerent. Illum namq; ſeruũ tãquam negligentem & puſillanimem, ſuus correxit dominus. Cęterùm iſti, velut infideles & omnino legis præuaricatores, & ſpiritualium bonorum dilapidatores, puniẽdi ſunt: quia cum Deo, fidei & prædicationis lucrum reddere debuiſſent, ſibi ipſis vſurparunt. Et hac eadem ratione, ſimiliter Deus eos præmiauit, qui tam fideles in hac euangelica negotiatione extiterunt: ſtatuens quidem illos, non ſupra quinque ciuitates, ſed ſupra vnam dumtaxat glorioſiſſimam, ſupra omneſque alias eminentiſsimam: quæ cæli beatitudo eſt. Vbi tot tantiſque priuilegijs prædití exiſtent (quia non minùs quàm ſuæ diuinæ perſonę collaterales conſtituet) eoſque in diuina menſa conſi-

Expoſitio. Matthęi. 13.

Expoſitio. Matthæi. 25.

Simile.

B

C

A dère faciet, atque totius mundi cenſores in poſtremo iuditij die inſtituet.

Hæretici. ¶Pudeat ergo hæreticos, qui tam manifeſtè legis noſtrę, atq; Chriſti euangelij proditores extiterunt, ſacræ ſcripturę veritates adulterantes, atque ſibi ipſis prædicationis fructum acquirẽtes: Et ſimiliter pudeat euangelicos etiã concionatores, qui cõcionandi officium, non niſi temporalis lucri gratia, tam infideliter exercent: fructũ, qui ex euãgelica prædicatione ſequitur, & Deo tribuẽdus erat, ſibi ipſis aſſumentes.

Concionatores.

B ¶CAPVT. XXXIII. VBI quarta diſſeritur ratio.

Quarta ratio. QVARTA ratio, quare ſanctorũ doctrina à concionatoribus ſummo in pretio ſit habenda, eorumq; lectioni maximè inſiſtendum, eſt quidem, quia in ſcriptura ſua faciles aut leues non fuerunt, ſed ſumma attentione, quæ ſcripſerunt & loquuti ſunt, ſupra modum ponderarunt. Quandoquidem non facilè ſuam præcipitarunt ſententiam: nam ex cõſideratione maxima, quia Dei erat facultas hæc & hęreditas, res ipſas C fidei, maxima prius habita ponderatione, tractarũt. Sicut enim Simile. regis legato conducit maximè, quòd ſumma prudentia & attentione, ipſius regis mandatum & verba, reipublicę proponat, quia A hoc ad ipſius regię maieſtatis auctoritatem ſpectat: ſimiliter etiã ad Dei gloriam & honorem ſpectat maximè, vt qui diuinam tractant ſcripturam, in qua regni cælorum via, & hominum ſalus ſita eſt, ea quę loquuntur ſumma cõſideratione perpendant: quia nimirùm legatio quædã eſt, quã ex Dei parte, chriſtiano populo deferunt. Vbi ipſum rectè agere, non aliud eſt quàm maxima ipſius chriſtianæ reipublicæ vtilitas, quia animarum eſt commodum & vita: errare autem, graue prorſus hominum nocumẽtum, necnon in honorem & cultum B Dei non mediocre vergens detrimentum. Qua de cauſa ſancti omnes timuerunt valde, diuinarum veritatum cenſuram aggredi, ſuo ſolum fidentes ingenio. Quin priùs humiles & Dei verba trementes, grãdique præmiſſa oratione, Dei voluntatẽ in ſacris litteris maxima ſolicitudine conſuluerunt, atq; ipſum omni tempore humiliter & inſtanter deprecati ſunt, vt eos ſemper illuminare dignaretur, ne in tã graui animarum negotio errare poſſent. Eam in hoc imitãtes formam, quam celebris ille propheta Moyſes erga populi eruditionem geſsit: qui antequàm ad proponendum, declarandumq; populo legis præcepta exiret, crebrò ipſius Dei ingrediebatur tabernaculum, vt ibi diuinam cõſuleret

Sanctorum grãdis ad ſtudium oratio.

Figura. C

ſuleret

A ſuleret voluntatem: à quo inquam loco, prius in omnibus interius inſtructus exibat, vt inde poſtmodum rectè quæ exterius agenda erant, proſequeretur.

¶ Et in hoc imitati ſunt etiã ſancti iſti viri, modum quem egregius ille patriarcha Iacob ſeruauit (ſicut Geneſis. 28. capite habetur) qui vt exactè Dei voluntatem adimpleret, rectoque itinere, quod agebat: incedere poſſet, dulciſsimum illud ſomnium cepit, quando ſuper vncto lapide, reclinato capite dormiuit: in quo quidem ſomno omnium agendorum claritatem, itineriſque ſui rectitudinem intellexit. Sic etiam ſancti omnes ſuper hoc lapide, qui Chriſtus eſt, prius contemplationis exercitio ſuauiter dormientes, quiete ſumma (veluti dulciſsimo ſomno fruentes) ibi verè caput reclinãtes, & in Deo ipſo penitus ſopiti, rectam ab eo & ſanam omnium quæ loquuti ſunt intelligentiam deſumpſerunt.

Figura. Gen. 28

B

C

¶ Præterea in hoc, mirabilem modum ſequuti ſunt, quem excellentiſsimus ille Euangelij cõcionator Paulus habuit, ſicut habetur ſecunda, ad Corinthios epiſtola, capite. 12. qui ad tertiũ vſque cælum raptus, in illa admirabili diuinitus ſibi facta reuelatione, Dei ſecreta & myſteria maxima cognouit: vt ſic plenius à diuina maieſtate inſtructus, integer in omnibus vir, ſufficientiſsimuſque legis præceptor permaneret. Simili etiam modo doctores ſancti, qui diuinam ediſſeruerunt ſcripturam, vt prudẽter & attentè loquerentur myſteria, ante omnia aſsiduæ orationi deditiſunt. Vbi diuinam voluntatem conſuluerunt, vt inde interius inſtructi exirent, & tandem rectè in Euangelica prędicatione dirigerentur.

Figura 2. Cor. 12.

A

B

¶ Et quod hic maximè ponderandum accedit, eſt nempe, quòd vt hoc intellectus lumen à diuina maieſtate conſequi merer ẽtur omni virtutũ genere & religionis, ſeipſos ornare ſemper conati ſunt. Viſum namq; illis eſt, quòd ad recipiendum auxilij huius & gratiæ diuinum liquorem, & vt pariter Euãgelij doctrina in mũdo ſatis eluceſceret, neceſſarium ipſis foret, puriſsimum eſſe vas, in quo talis liquor reponendus eſſet. Neq; adhuc hac ſola animi præparatione contenti ſunt, ſed etiam aliorum ſcriptorũ libros & ſententias diligenter cõſuluerunt, vbi quam plurimis cõſumptis ſtudijs & vigilijs, omni ſolicitudine eorum dicta & facta cõferẽtes, & exactè examinãtes ſcripturę ſanctæ lectionem aggreſsi ſunt. Quib' omibus iam deniq; præmunitis, dignata eſt diuina maieſtas ſuam eis elargiri gratiã vt in legis chriſtianæ rebus recte & prudenter ſumma adhibita conſideratione loquerentur.

Studiũ ſanctorum.

C

A ¶Eſt prętereà annotandum, quòd in rebus diuinis ſenſatè & ſapienter loqui, donum quoddã Spiritus ſancti eſt, quod prudentia & conſilium dicitur: ne homines præcipites & temerarij in diuina ſcriptura ſint. Sicut ex illo Iſaię loco colligitur capite. 11. Vbi de Spiritus ſancti donis propheta loquens, inter cætera hoc conſilij donum & prudentiæ recenſet. Quod diuus Thomas ita confirmat, in. 2. 2. quæſtione. 52. articulo. 1. vbi aſſerit, quòd cum proprium ſit hominis ad ea quæ ſibi agenda ſunt, cõſilio moueri, hinc peculiaris fuit Spiritus ſancti prouidẽtia, vt hoc conſilij dono religioſos homines veſtiret, ne temerè ad res diuinas tranſirent, quin priùs eas attentè perpenderent, atq; ad vltimũ fide ipſa & oratione librarent.

Expoſitio. Iſaię 11.

S. Tho.

B

¶Et hinc eſt, quòd etſi peruerſi homines, qui ſæculi huius filij ſunt, prima facie videantur prudentiam & ſenſum in rebus quas tractant habere, cum tamẽ huiuſcemodi ſenſus & prudẽtia minimè ab ipſo Spiritus ſancti dono procedat, non verè conſilium aut prudẽtia eſt, ſed potius quædam illius falſa imago, quæ alio nomine aſtutia ſiue ſagacitas nuncupatur: quę non vſque adeò ſufficiens eſt, vt in ſuis rebus tam rectè dirigantur, quin in omnibus, aut certè in multis non aberrent. Sicut ex diui Pauli verbis ad Romanos capite. 1. cõſtat vbi de hac malorum prudentia loquens, ſic ait: Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Quæ etiam diui Thomę ſententia eſt. 2. 2. quæſtione. 47. articulo. 13. vbi aſſerit malorum prudentiam, minimè prudentiam eſſe, ſed illius dumtaxat falſam imaginem.

Prudentię, & ſagacitatis differentia.

C

Simile

Expoſitio. Roma. 1.

A

S. Tho.

¶ Quam nimirum doctrinam, lectione ſanctorum, atque ſacræ ſcripturæ auctoritate, firmare optimè poſſumus. Et primum omnium doctrina hæc eſt diui Gregorij, in. 4. libro ſuper Regum libros, capite. 1. vbi aſſerit, quòd ſancti ex timore quẽ habent, ne in ſuis rebus omnipotenti Deo diſpliceant, hinc inquam prouenit, ne faciles in doctrina atq; ſententia ſua ſint, ſed inde potius prudentes, & circunſpecti redduntur: vt ratione ipſa prius librent, quod poſtmodum lingua pronuntiaturi ſunt: vt ſic eorum dicta & facta, ſicuti eorum decet auctoritatem, ab hominibus & recipiantur & venerentur. Et inde eſt, quòd cum de iſtorũ numero Ezechiel propheta eſſet, Deus eũ in ſuæ legis prędicatorẽ aſſumens, continuò illum hac prouidentia & conſideratione pręmuniuit. Sicut ex capite. 40. eius prophetię cõſtat, cũ dicitur: Fili hominis vide oculis tuis, & auribus tuis audi. Ac ſi clarius dixiſſet, quia prędicationis officiũ tanti eſt ponderis & momẽti in

Gregor.

B

C

Figura. Eze. 40.

A in ipſo enim tota hominum ſalus conſiſtit & vita, oportet te nõ ſolùm intellectu, ſed oculis tuis, & auribus, necnon & totis viribus & potentijs tale proſequi officium.

Figura, Ezec. 1. ¶Et hoc idem deſignatũ fuit in illa eiuſdem prophetæ admirabili viſione, quæ in primo capite prophetiæ eiuſdem adducitur: vbi legitur, quòd animalia illa quatuor, quæ rotã ducebant, vndiq; antè & retrò oculis plena erant. Superiùs iam expoſuimus, quemadmodum rota hæc, diuina fuerit ſcriptura. Nam ſicut rota ſuo motu ad omnes ſe voluit partes, atq; ex terrę viſceribus aquam educit, qua omnes terræ plantæ, quæ circumquaq; ſunt irrigantur: Sic etiam ſcriptura ſancta in doctrina ſua, ad omne gentium genus, variaſque hominum ſe vertit conditiones: quandoquidem pro omnibus in ſe ipſa, medicamenta habet. Educit prætereà, ſicut aquaria rota, ab ipſius Dei pectoris profundo, ſpiritualem aquam, qua vireſcũt & creſcunt palmites, qui in ipſo per fidem, tanquam in vite, vniti permanent. Animalia autem quæ hanc ducunt rotam, doctores ſancti ſunt, quibus nimirùm propter ſummam prudentiam & iuditium, quod in ſacrę paginę eruditione eos habere oportet, tanquam peculiare Spiritus ſancti donum, eis prouidetur, quòd vndiq; oculis pleni ſint: vt circunſpectè admodùm de ipſa tractent diuina ſcriptura.

Scriptura ſacra, rota eſt.

Simile.

B

Simile.

Sancti.

C

¶Huic concordat, quod de Ioãne euangeliſta habetur, Apocalypſis capite. 4. de viſione alia, quæ huic præcedẽti ſimilis exiſtit. Vbi quatuor referũtur animalia, quę in medio ſedis cuiuſdam throni ſedebant, quæ antè & retrò oculis circundata erãt. Per quę nimirùm animalia, ſanctiſsimi hi viri, qui chriſtianę legis pręceptores ſunt, ſignificantur. Qui vt prudenter & attentè, ipſius chriſtianę legis dogmata chriſtianum populum doceant, in circuitu oculis pleni ſũt: quia in eorum perpetua contẽplatione & ſtudio abundant, quę ſcriptura ſacra de diuina maieſtate nobis depingit. Et hoc eſt in ipſius ſedis circuitu, throno ſemper aſsiſtentes eſſe. A Figura, Apoc. 4 Præceptores legis. B

¶Item cùm ſapientiſsimus Salomon, de hac ſanctorum attentione & prudentia loqueretur, & de ea, quam ſapientes homines, in eo quod loquuntur, habere debent: Eccleſiaſtes capite. 2. ſic ait: Oculi ſapientis in capite eius. Nam etſi hoc deliramentum appareat, quia nuſquã oculi niſi in capite ſedem ſuam habẽt, hæc tamen Salomonis ſententia, verba quædam ſunt, per quæ ſapientem hominem admonet, vt ea quæ tractare debet, per rationem ipſam prius examinet: quã quidem rationem, eius denominat oculos. Quòd ſi quandoque accide- Expoſitio. Eccleſ. 2. C

[library stamp]

A acciderit, vt à ſapiente homine aliquis promanauerit error, aut certè eius prolata verba nō vſq; adeò ordinata extiterint & cōſona, hic talis non in capite, ſed in calcaneo oculos habere dicitur: quia ex pedum conſilio potiùs, quàm capitis loquutus eſt: quare id quod dixerit, tanquam pedum doctrina, à pedibus ipſis conculcari meretur.

Hominis oculus, ratio eſt.

Sanctorum prudentia.

¶Hæc igitur fuit ſemper euāgelicæ legis ſanctorum doctorū conditio, quòd videlicet in capite habuerunt oculos: nam ratione ipſa quicquid protulerunt, dimenſi ſunt, neque vnquam affectione, aut ſęculi huius lucro ad id penitus moti fuerūt. Nam cū B & mentem & cor à mundi huius rebus penitus auulſum haberēt, de ipſis quidē iudicauerunt, non tanquam de rebus proprijs, ſed ſicut de alienis omnino, & veluti de negotio, quod non in ſeipſis, ſed in tertia erat iam perſona conſtitutū. Siquidem erepti erāt ab omni humana affectione: neque quicquam aliud in ſuæ doctrinæ pręedicatione intendebāt, niſi puram dumtaxat hominib' proponere veritatem: & hoc nō ob aliud, quàm vt fidelitatē, quā C Deo debebant, ſeruarent. Vnde meritò de ipſis Paulus apoſtolus, in prima epiſtola ad Corinthios capite. 2. ait' Spiritualis iudicat omnia. Quia qui Dei regitur ſpiritu, vſque adeò rectus exiſtit, vt omnium rerum optimus poſsit eſſe cenſor & iudex. Nam A cùm ex vna parte ſanctitati eius annexum ſit, Spiritus ſancti lumen habere, ex alia autem extra amorem rerumq; mundi deſyderium ſit conſtitutus, non eſt cur veritatis puritatem non tractet.

Expoſitio. 1. corinth. 2.

Bon' ac rect' iudex.

¶Hic tamen animaduertendum eſt, quòd etſi verū ſit quòd ſancti omnes in ſcriptura ſua, attentionem hanc & prudentiam ſemper fuerint conſequuti, quòd videlicet in eo quod ſcripſerunt, circunſpecti omnino fuerint: nō propterea aſſerere volumus, ꝙ doctores ſancti tam infallibiles in doctrina ſua ſint, vt neque in vno apice à veritatis tramite deuiare poſsint: quandoquidem ſolius ſacrę ſcripturę, hęc propria eſt conditio, quia verba eius, ipſius Dei verba ſunt, quibus veritatis debetur ſemper infallibilitas. Hinc ergo eſt, quòd cùm ſanctorū verba ſcriptura ſacra non ſint, non in eo firmitatis gradu accipienda ſunt, ac ſi ſacra eſſēt doctrina. Et cùm pręterea Eccleſiæ determinationes, eorum verba minimè ſint, inde eſt, vt non tanta illis fides ſit adhibenda, ac ſi ipſius Eccleſiæ eſſent deciſio: nam tunc temporis eorum ſcriptura, de fide iam eſſet. Aliam quippe vim & certitudinem ſancti viri habet cenſura, dum ſeorſum tanquam ſingularis perſona loquitur: aliam verò, cum ſententia eſt, ab omnibus ſimul in concilio conſtitutis lata, Dei nomine

Quanta ſit ſanctorum infallibilitas.

B

C

[library stamp]

A mine, & totius eccleſiæ congregatis: horum ſiquidem ſententia iam catholica fidei eſſet veritas. Cæterum ſi non niſi ipſius dumtaxat ſit peculiaris ſentẽtia, estò viri ſancti talia ſint verba, quibus tantus deferendus eſt honor & reuerentia: potuit tamen quãdoque ſicut homo loqui, in quę aliquantus linguæ lapſus cadere potuit. Nam permittit quãdoq; Deus, vt ſanctos ſuos in humilitatis virtute exerceat (quæ profectò virtus præcipua religionis ſuæ radix eſt) vt in aliquem dilabantur linguę lapſum, vt inde

Præcipua ſanctorũ religio humilitas eſt.

B excitentur magis, & vigilantius viuant, aſsiſtentiamque cõtinuã, & Dei auxilium magnifaciant, quod quotidie illis Deus tam magnificè pręſtat: & ne etiam virtutum acquiſitum iam theſaurum amittãt, cum ſe tam intimos Dei amicos inuenerint. Et inde eſt,

Cur deus ſanctus ſuos cadere permittat.

C quod ſicut Deus in humanam aliquam fragilitatẽ eos cadere permittit, ſic etiã in linguę lapſum aliquando eos incidere ſinit. Sicut Dauid prophetam intimum Dei amicum, in tantum facinus dilabi permiſit. Et quemadmodum etiam de diuo Petro Eccleſiæ principe conſtat, cum paſſionis tempore Chriſtum abnegauit: quod & conſcientiæ & linguę, eius fuit grauiſsimũ crimẽ. Hoc item firmatur ex diui Pauli verbis ad Galatas, capite ſecundo. vbi diuum Petrum reprehẽdit, quia ſimulatione ſua alios

Dauid.

Petrus.

Expoſitio gala. 2.

A iudaizare compulit, licet hoc in Petro non fuerit mortale peccatum. Sicut igitur in operibus, ſic etiam in ſanctorum doctrina, aliquis linguæ lapſus reperiri poteſt.

Gregor.

Hæc ita eſt diui Gregorij conclusio, in ſcriptura ſuper ſeptem pœnitentiæ pſalmos, vbi ſecundi pſalmi primum verſum exponens, in ſententia ſic ait: aliqua ſũt in vita humana peccata, quæ quandiu homines viuunt, adhuc perfecti viri, quantumuis ſanctiſſimi, vix euitare poſſunt. Impoſſibile quippe videtur quòd ſancti viri, aliquando verbo aut co- B gitatione non delinquant. Sunt tamen vſque adeò virtutum amatores, vt ſi quandoq; dilabantur, quàm citiſsime tamen defectus ſuos cooperire curent. Quòd ſi opera ſunt, religioſæ vitæ ſuę meritis & pœnitentiæ lamentis illa cooperiunt, ſi autem linguę fuerit lapſus, ea quæ dixerunt illico retractarunt: ſicut de beato Auguſtino, alijſque multis apparet. Et estò huiuſmodi retractatio a- C pud ipſos minimè reperiretur, tãta proculdubio eſt eorum virtus & zelus, quem erga fidẽ chriſtianamque religionem ſemper geſſerunt, quòd hoc vnum ſufficeret, vt eorum ruinæ cooperiantur defectus. Itaque chriſtianum hunc zelum, quem tanquam optimi medici circa alienorum peccatorum morbos tenuerunt, eorum ſtatim corrigentes

A tes errores: hunc eundem ad reparandum linguæ ſuæ lapſum, illico etiam appoſuerunt.

¶ Et hac de cauſa, aliqua reperiuntur in ſanctorum doctrina, quæ in eadem forma, qua primitus ab ipſis prolata ſunt, in eorum remanſerint ſcriptura: ita vt vſque in hodiernum diem ſic ſemper ſcripta permanſerint neque vnquam ab eccleſia taxatæ ſint. Tum quia de illis (ſicuti modo diximus) alijs in locis ſe retractarunt: tum etiam quia tantus eſt qui ab eccleſia, in his quæ ſcripſerunt: eorum præſumitur fidei zelus & animi ſinceritas, vt hanc ſcriptis eorum B voluerit eccleſia reuerētiam ſeruare, quòd ſcilicet intacta permanſerint.

Sāctorū auctoritas & zelus.

¶ Ex his manifeſtè colligitur quòd etſi tantam, ſicuti diximus doctores ſancti auctoritatem obtineant, tantaque digni ſint vt ab omnibus extiterint C veneratione habiti: non propterea in eorum ſtudio, inaduertenter concionator ſe gerere debet: ſed cautus oportet ſit etiam in eorum lectione, ita vt in eorum ſcriptura, veritatem attentè ſcrutetur & perpendat. Et hoc inquā aliquibus de cauſis. Primò, nam eſtò in ea error aliquis minimè reperiretur, velut proprius, & ab ipſomet doctoris ſancti ore promanans: accidere tamē poſſet, quòd quia eius opera in tot ſemper verſantur traductorum A & Impreſſorum manibus illis additus, aut certè impoſitus talis fuerit error: tum etiam negligentia traductorum, aut eorum fortaſſis malitia, qui vel illis, vel certè fidei noſtræ malè eſſent affecti, vnde eorum vellent deprauare ſcripturam.

Sāctorū lectioni adhuc adhiben da cautela & cura.

¶ Secundò etiam expedit vt attentionem concionator quilibet in ſanctorum lectione ſemper habeat: quia aliqua in eorū reperiuntur ſcriptura, quæ aliter dici poſſent. Quia eſtò rectè B ſcripta ſint, & catholicè dicta: non tamen omni tempori adaptantur, neque omni hominum generi conſona ſunt. Nam eo tempore, quo à ſanctis ſcripta ſunt & prolata, ea erat ætas, vbi maxima vigebat hæreticorum multitudo, contra quos libros ſuos ſancti direxerunt. At verò tēpore hoc noſtro, vbi iam chriſtiana fides in hominum animis firma ſedet, & radicitus Chriſti lex in Eccleſia fidelibus C inhæret, alius docendi modus in euangelicis exigitur concionatoribus. 2. Ratio

¶ Tertiò, quia ſanctorum veritates & diſciplinæ præcepta, non omnibus accōmodata ſunt concionatoribus. Nam in ipſo ſanctorum ore proprio, quaſi aurum, refulgentes erant veritates: cæterum in ore noſtro, non eundem retinent decorē: & hoc 3. Ratio.

A hoc quidem ex nimia eorum ſanctitatis & opinionis excellentia, quæ vtiq; ad doctrinæ valorem refert maximè.

Quarta ratio. ¶ Quartò ex loci differẽtia, in quo hæc prædicata ſunt. Quandoquidem ſanctorum ſcripta, peculiares quidam fuerunt ſermones multi, quos monachis ſuis iã domi, iam in fratrum conuentibus ſancti habuerunt, ſicut Auguſtinus fuit, & Bernardus, & alij ſanctorum plurimi. Et in huiuſcemodi lectione, doctrinæ ſtylum penitus mutari oportet, vt populi multitudini publicè proponi poſsit. Aliter namq; ad familiares, domeſticosq; loqui cõſueuim⁹: aliter ad monachos: aliter verò ad totius populi multitudinem.

August. Bernar.

B

5. ratio. ¶ Quintò, quia ſanctorum doctrina, quandoq; de ſacræ ſcripturæ intelligentia, inter ſe inuicem ſolùm fuit diſputatio habita. Quemadmodum inter Hieronymum & Auguſtinum geſtũ eſt, quæ tunc temporis ſic ea loqui, & ſcribi decebat. Quæ tamen nunc, ſic auditoribus concionari deliramẽtum vtique eſſet: nam iam illa ſcripturæ ſanctæ loca, apud fideles ſatis expoſita ſunt, & reuerenter atque ſincerè ſuſcepta. Oportet igitur cõcionatorem de his omnibus in ſanctorum lectione cautum eſſe, ne quicquid in ſanctorum ſcriptis repererit, ſtatim prædicandum eſſe auditoribus cẽſeat: ſed

Hiero. Auguſt.

C

ita diſtinguat, vt in eorum ſcriptis aliqua relinquere, alia verò eligere ſciat. Quę omnia eius dũtaxat relinquuntur prudentiæ: quæ tamen ſi deſit, totum ruit cõcionatoris officium, necnõ & documenta omnia, quæ ſuprà ſtatuimus, parùm profectò conducent: nam eorum omnium quæ hic aſſerimus, prudẽtia ipſa fundamentum eſt. A

Concionatoris prudentia, potiſsima pars.

5. principalis ratio. ¶ Sexta ratio, quare ſanctorũ lectio in pretio habenda ſit, eſt quippe, quia ingenioſa quæque, acuta, & ſubtilia, & quæ hominis ingeniũ appetere poteſt, nec non & reliqua quæ in aliorum libris acutè diſerta reperiuntur: hæc inquam omnia, in ſanctorũ lectione adinuenire eſt. Hoc nãque ſapiẽtię dono eos induit Spiritus ſanctus, vt nõ ſolùm rectè & catholicè in rerum ſubſtantia loquerentur, ſed adhuc in earum accidentibus, vt eas vtique veritates ingenioſè, eleganter, & ſubtiliſsimè tractarent. Et quòd ſic rectè & eloquenter loquuti fuerint, non humano ipſorum ingenio ſed eorum ſanctitati annexum fuit. Quod ita expreſsè aſſerit ſapiẽtiſsimus Salomon. 7. Sapientiæ capite, vbi de hac ſanctorum ſapientia loquens ait: Eſt enim in illa ſpiritus intelligentiæ ſanctus, vnicus, ſubtilis, & acutus. Hic (inquit) ſanctorum ſapientię ſpiritus, quẽ illis Deus indidit, tam vnicus eſt, vt ad ſubtilia quęq; & acuta pertractãda ſuf-

B

Expoſitio, Sapient. 7. Sãctorũ ſapiẽtia.

C

A ſufficiat. Hinc igitur eſt, quòd ſancti in omnibus rebus, tam humanis quàm diuinis, quicquid acutum & curioſum fuit, pleniſſimè in lucem produxerunt. Et hæc peculiaris quædam fuit Spiritus ſancti prouidentia, vt non ſolùm in ſcriptura ſua lectores afficerent, atque maximum animæ ſolatium ipſis præſtarēt, ſed eorum etiam aures delectarent, necnon & ſubtilitatibus ſuis, curioſiſque doctrinis hominum intellectum, tanquā pretioſis margaritis ornatum & ditiſsimum redderēt. Et hoc vnum maximè in ſanctorum lectione ponderandum eſt, quātum videlicet Deus in hoc eorum acuerit ingenium, nimirùm in hunc præciſè finē, vt rerum omnium viuum ſpiritum hominibus valerent depingere. Et hæc differentia eſt, quæ inter eorum, aliorumq; hominū intellectum verſatur. Aliorum ſiquidem ingenium, deſtitutum quodammodo, & naturæ ſuæ relictum manſit, vt in rebus intelligendis, quò potuiſſent, peruenirent vtique homines, & non quò voluiſſent: vnde pauca & potuerunt, & ſcripſerunt: nam ad hoc, talentum maius ſortiti nō ſunt. Cæterum ſanctorum ingenium, eò vſq; à Deo ipſo ſublimatum eſt, vt id cōſequi valuerint, quod à natura ſua minimè poterant: quia peculiari Dei auxilio conſequuti ſunt, quod extra ſuū omnino ingenij talentum alioqui

Sanctorum ingenium.

B

Differētia.

C

Sāctorū ingeniū.

conſtitutum erat. Ita vt verè dicere poſsimus, quòd Deus ad ſanctæ ſcripturæ ſuæ intelligentiā, eos extra ſe fecerit: eorum ſiquidem ſcripturam, potiùs iam diuinam, quàm humanam dixeris. Quemadmodum ex illo Matthęi. 10. capite colligitur, vbi Christus eos qui ei' diuinæ ſcholæ futuri erant diſcipuli, ne in ſapientia ſibi præſtita euaneſcerent, ſed profundiſsima quadam humilitate induti, ſapientiā hāc veluti diuinam venerarentur, ad monuit, dicens: Cum ſteteritis ante reges & præſides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Ac ſi clariùs dixiſſet, hac conſideratione vos præmunitos eſſe volo, videlicet quòd etſi veſtra ſint labia, quæ mea exteriùs protulerint verba, vos tamen non eſtis qui ea profertis, quia nō à veſtro promanant ingenio, ſed à patris veſtri ſpiritu, qui ea vobis interiùs adminiſtrare dignatus eſt.

A

Expoſitio, Matthęi 10.

B

¶ Et huic concordat locus ille Matthæi, capite. 16. Vbi cum Petrus apoſtolus iam Chriſtum Dei viui filium cōfeſſus fuiſſet, quæ quidem cognitio eminentior ſapientia erat, quàm in orbe toto reperiri poterat: ne in ea tā admirabili cognitione Petrus euaneſceret, exiſtimans eam poſſe à ſuo prodire ingenij talento, ſtatim Chriſtus ipſe ſubiunxit: Beatus

Expoſitio, Matthęi. 16.

C

A Beatus es Simō Bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus cæleſtis qui in cælis eſt. Vbi apertè ſapiētiam Petri, non ipſius ſed diuinam penitus eſſe oſtendit.

Pauli ſtudiū.

¶Hoc idem eſt, quod Apoſtolus in maiori ferme epiſtolarum ſuarum parte, præcipuè intendit, videlicet ſanctis hominibus Deique amicis demōſtrare, quòd eorum ſapientia, ſua vtique non fuerit, ſed diuinitus præſtita. Qua de cauſa excellentes hi viri in lectionis ſuæ ſtudio, ad orationem maximè accurrerunt, videntes hoc litterarum negotiū, in Dei voluntate potius, quàm in humana eorum induſtria conſtitutum eſſe.

Sanctorū ſapiētia, in oratione maximè poſita.

B ¶Hac igitur via, tam eminenter ſupra alios obtinuerunt ſancti, in ſtudij ſui exercitio, veritatum ſubtilia & curioſa omnia, quæ in aliorum ſcriptorum libris minimè reperiuntur, etiam ſi ſæculi huius ſapientiorum hominum extiterint: ſicut Tullius fuit, atque Demoſthenes, & Seneca, Ariſtotelesque & Plato, & alij ſimiles eminentiſsimi viri. Nam etſi iſti in naturali rerum lectione extiterint eminētes, ſancti tamen doctores incomparabiliter in omnibus illos ſuperarunt. C Nam ea luminis excellētia quam ipſis Deus prēſtitit, omnia tam diuina, quàm humana complexi ſunt: quandoquidem nihil in ſcriptura ſua intactum reliquerunt. Præter enim ſacræ ſcripturæ, diuinarumq; & ſpiritualium rerum lectionem, in humanis adhuc ſcientijs, & omnium naturalium rerum cognitione, aliqui, vel maior ferè eorū pars, inter omnes mūdi ſapientes prę ſtantiſsimi extiterunt viri: ſicut eorum legentibus opera, perſpicuū erit. Et quòd hoc ita ſit, primum omnium apparet in diuo Hieronymo, qui humanis pariter & diuinis litteris conſumatiſsimus extitit.

Cicero. Demoſthenes. Seneca. Ariſto. Plato.

Hiero.

August.

¶De diuo autem Auguſtino quid nō dicemus? Nihil enim ſiue naturale, ſiue diuinum, de quo non tractauerit adinuentum eſt, de Deo, de angelis, de cęlo, de terra, & elementis, de plantis & hominibus, atq; dęmonibus. B Sicut ex primo operum eius tomo cōſtat, vbi vſq; ad Grammaticam, Rhetoricam, Logicam, & Muſicam deſcēdit. Et tandē loquuturus iam de anima, ea quæ animæ communia erant tractare minimè contentus eſt, ſed adhuc ipſam animæ quantitatē, & immortalitatem, liberumque arbitriū, cum cæteris ipſius animæ potētijs diſſerere voluit: neq; in communi quidem, ſed minutatim in hac materia puncta omnia delicatiora, quę hic moueri poſsēt, C ingenioſiſsimè diſſeruit: ad quæ nec Ariſtoteles nec Plato peruenire quandoq; potuerunt. Qui prętereà in ſecundo tomo, quàm plurimas alias curioſiſsimas

A quæſtiones de varijs rerum naturis mouet: vbi epiſtolam quandam quinquageſimam ſextam edidit, cui titulus eſt, de curioſis quæſtionibus: item aliam ſeptuageſimam ſecundam, quę de phantaſijs intellectus denominatur: ac denique in centeſima trigeſima prima epiſtola, de omnibus liberalibus diſciplinis tractat. In quo præterea libro, omnes fere materiæ, quę in vniuerſum ab hominibus tractari poſſent, euoluit. Et ſic conſequenter in tertio tomo, & in cæteris eiuſdem libris contra hæreticos elegantiſsimè agit, de fide & ſacramentis, de Dei potentia, B & maximè de ſanctiſsimo Trinitatis articulo. Et vt denique nihil omnino relinqueret, de quo non aliquid dixiſſet, & vt ex eius doctrina omne gentium genus vtilitatis aliquid reportare poſſet, tractat in nono libro, de hominis chriſtiani deuotione, cum varijs ſuauiſsimiſque contemplationibus, religioſorum ſtatui, alijſque deuotis perſonis accommodatiſsimis.

Grego. ¶ Quòd ſi etiam diui Gregorij ſcripturam attentè inſpexerimus, inueniemus quidem eum non minùs abundantem in re- C rum naturalium lectione, & earum delicatioribus punctis, ſubtilitatibuſq́; , quàm diuum Au- Simile. guſtinum. Videtur namq; inſignis hic vir, quaſi vermis quidam fuiſſe, in ipſum rerum humanarum cor immerſus, qui omnes earum conditiones & proprietates, vſque ad minutiſsima quæque, in lucem eduxit. Quem A admodum apertè conſtat in lectione libri Moralium, & maximè in Paſtoralis libri doctrina, in quo totius humanæ naturæ anatomiam quandam feciſſe videtur, omnem conditionum varietatem, naturaleſque complexiones, quas in vita humana quis vnquam habere poteſt, diſtinguens: quibus illico adiungit earum omnium remedium & medelam. Et in hac eadem dicendi phraſi, omnis fere eiuſdem ſcriptura conſtituta eſt: quippe qui B omnium quę ſub ſole eſſe videntur naturas, & rerum delicatiſſima quæq;, cum in eius deuenerint manus, ſcalpit.

¶ Et ne lectoribus prolixus videar, immorari minimè volo in aliorum ſanctorum enarranda diuina ſubtiliſsimaque doctrina, veluti fuerunt Ambroſius, & Hilarius, Baſilius, & Cyprianus, cum reliqua antiquorum auctorum caterua. Omnes namq; iſti, grande admodùm ingenium, curioſumque ſcribendi ſtylum ſortiti ſunt. Sufficiat tamen ad eorum lectionem diligentes lectores remittere: in hoc ſiquidem adſtringo fidem meam, quòd non ſolum hæc, quæ dixi, ſed adhuc quàm plurima alia ibi reperient, quæ hic

Ambroſius. Hilar⁹. Baſili⁹. Cyprianus. C

A hic lingua explicare minimè ſufficio.

Auguſt. ¶Vnde diui Auguſtini veriſſima apparet ſententia, in libris de Doctrina christiana, vbi ait, quòd differentia, quæ inter ſacrorum doctorum libros, & aliorũ verſatur libellos, ea eſt, quę inter Simile. diuitias, quas Salomon rex in Ieruſalem poſſedit, & eas quas filij Iſraël ſecum eduxerunt, quando ab Aegyptiorum finibus exierunt. Salomonis quippe diuitiæ pretioſæ nimis & valoris maximi extiterunt, abundantiſsimęque, quantum aliæ quæ in orbe toto repertæ ſunt. Cæterùm Iudæorum diuitiæ, quas ab Aegyptijs rapuerunt, parui fuerunt B momenti, & pretij: fuerunt ſiquidem coraliorum lineæ, veteriſque argenti vaſa, & aliqua forte inueterata veſtimenta, atque fœminarum trita monilia. Ad eum modum veritatum diuitiæ, quas antiqui & ſancti doctores poſſederunt, omnes quidem gemmæ atque pretioſiſsimæ margaritæ fuerunt, in Ieruſalem ab eis poſſeſſæ: ideſt quæ ab ipſa Dei magnificentia, ex ſcripturæ ſacrę theſauro illis impartitæ & reuelatę fuerunt. At verò aliorum ſcriptorum doctrinæ, quantumuis extiterint C eminentes, ſi cum ſanctorũ ſcriptis cõferantur, nihil aliud, quã monilia quodammodo, veteriſq; argenti vt plurimum fragmenta ſunt, quæ nimirùm ex Aegypto adduxerunt, quia tantum ex paupertate ingenij ipſorum promanarunt. A

¶Prætereà, differentia, quę inter mare, cæteroſque aquæ riuulos & paludes inuenitur (nã Simile. mare locus eſt, vbi magni piſces, gemmæ & margaritæ, alijque pretioſi procreantur lapides: cæterùm in riuulis atque paludibus, non niſi piſciculi, alijque putridiſsimi generantur vermiculi) hæc eadem eſt inter ſanctorum, cæterorumque auctorum doctrinas differentia. In hoc namque doctores ſancti cæteros antecellũt, quòd ſanctorum ſcriptura mare quoddam eſt, in quo curioſitatum omnium & ſubtilitatum B margaritæ concreantur. At verò aliorum lectio, riuulus quidam eſt, vbi vix aliqui reperiuntur piſciculi. Nam poſtquàm eorum lectioni concionator nimiùm inſudauerit, inter tot multiplicata verba, atque tot foliorum abundantem ſcripturam, vnum aut alterum punctum, quod prædicatione dignum ſit, adinuenire mirũ erit. Quòd ſi aliquid annotatu dignum tandem apparuerit, à ſanctorum lectione promanaſſe denique inuenietur. Nam qui in C eorum lectione aſsiduus fuerit, extra eam pauca profectò reperiet aut nulla, quæ ibi contenta prius non ſint. Sicut enim riuuli, cæterique terræ Simile.

A fontes ab ipſo dimanant mari: ſic ſacrorum doctorum lectio, mare quoddam eſt & fons,à quo aliorum ſcriptorum (veluti riuuli) veritates diffluunt. Hic namq; rerum omnium & veritatum efficaciſsimæ inueniuntur rationes. Hic argumenta in ſuo exiſtunt vigore. Hic rerum ſimilia, in ſua reperiuntur proprietate, atque legitimè rebus ipſis applicata. Hic figuræ, ſine adulterio aliquo, propriè ſunt adductæ. Hic difficultates, ſummo ingenio abſolutæ inueniuntur. Hic ſunt etiam obſcura quęque, ingenioſè admodùm elucidata. Hic hæreſes, chriſtianè B & catholicè admodùm & diſertè, confutatæ exiſtunt. Hic hominum mores, ad veritatem, rectamq; viuendi formam ſunt redacti. Et hic tandem fides eò ſinceritatis gradu depicta eſt, quo eam chriſtiani omnes recipere ac venerari debemus.

¶CAPVT. XXXIIII. IN quo ſexta diſſeritur ratio, quare ſanctorum lectio à concionatore, maximo ſit habenda in pretio.

6.ratio.

SEXTA ratio eſt, C cur videlicet ſanctorum lectio in pretio ab omnibus habenda ſit. Nam poſtquàm doctores ſancti res omnes naturales rectè intellexerunt, eas vtique cum diuinis atque ſpiritualibus adaptare ſiue texere optimè cognouerunt. A Quia cum omnium tam diuinarum, quàm humanarum rerum naturas tam intimè penetrauerint, hinc in eis ortum habuit, vt etiam correſpondentiam, quam ad ſe inuicem habebant calluerint: necnon vt eo gradu & proprietate, quam ſuapte natura exigebant, vtraſque texere didicerint. Quæ ſingulariſsima profectò eſt inter omnes alias induſtria, atque eruditio, quam diuini verbi concionator in concionibus ſuis exercere poteſt. Et in hoc maximè ab immenſo labore eximitur prædicator. B Nam in alijs auctorum libris, forſan non niſi veritates ſeorſum elaboratas tantùm reperiet, quia ſicut lanæ fila ſeorſum acceptas veritates cōſpiciet: in ſanctorum autem lectione, iam ipſas contextas, & appoſitiſsimè diuinis rebus inſertas reperiet.

Singularis ſanctorũ induſtra.

Simile.

¶Habet præterea ſanctorum virorum hæc lectio, ſingularem aliam proprietatem, quæ profectò valde concionatoris auctoritati conducit. Nam poſtquàm in concionibus ſuis doctrinam ſuam ſanctorum auctoritate veſtitam populo reddiderit, ſecura C admodùm & ſana, atque catholica manet. Quod nimirũ in prædicationis officio, neceſſarium valde negotium eſt, & quod maximè etiam chriſtiano populo condu-

Sãctorũ doctrinę ſecuritas.

A conducit: ſcilicet ſecuritatem, auctoritatemque, in ea (quam prædicat) doctrina ſeruare: tum ad ipſorum auditorum profectum, tum etiam ad ipſius prædicatoris acquirendam in populo auctoritatem & acceptionem. Nam ſi ſemel concionator ſapientis & catholici nomẽ apud populum obtinet, perſonam eius pariter venerabuntur: & inde doctrinam quam prædicat, grandi etiam veneratione recipient, omnique affectione eam amplexabuntur, vt poſtmodùm quod audierunt, opere ipſo faciliùs & libentiùs compleant. Quod tamen non habet doctrina illa, quæ ex peregrinis libellis elicitur: nam poſtquam in ea B populus à concionatore fuerit edoctus, non tam ſecura in audientium animis manet aut grauis, ac proinde nec tantam acquirit concionator apud populum opinionem. Et hac de cauſa, etſi nulla alia exiſteret, eos qui in concionandi arte cupiunt artifices fieri, admonerem ego, vt vulgarem hanc libellorum lectionem, qui quotidie nouiter pullulant à ſe abijciãt, aut quòd certè rariſsimè talem proſequãtur lectionem: vel ſi legerint, tũc temporis ſit, quando iam à ſan- C ctorum, antiquorumque auctorum lectione vacauerint. Ad eum modum quo aliquis, cùm iam ſubſtantiali cibo ſatiatus fuerit, pyrum aliquod, ſiue pomum deguſtare appetit: ſic libellorum iſtorum lectio, arboris pomum quoddam eſt, ſiue fructus, qui non niſi poſt ſacrorum librorum prandium eſt deguſtandus.

Reuerẽtia concionatoris, maxime põderat.

Notandum.

Simile.

¶ Verum eſt tamen, in promptu ad ea omnia reſponſum eſſe, quæ modò de ſanctorum lectione aſſeruimus. Nam grauium doctorum libri & antiquorum, prolixi admodùm ſunt & rari, ſiquidem magno ſemper extant pretio: & cum non omnibus cõcionatoribus ad emendum pecuniæ ſuppetant, inde eſt quòd à paucioribus doctores ſacri & antiqui haberi poſſunt. Sed eos legunt libros, qui breuiores & minori poſſunt haberi pretio, iſti B quippe ab omnibus faciliùs reperiri valent: quo fit, vt compellantur & ſtudere & prædicare, non vtique quod volũt, ſed quod poſſunt.

Argumentũ.

¶ Ad hoc tamen reſpondeo primùm, quòd concionatores qui parui pretij libros legunt, parui etiam pretij prædicatores euadunt: & quia vulgarem & leuem libellorum lectionem exercent, leues & vulgares concionatores fiunt. Qui profectò vt rectiùs dixerim, non litterati, ſed litteratores potiùs dici habent, quia non litteras, ſed litterulas didicerunt. C

Solutio.

Parui pretij p̃dicatores.

¶ Secundò reſpondetur, quòd eſtò verum ſit, inopiam in cauſa eſſe, ne concionatores multi in

2. ſolutio.

A ſanctorum lectione enutriri poſſint: hoc inquam verum eſt, vt ſacros omnes doctores emere minimè valeant, ſed non vt ſaltem illorum aliquem talis hic cõcionator (quantumuis pauper) conſequi non poſsit. Nam etſi vnum dumtaxat alicuius doctoris ſancti poſsideret librum, ſicuti eſt diuus Gregorius, cuius ſolum modò vnus extat tomus: hic ſolus liber, ſi attentione legatur, & aſsiduo ſtudio eius doctrina ſit edoctus concionator, ſufficeret profectò, vt conſummatus in concionandi arte euaderet prædicator. Et idem aſſero de diuo Bernardo, Auguſtino, & ſimilibus, dum alicui illorum ſolicitè velit concionator adhærere lectioni.

Grego.

Bernar. Auguſt.

B ¶Et hinc ſingulare quoddã, iudicio meo ad concionatorum omnium vtilitatem, ſequitur documentum, & quidem maxima ponderatione dignum ad hoc, vt concionator quilibet perfectus in prędicationis officio exiſtere poſsit. Scilicet quòd etſi multos apud ſe habeat libros cõcionator, præcipuè tamen inter omnes vnum eligere debet, in cuius lectionem, ac ſi nullum alium haberet librum, totus verti & transformari conetur: à C quò non ſolum doctrinam, ſed etiam dicendi ſtylum, & ipſius auctoris ſpiritum & phraſim, atque doctrinæ electionem, claritatemque & veritatum diſtinctionem furetur. Nam ſi nulli ſeorſum auctori prçcipuè adhęret, ſed per omnes æqualiter in lectione ipſa ſe diffundit, atque per omnes, quos poſsidet libros, ſe ſpargit: imperfectus omnino in concionandi arte manebit, nulliusque ſaporem, ſiue ſpiritum retinebit. Quod proculdubio euangelico præceptori non mediocre damnum in prædicationis officio parat. Nam ſicut in mechanicis contingit artibus, vbi videmus, quòd vt aliquis in arte ſua conſummatus exiſtat, vnam dumtaxat profitetur facultatem (quapropter qui integrè, muſicæ artis officio ſe totũ dat, perfectus efficitur muſicus: quòd ſi dumtaxat picturam ſequitur, ſingularis euadit pictor: & qui pręterea architecturam continuat, in arte illa excellit: qui autem ècontrario omnes profitetur artes, & nulli inſtãter adhęret, nullam vtiq; ſcit, neq; in eo quod agit, alicuius ſaporem retinet) ſic etiam in prædicatore contingit, quando alicui principali auctori ſignanter adhæret, ſiquidem perfectus in eo redditur. Quòd ſi omnibus æqualiter ſtudet, nullius phraſim retinet: nam volens tot ſcriptorum ſpiritus, ſtylumque imitari, neceſſum illi eſt, ſine vllo omnino manere: omnes namq; ſimul in eodem exiſtere minimè poſſunt, quinimmò ſe inuicem corrumpent. Nulla eſt igitur in con-

Vni auctori adhærendũ eſt.

A Simile. B C

A concionatoribus excuſatio, dicere, eos pecunijs carere, vnde plures poſsint emere libros: quia verum concionatoris ſtudium, non in multis, ſed in vno (qui præcipuus ſit) libro conſiſtit: neque aliquis tam inops reperitur concionator, cui ſaltem ad emendum vnum pecuniȩ nō ſuppetant. Antiqui cōcionatores. Et in confirmationē huius eſt, quòd antiqui, qui excellētes euaſerūt legis prædicatores, eminenteſq́; euangelij promulgatores, minimè pluribus ſe dederunt auctoribus, quandoquidē tunc tēporis maxima erat librorum penuria. Quod mihi certiſſimum habeo, in cauſa fuiſſe, vt B ij tam eminētes euaſerint. S. Tho. Sicut de diuo Thoma aſſerere poterimus: nam præter Spiritus ſancti peculiare auxilium & aſsiſtentiā quam habuit, maximum tamē ſapientiæ eius initium fuit, beati Auguſtini fuiſſe diſcipulum. Siquidem in operum eius lectione nutritus fuit, ſicut communiter ex eius cōſtat doctrina: quia certè bona articulorum eius pars eſt, vt aliquem Auguſtini locum exponat. Sic etiam quàm plurimi alij, excellentes effecti ſunt concionatores, ob hoc ſolùm, quia vnius auctoris doctrinā im- C biberunt.

3 ſolutio. ¶ Et hoc tandem certiſsimum eſt, quòd pecuniæ quæ ad emendum multos recentiorum auctorum libellos ſufficiunt, ſufficerent quidem, vt vnum aut duos A ſacrorum doctorum libros emere poſſent. Vidi enim multoties aliquorum concionatorum bibliothecas, huiuſcemodi abundare libellis: cæterùm ex grauibus doctoribus neque vnū habere. 3. ſolutio. Quòd ſi in tantam iam prædicator deueniſſet inopiam, vt neque ad vnum dumtaxat doctorum grauium ſuffeciſſent pecuniæ, ſed mutuatis aliorum libris eum ſtudere oporteret: tunc temporis, eos qui graues ſunt, mutuatos inquirat, iſti enim ſūt qui faciliùs haberi poſſunt. Ac denique concionatorem talem inſtāter admoneo, ne parui pretij librorum amicus exiſtat: Parui pretij cōcionator. nam, ſicuti ſuprà diximus, exiſtet etiam & parui pretij concionator ipſe. B

## ¶ CAPVT. XXXV. DE lectione ſermonariorum.

SEPTIMVM præceptum eſt, de lectione ſermonariorum. Eadem ratione qua hucuſq; ſuaſimus, concionatores huiuſcemodi libellorum lectionē qui paruȩ ſunt auctoritatis fugere debere, eadem omnino ſermonarios qui ſic vulgariter appellantur, iudicio meo C à ſe quodāmodo repellere oportet, ſiquidem non ſatis intelligo, an concionatoris officium plurimum adiuuent, quemadmodum Barrilete, SanctiusPorta, Dormi

A ſecurè, Vade mecũ, Petrus ad boues, & alij ſimiles ſunt, qui huiuſmodi inſcribũtur nominibus quandoquidem ſoli operum ipſorum tituli ſufficere deberent, vt ſubſtantiam quam in ſe continent, concionatores intelligerent: ac perconſequens, vt eis nõ vſquequaq; inſudarent.

1. ratio. ¶ Et quidem prima ratio eſt. Nam eſtò ſit verum ꝙ aliquid in ſe boni contineant, aut certè cõtinere poſsint: hoc tamen inter tot inutilia, atq; barbarè, dicta, inuolutum reperitur, vt quando concionator in eis vtile aliquid adinuenerit, barbara quæ in eis ſunt, iam eum corruptum teneant. B Quòd ſi omnia ibi ſcripta adhuc optima eſſent & vtilia, tã inculto ſunt ordine, & ſtylo diſpoſita, vt ea legere, potiùs eſſet optimum legentis ingenium peruertere, quã eum vtique docere. Sermonariorum namq; doctrina, non niſi nouis quibuſdam inuentionibus & barbarie quadã, ac peregrinis phantaſijs prope ſemper veſtita eſt: quæ profectò ſi non extra veritatem, ad minus extra euangelij grauitatem omnino ſunt. Quandoq; enim choros (ſaltantium more) in ipſa Ieſu Chriſti reſurrectione fingũt: (Simile.) C & ſeptem Spiritus ſancti dona, ſub nomine hydriarum prædicant: (Simile.) atque domini Epiphaniam, ad formam ſaltatorum, chriſtiano populo proponunt: (Simile.) ſacratiſsimamque domini noſtri Ieſu Chriſti paſsionem, ſub A mille inuentionum imaginibus concionantur. Et quàm plurima præterea his quæ diximus adiunguntur mendacia, necnon in dicendi ſtylo impproprietates, & indecentiæ permixtæ multæ: quæ profectò nullum aliud in concione fundamentum habent, quàm ipſam concionatoris meram imaginationem, & vanum ac nouum eius dicendi appetitum. Vbi etſi nullum aliud ex tali doctrina chriſtiano populo pararetur nocumentũ, hoc ſaltem infallibiliter ſequitur, ꝙ vix hoc fieri poteſt, quin vulgariter & ruſticè admodum inſtructi maneant auditores: ac percõſequens eò commodo defraudati B quod euangelij grauitas, ſanctorumq; expoſcit lectio. Quo, quid rogo peius eſſe poteſt? (Vulgaritas in cõcione fugienda.)

¶ Quòd ſi adhuc nullũ aliud inde ſequi incommodum daremus, hoc tamen infallibile erit, quòd cum diuini verbi auditores, tam ruſticè & barbarè (ſicuti diximus) maneãt inſtructi: dũ concionator alius, ſacrã illam cathedram aſcenderit, qui aliòqui bonis litteris ſit edoctus, & in prædicandi arte cõſumatus (qui euangelicam doctrinam ea proprietate, grauitate, & veritate, C quam Chriſti euangelium exigit, populo proponat) hunc inquam audire neſciunt. Tam barbarè enim iam educati ſunt, vt nullum alium palato ſuo accom- (vnde optimus cõtemnitur concionator.)

moda-

A modatiorem ſermonem cenſeat, præter illum, qui ſomnijs illis & phantaſijs plenus extiterit: neque aliam ſciunt audire doctrinam, pręter illam dumtaxat, quę ſimilibus imbuta fuerit inuentionibus. Nam cum populi vulgaritas & barbaries tanta ſit, & pauci admodum, qui ſolidum cõſequantur ingenium, vt doctrinæ veritatem diſtinguere ſciãt: hinc prouenit, vt potius his fabulis & inuentionibus afficiantur audientes, quã veris grauiſsimiſque ſermonibus. Et hoc eſt quod expreſſè dãnat Apoſtolus 2. ad Timotheum cap. 4. cũ ait: Erit enim tempus, cum ſanã doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus: & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertẽtur.

Ratio.

B

Expoſi. 2. Ti. 4.

¶ Et annotãdum hic eſt, quòd hic pręcicãdi modus, plaga quędam diſciplinę fuit, qua priſcis tẽporibus antiqui quidam prædicatores vſi ſunt. Quos tamen propter eorum dignitatem & honorem, quia viri alioqui religioſi & grauiſsimi extiterunt, minimè nominare decreui. Qui potius in concionibus ſuis intendiſſe videntur, in riſum chriſtianum populum vertere, quàm hominum vitia deturpare, aut optimos viuendi mores docere. Nihil enim in cõcionibus ſuis diſſerere ſciuerunt, niſi ſub hac inuentionum barbarie: vnde vſque in hodiernum diem, diuini verbi auditores corruptos reliquerunt: & cum ijs etiam, quã plurimos alios deprauatos prædicatores, qui vix ab his phantaſijs & tragædiarum more, quas in ſuis albeolis ſcriptas reportarunt, ſeſe eximere potuerunt.

vnde ortum eſt hoc malum.

C

De quibus non immerito dici poteſt, quòd ſcripturam ſanctam adulterio infectam dimiſerunt. Quod de ſimilibus ita aſſerit diuus Paulus, ſecunda ad Corinthios epiſtola capite quarto, vbi loquens de fidelitate & grauitate, quam ipſe in euangelica prædicatione ſeruauerat, ſic ait. Non ſumus adulterantes verbum Dei, ſicut & cæteri. Hoc (inquit excellentiſsimus hic pręcicator Paulus) tanquã veritatis pignus, quam vobis prædico, propono, quòd nunquam Dei verba adulterauerim ſed caſtè, & legitimè eiuſdem ſcripturæ ſacræ ſenſum vos ſemper docuerim, cum ea quidem proprietate, quæ tam altam veramque & grauiſsimam decet doctrinam. Vbi Paulus Apoſtolus, non ſolum adulterium vocat, falſam hominibus concionari doctrinam, ſicut hæretici facere conſueuerunt, qui alienos omnino ſenſus euangelio ſancto Chriſti imponunt: ſed etiam eandem ſcripturam ſacram, extra ſtylum & grauitatem, linguamq; in qua inſtituta

A

Expoſitio. 2. corint. 4.

B

C

Adulterũ doctrinæ.

A est, adducere, atque extra ſanctorum modum & ſtylum, quo eam tam grauiter & decenter tractarunt: hæc inquam omnia, ſcripturæ ſacræ adulteria ſunt. Nam quemadmodum coniugata fœmina, non ſolum tunc temporis dnominatur adultera, quãdo ſe ipſam cum alio deturpat, rem cum illo habens, qui eius non extiterit vir: ſed etiam adultera quodammodo dicitur, quando in ſe ipſa grauitatem, & vxoratæ fœminæ decentiam, ſiue B compoſitionem & modeſtiam amiſerit, ſicuti eſſet verborum leuitas, oculorum diſſolutio, veſtimentorum indecentia, faceta & inhoneſta verba nimius riſus leuis corporis motus, ac nimia cum omnibus familiaritas: hoc enim aliquo modo adulterium appellatur, & pignora ſunt ipſius interioris immunditiæ, & vtrumque contra viri ſui fidelitatem militat, quam eidem viro in omnibus ſeruare tenetur, ſimili modo etiam dupliciter cõcionator euangelicam doctri- C nam adulterare poteſt.

Simile

Primo modo, cum illi falſum imponit, eam nimirum extra proprium ſenſum adducens. Secundo modo cum grauiſsimum eius dicendi ſtylum, verborumque decorẽ immutat, in quo prophetæ & Euangeliſtæ, cæterique doctores ſacri illam tractarunt: fuit nempe ſtylus ille grauiſsimus ſemper, ad lachrymas & pœnitẽtiam potius prouocans, quã ad riſum. A

Grauiſsimus ſcripturę ſtylus.

Hinc igitur eſt, quòd qui in concionibus ſuis inuentiones has comœdiarum more, leues ac riſibiles adinueniunt, ſcripturam ſacram meretricis habitu indutam oſtendunt, & velut adulteram populo præſentant, eam vtique à verborum grauitate & decentia maxima, quam in ſe habet, extrahentes.

Hinc apparet clarè diabolicus abuſus, turpiſsimumque eo- B rum adulterium, qui vulgariter dictos Paſquines componunt, faceta hominum dicta & ridicula quæ in humana vertuntur cõuerſatione ſupra diuinam ſcripturam fundantes: humanos caſus, defectuſque naturales, & hominum deprauatos mores, ſacrę ſcripturę auctoritate firmantes. Quæ omnia fortaſsis, tanquam à primo fonte ab his dimanarunt vulgariter dictis ſermonarijs.

Abuſus

Paſquines.

¶ Secunda & principalis ratio eſt, quare videlicet concionator quiſq; rarò aut nunquam C ſermonariorum lectione vti debeat, eſt, quia ex eis aliud non minus quàm præcedens oritur inconueniens. Quia proculdubio (ni ego fallor) in cauſa extiterũt, vt multa hominũ ingenia optima, fuerint corrupta: qui ſi in ſtudij ſui initio, eorũ lectioni & ſtylo minimè occurriſſẽt, ſed in graui doctorũ lectione ſtatim eſſent

2. Ratio.

A eſſent educati, excellentes in cõcionandi officio artifices euaſiſſent. Hoc namq; propriũ eſt optimo ſtudentis ingenio & talẽto, ꝙ ſtatim in ſui principio in bonis & grauiſsimis auctorib' enutriri expediat. Nam quemadmodum planta, cum in ſui ortus initio tenera eſt, in ea formula qua ab hortulano dirigitur, ſic recta vel curua poſtmodùm manet: & quemadmodum etiam puer, ſi vt primùm natus eſt, delicatum ſuxerit lac, à natura bene inſtitutus, nobiliſque conditionis euadit, quòd ſi infirmo nutritur lacte, infirmus pariter exit, & ſi deniq; beſtiæ lacte cibatur, brutalis quodammodo etiam conſti B tuitur: ſic omnino hominis ingenium eſt, & intellectus. Si nãque in ſuis principijs, grauiſsimorum auctorum doctrinæ lacte nutriatur, grauis & bene inſtitutus manet: quòd ſi libellulis & leuium auctorum cibetur doctrina, in eadem forma leuis & malè eruditus per totam remanet vitam: quippequi difficilè poſtmodum peſsimum lac derelinquit, quod ſemel à ſua natiuitate ſuxit.

Simile.

Simile.

¶Et quidem huius potiſsima ratio eſt. Nam id quod homines C in ſuis primis aſſumpſerũt principijs, id proculdubio eſt, quod poſtmodùm ſemper ardentiùs amant. Sicuti primi amici numquam à corde euelluntur. Item locus in quo quis educatus fuit, minimè obliuioni traditur. Prę- A terea etiam paruulus qui ſemel à nutrice lac imbibit, & quem illa ſuis primò geſtauit brachijs, eam plus, quàm propriam proſequitur matrem. Pari forma prima diſciplina, quam in ſui initio in ſe ipſo intellectus imbibit, eam proculdubio tanquam primum amicum, & propriam patriam, & velut etiam nutricem, à qua educatus fuit, libentiùs, firmiusque in ſe recipit, eiusque memoriæ per totum vitæ ſuæ diſcurſum inhæret. Quo fit, vt ſi doctrina ſana & grauis extiterit, intellectus etiam ſanus grauiſque rema- B neat: quòd ſi mala, aut certè vulgaris fuerit, vulgariter etiam & peſsimè edoctum ipſius hominis ingenium exiſtat. Hac igitur de cauſa, egregium quemlibet concionatorem decet, ſtatim in ſtudij ſui initio, libellorum hanc doctrinam à ſe vtcumque repellere, atque huiuſcemodi ſermunculos, cæteraſque parui momenti ſcriptorum diſciplinas, vt plurimum fugere: & in ſacrorum doctorum doctrina, ſuum ſtatim enutrire intellectum. Siquidem diſciplina hæc, ſanum lac, ſolidum, & nobile, atque delicatiſsimum eſt, quo ſanus, C nobilis, ſolidusque, atque delicatus concionatorum intellectus formatur.

Simile.

Simile.

Simile.

¶Tertia ratio, quare concionatorem, ſermonariorum lectionem 3. ratio.

nem

A nem amplecti non ſatis expedit, eſt nempe: quia minimè concionatori conducit, ſi in prædicandi arte conſummatus euadere appetit, aliorum iam confectos ſermones addiſcere: quia hoc profectò eſſet, in concionandi officio imperfectū omnino & mancum remanere. Siquidem quod maximè euangelico prædicatori conducit, ad hoc vt tanquam poteſtatem habens & doctrinæ dominus, populo concionetur, & vt doctrinæ etiam lectione abundet, eſt quidem intellectum aſſuefacere, vt in fonte, & librorum originalibus ſtudium habeat. Nam poſtquam ipſarum rerum lectionem viuam tenuerit, atque in ſtudio ſuo veritatum cumulum acquiſitum habuerit, rerumq́ue materias in auctorum libris tranſegerit, illico hominis intellectui naturale eſt: ſermonem texere. Cui prę tereà facile eſt ſemper concionari, abſque eo quòd veritatum copia, & dicendi rerum materia imminuatur: quandoquidem lectio hæc theſaurus quidam eſt, à quo ſemper noua proferuntur, propter materiarum varietatem, quibus iam intellectus ipſe diteſcit. Etenim ipſa veritatum abundantia, dicendi formam, & ſtylum in componendis concionibus facilè administrat. Atque èdiuerſo difficultas, quæ concionatori obijcitur, vt ligatus & quaſi compeditus

Doctorum lectioni in ſtādum.

B

C

Abundātia doctrinæ, ſermonē adminiſtrat.

exiſtat, ne facilè concionari audeat, & vt ſtatim in doctrina ipſa deficiat, eſt nempe, quia aliorum ſcriptis ſermonibus eius ingeniū aſſueuit. Nam qui de alieno doctrinam mendicat, neceſſum eſt, ipſum in doctrinæ pauperiem ſæpe incidere: quia qui de ſuo nihil habet, ille ſolus pauper eſt & dicitur. Et hinc etiam prouenit, vt concionator alligatus quodammodo ſit & mancus, vt iam à ſe ipſo ſaltem ſermonē vnum conficere neſciat, niſi ab alio ſibi iam confectus fuerit pręſtitus ſermo: quia cum de ſuo nihil doctrinæ poſsideat, ab alio eam mēdicari oportet. Quoquid (rogo) euangelico concionatori miſerius, aut infelicius eſſe poteſt? B

¶Item quia ille, qui ex lectione propria in ſuggeſtu loquitur, quam ex auctorum libris & fonte deſumpſit, tāquam eorum quæ dicit dominus, loquitur, atque doctrinæ ſuæ & concioni, viuū quid & neruos ingerit, & non ob aliud, niſi quia ex proprijs loquitur: quia doctrinæ cibus, quem populo proponit, in intellectu eius & mente, velut in proprio ſtomacho, iam digeſtus exiſtit. Qui autem ex alienis concionatur, quaſi ſubiectus & timidus in concione ipſa ſemper procedit: necnon doctrina eius, quaſi puſillanimis præceptoris, auditoribus ipſis apparet: vnde viribus & efficatia, quæ ad conuincen- C

4. ratio.

Simile. A ſe ipſo loqui

Simile.

A cendum auditorum mentes, & intellectum exigebantur, neceſſario eius diſciplina caret. Et hæc profectò cauſa eſt, cur euangeliſta Matthæus, de Chriſti Redemptoris noſtri prædicatione loquens ait, quòd docebat tanquam poteſtatem habens. Cuius rationem alio in loco euangelium aſsignat dicens, quia ex proprijs loquitur, & in propria venit.

Expoſi. Matt. 7. Marci. 1

Hinc ergo colligitur manifeſtè, concionatores qui ſermones ab alijs compoſitos prædicant, potius picas & aliorum pſittacos dici, quàm eorum quæ dicunt veros auctores. Hinc præterea eorum colligitur manifeſtus error, qui cum libris omnino careant, omne eorum negotium eſt aliorum ſcriptas legere papyros, & librorum vice, tantum albeolis abundare. Sunt quippe huiuſmodi cōcionatores, ſicut pauperes quidam homines, qui indumentis alienis, aliorum celebrant feſta. Similiter iſti alienæ doctrinæ veſtimentis induti, coram populo ſuas oſtentant perſonas, & ex diuitijs alienis, alijs conuiuium parant. Quòd ſi poſtquàm à pulpiti loco deſcenderint, ignis forſitan papyros conſumpſerit, aut certè fluuius, vel puteus abſorbuerit, nullus iam ſupereſt prædicator, ſiue legis præceptor: ſiquidem cum igne, & ſermones & eorum auctor interierunt. Vnde prędicationem eius, non aliud quā cuiuſdam comediæ repreſentationem fuiſſe apparet. Sicut enim in comædia, aliquis cum pauper ſit, diuitis perſonam agit, & alius item cum ſit inops regis perſonam præſefert: ſic pariter, qui ex alienis concionatur papyris, velut in comædia concionatoris agit perſonam, cum tamen ipſe non ſit. Quo fit vt non plus temporis concionatoris nomen retineat, niſi quatenus concionandi repreſentatio ipſa durat, ſi quidem finito ſermone, finitus eſt & prędicator: quemadmodum in comædia, finita Regis repreſentatione, & rex ipſe pariter finitus eſt.

B · Scriptas legere papyros · Simile. · C · Simile. · A · Simile. · B · Simile.

¶ Ego tamen ſatis crediderim quòd qui hanc papyrorum farinam exercent, plus ex ſtudij remiſsione, & pigritia peccant, quia litteris inſudare minimè volunt, quàm quia ingenio ad ſtudendum careant. Agnoui ſiquidem ego quàm plurimos optimum ſortitos fuiſſe ingenium qui ſi in librorum fonte ſtudere decreuiſſent, egregij euaſiſſent cōcionatores: quia tamen papyris alligati ſunt, papyracei etiā remanſerunt concionatores. Quiuſque adeò à prędicatorum nomine & ſubſtātia manſerunt alieni, vt per totum vitę ſuę diſcurſum, nihil aliud in concionandi

C · Simile.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A nandi officio, quàm pſittaci fuerint. Simile Sicut enim in mechanicis accidere videmus, vbi nul- Simile. lus vnquam peritus architectus ſit, etiamſi lapides & ligna elaborata & polita ipſi præſtita fuerint, quin antea illius artis præ Simile. cepta tenuerit, aurifex etiam et ſi argentum & aurum limatum iam, & perfectum ipſi fuerit conceſſum, nullo modo conſummatus exiſtet artifex, niſi prius ipſius artis principia & regulas calluerit, ex quarum eruditione & intelligentia operandi actionem aſſequatur, & niſi poſtmo- B dum ex tali principiorum cognitione, operis executioni manus porrexerit: ex hac namque ſpeculatiua, in practicam ipſam deuenit, vnde poſtea eminens efficitur artifex. Simili modo vt aliquis conſummatus efficiatur concionator, nevtiquam ſufficit, elaboratam & contextam ſermonis doctrinam illi præſtitiſſe C (ſicuti iam ſermones confecti ſunt) niſi primitus, velut doctus homo, ſtylum, principia: & dicendi regulas intellexerit, qui in ſanctorum, grauiumque doctorum libris continentur: inde enim ad ſermonis practicam trãſire valebit.

argumẽtum. ¶ Quod ſi euangelici prædicatores in librorum ſtudio remiſsi & pigri ſunt, quia graue ipſis & moleſtum fit nimis litteris inſudare, qua de cauſa aliorum vtuntur ſcriptis ſermonibus: craſſa A admodum hæc eſt eorum ignorantia. Plus enim laborãt in eis ſcribẽdis, quã ſi de nouo eos certè pararent ſuo ſtudio & conficerẽt. Minimè tamẽ condẽno, ſi concionator quiſq; euangelicus in officij ſui principio, aliquos habeat alicuius eminentis concionatoris ſermones. Non tamen vt ſicut ſcripti ſunt, ſic eos populo prædicet, ſed vt in huius concionatoris ſcriptis, rerum electionem & dicendi ſtylum claritatẽ & diſtinctionem imitetur, ita vt ſermones hos velut exemplar & ſpeculum quoddam coram ſe habeat, vt ad illius imitationem, a- B lios eiuſdem formæ conficiat.

Incipiẽtes cõcionatores. ¶ Cæterum quia concionatores, qui concionandi officium incipiunt, nõ ſtatim eam eruditionem & dexteritatem (quę exigitur) cõſequuntur, vt ex ingenio ſuo ſermones cõficere ſciant, niſi ex alijs iam confectis adiuuentur ſermonibus: his inquã talibus conſilium darem ego, vt ad ſanctorum ſermones accurrant, C vbi tam de tempore, quam etiã de ſanctorum feſtiuitatibus, plurimos reperient grauiſsimos, catholicoſq; ſermones: atque ſuper euangelia, quæ per anni circulũ decantat Eccleſia, multas reperient ſimiliter homilias, ſicuti in diuo Bernardo videre eſt, Augu- Bernar. Auguſt. Chryſo. Ambroſius. ſtino, Chriſoſtomo, & Ambroſio atq; in diui Grego. quadraginta homiliis

A homilijs. In quibus omnibus, in prædicationis ſuæ propoſitum & finem, accommodatiſsimam inueniet doctrinam, tum pro totius chriſtiani populi commodo tum etiam in ſui ipſius eruditionem. Hinc namq; inſtructus manebit nouitius cōcionator. Quēadmodum deinceps res graues, ſubſtantiales, ſanas, & catholicas, populum docere habeat. Quod profectò paruo ſtudij labore aſſequetur, quia nihilo alio opus ipſi eſt, quàm ſermonē, ſiue homiliam talem, ſicut iacent, populo prædicare. Quod nimirùm prædicatoris auctoritati decorū valde, decentiſsimumque erit.

B Quia poſtquàm ea ſic concionatus fuerit, tam apud ſapientes viros, quàm etiam vulgares homines, viri ſapientis nomen obtinebit. Nullus quippe aſſerere poterit, niſi ꝙ ſapienter fuerit cōcionatus & catholicè: quia ſanctorum doctrina, ſuapte natura talis eſt, quæ ab omnibus indiſcriminatim, libenter, omniq; veneratione recipiatur. Quod autem huic ſanctorum doctrinæ cōcionator ex ingenio ſuo adijcere poterit, vt doctrina hæc nō aliena, ſed ſua vtique appareat, ſtylus dicendi eſt, eam videlicet ſuaui atque diſtincto dicendi ſtylo populo proponēs.

*Sanctorum doctrina.*

*Dicendi ſtylus.*

C Et ſuper omnia, ꝙ doctrinā talem memorię maximè cōmendet nouitius prędicator, vt ſic coram populo nihil hæſitans, ſed tanquam doctrinæ dominus, omni puſillanimitate ſecluſa & timore, dexteritate quadam doctrinam talem in cōcione proponat.

*Nouiti⁹ concionator.*

A ¶ Prætereà incipientes omnes prædicatores hortor, vt in reprehenſionibus, quas in ſanctorū reperient lectione, ſeſe temperēt, vt non ita acriter eas populo proponant, ſicut in eorum iacent libris. Et vt rarò in ſuæ prædicationis initio, reprehenſionibus vtantur: quia cum non tantam apud populum obtineant opinionem, neque adhuc, ob ſui iuuentutem, vitiorum digeſtionem ſatis fuerint conſequuti, eas minimè (cum ea quæ exigitur efficacia & auctoritate) dare valebunt.

*Incipiētes concionatores.*

*Reprehenſio quando concionanda.*

B Cum tamen, ſi correctio auctoritate maxima & imperio à concionatore non fiat, friuola admodum maneat, ipſoſque auditores ad riſum potiùs, quàm ad ſuorum peccatorum lamentum & pœnitentiam prouocet. Vnde in opinione populi manet tunc cōcionator, velut nouitius & ignarus habitus: quo nullum aliud maius nouitio concionatori nocumentum parari poteſt, ſcilicet quòd ſtatim in ſuæ prædicationis initio, delirandi opinionem de ſe in toto populo diffundat.

*Correctio auctoritatem exigit.*

C Quapropter recentiores cōcionatores decet valde, ſtatim in concionandi principio, ab huiuſcemodi ſeſe eximere reprehenſionibus: ſed planiſsimam quan-

*Recētiores a reprehenſione cauere.*

A quandam moralemque doctrinam eligere, eas ſolum veritates in ſuis tractantes concionibus, quæ hominum mores concernant, & quæ auditores ad virtutem, beatitudinisque patriam afficiant: potiùs ſemper intendentes, eos ad virtutis exercitium ſuauiter prouocare, quàm comminationibus terrere. Ad hoc namq; cum iam prouectiores, atque in prædicandi officio fuerint maturiores, illis opportunitas aderit.

¶ Hac eadem ratione, iunioribus concionatoribus ſuadeo, B vt ſi in huiuſmodi ſanctorũ concionibus, aliqua ſcholaſticæ Theologiæ dogmata, fideique ſubtilitates, & ſacramentorum repererint, à ſe quãtum in ſe fuerit repellant. Exigunt enim huiuſmodi materiæ, vt ſufficienter populo ediſſeri valeant, maiorem dexteritatem indicendo & vim, quàm nouitius prædicator tunc temporis obtinet. Quòd ſi contrarium facere attentauerit, proculdubio manifeſto ſe exponeret errandi periculo, vel ſaltem incidendi in aliquod indiſcretionis vitium, quia temere quod ignorat, concionari audet: ſicut quotidie in quàm plurimis C videmus accidere concionatoribus.

Iuniores, ſcholaſtica & ſpeculatiua fugere.

¶ Similiter etiam recentioribus ſuadeo cõcionatoribus, vt ſi in ſanctorũ doctrina aliquas adinuenerint ſteriles materias, ſicuti ſunt Philoſophiæ, Methaphiſicæ, & aliæ his ſimiles, eas pro viribus etiã effugiant. Quia doctrina hæc de ſe ſterilis & inſipida eſt, & quam naturaliter intellectus hominis propè ſemper refugit, ob ſui obſcuritatem & difficultatem. Item quia doctrina talis, non niſi clariſsimo idiomate doceri habet, maximamque in dicente dexteritatem requirit, vt eam diuinis rebus, atque euangelicæ lectioni applicare ſciat. Concionatori autem in ſuæ prædicationis initio maximè conducit, claram populo proponere doctrinam, & auditorum intellectui accommodatam B nimis. Nam cum in concionandi arte nouitius ſit, ſi eum non ſatis audientes percipiunt, conſequens eſt, vt continuò inter ſæculares, ignari & iuuenis notam illi impingant, & qui penitus prædicãdi officium ignoret. Quod tamen digeſto iam prędicatori, & apud populum auctoritatem & opinionem habenti, minimè accidit. Nam cum eum velut doctum, & in prędicandi arte magiſtrum omnes habeant, ſi quandoq; accidat eum auditores non intelligere, ſibi imputãt potius, quàm ipſi concionatori: immò quantò prędicator maiorem C obtinet auctoritatem, minuſque ab auditoribus intelligitur, aſſerunt eum ſapientiſsimum eſſe virum, quia nihil penitus quod ſit infra tegulas loquutus eſt.

Recentiores, ſteriles materias fugere.

¶ Et

A ¶Et hoc ſufficiet quidem, quã tum ad ea, quæ ad ſermonariorum libros attinet, vt quantum in illis fuerit, raro, & cautela maxima adhibita, eos concionatores legant. Quòd ſi aliquis eos inuiſere decreuerit, hac lege fiat, vt ſiquid boni in eis reppererit, quod dignum euangelica ſit lectione, illud tantummodò eligat: ea tamen lege, vt doctrinam ibi repertam alio dicendi ſtylo veſtiat, quàm ibi ſcripta eſt. Nam ſemel vidiſſe, non ſolum B ſermones hos, ſed quemcumq; alium librũ, vt inde lector quod repererit bonum eliciat, malumque à ſe excutiat, minimè condẽno: eſtò verum ſit quòd hæc boni electio, malique abiectio, non cuiuſcumque, ſed optimi eſt ingenij. Sicut ei qui inter ſpinas verſari habet, induſtria opus eſt, ne ab ipſis vulneretur: ſic etiam conducit maximè concionatori, qui inter vulgares, barbaros, & periculoſos verſatur libros, induſtriam, cautelamque non mediocrẽ adhibere, ne dum bonum in ſimilibus inquirit libellis, à malo peruertatur. Experientia namque compertum eſt, in eis qui inaduertenter ſimilem C aggrediuntur lectionem, quòd hac de cauſa ſæpe inficiuntur.

Omnes libros ſemel vidiſſe expedit.

Bonũ à malo ſecernere, optimi eſt ingenij. Simile.

## ¶CAPVT. XXXVI. DE librorum electione ad concionandum.

OCTAVVM præceptũ A eſt, de electione librorũ ad concionandum. Iam ergo iuxta ea quæ diximus, de electione librorum ad concionandum, agendum nobis eſt. Ex his enim quæ ſuprà diſſeruimus, facilè colligi poteſt, qui ſint potiores à concionatore eligendi libri, vt perfectius in concionandi arte ſuam poſsit concionem proſequi. Et vt materiã hanc diſtinctiùs percipiamus, tenaciuſque concionatorum adhæ B reat memoriẹ, ea qua potuerimus breuitate, quæ ad hanc materiam pertinent, perſtringemus.

¶Et quidem inter quatuor eccleſiẹ doctores, qui iudicio meo huic prẹdicandi officio aptior eſt, & in quo velut in vero fonte & abundantiſsimo theſauro, breuius euangelij concionator doctrinẹ abundantiam reperire poſsit, diuus exiſtit Gregorius. Qui profectò tam diues in ſcriptura ſua eſt, vt potiùs diuina, quàm humana appareat. Quem cùm ego pluſquàm aliorum quẽ C libet legerim, cõuictus ſum, hoc quod de hoc egregio viro refertur, credere: ſcilicet ꝙ dũ ſuam dictabat doctrinã, candidã quandã colũbã in eius aurẽ deſcendentẽ apertè videbãt: in ſignũ, quòd ipſe ſpirituſſanctus illi quod ſcriberet adminiſtrabat. Quemadmodum PetrusDiaconus eiuſdem docto

Gregorius inter alios excellẽs ad cõcionem.

Mirũ ſignum.

Petrus Diaconus.

A ris diſcipulus, in eius refert hiſtoria.

Prima Græc. excellētia. ¶ Prima ergo, & quidem optima inſignis huius ſcriporis proprietas eſt, quòd ſemper radicitus res ipſas tractat, earum propè ſemper rationem aſsignans, quàm plurimis etiam exemplis & comparationibus eas in lucem educens. Quæ potiſsima profectò pars eſt, earum quas cōcionator in concionandi arte habere poteſt. Quòd ſi aliquid huius, in eius doctrina exemplificatum videre appetis, in Paſtoralis prologo maximè verum reperies. Pastora. B In quo vt ſufficientiam demonſtret, quam prælatus quilibet, euangelijq́ue præceptor, ad tam altum magiſterium habere debeat: ac perconſequens ad eorum temeritatem damnandā, qui tam facilè ſibi paſtorale hoc munus aſſumunt, eis ſufficientię partibus, quæ ad illud exiguntur, penitus carentes: rationem talem in confirmationem veritatis huius adducit, quæ proculdubio in omni hominum politia conuincit. Ait namque ſic: C nulla ars doceri præſumitur, niſi intenta prius meditatione diſcatur. Ratio potiſsima, Ab imperitis ergo paſtoribus, magiſterium paſtorale ſuſcipitur in magna temeritate: Simile. quoniam ars eſt artium & regimen animarum. Simile. Quis autem cogitationum vulnera, occultiora eſſe neſciat vulneribus viſcerum? A Simile Et tamen ſæpe qui nequaquā ſpiritualia præcepta cognouerunt, cordis ſe medicos profiteri non metuunt: dum qui pigmētorum vim neſciunt, videri medici carnis erubeſcunt. Verba quidē ſunt doctoris huius, ponderatione digniſsima, quæ in maximum bonorum prælatorum redundāt honorem: in eorum autem qui tales non ſunt, certè grandem verecundiam. Ait ſiquidem egregius hic vir, quòd hæc ſemper fuit hominum politia, nullum ſcilicet in mechanica arte admittere artificē, neque adhuc vnius fręni, quo Simili. B ſolum bruti cuiuſdam os & maxillæ cōprimi poſsint, quin prius ſummo rigore per potiores eiuſdem officij artifices examinetur. Quę igitur eſt in eccleſia barbaries tanta, vt ille qui in Paſtoralis magiſterij ſchola nequaquam adhuc diſcipulus extiterit, neque in bene viuendi moribus & litteris inſtitutus ſit: ſic rudis & barbarus epiſcopatus ſeu magiſterij huius cathedram aſcendat, eiq́; permittatur, prælaturę atque euangelici præceptoris officium aſſumere? Prætereà etiam religionis C quam optimus quiſque paſtor in ſeipſo habere debet (vt mediator inter Deum & oues ſuas eſſe poſſit) huius inquam religionis rationem alteram aſsignat, aſſerens, in eo non mediocre eſſe deliramentum, cupidum ſeſe exhibere vt vulneri in facie fratris medeatur

A deatur, cum tamen ipſummet vulnus in facie ſua portet. Sic etiam verecundum omnino eſt, dum prælatus vitiorum pelagus quoddam ſit, Deum pro ſui gregis delictis exorare velle. Et hæc duo, quę doctor hic egregius per hæc duo exempla hic oſtendit, plurimis alijs exemplis, efficaciſſimiſque rationibus confirmat.

Diui gregorij ſtylus. Quod adhuc figuris multis, atque ſacræ ſcripturę teſtimonijs corroborat. Et hac eadem forma & dicendi ſtylo tota eſt fere ſcriptura eius veſtita. Vix enim in eB ius ſcriptis veritas aliqua (ne lineam dicam) reperitur, quā ſemper varijs teſtimonijs & exemplis, atque auctoritatibus non dilucidet.

2. Diui Gregorij excellentia. Secunda excellentia, quam egregius hic vir in ſcriptura ſua habet, per ſeuerantia ſiue certamē quoddam eſt cum ipſis quas tractat veritatibus, quouſque eas omnino exhaurit, & radicitus euellit atque comminuit. Nunquam enim ſemel ſe dixiſſe contentus eſt, ſed iterum atque iterum per varia vtique verba, & rationes, atque exempla exponit. Itaque ab vna eademque veritate, ſermonē quendam continuum, ſiue orationem contexit, per duas aut tres integras columnas, quouſque totā C comminuit veritatem.

3. Diui gregorij excellētia. Tertia eius excellētia, eſt & quę plurimū cōcionatori & lectori conducit, quòd poſt prolixum alicuius veritatis ſermonē ſemper in calce illius epilogum quēdam facit, vbi omnia quæ diffuſè dixit, reſumit. Qui nimirum ſcribendi ſtylus celebri huic viro, ſupra omnes alios, quos ego viderim, proprius eſt. Qui certè ad claritatem, intellectuſque diſtinctionem maximè agit, ac per conſequens ad memoriam, quam eorum quæ concionator dicit, auditor habere debet. A

4. diui gregorij excellētia. Quarta doctoris huius excellentia eſt, & quidē ipſi pluſquàm cęteris ſcriptoribus etiā propria, quòd in confirmationem earum, quas tractat, veritatū, quàm plurima ſcripturæ ſacrę loca ſemper B adducere conſueuit, tam veteris quàm noui etiā teſtamēti. Quod certè cuicumque concionatori præcipuum eſt negotium, eam videlicet inuenire lectionē, in qua humanas ipſas veritates diuinis litteris indutas ac corroboratas reperiat. Quia pręterquàm quòd huiuſmodi doctrina concionator eruditus admodum fit, eius etiam prędicatio celebrem opinionem, & nomē apud populum conſequitur. Quod ſuperius euangelico concionatori, tanquā officij ſui principalem partem, commēdauimus, videlicet quòd in diuina ſcriptura præcipuè ſit C eruditus: quia omne eius inſtitutum eſt, chriſtianam docere legem. Quod tamen nequit fieri ſi primitus eam radicitus



FERDINANDVS ... ALEXANDER PP VI VALENTINUS

A nõ tenuerit, vt inde poſtmodùm quod in ſuggeſtu dixerit, illico ſcripturæ ſanctæ teſtimonijs probet.

5. Diui gregorij excellentia.

¶ Quinta eius ſupra cæteros etiam excellentia eſt, quòd in ſcriptura ſua nimiùm de hominum moribus agit; atque de eorum omnium viuendi modo maximè tractat, qui chriſtianam vitam ſunt profeſsi. Docet enim ſemper quemadmodum virtutibus ornari homines habent: et quomodo à vitijs ſeſe obſeruare debeant: & quo pacto etiam in dæmonis tentamentis & aſtutijs cauti eſſe valeant, vt hinc bonum quod inten-

B dunt, velut iam experti viri conſeruare ſciant. Quod præcipuum eſt eruditionis euangelicæ, atque concionatoris officij intentum, omnem videlicet doctrinã ſuam, velut in ſcopum, in hominum vitę chriſtianam reformationem dirigere: necnon vt alia omnia, quæ in concione diſerta fueriut, in hunc eundem finem pariter ordinẽtur. In quo quidem articulo, fateor ſcriptorum vidi neminẽ, tam humanarum, quàm etiam diuinarum rerum, qui ſic fragilitatis naturæ humanæ defectus omnes in lucem eduxerit,

Præcipuũ concionatoris.

Moralis doctrina eligẽda.

C & qui ſtatim eis omnibus tam facilè appoſitiſsima remedia atque medicamenta appoſuerit: vſque adeò vt hoc certè magis diuinum quàm humanum iam appareat.

¶ Sexta eius excellentia eſt, quòd ſemper ſcriptura eius in doctrina abundat: quandoquidem ſermo eius etiam ſi ad longum illum protendat, ſemper doctrinæ grano & ſententijs eſt plenus. Nũquam enim fruſtra verba fundit, ſicut alij plurimi faciunt. Quod profectò vſque adeo verũ exiſtit, vt legẽtis intellectum tot iam ſententijs & doctrinæ documentis oneret, vt quaſi oppreſſus gemant, & laſſatum ſe ſentiat. A

6. Eius excellẽtia.

In ventum verba fundere.

Qua propter expedit valde, vt lector qui ſcripturam eius euoluerit, patientia & attentione legat. Siquidem quodlibet eius verbũ, diſtincta ab alio ſententia propè ſemper eſt: neque legentis intellectum permittit in ſcripturæ eius attentione remiſſum eſſe. B Ac denique in tantum inſignis hic doctor ſententioſus exiſtit, atque doctrinæ abundantia diteſcit, vt ſi eius opera, quæ duo tantum ſunt volumina, ea phraſi & dicendi ſtylo ſcripta eſſent, quem diuus Auguſtinus ſiue Chryſoſtomus in ſuis geſſerunt ſcriptis, plures proculdubio conficerentur ex ſcriptura eius libri, quàm ex omnibus eccleſiæ quatuor doctorum ſimul voluminibus. Neque hoc C ſolum dixerim, ſed aſſerere audeo, quòd ſi ſolum Paſtoralis libri doctrina, in diui Auguſtini ſcribendi phraſi conſtitueretur, plures redundarent ex eo libri, quàm fuerũt omnes eiuſdem Auguſtini Thomi. Nam in

Attẽtione opus eſt in lectione Grego.

Liber Gre. dictat. doctrina.

doctore

A doctore Auguſtino cùm tanta ſit verborum copia, ſatis fuerit in tribus aut quatuor ſcripturæ folijs, & quãdoque in quindecim, duo aut tria adinuenire puncta, ſiue diſtinctas ſententias. Cæterum in diui Gregorij doctrina, commune eſt in quindecim lineis, octo inuenire diſtinctas ſententias ſiue doctrinæ puncta: et adhuc multoties quot ſũt verba, tot eſſe ſententias, certiſsimum eſt. Quæ certè potiſsima, & inter omnes B prȩcellens eſt conditio, quæ prædicationis officium maximè complet, ipſamque concionatoris opinionem & auctoritatem auget: quandoquidem expedit maximè vt prȩdicator non ſolis verbis pulpitum impleat, ſed vt doctrina abundet: hoc ſiquidem eſt verè concionari, Aliud verò nõ niſi garrire, ſiue in ventum verba iactare.

In concione, non ſolis verbis agendam eſt.

¶Septima huius viri ſancti excellentia, quȩ grandem in ſe eruditionem continet, ad hoc vt concionator euangelicus indicendo dexteritate polleat, eſt nẽpe, quòd noui teſtamenti veritates, multis veteris inſtrumenti il C luſtrat figuris. Quod nimirum prædicationis officio plurimum conducit: videlicet correſpondẽtiam & connexionem intelligere, quam ad ſe inuicem vtrumque habet teſtamentum. Nam ſicut ſuprà diximus, noui teſtamenti veritates, flores quidem ſunt, quarum radix in veteri teſtamento (ſicut in arbore) incluſa fuit. Et quod præcipuè euangelico præceptori conducit, eſt vtique euangelicas veritates ex veteris inſtrumenti figuris illuſtrare: inde namque deueniet ad hoc, vt ſcripturæ ſanctæ cor legitimè attingat.

7. Eius excellẽtia.

Teſtamẽti noui ad veteris correſpondẽtia.

Simile.

A

¶Octaua eius excellentia eſt quòd prȩcepta multa, regulaſque inſtituit ad ſacram intelligendam ſcripturam, quæ eius phraſim & linguam propriam docet. Quȩ proculdubio ſingularis quȩdam lectio, concionatorique admodum neceſſaria eſt, vt legitimè ſuum concionandi officium proſequi valeat. Præterquàm quòd huiuſcemodi doctrina, ea eſt, in qua prædicationis euangelicæ maior eſt difficultas: hoc eſt enim intimum ſcripturȩ ſanctæ cor penetrare, atque legitimum eius obtinere ſenſum, ſcilicet ſacræ paginæ phraſim & linguam attingere. B

8. Eius excellẽtia.

¶Nona ingenioſi huius viri excellentia eſt, mirabilis quædam eius induſtria, qua ſemper vtitur, vt ſic omni proprietate ſcripturam ſacram, ad materiam quam tractat adducat. Quȩ quidem potior eſt optimi concionatoris pars, quȩ eum conſummatum in hoc concionandi officio artificem reddit: ſcilicet ꝙ non adulteratam aut repugnantem, ſacram ſcripturam trahat. C Et eſtò verũ ſit, quòd ad hoc, expreſſum aliquod documẽtum do-

9. Eius excellẽtia.

A ctor hic non aſsignet: attamen ex eius ſcribēdi more clarè colligitur. Quod tamē in vno dumtaxat puncto exemplificabo, vt inde ad omnia alia perſpicuum manere poſsit. Eius igitur induſtria hæc eſt, quòd dum alicuius vitij aut virtutis concionem aliquam ſiue lectionem ſcripturus erat, priùs ſcripturæ ſanctæ auctoritates inſpexit, quę materiam talem concernebant: ex quarum ſtatim viſceribus, concionem totam cōtexit.

Singularis Gregorij induſtria.

Itaque totus ſermo ſiue oratio, quam inde elicit, indumentum quoddam eſt (velut ex lanæ filis) ex ipſis ſcripturæ ſacræ auctoritatibus contextum, quo poſtmodum veritates ipſæ cooperiūtur. B

Simile.

Qui poſtquàm ſermonem talem ſeu collocutionem inſtitutam habet, tunc temporis ſcripturę ſanctę loca ſiue auctoritates, ac ſi ibi eſſent natæ adducit: quæ iā velut in proprio lecto vtique iacent. Et hac via, tam propriè ſedem ſuam habent ſcripturæ auctoritates, ac ſi ibi eſſent natæ, & ad illum præciſè finem inſtitutæ.

Simile.

¶ Vt tamē doctoris huius proprietatem hanc, quæ pro concionatoris officio vtiliſsima eſt, diſtinctius explicemus, in vno dūtaxat C ſcripturæ loco eam exemplificabimus. Sunt in diuina ſcriptura quàm plurimæ auctoritates, quæ vim magnam & virtutem eleemoſynæ cōferunt, vt per eam ſua homines redimant peccata, quantumuis grauia ſint & enormia. Sicut ex illo euangelij loco conſtat, Lucæ capite. 11. vbi poſtquàm Redemptor noſter chriſtus Phariſęis, legiſque veteris ſatrapis, vitiorum ſuorum aceruum magnum oppoſuit, vt inde ſalutem ſuam difficilem eſſe intelligerent, illico adiunxit: veruntamen quod ſupereſt, date eleemoſynam, & ecce omnia mūda ſunt vobis.

Expoſi. Luc. 11.

Item per Danielem prophetā capite. 4. alia etiā his verbis ſimilia, adducuntur.

Expoſitio Danielis. 4.

Cùm enim rex Nabuchodonoſor valde eſſet anxius de flagello, quod B ei propter peccatorū ſuorum demerita, Deus infligere ſtatuerat tunc inquam propheta Daniel, eum conſolaturus accedens, dixit: conſilium meum tibi placeat o rex, peccata tua eleemoſynis redime. Eiuſdem etiam formæ quā plurima ſunt ſcripturæ ſanctæ loca, quę de eleemoſynę virtute & efficacia loquuntur. Vt igitur doctor hic de hac eleemoſynæ virtute & efficacia loqueretur, perlegit prius omnes has auctoritates: ex quibus ſtatim cōcionem ipſam formauit. Quę quidem concio ſiue locutio, nihil aliud ſonat, quàm quod ipſemet auctoritates in ſeipſis cōtinent: ſunt enim verba, quæ virtutē & vim eleemoſynæ ponderant, ad extirpāda peccata. C Statimq; eas omnes, cum aliquibus, ſiquæ ſunt veteris teſtamenti figuris, in ipſa concione velut in proprio lecto reponit.

Et

A Et ſic legitimè cum omni proprietate, iuxta ſermonis propoſitum, ſcripturæ ſacrę teſtimonia adducuntur, quia ibi tunc temporis ſuam propriam habent iam diſpoſitam ſedem.

Hoc igitur mirificum quoddam artificium eſt, quod ſcripturam diui Gregorij legentes, ab eo vtique facilè furari poſſunt, vt omni proprietate ſcripturę ſanctę teſtimonia in pulpito afferre valeant. Qua etiam induſtria & artificio, quilibet prędicator optimus in concionibus ſuis vti poteſt.

Induſtria à concionatore ſummopere habenda.

B Nam cum aliquam tractaturus eſt materiam, prius ante materię ipſius initium, omnes eas auctoritates et ſcripturę loca inquirere conetur, quę in ſcriptura ſacra huic deſeruiunt propoſito: ex quibus ſui ſermonis argumentũ, ſiue loquelam formet. quo iam ex ijs ſermone formato, ea omnia loca que pręuiderat, in earũ confirmationem adducat: et ſic lectulum in quo iaceant, iam paratum habebit, vt ſic poſtmodùm omni proprietate eas populo ediſſerat.

Simile.

Siquidem ſcripturę ſacræ auctoritates, in concionibus oportunè & propriè, & non extortè adducere, maximum auditoribus decorem generat, ipſique cõcionatoris doctrinę vires magnas ingerit.

C ¶Hę ſunt conditiones atque excellentię, quæ in hoc egregio doctore, ſcriptoris optimi repeRiuntur. Quę omnes concionatori optimo tã ſubſtantiales ſunt, vt eum in concionandi officio egregium artificem conſtituant: at vero ſine eis, parum profecto in chriſtiano populo prodeſſe poſſe exiſtimo.

A Qua propter (ſaluo meliori iudicio) hęc mea pro nunc ſententia eſt, quòd euangelicus concionator, qui rectè officium ſuũ exercere appetit in ſanctiſsimi huius viri doctrina præcipuè enutriatur, atque ſe in ea viribus totis totum tranſmutare conetur.

Gregorij doctrina prædicatori maximè conducit.

Nã cum hominis vita breuis admodùm ſit, et in qua homo librorum omnium lectionẽ trãſcurrere minimè valeat, neceſſarium ipſi eſt, vt ex tanta librorum congerie, vnum eligat, cuius lectioni pręcipuè intendat. B Qui (mea ſententia) hic egregius eſt doctor: ipſe namque eſt, cuius lectione vtilius & breuius concionator vti poteſt. Et ſi verum ſit, quòd quando ab huius vacauerit lectione, vtile admodum etiam erit, ſcire quod ex ſacris alijs doctoribus legere potuerit, cum grauis ſit etiam & vtiliſsima eorum lectio: quandoquidem quanto plures in confirmationem earum veritatũ (quas prędicat) adduxerit teſtes, maiorem eius prædicandi officium C auctoritatem etiam conſequetur & vim. Dum tamen, ſicut iam ſuprà diximus, ad vnius dumtaxat libri lectionem præcipuè ſe conferat. Nam ſicut ſubſtantiale eſſe hominis & vita, in hoc

Ad vnius libri lectionẽ concionator ſe conferre debet

A maximè conſiſtit, quòd ex multis cibis, principali cuidã & ſubſtantiali maximè adhęreat, & nõ varijs ſtomachum ſuum repleat (hoc enim eſſet potius ſtomachũ grauare: etenim vbi varietas ciborum eſt, ibi contentio quodãmodo inter eos reperitur, necnon ad ſe inuicem corruptio generatur: tametſi quandoque cibos varios ſolum deguſtare, parum nocumenti parat) ſic etiam cum cõcionatoris doctrina intellectus hominis cibus ſit, conſequitur inde, quòd ipſius eſſe & eruditio, in hoc præcipuè conſiſtat, quòd alicuius inſignis auctoris lectione B ſatietur. Nam ſi per varios eius ſpargitur intellectus & animus, cum tot tam varijq; ſint ſcriptorum ſtyli & doctrinę, nullius profectò doctrina inducetur: vnde manebit in ſe ipſo ſemper confuſus concionator, ſine aliqua prorſus doctrinæ reſolutione, aut ſapore.

Simile.

¶ At verò cum in rerum natura nulla tam exacta res eſſe poſsit, quæ non aliquos habeat ſemper cõtradictores (quorum officium eſt ſemper in rebus ipſis potius defectus, quàm veritatem inquirere) ſic etiam quantumuis hic pręcipuus auctor in doctrina ſua cæteros antecellat, nõ deſunt tamẽ, qui defectus eius (ſi qui ſunt) in C ſcribendo annotare velint, ne dicam illi imponere. Duos ergo in ſanctiſsimo hoc viro defectus oſtendere conantur. Primus eſt, quòd in multis exceſſerit allegorijs. Et fateor in hoc articulo, me A aliquando doctos & grauiſsimos audiſſe viros: quòd videlicet expoſitionem, quam diuus Gregogorius ſuper hiſtoriam Iob edidit, ſuper Cantica canticorum etiam conficere poſſet, aut certè ſuper quemcumque alium peregrinum librum. Volentes in hoc eum notare, quòd impertinentiſſima ſuper Iob hæc fuerit expoſitio.

Nulla res ſine contradictore. Simile.

Primus defectus

¶ Huic tamen obiectioni reſpondetur, quòd etſi verum ſit, quòd allegorica doctrina (ſicut iam ſuprà diximus, cum de ſcripturę ſacrę ſenſibus tractaremus) non vtique ſit, quæ magis auditorum vitæ reformandę conducat: attamen cum ſæpe in ſcriptura ſacra (ſicut etiam ſupradictũ eſt) in B obſcurioribus eius locis, vbi littera ipſa intellectui noſtro diſſonãtiam generat, ſpiritualis eiuſdem loci ſenſus, litteralis ſit, deliramẽtumque eſſet, pro vero ſenſu aſsignare, quod littera ipſa indicat: hinc omnino fit, quòd cum ſcriptura Iob prophetia ſit (ſiquidem in multis, ſi non in omnibus locis, tanquam propheta loquutus eſt) atque inter cæteras prophetias, hæc non vſque adeò clara ſit, ſed obſcura nimis: et cum prætereà ſanctiſsimus hic vir, tanquã Spiritus ſancti organum in eccleſia ſit cõſtitutus, vt ſuæ legis eſſet C expoſitor: inde inquam eſſe poteſt, quòd in plurimis prophetiæ huius locis ſenſus litteralis, quem diuus

Solutio.

Allegoria.

Ratio.

A diuus Gregorius aſsignat, allegoria ſit. Neque obſtat quòd ingenio noſtro ſententia alia magis adaptetur. Nam ſicuti iam diximus, diuinæ ſcripturæ ſecretum incluſum eſt nimis, & hominibus omnino abſcõditum. Cuius quidem familiaris ſermo & dicẽdi phraſis, in humanis auctorum verbis ſiue præceptis minimè reperitur: ſed à ſæculi huius ſapientibus Deus eum penitus cęlare voluit, quemadmodum ex Chriſti Euangelio conſtat. quod tamen ſcripturæ arcanũ, amicis ſuis & B humilibus (qui ſancti doctores ſunt) reſerare voluit, cum dixit: Confiteor tibi pater cęli & terræ quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudẽtibus, & reuelaſti ea paruulis: ita pater, quoniã ſic placitum eſt ante te.

Scriptu ræ ſecre tum.

Expoſitio, Matthæi. 11.

¶Hinc igitur dico, quòd de tã inſigni viro (qui tum litteris, tũ etiam ſanctitate pollet) aſſerere quòd impertinenter prophetam Iob expoſuerit: et quòd ſenſum quem ibi aſsignauit, ſuper euãgeliſtam Ioannem, ſiue quemcumque alium ſcripturæ locum aſsignare poſſet: temerariè omnino dictum cenſeo, & alicuius hominis ſententia apparet, qui ſemper lingua taxát, quod omnino ingeniũ ſuum excedit. Præter quàm quòd tam liberè de ſanctis cenſuram proferre, non vſq; adeò ſanũ C retinet ſaporẽ: cum eccleſiæ ſanctiſsimi doctores, in chriſtianæ legis organa, à Deo electi fuerint.

Temera riè dictũ

¶Quare in præſenti materia, A hęc mea pronunc ſententia eſt, quę profectò ſanũ (iudicio meo) atque catholicum cuicumq; chriſtiano eſt conſilium. Quòd quando quis alicuius doctoris ſacri librum legerit, ſi aliquam repererit expoſitionẽ, quæ ingenio ſuo diſſonantiam pariat, nunquam ſacro ipſi doctori imputet, ſed ſibi ipſi potius, reputans ſemper ſe illum minimè intellexiſſe. Quandoquidem diuerſum de doctrina ſcriptoris humani iudicium proferre debet, quàm de doctoris ſancti lectione: præſertim ſi antiquorum & doctiſsimorum virorum B eſt. Quòd ſi in aliquo doctorem ſacrum quandoque notare velit, hoc nequaquam attẽtare audeat, niſi ea prius reuerentia & veneratione habita, quę tam ſancto debetur viro: tribuẽs ſemper ipſi doctori ſacro, loquutionis rectitudinem: ſibi autem, eiuſdem veritatis ignorantiã. Et dicere in hac parte, quòd hoc ſit noſtrum captiuare intellectum, ipſiusq; hominis ſuffocare ingenium, ne libere ſuam poſsit quisque proferre ſententiam (ſicut aliquis aſſerit, cuius nomen ob eius honorem taceo) hoc inquam, ſalua eius pace verum non habet. Quia ſanctorũ cenſuræ ingenium ſubijcere, corumq; ſententiam omni veneratione ſuſcipere, aut ipſorum lectionem (quando tam exacta nõ C fuerit) ſumma reuerẽtia notare: hoc inquam, non eſt hominis in-

Sãctis ex hibenda reueren tia.

A genium aut captiuare, aut ſuffocare: ſed potiùs infrænare, grauemque & humilem atque catholicũ reddere, ne ſeſe in ſanctorum lectione præcipitem det, et vt modeſtè ſentiat, ſicut in rebus ſacris cũ omnino ſentire oportet. Præter quam quòd auctor hic, qui diuo Gregorio hanc notam impingit, alium de eadem temeritate coarguit auctorẽ: igitur non vtique decet, vt ipſemet ſtatim in eum ipſum laqueum incidat. Nõ ergo in hoc tam liberè damnandus eſt beatus Gregorius, quòd tot allegorijs in Iob expoſitione, vſus fuerit. Maximè quia ſi tot in

Infræna te ingenium.

B ſcriptura Iob allegoricis ſenſibus vſus eſt, plures habet etiam in eadẽ ſcriptura morales ſenſus: vt liberum omnino cõcionatori ſit, illorum vnum relinquere, alium verò, qui magis eius conduxerit propoſito, eligere: cum eius lectio ad vtrumque tam ſit ſufficiens.

2 Defectus.

¶ Secundus, quem illi imputant, defectus eſt, quia obſcurè admodum fuerit loquutus: ac proinde quòd difficilis valde intellectu legentibus reddatur. Hoc tamẽ fateor veriſsimũ eſſe, & quòd ſcriptura eius dẽtes in ſe habeat: et quòd lectori patientia opus ſit, vt eum ſuſtineat, necnon quòd illum iterum atque iterum legere oporteat. Veruntamen hæc ſem-

C per fuit rerum pretioſarum conditio, quòd nimio labore & difficultate attinguntur. Quemadmo-

Simile.

dum aurum eſt, margaritæ, atque pretioſi lapides, quę omnia à ſuo fonte et origine educere, laborioſum nimis eſt: ſicuti eſt à venis terræ aurum extrahere, & à conchis maris margaritas, ac demum ab intimo oſsis, medullam ſugere, quia non niſi dentium lęſione fieri poteſt. Sic etiam raro apud auctores inuenitur, acutè, ſubtiliter, & vtiliter, atque ſimul clarè loqui. Hoc namque differt inter ea quæ præſtantiora ſunt, & vulgaria quæque: quòd hæc vltima, ſecum claritatem & facilitatem afferunt: cæterum illa non niſi obſcuritatem, difficultatemq; maximam ingerunt. A

Simile.

Differentia.

B

Secundo dicimus quòd cum doctoris huius proprietas ſit, in enarratione rerũ, neutiquam ſola verba conſumere, ſed vt omnia quę ſcribit, ſententijs ſint plena, atque diſtincta propè ſemper doctrinæ puncta: inde inquam, hęc ſuboritur obſcuritas. Sed lector ipſe contẽtus ſit, in eius ſcriptura tam ingentem doctrinæ reperire theſaurum, etiamſi theſaurus hic ſub aliquo obſcuritatis velamine coopertus exiſtat. Quandoquidem theſauri conditio eſt, non ſtatim eum in ſuperficie terræ adinuenire, ſed in ipſius terrę viſceribus abſcõditum, à quibus labore maximo & ſudore extrahendus eſt.

2. Solutio.

Simili.

Quæ autem ſancti huius viri opera, inter cætera magis eligi debeant, concionatoriſque officio C

A cio accomodatiora exiſtant, fateor me neſcire. Omnes ſiquidem eius libri tam ſunt proficui, atque concionandi officio accommodatiſsimi, annotatuque digniſsimi, vt diſtinguere neſcirem, quiſnam eorum videatur eſſe pręſtãtior. Cum hoc tamen aſſererem ego, ꝙ Moralia, & Paſtoralis opus, necnõ ſuper Ezechielem homilię, ac denique ſuper libros Regum parua ſcriptura, omniũ operum eius potiores exiſtãt partes. Etſi verum ſit, ꝙ demptis his, parum ſit quod ex operibus eius cõcionatori legendum reſtet.

## ¶CAPVT. XXXVII. DE ſecundo auctore, qui diuus Thomas eſt.

B

S. Thomas.

HIC igitur auctor eſt, cui inter doctores ſacros magis à concionatore (iudicio meo) inhęrendum ſit. At vero quia etiam inter ſcholaſticos doctor aliquis illi neceſſario eligẽdus eſt, cuius lectioni maximè inter alios adhęreat: et cũ tot ſint facultatis huius auctores, ne per omnes concionator ęqualiter vagetur oportet vt eorum vnũ præcipuum, ad concionandi officiũ aſſumat. Sed inter omnes alios, qui copioſius omnia tractet, et qui

C ad omnia, quæ adhoc prædicãdi munus (ſententia mea) conducit magis, diuus Thomas eſt. Cuius profecto nomen ſi prędicare velim atque inter gentes celebre facere, ſuſpectum me ne vtiquam habebunt, eſto eius ſim ego profeſsionis & inſtituti: cum omnes vniuerſitates ſtudiorum, & mundus totus, etiam ipſi lapides hoc idem acclament, et ex ore infantium & lactentium, vt ſic dixerim, eius prodeat teſtimoniũ appertiſsimum. Et iuſtè quidem: raro namque aliorum auctorum reperitur ſcriptura, quæ ſic omnes ſimul doctrinæ optimæ complectatur partes, ſicut huius excellentiſsimi viri lectio eſt. Quandoquidem in ſe diues eſt, catholica, ingenioſa, ſubſtãtialis, atque grauiſsima: et in qua omnium corũ, quę de rebus tum diuinis, tum etiam humanis, tractari inter homines poſſunt, certè relucet lectio. Vbi tam humaniſtarũ, quàm ſcholaſticorum, & ſacræ ſcripturę: necnon & conciliorum, atque ſanctorum, pariter & gentilium philoſophorum, abundãtiſsima cõtinetur eruditio: vſq; ad ipſam Grammaticã, Muſicam, & Rhetoricam, atq; Arithmeticam, ac denique quicquid humanitus in terra diſputandum accedit. Nihil horum inquam videtur, egregius hic vir intactum reliquiſſe. Quę præterea omnia, non vtcumque tractat, ſed tanta proprietate quicquid in eius deuenerit manus, ediſſerit, ac ſi ipſa rummet rerum eſſet cor. Qua de cauſa in Ariſtotelis expoſitione (cuius lectio in Naturali Philoſophia, alijs omnibus obſcurior apparet) tam intimè

A

B

S. Thomæ doctrina, omnia cõplectitur.

C

A timè eius viſcera penetrauit, vt ab omnibus, Ariſtotelis anima appelletur. Et idem de expoſitione, quam ſuper Pauli epiſtolas edidit, omnino dicẽdum videtur: egregiè ſiquidẽ ibi eius ſenſum & mentem attigit. Atque in expoſitione quam ſuper euangelium Ioannis fecit, ſimiliter ipſius euangelij mentem mirabiliter videtur attigiſſe. Necnon in omnibus ſcholaſticis materijs, tam de moribus, quàm fidei, atque ſacramẽtorum, ita propriè omnia B ſcrutatus eſt, ac ſi omniũ extitiſſet cor. Et precipuum argumentum, quod in hac parte, hoc verũ eſſe comprobat, tam intimè ſcilicet omnia intellexiſſe: eſt nempe diſtinctionum multitudo, quã ſtatim in fronte cuiuslibet capituli, vel materiæ, quam tractaturus eſt, ſtatuit. Quia hoc nequaquã procedere potuit, niſi ab hominis ingenio, qui veritates ipſas vſque ad viſcera penetrauerat: nam ſic ſigillatim omnia materię vel capituli membra diſtinguere, ſignum eſt ipſius vſque ad vltimum penetraſſe cor.

Diſtinctionis S. Tho.

2. excellentia.

Pręter quàm, quòd excellẽtiã aliam celeberrimus hic vir ſemper in ſcriptura ſua habet, videlicet ꝙ in omnibus loquutus eſt, non ſolum vt ſapiens vir, ſed vt ſanctus homo. Quia tam verè, catholicè, & modeſtè de omnibus egit, vt certè miraculi genus quoddã videatur, quòd homo qui tot tantaq; in vniuerſum tractauerit tã prudẽter & cautè in omnibus ſe geſſerit. Loquutus eſt pręterea in omnibus ſanctus hic vir religioſe admodum, ſiquidẽ in ſcriptura ſua ſemper viri ſancti morẽ geſsit: quandoquidem tam vrbane & modeſte in aliorum opinionibus loquutus eſt, vt ex dicẽdi eius ſtylo, ſanctum eſſe virum & generoſi ſanguinis, appareat.

C

S. Thomæ loquutionis ſanctitas.

A

Habet pręterea hic ſanctus doctor excellentiam aliam: quòd propè ſemper veritates omnes, quas tractat, ratione naturali cõfirmat, & dilucidat. Itaque nunquam in inquirenda veritate contentus eſt, quouſque radicitus cõcluſiones, quas ediſſerit tam naturales, quàm fidei penitus euiſcerat. Quod) ſicut ſuprà diximus) in euangelica arte, negotiũ eſt conducens maxime, & quod magnum profecto decorem & neruos concionatorum doctrinę præſtat. Nam etſi chriſtianę fidei pręcepta omni ſynceritate & veneratione, ab hominibus recipienda ſint, propter Deum ſolum, abſque aliquo alio eiuſdem fidei examine; attamen cum ratione aliqua naturali fulciuntur, valde fidei valorem adiuuat: nimiumq́ue chriſtianę fidei profeſſores gaudent, in hoc quòd tam firmum validumq́ue fidei ſuę fundamentum inueniant, & quòd adhuc in naturali lege ſuas habet immerſas radices. Et hac ratione egregius hic doctor, hoc ſcribendi modo propè ſemper

3. Eius excellẽtia.

B

C

Rationalis fidei valorem adiuuat.

vſus

A vſus eſt, vt ſcilicet catholicam fidem non ſolum in hominis intellectu fundaret, ſed etiam rationibus ſolidaret, vt ſic magis omnibus eius clareſceret firmitas. Vſque adeò, vt ipſos etiam fidei noſtræ articulos, qui ſupra omne hominum ingenium & naturam ſunt, ratione ipſa naturali quandoque corroborare intendat: probans quidem, hominibus à Deo eſſe præſtitos, & ad eorum fidem homines eſſe alligatos, hoc inquam rationi conſentaneum eſſe nimis, atque conducens valde.

B

4. Eius excellētia.

Item aliam non minorem ſortitur excellentiam, concionatoris officio conducentem maximè, quòd ſacram ſcripturam ferè totam euoluit. Nullum ſiquidem exiſtimo in omni ſacra pagina eſſe locum, tā veteris, quàm etiam noui teſtamenti, quem diuus Thomas alicubi non expoſuerit. Ad hæc etiam tanta abundat ſanctorum lectione, vt eorum omnium extitiſſe diſcipulum appareat, præſertim diui Auguſtini. Quo fit, vt quàm plurimos in ſcholaſtica Theologia ſepe moueat articulos, ob hoc ſolum, vt ſanctorum loca interpre-

C

Lectio S. Tho. ſanctorū doctrina abundat.

tetur, abſque aliqua alia peculiari difficultate. Quod nimirum valde prędicatoris officio vtile eſt, talem videlicet ſuis manibus euoluere librum, in quo humana omnia cum diuinis contexta reperiat: et vbi omnia, tam ſcholarum, quàm etiam ſcripturæ ſacræ, atque etiam ſanctorum lectione reperiantur veſtita. A

Item eſt et alia eiuſdem doctoris inſignis proprietas, quæ concionatori etiam nō mediocriter conducit adhoc, vt veritatum reſolutionem, materiarumq́ue memoriam, quas prædicaturus eſt, teneat. Nam vitiorum omnium & virtutum, nullo prætermiſſo, fideiq́ue & ſacramentorum materiam cum alijs omnibus, quæ concionandi cathedram reſpiciunt, tam ſuccinctè ac diſtinctè in ſuis proprijs locis pertractat, vt concionatori iam facile admodùm ſit, eorum omnium mediocri adhibita diligentia) memoriam retinere. Quod vtique fiet, ſi primò dictinctionem numeri librorum, ſecundò vnius cuiuſque libri materiarum numerum, & tertiò in vnaquaque materia numerum etiam articulorum diligenter inſpexerit. Quo vno ſtudendi modo, omnem diui Thomæ doctrinam, in vngue (vt ſic dixerim) comprehendet, vt poſt modùm materiam talem, cùm ſeſe loci opportunitas obtulerit, facilè reperire valeat.

5. Eius excellētia.

B Documētum vtile.

C

¶ Habet ad huc diuus Thomas excellētiam aliam, videlicet quòd plures ediſſerit materias, curioſas quidem, et quę ſolum delectationis cauſa ab hominibus legendę ſunt: quę etſi non ob aliud ſaltem ob ſui curioſitatem ab omnibus tā ſcholaſticis, quàm etiam ſæcula

6. Eius excellētia.

Curioſę materiæ

A ſęcularibus tranſcurri deberent. Quemadmodum reſurrectionis materia eſt, quam in fine tertiæ partis ediſſerit. Vbi agit de forma & qualitate, qua homines reſurgere habent, qua videlicet ętate, qua corporis quãtitate, qua pulchritudinis forma, qua diſpoſitione capillorum, & vnguium, cæterarumque corporis minutiarum, quę vnicuique hominum curioſa valde ſunt. Et ſicuti eſt etiam materia, quam in fine primę ſecundę tractat, vbi omnium figurarum cęrimoniarumque veteris legis ſignificationem aſsignat, vbi ſubtilia multa & curioſa valde, circa hãc ediſſerit materiam. Pręstereà etiã in prima parte, de rerũ creatione loquens, ſubtiliſsima multa, ne infinita dicam pertractat: quę tum eccleſiaſticis, tum etiã ſęcularibus valde ſunt accõmodata. Quid autẽ dicemus de ingenio, & mirabili quadam curioſitate, quam oſtẽdit, cum de paſsionibus & affectionibus animę, in prima ſecundę agitur? Ac denique mirum etiam eſt, videre ordinem mirificum, quem in ſecunda ſecundę verſus finem ponit, cum de hominum perfectione & ſtatibus loquitur. Omnes ſiquidem huiuſcemodi materię, ſuaues ſunt, & quæ ab omnibus appeti debeant, & quæ itidem recreationem ſummam ſtudentibus ingerant, quarum doctrina prædicator quilibet auditorũ ingenium non parum delectare poteſt. Nec materię iſtæ de ſe ſteriles ſunt, aut obſcurę: nam pręter quàm quòd curioſę exiſtunt, plurimum in ſe vtilitatis & claritatis continent.

Reſurrectio.

Figurarũ materia. B

Rerum creatio.

De paſſionibus & affectionibus animæ.

De ſtatibus. C

At vero materias has poterit concionator ob ſui recreationẽ, ijs temporibus ſine magno ſui labore tranſcurrere, quibus à principali vacauerit ſtudio. Quemadmodum poſt prandium, quandoque opportunum tempus eſt, quo tempore ſęculares etiam aliquem humanitatis librum (recreationis cauſa) legere conſueuerunt. Aut dum concionator dormiturus acceſſerit, poſtquàm iam in lecto iacet, priuſquàm eum ſomnus occupet, de huiuſmodi rebus articulum aliquem legere, delectabile admodum eſt. Vel dum in agrum deambulaturus exiret, ſi diui Thomę portatiles habeat partes, tunc temporis inquam, recreationis cauſa aliquem diui Thomæ articulum decurrere poterit. Atque idem omnino eſſet, dum cõcionator iter ageret, cum iam hoſpitium eſſet ingreſſus, inter ea dum cibus paratur, opportunum vtique tempus eſſet, in quo harum rerum materiam aliquam videre poſſet. Et ſimiliter in aliquibus vacantibus diei horis, omnium harum rerum materiã, quę ad euangelicam prædicationem non tam ſubſtantiales ſunt, vidiſſe ſe gauderet: nam ſi ſtudij ſolum taxato tempore, quod ad

A

Quo tempore ſtudendũ.

B

C

A ad concionandum exigitur, ea ſe legere expectaret, impoſsibile apparet ea percurrere poſſe.

¶Alia denique inſignis huius doctoris excellentia eſt, quòd ſcilicet cuiuſcumque ſtatus ſiue conditionis hominibus, & ad quaſcumque res, & pro quocumque etiam tempore, eius eſt accõmodatiſsima lectio. Eſt enim vtilis diuitibus, pauperibus, ciuibus, & quibuſcumque reipublicę officium gerentibus, & adhuc eiuſdem reipublicæ vulgaribus hominibus. Decet præthereà diſciplina hæc, tam illuſtres viros, quàm B ruſticos: conducit maximè principibus & regibus: & fructuoſa valde eſt tum pacis tempore, tum etiam belli. Et vt tandem huic rei finem demus, nullum eſt ſub orbe toto alicuius perſonæ, ſiue officium, ſiue ſtatus, ad quem omnia quæ exiguntur, hic ingenio ſè non inueniantur diſcuſſa. Neque adhuc eſſe aliquod reperitur, ſiue cęleſte creaturarum officium quod hic ad vnguem diſertum non reperiatur, tam Dei, quàm angelorum, dæmoniorum, cælorum etiam, & planetarum: omnia ſiquidem hæc erudite admodum in C diui Thomæ ſcriptura, depicta ſunt. Ac demum tanta in omnibus doctor hic abundat doctrina, vt ſi hunc ſolum librum concionator legere decreuiſſet, inſignem hominẽ eum vtique formaret, tam in rerum omniũ naturali lectione, quàm etiã diuinæ ſcripturæ, atque in ſanctorum præthereà diſciplina: præterquàm quòd in ſcholaſtica ſcientia, egregium etiam redderet artificem. Si enim concionator in his iam eruditiſsimus eſſet (maximè ſi alioqui mediocre conſequeretur ingenium, atque aliquã dicendi eloquentiam, ſiue talentum obtineret) non ſolum litteris conſummatus euaderet, ſed etiã in concionandi arte optimus præceptor. Qui igitur conſilium hoc acceptare decreuiſſet, vt ſolũ diuum Thomam legeret, & in eius præciſè doctrinã viribus totis ſe transformare conaretur, egregius profecto fieret & doctor, & prædicator. Et hãc eſſe cauſam exiſtimo, quare priſcis tẽporibus tam excellẽtes noſtri ordinis homines euaſerũt, qui maximè hoc prędicationis officio floruerunt: quia videlicet nũquàm ſecum niſi ſacra Biblia, & diui Thomæ partes deferebant: quemadmodum de aliquibus legitur, & idẽ de cæteris fuiſſe creditur, quandoquidẽ eo tẽpore maxima erat librorum inopia.

¶At verò vt concionator hac Doctoris Sãcti doctrina rectius vti poſsit, & vt doctrina hęc etiã audiẽtium intellectui melius accommodari valeat, induſtria opus eſt & arte: difficile quippe eſt alicuius diui Thomæ articuli ſcholaſticã doctrinam concionibus applicare. Hoc igitur in ſancti huius lectione, cõcionatori animaduer

[Left margin notes:]
7. Eius excellẽtia.
Accommodatiſſima, omni generi rerũ S. thomæ lectio.
Sola diui Tho. lectio, egregiũ reddit concionatorẽ.

[Right margin notes:]
A
B
Excellẽtes concionatores vnde orti.
C
Induſtria cõcionãdi articulũ S. Tho

[Library stamp: ...ALEXANDER ... VALENTINUS FERDINANDUS ...]

A nimaduertēdū eſt, videlicet quòd eius doctrinā nullatenus eo ſcholaſtico ſtylo, prout in articulo iacet, populo proponat. Itaq; in concione doctrina hæc, ſcholaſtico more induta, nequaquā in pulpito cōpareat, ſed veluti moralē eā auditores agnoſcāt. Igitur vt primum articuli littera iam à cōcionatore perlecta fuerit, atque cum ſatis ibi ſancti Thomæ ſentētiā & mentē perceperit, tunc tēporis ſummatim eius concluſionē colligat, & rationes pariter quibus eā firmat: deinde ſcholaſtici articuli ſtylum, in concionandi formam & linguam vertat, ab ſcholarum terminis doctrinam eius penitus denudando, vt ſic clarè audiētes,

Forma concionandi articulum diui tho.

B doctrinæ talis percipere poſsint intelligentiam. Itaque ſi in articulo ipſo hęc reperiūtur vocabula, ſcilicet, materia prima, eſſe formale, relatio, & prima atq; ſecunda intētio, & alia his ſimilia, qui proprij ſunt gymnaſiorum termini: nequaquam in eadem forma, ea in concione proponat. Hoc nāque audiētibus in acceſsibile eſſet omnino, ac proinde id quod per huiuſmodi vocabula ſignificatū eſſet, prorſus in intelligibile redderetur: & quia tandē in hoc dicendi ſtylo populo concionari, tempus vtique eſſet perdere,

C potius quàm audiētium animas lucrari. Sed per aliam dicēdi formam, hanc ſermonis doctrinam circumferre habet, ea terminorū proprietate, & dicēdi modo, quo alia ibi loqui conſueuit. A Itaque vocabulum hoc eſſe formale hominis, in hunc dicendi modum vertat, videlicet, quod præcipuè homini pręſtat eſſe & ſubſtantiam: vel ſic, radix, vnde homini oritur vita & eſſe hominem: vel ſic, pręcipua ſedes, in qua ipſum hominis eſſe & viuere reſidet. Has quippe dicendi formulas, populus quantumuis rudis & hebes intelliget: & quidem in ſentētia hæc omnia idem ſonant, quod per ſcholaſticum illum terminum, eſſe formale, deſignabatur. Pręterea ſi in articulo diui Thomę ſcriptum inuenerit, quòd rationale eſt vltima differentia hominis, minimè per hos eoſdem terminos id in pulpito prædicare habet, ſed ſic potius: punctum in quo ipſius hominis eſſe à brutis differt, ratio eſt: quandoquidem in alijs omnibus, cum brutis hominis eſſe eſt commune, quę ſolum de cauſa homo vocatur, & quia leoni ratio hęc deficit, brutum appellatur. Et ſic per hæc duo, quæ adiunximus exempla, in omnibus alijs ſcholaſticum ſtylum, in proprium & clarum Hiſpanum ſermonē vertere poterit concionator. Quem dicendi modum, auditores omnes quantumcumque hebetes, facilè percipient: & ſic nulla tā obſcura reperietur ſcholaſtica doctrina, quę auditoribus acceſsibilis non ſit.

Eſſe formale, explicatur

Varię dicēdi formulę. B

Vltima differentia explicatur.

C

Pre-

A

Nõ oẽs ſcholarũ termini prędicãdi.

¶Præterea animaduertat oportet concionator, vt ne vtiquã existimet, ꝙ in prædicabilẽ stylum omnes ſcholarum terminos vertere poſsit: quia multa ſunt, quorum entitas nullo modo niſi eis, qui eiuſdem extiterint profeſsionis auditoribus, declarari poterũt. Veluti ſunt, materia prima, ens rationis, atque relationes quibus tres ſanctiſsimæ Trinitatis perſonæ conſtituuntur: hæc enim peculiaris eſt gymnaſiorũ locutio: quòd ſi ſecus faceret, eſſet nimirùm, diuinum ſermonẽ tenebris obuoluere, & aerem penitus verberare. Nam poſtquàm cõcionatori viſum fuerit, ſe ſatis hæc explicuiſſe, exiſtimare habet, auditores nihil horum prorſus intellexiſſe: adhuc enim in gymnaſijs vix vocabula hæc interpretari ſatis valent, quin maxima ſemper maneat apud ſcholaſticos confuſio & dubium, de eorũ entitate, & ſignificatione.

B

Alia pulpitũ concernunt, alia non niſi cathedrã.

Quare oportet hic, concionatorem animaduertere, aliqua eſſe, quæ ſolũ pulpitum concernunt, alia verò, quæ non niſi cathedrã decẽt: & ꝙ ea quę cathedrę ſunt, pulpito minimè concordant, & quę pulpiti ſunt, cathedrę ne vtiquam conducunt. Et hæc præcipua eſſe debet prudentiæ pars, quę in euangelico exigitur concionatore, vt ſcilicet ex eis quę legerit, aſſumere & relinquere ſciat, & quòd tandem id eligat, quod euangelicę eruditioni conducit: nec non quòd ſtylus eius talis ſit, vt rudis populus ſemper ea quę dicit intelligat.

Cathedrã cum pulpito confundere.

Nã quando hęc illi defuerit prudentiæ pars, cathedram ipſam cũ pulpito confundet: ac proinde eius cõcio, nec ſermo, nec lectio erit, ſed vtriuſq; ſimia.

C

Qui ſint diui Thomę libri qui magis concioni cõducunt.

¶ Et quia doctor hic inſignis, quàm plurimos habet editos libros, neceſſarium duximus aſsignare, qui eorum pręcipui ſint, qui magis concionandi officio adaptentur, ad quos ſeſe concionator conferre habeat, eis præcipuè inhærendo. Ad hoc igitur, primùm omnium dico, omnia eius opera tãti eſſe momenti & valoris, vt ſi ea concionator legere poſſet, eorũ nullus omnino liber relinquẽdus eſſet. Nam eſtò huius viri doctrina circa tam varias verſetur rerum naturas, vna quęq; tamen earum lectio in ſuo genere, tam bona vtique & ſelecta eſt, vt eam relinquere dolẽdum eſſet. Quia tamen hoc impoſsibile videtur, & maior eiuſdem doctrinæ pars, ſcholaſtica eſt: neceſſarium concionatori erit, vt ex omnibꝰ eius operibus, ea dũtaxat eligat, quæ ſuo prædicandi officio extiterint accommodatiora.

Liber. 2. 2. cõcionandi officio accõmodatiſsimꝰ. Primus 2. 2. ai

¶Hoc igitur ſuppoſito, totus 2.2. liber, prædicatoris officio accõmodatiſsimus eſt. In ipſo nãq; quatuor principalia tractantur, quibus totum chriſtianum innititur ædificium. Primum enim

Ii chri-

A christiani hominis opus eſt, in Deum credere,& in Deum ſpem habere,ac tandem ipſum amare. Qua de cauſa ſtatim in ipſius libri initio,de his trib' agitur virtutib',ſcilicet de fide,ſpe,& charitate,tan ingenioſè quidē & copioſè, vt nulla ſit ſubtilitas aut veritatis difficultas, quę virtutes has concernat, quæ à diuo Thoma non moueatur.

Primus, 2.2.articulus.

Secūdus 2.2.art.

¶ Secundus chriſtiani hominis articulus,eſt virtutes habere, & peccata fugere. Nam poſt Dei cognitionem,quę per fidem fit,& ſpem vitæ æternæ, ac Dei amorem qui per charitatē & dilectionem operatur,conſequitur ſtatim peccata fugere, & virtutes B amplecti,iuxta prophetæ ſententiam: Declina à malo,& fac bonum. Hac igitur de cauſa,ſtatim ſecundo loco de vitijs & virtutibus agit,quæ ad hominū ſalutem ſubſtantialiter attinent.

Expoſi. Pſal. 36.

Tertius 2.2.arti.

¶ Tertium chriſtiani hominis opus eſt, quatenus ipſe homo reipublicæ eſt pars, videlicet optimum eſſe ciuem,ſine aliquo ſuæ reipublicæ detrimento, ita vt illius zelum gerat, ad illius vtilitatem conetur, ac deniq; illius optimam gubernationem & politiam inquirat. Et hac de cauſa in tertio loco eiuſdē libri, C agitur de materia iuſticiæ. Vbi diſſeritur,quemadmodū homo in republica,abſque ſui proximi grauamine & offenſa,viuere habeat:quòd ſi quandoq; illū offenderit, docetur ſtatim modus,quo ſe cum proximo componere debeat: & quomodo etiam, quæ ab eo abſtulit tēporalia bona, ipſi reſtituere teneatur, vel qua ſit à republica punitione plectendus.

Quartus 2.2.artic.

¶ Quartum chriſtiani hominis opus eſt, rationem ſui ſtatus Deo reddere,quē Deus pro hac vita ſibi commiſit: ſi videlicet epiſcopus eſt,ſi clericus,ſi monachus,ſi rex,ſi dux, ſi reipublicæ rector,ſi cōiugatus. Et huic propoſito deſeruit, quod poſtremo eiuſdem libri loco tractat, vbi elegātiſsimè ſtatuum hominum materiam ediſſerit. Patet igitur, quemadmodum omnis.2.2.liber à principio ad finem vſque,prędicabilis eſt,atq; neceſſarius valde ad ipſam euangelicam eruditionem,nec non ad vitę hominū reformationem.

Tertia, S. Thomę pars.

¶ Tertia diui Thomæ pars, etiamſi in communi circa Ieſu Chriſti domini noſtri incarnationem,& Eccleſiæ ſacramenta, quæ inde tanquā à fonte proprio dimanarūt,verſetur, vnde totus hic liber prędicabilis appareat: ſunt tamen cum his grauiſsimis materijs,alia quam plurima vſque adeò ſpeculatiua admixta,vt prædicatori maximè conducat, ſua in hoc loco vti prudentia,ita vt in eis quædam eligere ſciat, alia verò relinquere,neque omnia ſicut ibi iacent in concionibus proponat.

¶ In

A ¶In prima ſecundę, duę ſunt prędicabiles materię: quarũ prima eſt de mortalibus ac venialibus peccatis, quæ nimiùm populi eruditionem reſpiciunt: altera verò eſt de gratia, quæ in fine libri conſtituitur. Quæquidem grauiſsima eſt atque neceſſaria, & digna quæ chriſtiano populo ſæpenumero prędicetur: claudit quippe in ſe merita & demerita, quæ virtutum opera atque peccata in ſe habent. Materia quidem digna, quæ ab auditoribus ſatis intelligatur: vt in cõditionibus, & virtutum circunſtantijs, quibus opera ſua homines veſtire habent, inſtructi ſint, B ne in fine vitæ ſuæ, & in poſtremo iudicij die, à labore ſuo defraudati reperiantur. Nam etſi virtutis ſubſtantiam operati fuerint, à circũſtantijs tamen (quibus virtutem indui oportebat) fortaſſe nudam reperient, exiſtimantes virtutem ſe operatos fuiſſe, cùm tamen nihil fortè fecerint. Vbi etiam docendus eſt à concionatore populus, in obligatione quã quilibet habet chriſtianus ad augendam gratiã, quã à diuina manu tam liberaliter & abundè recepit. Et prætereà erudiẽdus eſt in hac doctrina populus, vt ſũmopere curet ad viuras dare optimas quaſq; Spiritus C ſancti inſpirationes, quæ à Deo quotidie tam magnificè illi ſunt præſtitæ. Vbi prætereà docendus eſt homo à cõcionatore, quã

Liber, 1.2.

Materia de gratia.

Timendum vaſ de à circunſtantijs.

Elaborãdum maxime ꝑ augmento gratiæ.

parui ſit à ſua natura valoris, ſi A diuina manus, eiuſq; gratia ipſi deſit: tam debilis enim de ſe exiſtit & miſer, vt ſine ea parui ſit momenti quod egerit. Et tãdem materia hæc conducit maximè, ad exponenda grauia multa, atq; ſubſtantialia ſcripturæ ſanctæ loca.

¶Ad maiorem tamen materiæ huius intelligentiam, quàm hic diuus Thomas ediſſerit (nã de ſe difficilis eſt admodum) poterit cõcionator egregium quẽdam librum, de natura & gratia videre, quem doctiſsimus ac bonæ memoriæ vir frater Dominicus de Soto edidit. Qui quidem tractatus, maximũ illi in hac materia gratiæ, adiumẽtum erit & B lumen, vbi ingenioſiſsimè & catholicè materiã hanc dilucidauit: quę iudicio meo, omniũ operũ eiꝰ pręſtãtior extat ſcriptura.

Liber de natura & gratia Dominici de Soto.

¶Eſt adhuc alius diui Thomæ pręſtãtiſsimus liber, vbi diũus Thomas omnem ſcripturæ ſuæ florem collegit, & quidẽ clariori ſtylo & eloquẽtiori ſermone, quàm in partibus egit: qui nimirùm liber in materias concionãdi officio accomodatas valde, diſtinguitur, & ſumma contra Gentiles denominatur. Quod proculdubio opus, ſecum habere, atque ſæpe legere, concionatori conducit plurimum. C

Summa contra Gẽtiles.

¶Hęc igitur ſunt, quę ex ſcholaſtica lectione in diui Thomæ partibus, magis prædicationis



ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A propoſito & fini accomodantur. Eſtò verū ſit, quòd concionator in ſtudij ſui lectione non vſque adeò limitatus eſſe debet, vt id ſolum legat, quod poſtmodùm prędicaturus eſt: debet enim cōcionator eruditionem habere, non ſolum tanquam prædicator, ſed tanquam litteratus vir & legis præceptor. Quapropter non ſolùm ea quæ pulpitum reſpiciūt, ſed etiam quę cathedram cōcernunt, pleniſsimè legere atq; ſcire oportet: nullus ſiquidem conſummatus ſit concionator, quin prius cōſummatus exiſtat & pręceptor.

Concionator nō ſolū concionis doctrinę alligat' eſſe debet.

Præceptor & cocionator.

¶ Ex alijs operibus, quæ diuus Thomas extra ſcholarum ſtylū

B ſcripſit, quæ magis ad concionādi euangelicum finem agunt, & quæ potior eſt atq; electa doctrina, tres libri ſunt. Primus eſt, qui in Ioannis euangelium expoſitionem continet. Quæ profectò tam eminens exiſtit doctrina, vt ſi in aliquo auxilium illi diuinū præſtitum fuiſſe agnoſcitur, in hoc vtique ſit. Siquidem mirabilis eſt quodammodò ſcriptura, in qua certè ſe ipſum ſuperaſſe videtur.

Expoſitio ſup Ioannē.

¶ Secundus quem edidit liber, eſt quidem, quem ſuper Pauli epiſtolas confecit: quæ etiam

C diuina profectò apparet ſcriptura, in qua (ſicuti iam diximus) ipſius Apoſtoli anima fuiſſe videtur.

Expoſitio i Pauli epiſtolas.

¶ Tertius liber eſt, quem de regimine principum inſtituit: A & quidem curioſus valde eſt, in quo ingenioſiſsimè regū ac principium omnium tractat officiū, & vbi de totius reipublicæ politia agitur: vt tā principes qui regimen gerūt, quàm eorum ciues, veluti homines & non ſicut bruta vitam agant: vbi omnia Ariſtotelis Ethica & Politica euoluit. Vnde iudicio meo is liber eſt, qui inter cęteros maioris ingenij & artificij apparet. Quæ materia neceſſaria eſt valde ad hominum eruditionē, vt inſtructi reddantur, quemadmodū erga reipublicæ directionem ſe gerere debeant, qui ipſius reipublicę capita exiſtunt.

Liber de regimine principum.

Maioris ingenij liber.

B

## ¶ CAP. XXXVIII. DE ſacra Conciliorum lectione.

TERTIVS liber, qui plurimum concionandi cōducit officio, ſunt Conciliorum tomi, quorum lectione, ſummam concionibus ſuis præſtabit auctoritatem concionator. Ibi enim ſedes ſunt & radices fidei veritatum, quas quotidie concionator prædicat. Itē quia in ijs, omnis ferme ſanctorum doctrina continetur: & vbi C fons eſt, à quo Ius Canonicum totum dimanat. Eſt prętereà ſacrorum Conciliorum lectio, in qua cōtra Eccleſiam hæreſes omnes cōfutatę exiſtūt. Et vbi prorſus firmatæ

Cōciliorū liber.

Vtilitas libri conciliorū.

A firmatæ ſunt iam, & tanquam catholicæ ſolidatæ, noſtræ fidei propoſitiones, quas chriſtiani omnes, velut catholicas, omni ſubiectione reuerenter ſuſcipere tenemur: & vbi deniq; vera chriſtianorum viuendi forma inſtituta eſt, per quam vitæ noſtræ mēſuram & regulam aſſumere habemus: quæ omnia ſūt profectò concionatori neceſſaria valde.

¶ Quare etſi nòn ob aliud, ob hoc ſaltem concionator euangelicus conciliorum lectioni deberet inſiſtere, vt videlicet chriſtiano noſtri temporis populo floridum illum antiquæ Eccle-
B ſiæ ſtatum præſentaret: atque ipſorum chriſtianorū, noſtra hac miſerabili ætate, ruinam oſtenderet. Ibi enim zelum, & maximam circa ouium ſuarum gregem, antiquorum prælatorum curam & ſolicitudinem inſpiciet. Quòd ſi ſtatim ad alterius ætatis prælatos coniecerit oculos, videbit vtique, quàm ſtatus ille ab iſto degenerarit. Ibi quippe prælati omnes, ſancti exiſtebant: ibi omnes, ſapientiſsimi erant viri: ibi pauperrimam degebant vitam, quia omnem ſubſtantiam ſuam pro ſuis expendebant ouibus: ibi prælati, integer
C rimos viros ſeſe exibebant. Quia nimirùm ſtomachum & virilem animum obtinebant, quo mūdi reges & potentiſsimos viros audaciter inſtruebant, eosq; in viuendi chriſtianam formam reducebant, atque ſæculares omnes, vt catholici atque vt cæteris exemplares eſſent, compellebant. Et tandem ibi prælati, ouium ſuarum paſtores & patres ſeſe oſtendebant: iuxta quod, ſi concionator in alterius temporis prælatos oculos conuerterit, reperiet forſan viros aliquos potiùs dominantes in clero, quā forma facti gregis: quod diui Petri ſententiæ apertè contrauenit. A

Floridū antiquę Eccleſię tempus.

Paſtores antiqui.

¶ In hac ſacra Cōciliorum lectione, ſimiliter & catholica regum viuendi norma reperietur: qui tātam in omnibus ſubiectionem & obedientiā Pontificibus & Epiſcopis ſemper prę̄ſtiterūt, ac ſi eorū eſſent monachi vel nouitij. Qui etiā ſummum ſemper geſſerunt zelum adaugēdi chriſtianæ religionis inſtituta, fauentes ſemper & honorantes Eccleſię miniſtros, tam clerum, quā etiam religioſorum monachalē ſtatum, tum in temporalibus, tū etiam in ſpiritualibus. Qui omnem ſuam potentiam & regium ſtatum, pro fidei rerum defenſione quotidie expoſuerunt. Qui prætereà omni genere virtutum ornati clarebant, vt vel ſic tanquam veri principes & totius orbis capita, populorum ſuorum gentes, in omnem chriſtianam religionem prouocarent. Qui deniq; fidei zelo accenſi, vt dei honor indies inter homines

Forma viuendi regum.

A accreſceret, ſuam propriam temporalium bonorum ſubſtātiam magnificè expendebant: qua Chriſti Eccleſiam ditiſsimam reddiderunt, vt ſic eius miniſtri liberi, & à populi tumultibus ommino erepti, in chriſtiani populi profectum & diuinum cultum, omni ſolicitudine ipſius Eccleſiæ adminiſtrarent officia ne paupertas in cauſa eſſe poſſet, vt hunc tam altum & ſanctiſsimum finem (ſicuti animarum erat ſalus, diuinumque miniſterium) vt decebat exercere non valerent. Per quam lectionem antiquorum principum, poterit continuò concionator alterius cuiuſcumque ætatis principum agnoſcere vultum. Etſi regum B defectus, non tantum ipſis, quantum alijs, vt in plurimum à vulgari populo impinguntur, dicente quòd principes optimè inſtitutos, atque ad bonum affectos propè ſemper vident, & ꝙ ſi animi ſui optatum deſyderiū quandoque opere ipſo non adimplent, veri ſimilius exiſtimāt, aliunde quàm ab ipſis procedere. Etſi verum ſit quandoque, licet raro, contingere, etiam poſſe, aliquos eſſe tam malè inſtitutos principes, atque ad veritatem tam tepidè affectos, vt conſiliarij eius non ſatis liberè eis C rerum veritatem proponere audeant: quem tamen ſi veritatis cupidum omnino ſentirent, audacius forſitam negotiorū veritatem eis proponere auderent. A In quo tamen articulo, me cenſorem minimè conſtituere volo: quia ignari, ne dicam inſenſati hominis eſt, quod ignorat temerè affirmare. Hoc tamen aſſerere certiſsimum eſt, quòd ſi quandoque rex veritatem ſciendi cupidum ſeſe exhibeat, tunc temporis, inquam, væ conſiliaribus, ſi ab eo veritatem celauerint: hoc namque peſtiferum eſſet, & toti populo maximum nocumentum parare. Verum eſt tamen, quòd circa quoſcumque principes & prælatos, ſemper rudis vulgi conditio fuit, rumoribus & detractionibus abūdare: quare in hiſce rebus prudentis viri eſt, quouſque veritatem clarius conſpiceret, minimè vulgo aures accommodare. B

*Ratio, cur reges, chriſti Eccleſiam ditiſsimā reddiderunt.*

*Notandum valde.*

*Rudis vulgi cōditio.*

¶ Reperiet etiam concionator in hac ſacrorum conciliorum lectione, remiſſum ſatis ab eo quod antea erat, clericalem habitum. Nam ſi illius temporis honeſtati, & perfectioni conferatur, inueniet vtique eum ab ea perfectione degeneratum quodammodo, quam religioſum hoc viuendi inſtitutum exigit, tum in veſtitu, tum etiam in familiari hominum conuerſatione, atque vt plurimum in rebus multis, quę hunc ſanctiſsimum ſacerdotis habitum reſpiciunt. C Ad hoc quippe tam miſerabile tempus iam Dei ſacerdotes deuenerunt & miniſtri, vt verum appa-

*Clericalis ſtatus demiſſ⁹.*

*Expoſitio, titulo 4.*

A appareat illud Ieremiæ propheticum dictum: Diſperſi ſunt lapides ſanctuarij, in capite omnium platearum. Quandoquidem Eccleſiæ miniſtri, non parùm in aliquibus ſæcularem viuendi formam, ſapiunt: & hoc eſt quod platearum nomine propheta inſinuat. Siquidem forum negotiationum locus eſt, & vbi ſæcularium tumultus vigent, & vbi non niſi de emptione & venditione agitur, ac deniq; vbi homines omne bonum quod intra ſe ipſos alijs in locis creauerant, & veluti theſaurum reconditum habebant, totum ibi euomunt & effundũt. Sic pariter videtur, ſanctiſsimus miniſtrorum Eccleſiæ ſtatus, non parùm ſæcularium negociationibus eſſe inuolutus.

Simile.

Simile.

B

¶ Reperiet præterea diuini verbi cõcionator, in hac eadem Conciliorum ſacra lectione, religionum quodammodò ruinam. Videbit ſiquidem religiones ab eo perfectionis decidiſſe gradu, quem antiquitus retinebant. Ibi etenim ſinceriſsima erat obedientia, ſumma erat clauſura, acerrima pœnitentia, ardentiſſimus fidei amor, feruentiſsimus animarum zelus: ac deniq; tanta erat illius ſtatus perfectio, vt non iam hominum, ſed alicuius diuini imaginem religioſi viri præſeferrent. Sed (proh dolor) quia iam in eis veram etiam habet Ieremiæ prophetia, quòd

Religio ſorũ ſtatus.

C

diſperſi ſint lapides ſanctuarij. Monachi namque, ipſius ſanctuarij elaborati nimis erant lapides, quia in ſummo contemplationis gradu erant conſtituti. Ipſi enim erant, qui populi miſerijs, obortis lachrymis, cõpatiebantur. Ipſi erant, qui populi peccata amariſsimè plangebant, atque in ſuiſmet perſonis caſtigabant. Ipſi erant, qui tota nocte vigilijs pernoctabant, pro perditiſsimis in ſæculo hominibus, ad Deum preces fundentes. Ipſi erant, qui corpora ſua flagellis, varijſque pœnitentiæ modis, pro peccatorum hominum in Deum offenſis, macerabant. Atque ipſi denique erant, qui in potu, cibo, & veſtitu, cæteros mundi homines modeſtia antecellebant. Iam tamen lapides ſanctuarij non tam perfectum ſplendorem (ſicut anteà ſortiebantur) retinent. Nam etſi apud religiones præcipuum virtutis, & fidei zelum, & religionis curam, hodie remanſiſſe videamus: ſatis tamen ab ea perfectionis integritate, quàm anteà retinebant, deciderunt, ſicuti omnium aliorum hominum ſtatus. Quòd ſi ſæcularibus, epiſcopis, regibus, & principibus, ac deniq; clericis culpa imponitur, eos à recto & antiquo virtutis tramite deuiaſſe: quantò magis religioſis viris, qui tam altam viuẽdi formã profeſsi ſunt, impingi debet? Quò

A

Simile.

Perfectio antiquæ religionis.

B

Expoſitio, thre no. 4.

C



ALEXANDER VI ... VALENTINUS FERDINANDUS

A enim cæteris præſtantior eſt eorum ſtatus, eò maiorem de eo rationem reddituri ſunt: ac maior incomparabiliter adſcribenda erit ei culpa, atrociorque in die iudicij infligenda pœna.

*Secularũ ſtat⁹.*

¶ Reperiet pariter in ſacra hac lectione prędicator, bonorum & antiquorum ſęcularium fere totam maſſam corruptam & humi proſtratam. Tanta quippe eo tẽpore ſęcularibus erat cura, chriſtianam ſeruandi profeſsionem, vt non contenti eſſent legis ſubſtantialia cuſtodire, ſed virtutis etiam circunſtantias, aliaq; chriſtianę profeſsionis delicatiſsima conſilia, vſque ad minutiſsima quęque, ad vnguem vſque, obſeruare curabant. Vſq; adeò vt tũc temporis ſęcularium congregatio in chriſtiana Eccleſia, non niſi religioſorum cęnobiũ quoddam appareret: quia maximum Dei amorem in ſe ipſis, & in charitatis operibus gerebant: quia ſua libentiſsimè quotidie in proximos erogabant: quia in pace & tranquilitate maxima (quam ad ſe inuicem ſolicitè ſeruabãt) viuebant, in morum honeſtate, in feſtiuitatum obſeruantia, in aſſiduo ſacramentorum vſu concorditer viuentes. Et vbi deniq; tam puram ſemper gerebant vitam, vt eorum multi quotidie ad ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum accederent: alij verò ſaltem bis vel ter in hebdomada: omnes tamen dominicis diebus vniformiter ſanctam Euchariſtiam ſumerent.

*Antiqua ſęcularíũ perfectio.* — B — *Simile.* — *Vſus Euchariſtię ſanctæ.* — C

¶ Itaq; ſi chriſtianorum ſtatũ, qui modò eſt, cum antiquo, qui in ſacra Conciliorũ lectione depingitur, conferas: reperies quidem, ad litteram Iſaię prophetiã hoc noſtro miſerabili æuo adimpletam eſſe, quę capite primo ſic ait: Derelinquetur filia Sion, ſicut ciuitas quę vaſtatur, & ſicut vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario: & ſicut oliua excuſſa, & ſicut colligens ſpicas in autumno. Derelinquetur (inquit) ſicut ciuitas vaſtata. Nam quemadmodum ciuitas vaſtata, omnibus ſuis diuitijs ſpoliata manet, atq; ab imis fundamentis euerſa, ita vt nõ niſi lapides in eius fundamentis remãſerint, ſiue turris aliqua, vel paries deſtructus, in ſignum quòd ibi antiquum extiterat ędificiũ: ſit etiam chriſtianam Eccleſiam optimis chriſtianorum morib⁹ (qui eius erant diuitiæ) ſpoliatam reperies, atque ab integritate, & antiquo virtutis flore deciſam. Ita vt iam in ea non remanſerint, niſi antiquæ virtutis in cœmento lapides: quia non niſi antiqui ędificij aliquẽ reperies ſuperſtitem parietẽ, veluti chriſtianũ principem aliquẽ, aut pręlatum optimum, aut certè bene inſtitutũ militẽ, ſiue religioſum chriſtianum. Et hoc quidẽ in ſignũ eius perfectionis, quã primitiuo tẽpore obtinebat eccleſia.

*Expoſitio, Iſa. 1.* — *Ciuitas vaſtata.* — *Simile.* — B — C

¶ Re-

A

Remanſit etiam eccleſia ( ait propheta ) ſicut vmbraculum in vinea , poſtquã iam tranſacta eſt vindemia. Quãdo enim vberrimo vuarum fructu abundabat vmbraculum ipſum virentibus arborum ramis ornatũ erat. Vbi vinea, lancea, buccina, funda, & cæteris defenſionis inſtrumẽtis, munita exiſtebat. Cæterum poſt quã iam vuarũ vindemia trãſijt, ipſius vmbraculi armatura ſolũ ex lignis contexta remanet. Sic omninò eo felicisſimo tempore, quando hæc eccleſiæ vinea vuis abundabat( quæ vtiq; virtutum erat redundãtia, atq; feruentisſimus religionis zelus )erat quidẽ tunc tẽporis chriſtiana hęc reſpublica florida tota, atque virtutũ ramis decorata. Necnõ abũdãtisſimo virtutũ fructu proſpera: habebat præterea lanceã, turrim, & reſonãtem buccinã , quia rectores eius & paſtores gregum vigilijs incumbebant. At verò noſtra hac miſerrima ętate, non niſi chriſtianorũ armatura nobis remãſit, quæ nẽpe eſt in Deũ credere, crucisq; ſigillum in frõte portare, atq; pectus pugno percutere, ſtatimque in eccleſiæ ingreſſu aqua benedicta ſeſe aſpergere. Nã in cæteris virtutũ exercitamentis, vindemiata eſt iam eccleſiæ vinea, neque quicquam vuarum remanſit, præter duos aut tres botros in vno aut altero vitis palmite pendẽtes: quia mirũ eſt ſi iam duos vel tres in populo vno, chriſtianos & religioſos reperies viros, qui verè & viriliter, ſicuti decet, virtutis proſequantur exercitium.

Simile.

Vmbraculũ vineæ.

B

antiquę eccleſiæ perfectio.

Simile.

C

Simile.

Remanſit etiam eccleſia, ſicut oliua excuſſa, quę poſtquã excuſſa eſt, ſi circum circa contempleris, vix oliuam vnam in eius aliquo ramo, alterąmq; in altero, pẽdentem videbis. Sic etiam ſi eccleſiæ chriſtianitatem modò attentè inſpexeris, tã vtiq; excuſſa remanſit, vt maximi ęſtimemus, vnum aut alterum chriſtianum verum in populo reperiri.

Simile.

oliua excuſſa.

B

¶Et tandem in hac Dei republica, remanſimus iam chriſtiani, ſicut illi qui in autumno ſpicas colligunt. Qui enim in autumno ſpicas colligunt, pauperculi quidã homines ſunt, qui ſpicas quæ ex meſſorũ manibus decidunt poſt eorum terga diſquirere contenti ſunt. Sic omninò hoc noſtro infelicisſimo æuo, derelicti ſumus tã virtute inopes, vt nullum aliud in autumno colligamus ſemen, niſi quod ab illorum ditisſimorum, illuſtriumq; primitiuæ eccleſiæ virorum decidit manibus. Illi namque velut principales eccleſiæ meſſores, triticum in horrea ſua introduxerunt: nos autem velut pauperculi, poſt eorum terga ſpicas colligimus.

Spicas in autũno colligentes.

Simile.

C

Et tandem ( vt ait Chryſoſtomus ) nihil iam chriſtianitatis hominibus in chriſtiana hac republica relictum eſt, pręter quã templo-

Chryſo.

A templorum turres, & in eis ſonantia cymbala, atque in itineribus crucis ſignacula multa. In hoc igitur deſeruit concionatori, ſacrorum conciliorũ lectio, vt virtutis & religionis imaginem agnoſcat, & eam velut virtutum omnium ſpeculum, Chriſtiano populo præſentet: per quam in quam lectionem chriſtianorum quilibet, cuiuſcumque ſit ſtatus aut conditionis, vitam ſuam corrigat & emẽdet, velut mulier, quæ ſpeculum præſens coram ſe habens, ſui vultus defectus & maculas corrigit & emundat, per quod itidem lectionis ſacræ exemplar in inceſſu, ſtatu, habitu, & in B cæteris omnibus, quæ Chriſtianam concernunt vitam dirigamur.

*Cõcilio rũ lectio quid cõcionatori cõducat.*

*Simile.*

*Simile.*

## ¶ CAPVT. XXXIX. de libris pro confutatione hæreticorum à concionatore eligendis.

EST preterea concionatori neceſſarium, vt ſicut C veritatum lectionẽ habere debet, ita & hęreſum atque errorum notitiam teneat, vt ſuo tempore eas confutare, necnon à malorum chriſtianorum cordibus, velut peſtiferum zizanium eradicare ſciat. Nam ſicut colonus zizaniã euellere curat, ne triticum ſuffocet: ſic concionator hæreſes eradicare tenetur ne diuini verbi, quod prędicat A ſuffocetur ſemen. Ad hoc igitur opus ſibi eſt, aliquos etiam legiſſe libros, in quibus hæreticorũ errores confutentur. Ad hoc tamen ſi de antiquorum hęreticorum erroribus loquamur, nullus liber eſt, qui omnes priſcorum hęreſes in vnum collegerit, ſed diuiſim in varijs auctorũ libris tam ſcholaſticis quã ſacris refutatæ ſunt. Et eſtò verũ ſit, quòd diuus Auguſtin. fuerit, qui plus contra antiquorum hęreſes ſcripſerit: ſed tamen illius temporis hęreſes iam modò per eccleſiam B publicè ſunt damnatæ, atque in concilijs tanquam tales habitę, & velut manifeſtę hęreſes publicatę. Quemadmodum fuerunt Arrianorum, Donatiſtarũ, atq; Manichęorum ſectę. Neque adhuc etiam diuus Auguſti. antiquos omnes hęreticos in vnum compilauit: ſiquidẽ extra hos recẽſitos, alia eſt hęreticorũ innumera multitudo. Qui tamen his noſtris temporibus, oẽs in vnũ redegit librum, fuit quidem pater Alfõſus de Caſtro profeſsionis C diui Frãciſci, vir quidem doctiſsimus, atque non minus egregius cõcionator, in libro quodã, quem de hæreſibus edidit.

*Auguſt.*

*Arriani. Donatiſtæ. Manichæi.*

*Alfõſus de Caſt.*

Veruntamen de noſtri temporis modernis hæreticis, preſertim à Martini Lutheri ſecta vſq; nunc, quos oportet vt concionator ſuo tempore vel in ſermone, vel in familiari collocutione con

*Recẽtiores hęretici.*

A confutare ſciat, quia hæreſes huiuſmodi, recentes valde in catholicorum auribus verſantur) auctor igitur, qui meliùs de his recentiorum hæreticorum erroribus diſputat, huius præcipuæ lutheranæ ſectę, & qui efficatioribus argumentis, ſaniorique doctrina hęc ediſſerit, Roffenſis eſt doctiſsimus vir, qui ſatis ad longum hanc hęreticorum materiã eruditiſsimè diſputat. Quia tamẽ auctoris huius lectio, aliquãtò prolixior eſt, & fortaſsis concionatori faſtidium generaret, auctorem aliũ videre libeat, cui titulus eſt. Compendium cõcertationis huius ſęculi ſapiẽtium ac Theologorum, ſuper erroribus moderni temporis: quẽ confecit inſignis quidam vir, nomine Ioannes Bunderius à Gandauo, inſtituti ſancti dominici, qui tunc temporis officij ſancti extitit Inquiſitor. In quo quidem libello doctiſsimus hic vir, eleganti, claroque ſtylo, ſumma breuitate, & abundanti ſanctorum lectione, atque ſacræ ſcripturæ quã plurimis teſtimonijs, de confutatione modernarũ hæreſum tractat, ſimulque de multis antiquioribus alijs rebus. Qui præterea in lucẽ radicitus educit principia omnia, & cærimoniarum

Roffenſis.

Cõpendiũ con certatio nis.

B

Ioannes Bunderius.

C Eccleſiæ antiquitates, nec non laudabilia eiuſdem Eccleſię antiqua ſtatuta, & religioſos hominum mores, religionumque fundamẽta: quæ omnia maxima breuitate colligit, atque ingenio dilucidat. Et horum duorum auctorum lectio, ſufficiet quidem, vt eruditus ſit ſatis cõcionator, in his quę hęreticorum ſunt, vt de eis, dum temporis opportunitas exegerit, loqui valeat.

## ¶CAPVT. XL. DE LIbris lectionis naturalis, quos legiſſe concionatorem decet.

POSTQVAM de ſanctorum libris, atque hęreticorum diſſeruimus: conducit etiam pręceptori euangelico (ſicut ſuprà diximus) vt aliquem lectionis naturalis librum percurrat. Nam lectio hęc (ſicuti iam à nobis ſuperiùs expoſitum eſt) decorem nimium & robur noſtræ fidei propoſitionibus, quæ in concionibus adducuntur, tribuit. Auctores autem qui huic concionandi propoſito magis deſeruiunt, quorũ excellentior ſit doctrina, & quę plùs optimam hominum vitę inſtitutionem reſpiciat, duo quidẽ ſunt, quorum lectioni concionator præcipuè adhęrere poterit: ſunt enim ſcriptores tum grauiſſimi, tum etiam eruditionis multę. Quorum primus Seneca eſt. Nam etſi multa in operibus ſuis contineat, quę humanę ſapientiæ curioſitati deſeruiant, habet tamen inter hęc aliqua, euangelicę eruditioni valde accommodata.

A

B

C

Seneca.

A data. Sicuti eſt tractatus ille, quē ad Lucillum Balbum ſcripſit de humanę vitę inſtitutione: & aliquem ad eundem, de prouidentia diuina miſit: aliaſque maximi momenti materias pro hominum morali inſtructione diſſeruit. Quemadmodum fuerūt de paupertate, De ira, De clemētia, De vita beata, De tranquillitate vitę, De breuitate vitę, De quatuor virtutibus moralibus, De hominū moribus. In quibus omnibus acutiſsimè & ſapienter multa, quę ad religioſam hominum inſtitutionem attinent, pertractat.

¶Secundus auctor, qui poſt Senecam concionandi officio B ſimiliter conducit, quantum nimirū Seneca fuit, ne plus dixerim, Plutarchus eſt, in libro quem de Moralibus confecit. Nam omnes ferè materię, quas hic tractat, ad hominum mores attinent, eiſq; quas euangelium expoſcit, maximè ſunt affines: præcipuè illę, quas hic ſtatim ſubiungemus. Quarum prima eſt, tractatus quidam de liberis educandis, in quo eruditè admodūm parentum officium edocet, eorum induſtriā exaggerans, quam in educandis filijs tenere debeant. Quam doctrinam, multis in locis ſcriptu- C ra ſacra exigit, & quę pręcipuè iuuat ad ſacramēti matrimonij declarationem, quę etiam diui Pauli doctrinæ concordat, ad Epheſios, capite. 6. vbi tractat de forma quam pater erga filios ſit habiturus, & ècōuerſo de ſubiectione, quam filij parētibus exhibere teneantur.

Plutarchus.

De liberis educandis.

A

Ad Ephe. 6. c.

¶Itē eſt & alia materia in eodem Moralium libro, de modo proficiendi in virtute quem homo tenere debeat. Quæ etiā doctrina multis ſcripturę ſacrę locis correſpondet, ſicut illi Matthęi. 25. capite, de talentis quę pater familiàs ſuis ſeruis contulit, vt negociationi expoſitis, eiſdē alia quinq; lucrarētur. Correſpōdet pręthereà diſciplina hęc, ſecūdę ad Corinthios epiſtolę capite. 6. vbi ex profeſſo Apoſtolus tractat de profectu & augmento virtutum, quod homines in vita ſua gerere debent, ex gratia ſanctiſsimiſq; inſpirationib⁹, quas à Deo tā magnificè receperunt. Correſpondet pręthereà materia hęc, illi euāgelij loco, qui de hominis perfectione agit, cū Chriſtus ait: Eſtote perfecti, ſicut pater veſter cæleſtis perfectus eſt. B

Modus in virtute proficiendi.

Expoſitio. Matthęi. 25.

Expoſitio. 2. corint. 6.

Expoſitio. Matthæi. 5.

¶Itē eſt auctoris huius in pręfato loco materia alia, de vtilitate ab inimico capiēda. Quæ profectò diſciplina chriſtianæ religionis culmen reſpicit, & quę lectioni euangelicæ Matthęi. 6. capite adaptatur, vbi de dilectione inimici agitur. Quæ præthereà doctrina, legis chriſtianę viſceribus concordat, quæ manſuetudinem, atque in aduerſitatibus tolerantiam, homini chriſtiano ſuadet. C

De vtilitate ab inimico capiēda.

Expoſitio, Matthæi. 6.

¶Eſt

A ¶Eſt & adhuc proficua nimis doctrina, quã adhuc auctor iſte tractat, de differentia inter verũ amicum, & adulatorem: aptiſsima quidem ad prędicandũ chriſtiano populo veræ amicitiæ cõditiones, quas Chriſti euangeliũ ab hominibus requirit: atq; ad reprehendendũ hominũ adulationes, quibus reges atque alij mundi huius magnates plurimũ gaudent. Eſt prætereà materia de vera amicitia, conformis maximè illi euãgelij loco, vbi chriſtus ait: Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego prçcipio vobis. Vbi Chriſtus verè amicitiæ cõ B ditionẽ vnico verbo explicuit: in hoc ſcilicet, ꝙ eius facerẽt voluntatẽ. Verus enim amicus, amici voluntati ſubditus eſſe debet.

Veri amici & adulatoris differẽtia.

Expoſitio, Ioannis. 15.

Scribit etiam hic auctor, vtiliſsimũ alium tractatum de amore parentũ erga prolem. Vbi doctiſsimè ediſſerit de amoris conditione, quem erga filios parẽtes gerere habent: ne illos velut animalia bruta, ſed ſicut homines diligãt, & enutriant, intra ipſius rationis limites, intelligentes ꝙ in altiorem finem, quam terra hæc ſit, eos procreãt. Quæ nimi- C rum doctrina, valdè ſcripturę lectionem concernit, & legẽ quam chriſtiani parẽtes profeſsi ſunt.

De amore parentum.

Simile.

Scribit etiam Plutarchus tractatum alium, ſcilicet, quemadmodum ira fugienda ſit, & quomodo etiam in homine ſenſualitatis furor ſit edomandus. Quæ materia chriſtiani hominis inſtitutionem reſpicit: cuius quidem principale intentum eſt, pacificas & conſepultas ſuas habere paſsiones. A

De fugiẽda ira.

Chriſtiani hominis intẽtum.

Item materiam aliam ſcribit de vitio quod in nimia diuitiarum cupiditate committitur. Quæ doctrina decet admodum chriſtianæ legis noſtræ profeſſionem, quæ euangelio Lucæ. 12. cap. præſertim cõcordat, & Matthęi 6. cap. quę ambo vtriuſq; euangelij loca, nimiam hominũ ſolicitudinem damnãt, erga temporalia huius ſæculi bona. Con- B formatetiam doctrina hæc diui Pauli lectioni, ad Philippenſes capite quarto, atque primę ad Corinthios epiſtolæ, capite ſeptimo, vbi de eodẽ apoſtolus agit.

De diuitiarũ cupiditate.

Expoſi. Luc. 12. & Ma. 6

Ad Philipp ẽ. 4. 1. cori. 7

Eſt itidem vtiliſsima doctrina, quam in alio tractatu docet, de ſapientia & regimine principum: doctrina quidem neceſſaria valde pro multis ſcripturæ locis.

De regimine principum.

Tractat ſimiliter in libello C quodam præcepta quędam, quę docent conditiones, quę inter virum & vxorem ſeruari habent, vt eorum vita rectè ſit inſtituta. Omnia hæc quę diximus, in libris Moralium hic auctor continet.

De obſeruãtia inter virum, & vxorem

## CAPVT. XLI. DE dictionarijs, quæ prędicatori ſunt accommodatiora.

FERDINANDVS ... VALENTINVS

POST iam memoratos libros, conducit præ- tereà concionatori, ad veram & legitimam vocabulorum ſignificationem, tam ſcripturæ ſacrę, quàm etiam ſanctorum, aliquem ſibi eligere auctorem, qui propriè de hoc tractet. Maxima ſiquidē prędicationis pars à legitima vocabulorum acceptione dependet: quandoquidē ex vera & propria terminorū intelligentia, verus & proprius ſcripturę ſenſus inſurgit: ac proinde ſępe concionator, legitimo etiam ſermone Hiſpano, & vocabulorum proprietate in pulpito doctrinā populo ꝓponere ſciet. Cui propoſito, duo ſunt aut tres, quos ego hucuſque viderim auctores, qui de hoc rectius tractāt. Primus & pręcipuus, qui maiori proprietate, atq; grandi auctoritate, necnō & lectione multa, tum latinorū librorū, tum etiam ſacrorum, materiā hanc ex profeſſo euoluat, liber quidam eſt, in tria diuiſus corpora, cui titulus ineſt Theſaurus linguæ latinæ: inſigne certè opus quod ſcripſerunt duo celebres viri, vtraque lingua (Latina videlicet & Gręca) pollentes, & in omni humaniſtarum lectione eruditi admodū. Et certè re vera ipſius libri nomen, eiuſdem facto cōcordat: eſt nempe acceptionis terminorum verus theſaurus.

Simile. | B | C | Theſaurus linguæ latinæ. | Simile.

Poſt hunc qui ſecūdò loco eligendus apparet, eſt vtiq; Calepinus, quia extēſè nimis, maximaq; proprietate hanc ediſſerit materiam. In his duobus auctoribus copioſè inſpicere valebit cōcionator, quicquid ſibi in hoc articulo neceſſarium duxerit.

Calepinus. | A

Eſt adhuc liber quidam egregius qui Eraſmi Adagia inſcribitur, qui grandi proculdubio abūdat lectione, quantū nunquā in aliquo alio viderim ego auctore, circa prouerbia, antiquaſque ſentētias, quę tū in humaniſtarū lectione, tū ſanctorū, tum etiam familiari hominū loquutione quotidie verſantur. Quę nimirū lectio ad cōcionatoris eruditionem cōducet nimis. Conatur ſiquidē in lucē educere origines oēs, vnde tot loquēdi modi inter homines promanauerint. Inter quæ omnia, potiſsima ſūt & præcipua quędā adagia, quę vtilem magis accomodatiorēq; ad concionādi officiū cōtinent doctrinam: ſunt enim materiæ iſtæ oēs morales, & quę chriſtiano populo prædicabiles exiſtāt. Sunt autē adagia hęc numero decē, quæ hic ſtatim ſignare decreuimus, ne concionator librū totū cogatur percurrere, ſed ilico per titulos hic ſignatos facilè reperiat. Primus eſt, dulce bellū inexpertis. Secundus, homo bulla. Tertius, ne bos quidē pereat. Quartus, Scarabeus aquilā q̄rit. Quintus, ſileni Alcibiadis. Sextus Herculei labores. Septimus ſpartam nactus es, hanc orna. Octauus feſtina lēte. Nonus aut fatuum, aut regē naſci oportere.

Eraſmi adagia. | B | C

A In his adagijs, quæ potiora ſunt totius libri, quam plurimę continētur materiæ, quæ hominum mores concernunt, & humanos ritus: vbi ſingularis includitur eruditio, ad quarumcumq; gentium conditionem & ſtatum.

Dulce bellũ in expertus.

¶ Oportet tamen concionatorem prouidum eſſe & cautum in lectione adagij illius, dulce bellum in expertis: in cuius lectione Eraſmus omne debellandi genus damnare videtur, nullum enim ſecundum eius doctrinam iuſtum inter homines bellũ eſſe apparet. Quod profectò catholicæ veritati repugnat. Nam pręter quàm quòd in ſacra ſcriptura ex ipſius Dei expreſſo mandato, quàm plurima fuerint geſta B bella, ſicut inter filios Iſraël cōtra Philiſtęos, cæteraſque mundi nationes fuiſſe legitur: neque adhuc in lege chriſtiana iuſtum bellum damnãdum eſt. Nam ſi bellare minimè licet, multa in chriſtiana republica crearentur latrocinia atque tyrannides: & prætereà ridiculum eſſet, ꝙ hoſtes qui proprias chriſtianorum terras poſsiderent aut vſurparent, fugare non liceret.

## C ¶ CAPVT. XLII. DE modo formandi ſeu componendi ſermonem.

NONVM præceptũ eſt, de modo quo confici debeat euangelicus ſermo. Iam ergo agendum nobis eſt in A hac parte de forma, quam concionator euãgelicus habere debet in formanda concione. Sciēdum igitur eſt, tres eſſe modos, euangelicam conficiendi orationem: quibus in chriſtiana doctrina populus præcipuè erudiri poteſt. Quorũ primus eſt, quod vulgariter dicitur, euangelium poſtillare, ideſt ſeorſum aliqua loca euangelij exponere. Quod nihil aliud eſt, quàm ſuper euangelicam hiſtoriam præcipua aliqua puncta ad prædicandum eligere. Itaq; dum ipſius euangelij litteram in concione ſucceſsiuè refert, ita etiam ſucceſsiuè aliqua eius ſeorſum loca populo declaret: ſicut ſanctorũ multi in ſcri- B ptura ſua vti conſueuerunt, & concionatores etiam ſępenumero faciunt. Et hic prædicãdi modus àudientium aures quodammodo delectat, quia eos varijs doctrinæ punctis reficit: doctrinæ ſiquidem varietas valde hominis intellectum delectat. Quēadmodum in menſa ciborum diuerſitas, comedentis guſtum etiã recreat. Et quemadmodum mercator, qui varias merces ementibus proponit, ipſos mercatores & delectat & prouocat, vt ad eius officinam accurrãt. Et ſicut pratũ diuerſis floribus reſperſum, C hominem ad colligēdos eius flores incitat. Similiter quando in concione ſua pṙedicator variam proponit doctrinam, conuiuium quod-

Triplex modus conficiēdi ſermonē.

Poſtillare.

Simile.

Simile.

Simile.

A quoddam auditoribus parat, ex varijs appoſitis cibis, quo ipſis, veluti comedentibus, dulcem ingerit guſtum: atque officina eſt, in qua margaritæ plurimæ educuntur: nec non & pratum quoddam, vbi multi naſcuntur flores atque diuerſę exoriuntur odoriferæ herbæ. Quæ omnia ad concionis affectũ auditores mouent, & vt doctrinam in ſui commodum colligant, afficiunt.

¶ Hic tamen modus docendi euangelium etſi audientibus (ſicuti diximus) recreationem afferat, non vſque adeò ipſis vtilis B exiſtit. Parum ſiquidem auditorum animos mouet, quod tamen concionatoris euangelici principale debet eſſe intentum.

Poſtilla, parũ auditorem mouet.

Simile.

Quemadmodum enim dum comedenti in menſa plurimi apponũtur cibi, eius ſaluti minimè quidẽ conducit (ciborum enim multitudo in cauſa eſt, vt ex omnibus aliquid deguſtet, & tamen nullum integrè comedat: ſatiusq́; illi eſſet & ſalubrius, vno aut altero potiori refici cibo) ſic pariter quando euangelico auditori plurima in concione proponuntur doctrinę puncta, intellectus eius C omnia deguſtat, & nullum deglutit: eique ad vitę ſuę reformationẽ, fuiſſet profectò ſalubrius, aliquam euangelij dumtaxat veritatem comediſſe, & ruminaſſe, quouſque eam integram degluti ſſet.

Simile.

Nam quemadmodum ille, qui ad officinam plurimum mercium accurrit, in qua margaritę & gemmæ abundant, atque plurima alia adeſt mercium multitudo, ſæpenumero in aſpiciendis dumtaxat mercibus totum conſumit tempus, nullamq́ue illarũ emit, quia nimirùm non tot ſibi ſuppetũt pecuniæ, ad tot mercium emptionem: ſic etiam qui ad concionem varijs doctrinis reſperſam accurrit, potiùs tempus ipſum conſumit in contemplatione & curioſitate variarũ veritatum, quàm in eis vtiq; recipiendis, atque vitæ ſuæ reformationi applicandis. Quia nec B prædicatori tempus ſuppetit, vt tot veritates efficaciter auditori perſuadeat, ſed eas breuiter trãſcurrere oportet: neque etiam ipſi auditori ſufficiens ſtomachi calor ineſt, quo eas digerere valeat. Sed ad hoc tandem tunc temporis deducitur concionãdi negotium, vt concionator eas proponere, & auditor audire, contenti ſint.

¶ Et hic prædicãdi ſtylus eſt, quo vt plurimum magis diuini verbi vtuntur concionatores, quia in rei veritate facilior eſt, & in quo paruo eget cõcionator ſtudio: in eo ſiquidem nullũ eſt ingenij artificium. Nam ad inquirendum diuerſa doctrinę pũ C cta, in vno eodemq́; euãgelio, facile admodùm eſt in ſanctorum doctrina hoc reperire, atque in alijs euangelij expoſitoribus. Huic enim propoſito deſeruit

maximè

A maximè diui Thomę cathena aurea, atq; homiliæ quã plurimę, quas doctores ſancti ſuper euangeliſtas confecerunt: quas ſi prędicatori legere libeat, nullus eſt qui ſaltem ſuper quodlibet euãgelium quatuor, aut quinque, non reperiat puncta, quæ concionari populo poſsit. Et hic concionandi ſtylus eſt, quem ſummopere diligunt, regiam incolentes curiam: ſunt enim qui veritatum curioſitate potius veſtire intellectum appetant, quàm ipſarum profectu animum perficere. Nam quemadmodum in ſuorum corporum exterioribus indumentis, omniumque aliarum rerum politia, curioſi ſemper exiſtunt: ſic etiam in ipſa euangelica doctrina, curioſitatum, plus quàm vtilitatis vt plurimum amatores videri appetunt. Quod profectò in regia cõmorantes curia minimè decet. Nam eſtò ibi vt plurimum virtus & fidei zelus, religioniſque, apud multos vigeat: attamen quia ille locus eſt, vbi tanta gentium adeſt multitudo, multitudinem etiam vitiorum ibi adeſſe neceſſarium eſt: quæ vitia pręcipuè concionatores ſumma diligentia & zelo reprehendere habent. Et cum prætereà locus ille ſit, vbi homines carnis delitijs magis quàm alibi vtantur: & vbi etiam prælatias, dignitates, cęteraque reipublicæ officia tam effrænatè procurant: neceſſariò inde conſequitur, vt ibi potiùs, quàm quocũq; alio loco, vitia ipſa habenas laxent: ſicuti ſũt gula, auaritia, atque prophanorum veſtimentorum vſus: vbi prætereà cupiditatis vitium in rebus temporalibus, & ambitionis appetitus vela ſua extendunt: ac denique vbi vnius ad alterũ æmulatio ex toto graſſatur. Quapropter hoc in loco concionatoribus tali doctrina opus eſt, quę vitia extirpet, virtuteſq; plãtet, colligationes diſſoluat, prophanumq; viuẽdi modũ ad chriſtianam formã reducat. Ad hoc igitur oportet omnino, vt euãgelici cõcionatores aliquibus pręcipuè veritatibus inſiſtãt, eas nẽpe cõtinuo aliquo argumẽto proſequentes, vt ſic ſimilium auditorum rebellem intellectũ vincãt, proteruumq; animum deflectãt, vt vitioſiſsimum viuendi modũ, quem habent, derelinquãt, virtutumq; adhęreant exercitio. Hoc inquam in regia curia potiùs opus eſt, quàm curioſam aliã doctrinæ ſubtilitatẽ adducere, quę eorum demulceat aures:

Cathena aurea

Regiã incolentes curiam.

Simile.

B

Concionator regius.

C

Curię vitia.

Doctrina, curię expediens.

B

¶ Et quidem inuenio hunc cõcionandi ſtylum, potiùs pro iuſtis hominibus eſſe aptum, qui iam religioſam gerunt vitam, quã pro peccatoribus. Nam hoc intereſt, iuſtis, vel peccatoribus concionari. Illis namq; cùm in virtute iam radices miſerint, & in bene viuẽdi exercitio ſint cõſtituti, adducenda eſt doctrina,

Concionãdi modus pro iuſtis hominib⁹.

C



[library stamp: ... ALEXANDER ... FERDINANDVS ...]

A queę eorum delectet voluntatem, intellectum ſubtiliter doceat, ac deniq; doctrinę dulcedine mentem reficiat, vt in dies in virtutis perfectione creſcant. Cæterùm ijs, qui in profundo peccatorum ſunt immerſi (ſicut vt plurimum in curia cõmorantes ſunt) ne vtiquã oportet doctrinæ ſubtilitatibus eos imbuere, ſed talem proponere doctrinam, quæ eos iudicij die, & inferni pœnis, mortiſque horrenda hora, atque vitæ breuitate terreat. Et hoc eſt diui Gregorij præceptum, trigeſimo Moralium libro, capite. 7. vbi ait, quòd ſicut gallus iuxta varias noctis horas, varios etiam format cantus B (in profundo namq; noctis, raucam, grauemq; emittit vocẽ: at verò iuxta aurorã, cùm iam dies elucеſcit, delicatiorem & ſuauẽ vocem format) ad eum omnino modũ circa audientes variũ debet euangelicus cõcionator formare ſermonẽ. Eis quippequi in peccatorum ſuorũ noctis profũdo, quaſi iam ſepulti poſiti ſunt, atque ipſius vitij ſomnolẽtia detẽti, efficacẽ debet proponere doctrinam, quę vires & neruos obtineat, vt eos à peſsimis, fœtidiſſimiſq; morib⁹ eradicare valeat: Eis tamen qui verſus auroram à C vitiorũ iam ſomno excitati ſunt, atque virtutum exercitio eleuati, decantare in cõcionibus dulciter habent, eorumque animos ſuauitate doctrinæ reficere, vt in

Concionãdi modus, corã peccatoribus.

Grego.

Simile.

bono opere incepto creſcant, & A beatam vitam, quam ſemper intendunt, ardentiùs apprehendere conentur. Sicut enim mulieri, quæ ſubſtantiali iam veſte induta eſt, non niſi monilia deſunt, quibus caput adornet, cæteraque veſtimenta illuſtret: ſic etiam religioſis viris, qui iam virtutum ſubſtantialibus indumẽtis induti ſũt, nihil aliud deeſt, quàm vt concionator, veluti monilibus, eorum intellectum pretioſis delicatiſsimiſque doctrinæ punctis decoret: delicatiſsimis nimirùm ſcripturæ ſanctæ locis eos recreans.

Simile.

¶Cùm igitur homines qui in curia regia cõmorantur, etiamſi B exteriùs in corpore pretioſis induantur veſtimentis, interiùs tamen multũ huius indumẽti virtutis illis deeſſe, veriſimiliter pręſumi poſsit, de quibus fortaſſis in noctis profundo dormire, aſſeri etiam valeat: non eſt cur à concionatoribus curioſam expectent doctrinã, ſed eos potiùs cõcionatores diligãt, à quibus acriter argui deſyderent, vt à vitijs quibus irretiti ſunt eripi valeat. Qua de cauſa concionatores in ſimili loco, ſubtiles materias fugere decet, quouſque eos à peſtifero viuendi morbo eradicent.

¶Et hæc ſemper deberet eſſe C differentia inter regum pulpitum, aliorumq; populorum. Nã etſi alijs in locis veritates quandoq; ſubticeri poſsint, quia ſępe deſi-

Regũ pulpi-

A deficiunt audientes,quibus talis adaptari valeat doctrina:attamē in curia regia,cum tot tantique ſint diuini verbi auditores,quibus omnis euangelica adaptari poſsit diſciplina, quę multoties auditorum defectu alijs in locis omittitur, ibique tanta meſsis abundantia adſit, in quam concionatores falcem mittere valeant, multuſque adſit peccatorum aceruus,qui deſtrui poſsit: non eſt cur regius concionator, doctrinæ aliquid in euangelio ſubticeat.

Regis pulpitū. ¶Prætereà regum ſuggeſtum, locus eſſe debet,vbi nulla veritas à concionatore diſsimulanda veniat:ſed conducit valde,vt audi-B tores ad talem concionē cōcurrentes,ſciant vtiq;,concionatorem regiū,omnia legis prçcepta, quātumuis amara eos docere debere,nec non peccata omnia reprehēdere:& in regio pulpito vitium nullum reticendū eſſe,nec Simile. virtutē aliquā non docendā. Nā ſicut nomē hoc rex, aliorum caput eſſe ſonat,& ꝙ in ſe totius rei publicę rectitudinem habeat,& Quid nomē hoc rex, ſonet. à quo delictorū punitio & iuſtitia dimanet,& à quo prætereà rectitudo legis,qua alij dirigi debent,procedat: ſic etiam eius pulpitum,veritatum atque totius re- C ctitudinis locus eſſe habet,vt inde verus & catholicus prædicādi ſtylus, in cæteras deriuetur reſpublicas. Et hęc de regia cōcione ſufficiant.

¶Eſt etiam hic concionandi A ſtylus,aptior quidem ad ſcribendum, quàm ad prædicandum. Quādoquidem qui ſcribit,quia vacat,neque aliquod ipſi limitatum tempus taxatur, calamum ad longum extendere valet, atque pro ſuo beneplacito quā plurima veritatum inquirere puncta: ſiquidē doctrina quæ in ſcriptis eſt,alijs legēda proponitur, vt lector ipſe inter multa quę legit, id quod ſibi magis placuerit eligat. Cæterùm cum ille qui concionatur, taxatum habeat tempus, ac tam breue, vt iam noſtra hac tempeſtate, auditores nihil magis attendant, quàm ſermonis breuitatem: inde inquam eſt,quòd ſi concionator B dum poſtillat, veritatum varietatem intra vnam dumtaxat horam tractare intendit, neceſſariò plurima dicendo, nihil dicat: quia multa incipit, & nullum proſequitur, nec finit. In quo auditoribus non mediocre irrogatur damnum, quia hic dicendi ſtylus talis eſt,qui illis nihil efficaciter perſuadet.

Poſtillare, ad ſcribendū aptiſſimum.

## ¶CAPVT. XLIII. DE ſecundo concionandi modo.

C

SECVNDVS concionandi modus eſt, cū prędicator ex euāgelica lectione veritatem aliquam deſumit, quæ principaliorem ipſius

2. cocionādi modus.

A euangelij doctrinā adminiſtrat: in qua totius concionis argumē tum fundat, illudque rationibus, comparationibus, atque ſanctorum exemplis & doctrina, per totam concionem deducens implet. Itaque poſtquàm euangelicæ hiſtoriæ litteram retulerit, totius eius ſermonis veritas illa argumentum ſit, & collocutio. Qui profectò prædicandi modus Rhetoricus magis eſt, atque auditoribus vtilior, maioremq; exigit artem & ingenium, nec non plus & lectionis & doctrinæ.

Rhetoricus ſtylus.

¶ Dico igitur ſtylum hūc, magis Rhetoricum eſſe, quia in eo illa Rhetoricæ ſeruatur pars, quam oratores amplificationem appellant: quæ vtique eſt, cū oratio in longum cōtexta procedit, atque ex re illa, de qua agit, rationibus & argumentis, vſque in finem ipſamet oratio protēditur. Neque aliquid aliud tunc temporis in tali concione inſerendū eſt, quod à principali argumento alienum appareat, niſi quatenus ad principale pūctum, quod ab orationis exordio propoſitū fuit, exponendum, ſiue ponderandum conducat.

B

Amplificatio.

C

¶ Eſt præterea modus hic dicendi, auditoribus vtilior. Nam cùm ibi concionator vnam eandemq; rem radicitus pertractet, eamque integrè euiſceret, quia eam nimirùm in finem vſq; proſequitur: hinc eſt, ꝙ hic dicendi ſtylus valde auditoribus ipſis veritatem ſuadet. Siquidem contentionis genus quoddam eſt, quod orator in concione cum auditoribus aſſumit, quouſque (more belli) eos ſuæ doctrinæ perſuaſione vincat. Et quemadmodum infirmo, qui comedendi appetitum amiſit, ne vtiquā ſufficit illi cibum prŏponere, ſed oportet illum rogare, rationibuſq; inducere, mortiſq; periculo terrere, vt propoſitum cibum comedat, atq; alijs varijs modis eius oportet excitare appetitum, iam ſalſamento, iam aliquo arboris fructu, iam melle, aut aceto, quouſque propoſitum cibum deglutiat: ſic etiam exiſtimare habet concionator, quòd diuini verbi auditor in concione cōſtitutus, infirmus quidam eſt, qui comedendi virtutem & appetitum amiſit, ex amaritudine & faſtidio, quod in eius anima iā peccata generarunt: & quòd ipſe eſt miniſter, qui ibi diuinum hunc cibum euangelicæ veritatis proponit, qui etiam vt comedat ſuadere habet. Quare minimè ſufficit illi euangelicam veritatem ſolum modò proponere (ſicuti concionator qui poſtillat facit, qui dumtaxat doctrinam populo præſentat) ſed opus eſt, vt eiuſdem veritatis cibum, tum efficaciſsimis rationibus, tum argumentis, tum verò ſuppliciter audientes exorans, Dei miſericordiam illis proponens: & iam

Stylus dicendi, auditoribus vtilior.

A

Simile.

Simile.

Simile.

B

C

A iam acerrimis reprehenſionibus, iam deniq; dulciſsimis verbis, efficaciter & inſtanter illis ſuadeat, quouſque à vitijs generatum faſtidium ab auditore expellat, eiuſque excitet appetitũ, vt ſibi propoſitam veritatem deglutiat.

¶ Et hęc diui Pauli induſtria, atque mirum fuit artificiũ, quod euangelicis prædicatoribus pręſtitit. 2. ad Timotheum epiſtola, capite. 4. Vbi loquens de doctrinę perſeuerantia, quam cum peccatore habere deberet, quouſque eum à vitij ſomnolentia excitaret, ſic ait: Argue, obſecra, increpa, cum omni patientia & doctrina.

Expoſitio. 2. Timo. 4.

B Attende (inquit Paulus) grauem peccatoris infirmitatẽ, & ne cito à doctrinæ perſuaſione deſiſtas, vſquequò illi varijs dicendi modis veritatem ſuadeas: iam nimirùm arguendo, quod eſt eius intellectum ratione vincere: iam autem rogando, quod eſt quàm plurima Dei beneficia, quę tam liberaliter quotidie à diuina manu recepit ſuauiter ad memoriam reducendo: quandoque tamen increpando, quod quidem fit cùm eius deteſtatur pertinaciam, quia tam cõtumax in abijciendis peccatis

Arguere. Obſecrare.

Increpare.

C ſuis extiterit, & quia tantam peccatorum accumulauerit ſarcinam, atque dæmoni tam continuum præſtiterit obſequiũ, nec non quia pro his tã caducis mũdi rebus Deum creatorem ſuum reliquerit. Itaq; ait Apoſtolus, ꝙ concionator in hac peccatoris perſuaſione, per aliquam tẽporis moram, doctrinã protrahat, nec citò ab ea deſiſtat, quouſque veritatem, quam prędicat, ſufficiẽter illi perſuaſerit. Hoc igitur habet optimum hic concionandi ſtylus, quòd videlicet oratio quædam ſit, quæ cum auditore (more belli) contentionem ducit, quouſque eum vincit: quod euangelicæ eruditioni maximè neceſſarium exiſtit.

Simile.

¶ Eſt etiam hic dicendi modus, maioris ingenij & artificij. Et ideò concionatori induſtria opus eſt, vt in hac oratione doctrinam texere ſciat, ita vt ſemper eorum quę dicit, conſequentiã & connexionẽ habeat. Quod nihil aliud eſt dicere, quã quòd vnum & idem orationis argumentum, quod per totam concionem texitur, euoluat: & quòd cùm vna eademque ſit eiuſdem rei locutio, tali dicendi ſtylo orationem ipſam diſponere ſciat, vt faſtidium auditoribus minimè generet, etiamſi per totam integram horam concionetur. Hoc autem ingenium & ars, in primo dicendi modo, ſcilicet poſtillando, non reperitur: ibi nãq; veritates omnes non adinuicem connectuntur, ſed ſeorſum ſeparatæ dicuntur, nullam adinuicem conſequentiam habentes: ad quàm proculdubio dicendi formam paruo (ſicuti diximus)

Maioris ingenij ſtylus.

A eget concionator ingenio ſiue artificio.

Simile.

¶Itaq; differẽtia illa quę verſatur inter linũ, quod pręciſè neuit mulier, & linum quod iam à texente in tela eſt cõtextum: hęc eadem inter hos duos dicẽdi ſtylos reperitur. In primo nãq; veritates ſeorſum acceptę, velut lanæ fila per ſe ſumpta ſunt: in ſecundo tamen, contextæ iam reperiuntur, quia velut in tela adinuicem annectuntur. Hoc namq; eſt ꝙ arte ſua textor facit, ꝙ ſcilicet omnia lini vel lanę fila in vnum adunat, & ita ad ſe inuicem texit, quouſq; ex omnibus filis telam vnam contextam educit. Sic pariter concionator in B hac concionis locutione, veritates omnes in vnum adunat, & eas ita diſponit, quòd ex omnibus vnam integram orationem, veluti telam componit: quæ cũ continua ſit, inde vires & efficaciam obtinet: ac proinde concionator veritatem, quam intendit, auditoribus efficaciter ſuadet.

Differẽtia inter vtrũq; ſtylum.

Simile.

Eruditionis ſtylus.

¶Eſt præutereà hic docendi euangelium modus, maioris eruditionis quàm primus, quia abũdantiorem doctrinam requirit: C in eo enim, concionatori multa & varia lectione opus eſt, vt vnius horæ argumentum implere poſsit. Itaq; ſicut venator primò prædam excitat, ſecũdò eam inſequitur, ac tertiò demum occidit: Sic concionator hanc doctrinæ prædam, quæ diuini verbi auditor eſt, in concione excitare, proſequi, ac deniq; occidere ſciat: quod profectò fieri nequit, niſi multo iam veritatum ſtudio præuiſo. Vt ſi, verbi gratia, concionator illa Ioannis verba tractare vellet: Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Prius illi opus eſt materias omnes, quę huius veritatis doctrinam concernunt, legiſſe, vt eam radicitus ediſſerat, proponens vtique populo, quid veritas ſit. Quæ etiã ſit veritatis virtus & efficacia ad intellectum hominis vincendum. Et hoc ex ipſa rerum experientia ſtatim demonſtrare habet, iuxta illam euangelicam ſententiam: Diligite veritatem, & veritas liberabit vos. Hoc namque eſt veritati proprium, vt videlicet quantuncumq; rebellem hominem, tandem ipſum veritas vincat. Et non ſolùm hominem, ſed angelos & dæmones attrahit, ac demum veritas prolibito hominibus vtitur, omniaq; in eis negotia concludit. Et cùm iam in concione hæc veritatis entitas & conditio liquidata fuerit, poterit illico de illius ſubiecto & vaſe agere, quomodo videlicet veritatis virtus, tanquam propriam ſedem, conſcientiæ puritatem exoptat, hominiſq; ingenium ab huius ſæculi negotijs & peccato ereptum quęrit: quia poſtquàm peccatum hominis in fecerit

Simile.

A

Expoſitio, Ioannis. 8.

B

Expoſitio, Ioannis. 8.

Veritatis virtus & efficacia.

C

Veritatis ſedes.

A fecerit animam, ipſius etiam intellectum obſcurat, vt veritatem minimè inſpicere valeat. Et hoc non ſolùm in euāgelica lege verum reperitur, ſed adhuc in lege naturali perſpicuum eſt, iuxta illam Ariſtotelis ſententiam: Omnis peccans eſt ignorans. Quaſi dixiſſet clarius, q̄ hominis ignorantia, eiusq; intellectus hebetudo, ex peccato ipſo naſcitur. Et ex his denique, euangelij huius ſententiam cōcludere poteſt, rationem in eo inquirens, quare cùm Chriſtus Iudæis veritatem prædicaret, non vtcumq; quidē, ſed vt Deus, minimè ei crediderunt. Et inueniet hanc potiſsimam fuiſſe cauſam, quia videlicet à peccato detenti erant: hoc

Ariſtot.

B enim eorum excæcabat intellectum, vt veritatem quantumuis diuinam cognoſcere non valerent, ac perconſequens Chriſto non crederent. Quā cauſam ſtatim euāgelium ſubiungit, cùm dicit: Propterea vos nō auditis, quia ex Deo non eſtis. Quaſi dicat, propterea non auditis, ideſt propterea veritatem meam non recipitis, quia intellectū obcęcatum à peccato habetis: non quia non audierant (ſiquidem audierant) ſed nō recipere veritatem, dicitur non audire: & ideò illorum erat obcæcatus intellectus,

Expoſitio, Ioannis. 8.

Quid ſit nō audire veritatem.

C quia à ſuis erāt pręoccupati ſceleribus.

¶ Pari forma ſi verba illa Matthęi, capite. 15. tractare haberet: Miſereor ſuper turbam, quia iam triduo ſuſtinent me (quę verba totius euangelij concluſio ſunt & caput) ſtatim in ſermonis initio ponderare habet cōcionator miſericordię virtutis magnitudinem, eius entitatem & naturā per definitionem radicitus exponendo, quemadmodū diuus Thomas in. 2. 2. ediſſerit, & ſancti etiā qui de hac virtute mirabilem continent doctrinam. Poterit etiam humaniſtarum lectionem inſpicere, qui naturali ratione hanc miſericordiæ virtutem illuſtrant, in quibus omnibus magnum reperiet concionator lectionis campum, in quo miſericordiæ naturam & conditiones, optimè inueniet depictas, vt eas chriſtianum populum in vitæ ipſorum reformationem docere valeat.

Expoſi. Mat. 15.

A

S. Tho.

Miſericordiæ virt' vbi indaganda.

B

¶ Poſtmodùm verò concionari habet de obligatione, qua homines tenentur, vt ad ſe inuicem charitatis opera exerceant, videntes ſeſe eiuſdem eſſe naturę & miſerię. Cui propoſito, quā plurimas reperiet in ſanctorum lectione efficaciſsimas, atque deſeruientes rationes. Quarum denique potiſsima erit, quam ſuperiùs aſsignauimus, videlicet chriſtiana profeſsio, quam omnes profitemur chriſtiani: hæc ſiquidem cogit nos, vt proximi miſerijs compatiamur. Sumus enim in hoc Eccleſiæ corpore myſtico, alter alterius mē-

Obligatio ad miſericordię opera.

Ratio.

C



ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A bra, cuius caput Chriſtus eſt: vnde pręcipua oritur obligatio nobis ipſis compatiendi. Sicut enim corporis membris naturale eſt ſibi inuicem fauere, manus ſiquidem pro ſuo capite ſeſe ictibus opponit, atque oculi, pedis percuſsionem deplorant, nec nō pes, vt crura defendat, canē percutit: hęc eadem lex ad eadē naturę opera nos inuicem obligat. Et hinc ortum eſt ꝙ redemptor noſter Chriſtus, multitudini illi gentium, omnibusq; nobis compateretur. Nam cùm noſtrū eſſet caput, atque in capite viui reſideāt ipſius corporis ſenſus: inde eſt, Chriſtum mala noſtra & miſerias tam intimè & ad viuum B ſenſiſſe.

Simile.

¶ Secundo loco pōderare habet etiā cōcionator, cauſam quā Chriſt⁹ dominus aſsignauit, quare illius populi miſertus eſſet, & quare tam immenſum eis beneficium contuliſſet: quia videlicet tribus eū diebus ſuſtinuerāt. Siquidem breue erat tempus, quo eum fuerant ſequuti: commodū autem, quod inde reportabant, maximum, quia eius doctrina & miraculis fruebantur. Vbi duo cōcionatori ponderanda veniūt: C Primū, quod pro vno dumtaxat tēporis momēto, tot nobis Deus beneficia confert: & quā ſit paratus, quicquid de virtutis noſtræ paupertate illi conferimus, acceptare: non enim permittit tempus, aut horam, aut momentum, ſiue punctum aliquod tranſire, A quod ſtatim non pręmiet. Secūdo exaggerandum à concionatore hic eſt, hanc fuiſſe ſemper Dei generoſam conditionem, ꝙ ipſa virtutis opera, quę in noſtrū redūdant commodum, ſibi ipſi adſcribit, vt poſtmodū pro eis nos magnificè remuneret. Et ne tandem in hàc parte prolixus videar, hinc poterit concionator intelligere, quam debeat in qualibet concione tenere formam, quando ex quocūq; alio euangelij loco, argumentū aliquod proſequi decreuerit: & quemadmodum illud ex ſacra pagina, & ſanctorum lectione implere poſsit.

Cauſa.

Duo exaggerēda.

Generoſa Dei cōditio.

¶ Quòd ſi fortè contigerit, vt B intra ipſam horam argumēti materiam finire non valeat, ſi concionator eſt, qui in conſuetudinē ducit Dominicis diebus, aut ſolemnitatibus alijs, populo concionari, poterit tunc tēporis pro ſermonis illius concluſione, auditores in alium diem remittere: hoc namq; populo gratū eſſe ſolet, atque vtile.

## ¶ CAPVT. XLIIII. DE tertio concionandi modo.

TERTIVS concionandi modus, eſt nempe per C materias prędicare. Itaq; poſtquàm concionator euāgelij litterā populo retulerit, oportet vt iam prę uiderit, aut experiētia quidem, aut ex auditu, defectus & pec-

3. cocionādi modus.

A & peccata, quæ in populo illo, vbi ipſe reſidet, perpetrantur.

Et huic propoſito materias aliquas inquirat, quæ de huiuſmodi populi vitijs agant: eius quippe principale officium eſt, animarum medicum eſſe, quare eis præcipuè infirmitatibus mederi habet, quæ in populo generātur. Quandoquidem diſſonum valde eſſet, medicinas in pulpito & vnctiones afferre, quæ audientium infirmitatibus impertinentes eſſent. Quare iuxta populi propoſitum, formanda eſt, & ſermonis doctrina, iam de ira ſi intellexerit, loci illius homines iracūdiæ morbo teneri, quibus chriſtiana modeſtia & manſuetudo, quam euangelium exigit, deeſt: aliquando autem de luxuria materiam tractet, oportet, ſi præuiderit ea honeſtate & puritate illius loci ciues carere, quam euangelium docet: quandoque verò auaritiæ materiam euoluat, ſi eoſdem repererit ciues, nimia bonorum temporalium cupiditate detentos. Et ad eum modum de alijs vitiorum generibus, iuxta reipub. cōditionem in concionibus ſuis agere poterit.

Simile.

B

Materia virtutū.

C

Oportet, vt ſacramentorū materiā, quādoq; etiā tractare curet quia pręcipuus fons, atq; ad purgandū homiuū peccata præcipuū remediū ſunt & medicamē, & quibus maximè oportet ſincerè & purè vti. Vbi inſtruere habet populū in ea ſacramentorū doctrina, qua magis auditorū infirmitas eget. Sicut ſi intellexiſſet homines tepiditatis morbo laborare, quia videlicet frigidè & irreuerenter ad ſacroſanctum Euchariſtię ſacramētū accedūt: tunc tēporis enim ſacramēti huius vſum & modū, quo ad ipſum accedere habeāt, docere debet, ſacramēti dignitatē, & immenſum (qui ex illius vſu ſequitur) profectū, eis declarās. Quēadmodū diuus Thomas in tertia parte, in materia de Euchariſtia diuinè hoc docet, necnō doctores ſancti in plurimis ſuæ ſcripturæ locis.

ſacramētorū materia.

A

Tepiditas.

B

S. Tho.

Item ſi cognouerit cōcionator homines ſine peccatorū ſuorum verò dolore & cōtritione, ad pœnitentiæ ſacramentū accedere, pōderat tunc maximè illis cōtritionis materiā prædicare, eis nimis peccatorū ſuorū fœditatem exagerādo, ſimul etiā modū & induſtriā docendo, quā vt de ipſis rectè cōterātur, cōſequi poſsint. Ac percōſequens ſtylū, quem in peccatorū cōfeſsione tenere debeant, docere habet: vt tanquam ſapiētes & chriſtiani viri, & nō vt bruta, culpas ſuas confiteri ſciant: ita vt quod ſubſtantiale, & præcipuū peccatorum eſt, dicant & non ſolis verbis, alijſque impertinētibus, tempus ibi perdant, & conſumant: ſicut aliqui conſueuerunt, qui omittentes peccata non niſi virtutes ſuas confitentur.

Peccatorū dolor

C

Confitēdi mod⁹.

Quan-

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A ¶ Quandoque verò eas materias concionatores tractare oportet, quæ hominum ſtatum cõcernunt, vt in eis ſicut chriſtiani rectè viuere ſciant, Deoque ſicuti decet, de eis rationem reddere valeant. Coniugatos homines, diſciplinam & inſtitutionẽ doceant, quam erga filios exercere tenentur: nec non de amore & fidelitate, quæ inter ipſos cõiuges ſeruari habeat, inſtruãt atque chriſtianam curam, quam circa domus ſuæ familiam gerere debeant, oſtendant vt religioſè chriſtianam hanc vitam, in B Dei cultum & honorem, cũ omni familia ſua, ſemper dirigãt.

hominũ ſtatus.

cõiugati

¶ Duces verò & reipublicæ magnates docere habet concionator zelum, quem ad res fidei gerere habent, & quemadmodum res Chriſtianas potentia ſua defendere teneantur: cum verum ſit quòd in hunc præcipuè finem Deus in chriſtiana republica eos inſtituerit, auctoritatemque & diuitiarum abun C dantiam ad hoc illis præſtiterit vt catholicæ eccleſię, rerumque ſpiritualium brachia eſſent & vires. Quos item docere habet, quòd cum ipſius humanæ reipublicæ iam capita ſint exemplares admodum in ſuo viuendi modo alijs exiſtant: vt eorum exempla cæteri vulgares homines conſpicientes, ad virtutum exercitium prouocentur. Cum enim in omnibus alijs potentes ſint, erunt etiam ad bonum in A hac parte potentes & efficaces, vſque adeò, vt poſt ſe reliquam totius vulgi maſſam adducant. In qua materia oportet, vt concionator illis interpretur, quid nobilitas ſit, quę præterea generoroſi hominis debeant eſſe conditiones, cum omnibus alijs, quę huic ſtatui annexa ſunt.

Duces.

Inſtitutionis pricipũ finis.

Reges & ſęculi huius principes, doceat formam, quam in vera & chriſtiana regni ſui directione obſeruare habeant, vt chriſtiani ſint, & non tyranni principes. B

Prícipes

Rectores, ſicut ſunt epiſcopi cęterique prẹlati, inſtanter admoneat, & ſolicitè doceat, vt ita prẹlatiam exerceant, vt veluti paſtores, & non tanquam domini circa oues ſuas ſe gerant.

rectores

Simile.

Diuitibus reipublicę hominibus, diuitiarum materiam exponat, quemadmodum temporalia bona ita dirigere in hoc ſęculo habeant, ne tandem cum ipſis damnentur.

Diuites.

Pauperibus autem concionari debet, quam habere poterunt induſtriam, vt miſeriam quam patiuntur, chriſtianam faciant, iuxta id quod Chriſti euangelium exigit: vt tandem in cauſa ſit eorum inopia, ꝙ animę ſalutẽ cõſequãtur. Dolẽdũ ſiqui dẽ maximè eſſet ſi poſt aſſũptos in hoc mundo labores, videlicet, nuditatem, ſitim, famem, & perſequutionem, ad vltimum damna C

Paupes.

A damnarentur. Ideoq; inſtanter admoneat, ne inopiam ſuam violenter patiantur, ſed voluntariè paupertatis labores in ſpiritu ipſo reponant. Quemadmodum Chriſti lex euangelica docet, cum ait: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnũ cęlorum. Sola enim ſpiritus paupertas regnum cælorum conſequitur, id eſt ea, quæ voluntariè, & non violenter recipitur paupertas. Ad eum etiam modum conari debet prædicator, virtutes alias, quæ ad alios hominum ſtatus attinent, prædicare: quemadmodum ſunt religioſi, viduæ, orphani, infirmi, perſequutionem paſsi: ita vt in cõcionibus ſuis nihil intactum relinquat, quod tandem chri- B ſtianæ reipublicæ non proponat.

Paupertatis directio.

Expoſitio, Matthæi.6.

¶ Quandoq; verò docere habet, quam debeant habere in officijs ſuis chriſtianam formam, qui reipublicę curam gerunt, ſicuti ſunt iudices, rectores, ſcribę, & qui pro litigantibus cauſas agunt, quos alio nomine aduocatos appellare ſolent. Maxima enim reipublicæ virtutis pars, ſita eſt in hoc, quòd eiuſdẽ reipublicæ rectores, officiorum ſuorum munus rectè & chriſtia- C nè exequantur.

Iudices, rectores ſcribę, litigãtes.

¶ Quãdoq; autẽ docere oportet clericalis ſtatus conditionem quem videlicet viuendi modum Dei ſacerdotes inſequi debeant, vt à toto populo, velut Dei mi- A niſtri, venerari valeant, vt ſic ſacramẽtorum adminiſtratio quã exercent, toti populo fructum pariat: & quanto etiã zelo & cura eam ſacramentorum adminiſtrationẽ eos proſequi oporteat: rationeſque euangelij & ſanctorum in concione adducat, quæ eos ſapiẽtes eſſe viros cogunt, vt ſufficienter tam altum miniſterium adimplere valeãt, maximè in pœnitentiæ ſacramento, vbi tanta exigitur ſapientia & prudentia. Itaq; prædicator ad conciones ſuas omnia legat, & in cõcionibus omnia doceat, & tandẽ omnia ſcrutetur: & nihil vel perſonæ, vel ſtatus, aut officij, aut B certè cuiuſcumque conditionis vel qualitatis penitus relinquat: ſic enim complectetur doctrina ſua omnia ea, quę chriſtianę cõducunt reipublicę, vt in poſtremo iudicij die, vbi tam exactam vitæ ſuæ rationem homines redditurі ſunt, nulla ſeſe ignorãtia protegere valeant. Cõducit præterea hoc, ne ipſi concionatori imputetur culpa, quòd cùm curioſam elegerit doctrinam, ob hoc ſolùm vt hominum aures delectaret, eam quæ ad hominum reformationem ſubſtantialiter attinebat, omnino prætermiſe- C rit.

Stat' clericalis.

Sacerdotum conditiones

A cõcionatore exigẽda ratio.

¶ Et hic prędicãdi ſtylus fuit, quem communiter ſancti in ſua inſequuti ſunt ſcriptura, ob neceſsitatem ſolùm, quam in chriſtiano

Sãctorũ concionãdi modus.

A ſtiano populo eſſe videbãt: quia eis vtique, quę eorum chriſtianę vitę ſubſtantialia erant, carere videbant. Quapropter eorũ maior ſcripturæ pars, in elucidandis huiuſcemodi materijs abſumitur, iam de vitijs, iam de virtutibus, iam de ſtatibus, iam deniq; de officijs agentes, vt eius ſcriptura & prædicatio, integra poſſet eſſe totius legis diſciplina, & quę totius reipublicę viuẽdi mores amplexaretur.

¶ Veruntamen concionatori animaduertendum hic eſt, quòd vt talem prædicãdi ſtylum proſequatur, euangelij propoſitum, quod eo die aut feſto decantandum eſt, minimè ſpectare debet, B vt inde talis ſibi materia adminiſtretur. Siquidem compertum eſt, quòd multoties aut propè ſemper euangelij littera alterius erit materiæ, quàm pro tunc populi neceſsitas exigit. Et quia ſæpè concionatores prædicare neutiquã volunt, niſi quod diei illius euangelium adminiſtrat: inde inquam eſt, quòd eam doctrinam populum docere non poſſunt, quę ad ipſius populi exigebatur reformationẽ. Quapropter nunquã ad ea, quę prędicatione ſua attingunt, quę ad chriſtiani populi profectum requiruntur: C qua de cauſa ea ſepe coguntur auditoribus concionari, quæ etſi in ſeipſis optima ſint, auditorum tamen moribus impertinentia ſunt valde. Diuerſum verò in concionibus ſuis dicendi ſtylum ſancti omnes ob ſeruarunt: quia nullũ aliud propoſitum, ſiue doctrinæ oportunitatem expectarunt, quàm populi neceſsitatẽ, iuxta quã concionis ſuę formabant doctrinã. Eſtò verum ſit, ꝙ dum ex euãgelica ipſa lectione materiam talem, quàm prędicare intendit concionator educere potuerit, multò rectius comodiusq; auditoribus erit: eſt enim hoc, euangelicæ concioni pulchriorẽ formã pręſtare, quia tunc temporis firmiori oportunoq; & legitimò inhærebit fundamento. Quare curare ſemper habet, quantum in ſe fuerit, materiam quam prædicare intendit, ſuper euangelicam fundare lectionem: ea tamen lege, vt hoc non fiat, niſi in euangelio propria fuerit materiæ huius ſedes: ſecus enim, ſatius erit, maiorique proprietate fiet, materiam talem ſuper populi neceſsitatem ſtabilire.

¶ Verum eſt tamen, ꝙ hic concionandi per materias ſtylus, nõ omni tempori conſonus eſt, ſed ei dumtaxat, vbi concionator in aliqua anni parte euangelicam prædicationem continuam duxerit. Sicuti eſt in Aduentu, aut Quadrageſimali tempore, atque etiam eo tempore, quo concionator aliquis, in ipſius anni diſcurſu, per dominicos dies & ſanctorum feſtiuitates prædicationem exercere aſſueſcit, vbi totus populus

Margin notes: A Sãctorũ ſtylus. — Sup euãgeliũ ſeper fundãda cõcio. — B — Aduertendum hoc maxime. — C

A pulus concurrere conſueuit: & vbi præterea locus eſt & opportunitas, ipſas vſque in finem proſequendi materias. Etenim materia quæ ſic prædicanda eſt, hoc præcipuè exigit, vt eoſdem quos à principio habuit auditores, ad finem vſque ſemper conſeruare curet: vt in tali integrè poſsint erudiri doctrina, atque vt in eis efficaciam habere poſſit. Nam cum talis pręedicandi modus, oratio quędam ſit à principio vſque in finem rationibus & argumentis contexta, parum vtilitatis afferret, quibuſdam auditoribus partem aliquā concionari, alijs verò aliam: eorumq́ue auribus nimium diſſonans eſſet muſica, ſi in huiuſmodi materiæ eruditione, aures diuiſæ eſſent. Oportet quippe in hac prædicandi forma, auditores ab ipſo ſermonis initio vſq; ad finem, materiæ illius intentum tenere.

Auditores cōtinuos eſſe oportet.

B

Adaptatur etiam hic concionandi modus oppidis & villulis vbi parochi docti ſunt viri, qui ſuarum ouium curam gerentes, totius populi morbos iam præuiſos tenent, qui ſingulis dominicis diebus, & ſanctorum feſtiuitatibus, populo cōcionari poſſunt: vbi aptiſsimus locus eſt & opportunitas ad eas ediſſerendas materias, quæ ad ipſius populi medelam attinent. Cui quidem propoſito poſtillandi ſtylus minimè conducit: nam hæc doctrinę forma, ruſticis hominibus nev tiquam conuenit, ſiquidem parum illis commodi afferet. Sed oportet omnino cōtinuam aliquam materiæ doctrinam vſque in finem proſequi, quouſque concionator ea quæ decent eorum vitę ruſticæ inſtitutionem, eficaciter perſuadeat. Neque contentus eſſe debet in talibus locis, parochus doctrinam vtcunque ſemel dixiſſe, ſed ſæpe ſæpius, quo clariori potuerit ſtylo, ſemel propoſita verba repetere: quia vt plurimum oppidulorum & pagorum habitatores potius peccant, ꝙ ingenij acutie & viuacitate careant, vt doctrinę lectionem ſatis percipere poſsint: quàm voluntatis pertinacia, ne cōcionis doctrinā opere ipſo adimplere velint.

Quibus locis adaptatur, hic cōcionādi ſtylus

C

A

pro ruſticis.

parochꝰ

Repetēda doctrina.

B

Eſt pręterea hęc concionandi forma, epiſcopis accomodatiſſima, quibus tanquam veris paſtoribus datum eſt, ſuarum ouiū ſcabie iam pręuiſa, in eius medelam enaugelicam illis doctrinā apponere. Cui propoſito parum deſeruit diuerſorum punctorum doctrina. ſed eorum pręedicatio eruditio quędā eſſe debet ad longum deducta, in qua, more belli, cum ouium ſuarum peccatis cōtentionem gerat, & quandam doctrinę perſeuerātiā cū eis ſeruet, vſquequo eorū rebelles animos, peruerſoſq; viuendi mores, penitus euellat. Et hoc cōcionādi ſtylo ſancti omnes, qui ouiū extiterunt

epiſcopi

C

Simile

A runt veri paſtores, in concionibus publicis, quas ad populum habuerunt, prope ſemper vſi ſunt. Sicut de diuo Auguſtino, Ambroſio, Chryſoſtomo, cæteriſque antiquis doctoribus conſtat. Qui ſemper eas aſſumebant materias, quæ ipſius populi defectibus eſſent accōmodatæ: quas propè ſemper, duabus, tribuſve aut certè ſex & ſeptem cōtinuis cōcionibus proſequebātur, quo vſque doctrinę illius plenam in populo diffunderent eruditionē iam de ira, iam de obedientia, iā de morū honeſtate, iam de ludis, B iam verò de eleemoſyna, de cæteriſque vitiorum & virtutum generibus agentes.

Auguſt. Ambro. Chryſo.

Verum eſt tamen, raros iam eſſe paſtores, qui aut vno aut altero ſtylo cōcionandi munus exerceāt. Quapropter ſuperuacanea hæc quodāmodo videtur inſtructio, ſed tamē quanuis aliū de ſe fructum doctrina hęc nō pariat huic ſaltem fini deſeruiet, vt in C memoriam reducant, hoc eorum eſſe proprium & legitimum officiū, cuius propter demerita noſtra, tā obliti paſtores ſunt.

Paſtorū ad cōcionandum inopia.

¶CAPVT. XLV. DE ordine, quo in concionibus ſcripturæ ſanctę & ſanctorū auctoritates adducendæ ſunt.

DECIMVM præceptū eſt, de ordine, quem concionator obſeruare debet, in adducendis tum ſcripturæ ſacræ, tum etiam ſanctorum actoritatibus. Quandoquidem decet maximè, concionatorem in concionibus ſuis earum auctoritatum, quas in doctrinę cōfirmationem adducit, ordinem ſeruare. Ad hoc quippe arte & induſtria opus eſt, quia hoc valde intellectui audientium conducit, vt concionatoris diſtinctè & clarè percipere poſsint doctrinam. Sicut in corporali conuiuio contingit, vbi qui conuiuium parat, non ſolum inuitatis plurimos pretioſoſque cibos in menſa apponere contentus eſt, B ſed in eorum appoſitione ordinem etiam ſeruat: nam ſuo ordine & temporis opportunitate, talem vel talē apponit cibū iuxta vniuſcuiuſq; cibi conditionem & qualitatē, ita vt oriza non ſtatim in ipſo prandij initio apponatur, in fine autem cera ſacria: ſed vnicuiq; cibo ſicuti diximus proprius locus in ipſo obſeruetur conuiuio. Cū igitur, ſicut iā C ſupra dictū eſt, cōcionatoris doctrina cōuiuiū quoddā ſit, quod ipſis auditoribus paratur, oportet vt catholicę auctoritates, quę in cōcione adducēdę ſunt, ordinem ſeruent, neque omnia ibi inuoluta & confuſè proponantur, ſed iuxta earum conditionem & qualitatē, vt eo propoſito & ordine, quo de ſe inſtitutę ſunt, etiam in concionibus adducantur. Ita vt non prius ſanctorum aucto-

In adducēdis authoritatibus ſeruādus ordo.

Simile.

Concio cōuiuiū eſt.

A auctoritas,& poſtmodũ ſcripturæ ſacræ proponatur: cùm ſanctorũ doctrinæ veritas & auctoritas, ab ſcriptura diuina oriatur, & non èdiuerſo. Nec priùs philoſophorum dicta in cõcione afferenda ſũt, quàm ſanctorũ. Nã etſi naturalis ratio priorem, quã auctoris alicuius dictum, locum habeat: attamẽ in hac parte, vbi de diuina agitur ſcriptura, ac de diuinis concionandis rebus, ſanctorum lectio principalior eſt, quàm philoſophorum: & philoſophorum ratio in ſanctorum doctrinæ confirmationem adducẽda eſt, & non ècõtrario: quia res B diuinę quæ veritatem in ſe continent, & ſanctorum auctoritate ſunt firmatæ, ad vltimum per rationem naturalem illuſtrantur. Quare philoſophorũ lectio, potiùs poſt prandium aptior eſt cibus, quàm ipſius initij prandij: ſed ſicut arboris fructus, poſt ſubſtantialem cibi comeſtionem deſumendus eſt, ideſt poſt ſanctorũ lectionem, quæ præcipuus circa res diuinas cibus exiſtit.

Ratio.

Ratio.

Simile.

¶ Vt igitur materię huius veritas diſtinctiùs percipiatur, annotandum hic eſt, quinque eſſe doctrinæ genera, quę in concione adduci poſſunt. Primum eſt figurarum: quę nimirum Patriarcharum antiquorumque ſcriptę C legis facta ſunt, quæ in Pentateucho continentur, qui quidem Moyſi quinque diſtinguitur libris, à Geneſeos libro, vſque ad hiſtoriales. Et quidem propriè A veterum patrum facta, figurę vocantur, quia legis nouæ rerũ myſterioſa ſunt, & ad ea quæ in Ieſu Chriſti domini noſtri incarnatione ventura erant, ſignificãda, inſtituta ſunt. Eſtò verũ ſit, ꝙ in hiſtoriarũ libris, quã plurima ſint etiam loca, quæ eiuſdem incarnationis ſint figuræ, etſi non tanta proprietate: quia deniq; hiſtoriæ ſunt, quæ ex ſe bellorum facta ibi præciſè referre intendunt, aliorumque ſimilium contingentium. Secũdum doctrinæ genus eſt, prophetarum. Tertiũ eſt euangelij, intra quod continetur etiam diui Pauli, atq; aliorum Apoſtolorũ doctrina. Quar B tum genus eſt, ſanctorum. Quintum & poſtremum eſt, gẽtilium philoſophorum. Sciendum igitur eſt, quòd præcipuum concionatoris ſtudium, quod in prædicãdi arte exercere poteſt, in quo eruditum præcipuè egregiumq; euangelij pręceptorem ſeſe exhibebit, eſt nempe, cùm aliquã veritatem catholicam per omnia hæc quinque exempla ſucceſsiuè expoſitã deduxerit: nam hoc eſt eam penitus euiſcerare, atque integrè elucidatam auditoribus tribuere.

Primus locus figurarũ eſt.

Quare figurę dicantur.

2. locus prophetarum.

3 locus euãgelij

4. locus eſt, ſanctorum.

5. locus gentiliũ philoſophorũ.

Concionatoris artificiũ ſingulare.

¶ Vt igitur hoc diſertè faciat C concionator, opus illi eſt primũ omnium ſcire, ꝙ primum locum figuræ obtinent, ſecundum prophetæ, tertiũ euangelium, quartum doctores ſancti, ac denique poſtre-

Locorũ ordo.

A poſtremū humaniſtæ. Et huius ratio eſt. Nā huius catholicę veritatis lumen, quod in concione chriſtiano populo pręſtatur, partus quidam eſt, vbi tāquam filia, veritas ipſa in auditorū animis oritur. In partu autem filius ipſe priùs in ventre matris cōceptus & incluſus erat, & in eius natiuitate filius quidem non ſubitò totus integer naſcitur, ſed paulatim & ſucceſsiuè. Primo enim caput aut manum, deinde crura & pedes oſtendit: ac deniq; ſecūdo iam loco, totus integer exit, & in lucem prodit: poſtmodum autē tertio loco, diſpoſitionem aliam

Ratio.

Simile.

Simile.

B habet, in qua filius ipſe lactatur, vt eſſe q̄d habet augeatur: quarto vero loco ſolidus puero pręſtatur iā cibus, panis ſcilicet & caro, vt tenerum illius corpuſculū coaguletur, ſolidūq; exiſtat, neruoſq; & vires habeat: quinto tamen & poſtremo loco, iam puer iuuenis effectus, incedit, & conſolidatus omnino manet. Ad eum ergo modum, euangelica veritas ſui ortus ſucceſsū habet. Primo enim loco tanquā in ventre concepta & incluſa eſt, in veteris teſtamenti figuris, vbi ſuam primā originem habet. Secundo autem loco, prophetarum vaticinijs na-

Euangelicæ veritatis natiuitas.

1. locus.

2. locus.

C ſcitur, & paulatim in ortu ipſo, quaſi manum ex hoc ventre extrà producit: quia aliquātulum iam eluceſcit magis, etſi imperfectè admodùm, ſicut puer qui in ventre matris manum aut pedē, dum naſcitur, primò extrà educit: in prophetia namq; myſterium quod in figuris latitabat, clarius iam perſpicimus. Tertius autem locus eſt euangelium, in quo veritas ipſa iam integrè naſcitur, & tota in lucem prodit: cuius ortus propriè partus denominatur. Et hac de cauſa, ſicut Ioannes. 15. capite refert, Chriſtus paſsionis ſuæ tempus partum appellauit, dicens: Mulier cùm parit triſtitiam habet: quia ibi euangelicæ omnes veritates ex ipſo veteris legis ventre in lucem proditurę erant. Quartus locus eſt, cum in euangelicæ veritatis confirmationem ſanctorum doctrinam afferimus, quia

A

3. locus.

Expoſi. Ioā. 15.

4. locus.

ibi veritatem ipſam lactamus: B ſanctorum enim doctrina, quaſi lac quoddam eſt, quod euangelicam veritatem in auditorum animis auget, & quaſi infantulam nutrit, vt ſic in audientium mentibus & intellectu diuinum eſſe quod in ſe habebat, augeatur & firmetur. Quintus & poſtremus locus eſt, cum ad eandem veritatis confirmationem, naturalem rationem afferimus: quæ quidem poſtremo adducitur loco in eiuſdem veritatis corroborationem, quia naturalis ratio ei vires & neruos præſtat, C vt iam integrè enutrita veritas, quaſi per ſe incedat, & radicitus in auditorum animis impreſſa maneat. Ecce igitur quēadmodum euangelica veritas, cum

Simile.

5. locus.

A
. locus.
Expoſi.
Ioã.15.
. locus.
B
Simile.
. locus.
C

A cùm per omnia hæc exempla à concionatore ſucceſsiuè deducitur, illuſtratur maximè, & firma atque elucidata ipſis auditorum mentibus inſidet. *Euangelicæ veritatis firmatio.* Quandoquidem videntes diuini verbi auditores, quòd veritatem hanc, quam concionator prędicat, figure deſignant, & Prophętæ illuminant, & euangelium aſſerit, ſanctique doctores teſtificantur, ac denique quòd rationi ipſi naturali conſonat: maximam proculdubio illi auditores fidem exhibent. Siquidem naturalis ratio, poſt cætera exempla adducta cùm propria hominis ſit, illius intellectum maxi- B mè firmat, & retinet in diuinis veritatibus.

Explicatur etiam hic adducendi auctoritates ordo, per ipſam, quam pictor depingit imaginem. *Simile.* Primò enim tabellam in qua imago formanda eſt, quodam imperfecto colore diſponit & adumbrat, velut omnium aliorum colorum fundamento, in quo nullum ipſius figuræ, ſiue imaginis mēbrum dignoſcitur, an hominis ſit vel equi, quia confuſè adhuc delineata eſt. Secundo autem loco, colorem a- C lium ſuperponit, quo magis ipſius imaginis eſſe in lucem deducit, vbi aliqua hominis vel leonis, etſi obſcurè, tamen effigies apparet. Tertio vero loco, alium addit colorem, quo iam imaginis effigies integrè clarificatur, quia pictor ibi perfectum eſſe hominis, aut leonis oſtendit. Quarta autem & poſtrema delineatione, colores aliquos ſuperponit, qui imaginis faciem viuificant, eiuſque eſſe illuſtrant, atque illi ſpiritum & viuum quid dam præſtant. Deum omnino modum imaginandum nobis eſt, *Euangelica veritas depingitur.* quòd euangelica veritas ab ipſo veteri teſtamento, vſque ad euangelium ſucceſiuè depicta eſt. Cui primus color, qui velut aliorum fundamentum, tribuitur, figuræ ſunt: in quibus tam obſcurum at que confuſum ſuum eſſe euange B *Figuræ.* lica veritas habet, vt difficilè diſtingui poſsit, quid ibi contineatur ſiue pręfiguretur: inuo luta ſiquidem nimis in legis veteris cærimonijs & ſacrificijs con tinetur. *Propheta.* Prophetia autem ſecundus fuit color, qui magis ve ritatem hanc clarificauit. *Lex gratiæ.* Lex verò gratiæ ſtatus quidam fuit, in quo iam veritatis vultus pleniſsimè in lucem prodijt. *Sãctorũ doctrina.* Ac denique ſanctorum doctrina, gẽtiliumq́; philoſophorum natura *Naturalis ratio.* lis ratio, colores quidam fuerũt, C poſtremaque imaginis manus: qui viuum præſtant veritati colorem, ipſiuſque veritatis eſſe illuſtrant, atque ſplendeſcere faciũt. Et quòd hoc picturæ exemplo, explicetur ſatis hæc euangelicæ veritatis deductio, à veteri vſq; ad nouum teſtamentum, expreſſè

Ll aſſerit

A aſſerit Apoſtolus ad Hebræos capite.10.his verbis: vmbram habet lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem. Quia hęc veritatis imago, quę in veteri teſtamẽto obſcura erat, ſucceſsiuè vſque ad nouam gratiæ legem, ſemper magis ac magis illuxit. Et hoc eſt quod his verbis apertius inſinuare voluit, cum dixit: vmbram habet lex vetus, nõ ipſam imaginem. Quia lex vetus, euangelicæ noſtræ veritatis vmbram habuit: ibi enim non ſatis diſtingui ab hominibus potuit, cæterum ipſius veritatis apertum B vultum noſtra euangelica lex oſtendit.

Expoſitio. Hebræ. 10.

Simile.

¶ Poſſumus adhuc hoc quod diximus declarare, per aliud appoſitiſsimum grani exẽplum: videlicet ex ſucceſſu grani frumenti, quem ab origine ſua, vſque ad perfectionis ſuæ culmen deducit. Primò enim, merum eſt granum in terra inuolutum: ſecundò, in herbam exit: & tertiò tandem in ſpicam ſurgit. Sic pariter euangelica hæc veritas ſuam habet ſucceſsiuè natiuitatem.

Euangelica veritas, granũ ſeminatum.

Primò enim, velut diſſeminatum granum, in veteris teſtamenti figuris, ſicut in terra inuoluta fuit. Nam granum toto hyemis tempore C diſſeminatum, intra terram abſconditum manet: cæterum adueniente iam veris tempore à terra, vbi latebat, prodijt. Sic vetus teſtamentum, hyemis tempus fuit, in quo euangelicæ veritates latebant, vſque ad legis gratiæ tempus, in quo omnes in lucem prodierunt. Et hoc eſt quod Canticorum capite. 2. dicitur: ſurge propera amica mea, & veni, iam enim hyems tranſijt, imber abijt & receſsit, flores apparuerunt in terra noſtra. Ac ſi dixiſſet apertius: legis veteris tempus tranſijt, vbi veritates in figuris latebant, & gratię tẽpus illuxit, in quo omnes iam floruerunt. Eſt ergo vetus lex, in qua veritas, ſicut in terra ſeminata extitit. Secundò in herbam prodijt, quia ſicut herba blanda & B tenera eſt, ſic prophetæ vaticinijs ſuis leniter & ſuauiter in hominum cognitionem euangelicam veritatem adduxerunt. Ac demum in lege gratię ſpicam (velut eius fructum) nos collegimus, quia ibi veritas ipſa velut figurarum fructum, ſe ipſam nobis comedendam præbuit. Sancti verò Doctores doctrinæ ſuæ documentis, hunc diuinorum verborum panem contriuerunt, confeceruntque, vt eum homines mandere & deglutire poſſent. C Quam metaphoram adducit expreſſè Marcus Euangeliſta capite.4. dicens: ſic eſt regnum Dei, quemadmodum ſi homo iaciat ſementem in terra: vltrò enim fructificat primũ herbam, deinde plenum frumentum in ſpica.

Simile. Vetus teſtamẽtũ hyemis tẽpus.

Expoſitio Cantico 2.

Simile.

Simile.

Expoſitio Marci. 4.

Et

A ¶ Et tandem in huius propoſiti & materiæ declarationem, conducit maximè, vitis exemplum in præſentiarum adducere: cuius conditio in fructificandis ac producendis vuis hęc eſt. Primò namque vuæ ipſæ in vitis radice inceptæ ſunt: ſecundò in ipſius vitis gēmis apparent: tertio autem in agreſtam ſiue omphacium vitis prodit: quartò denique in dulces vuas. Et hunc ordinem producendi fructum in hac euangelicæ doctrinæ veritate, ſignat Eccleſiaſtici lib. capite. 24. ſub his verbis: Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatē odoris, & flores mei B fructus honoris & honeſtatis. Vbi loquens de fructu, qui vtique Ieſus Chriſtus noſter Redemptor fuit, nobis in lege gratiæ deditus, eum admodum vitis exiſſe dici. Cuius principium, tanquam in radice, in legis ſcriptę ſacrificijs & cæremonijs extitit: & inde paulatim poſtmodùm in gemmas & agreſtam, per ipſorum prophetarum ſcripturam prodijt. Quia neque adhuc in iſtis eius apparuit dulcedo, ſed ſemper veritas hęc in veteri teſtamēto quodammodo inuoluta, ſi-C cuti in vitis gemma, amara fuit: eius tamen vuæ in lege gratiæ apparuerunt. Quod clariùs Redemptor noſter aſſeruit, cum diſcipulis ſuis, paſsionis ſuę tempore, modum quem in producenda virtute ipſe duxerat, exponere voluit, Ioannis capite. 15. dicens: ego ſum vitis vera. Ac ſi apertius dixiſſet, ſcitote meę paſſionis ſecretum, hoc ipſum eſſe, quod in producendo fructu habet vitis. A longè enim ſuam ducit originem, quouſque producit vuas: primò enim amaritudinem, ſecundò vuæ dulcedinem oſtendit. Sic etiam muſtū & vinum, quod tanquam intorculari meę paſsionis tempore defluet, admodum vitis ego ipſe proferam. Habuit enim principium ſuum & ſucceſſum, vſque ad hoc euangelij tempus in figuris & prophetis, quandoquidem hęc omnia de me teſtificata ſunt ex quibus omnibus acerba vua priſcis hominibus præſtita eſt, vobis autem non niſi dulcis, quia apertè euangelicam dulcedinem deguſtatis. Sic enim Ioannis. 4. capite ait Chriſtus, cum de hoc tempore gratiæ ſuis loquere tur diſcipulis: alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis. Ille enim qui vitis vuas deguſtat, in colonorum labores intrare dicitur quia cum vitem ipſi coluerint, certè eorum ſudores manducare dicitur.

Simile.

Expoſitio Eccl. 24

Expoſitio Ioānis. 15.

B

Expoſitio Ioānis. 4.

C

¶ Quòd autem concionator prædictum hunc ſtylum in docēdo veritates euangelicas, habere debeat, præceptum eſt diui Gregorij in libro. 18. Moralium capite. 23. vbi aſſerit, quòd veteris

Grego.



ALEXANDER PP VI VALENTINAS FERDINANDVS

A teſtamenti doctores illuminant quidem veritates quas docent, perfiguras, & ipſius veteris teſtamenti allegorias,ſucceſiuè per prophetas ediſſerendo, quouſque ad claritatem quam in lege gratiæ habent deueniant. Vnde ait, euangelicos concionatores, curioſos ac ſolicitos eſſe debere inſcrutanda origine & antiquitate, quàm huiuſcemodi euangelicæ concluſiones in figuris & prophetarum vaticinijs tenent.

Euangelicæ veritatis antiquitas inquirēda.

Expoſitio Iob. 28.

Quam ſententiam fundat diuus Gregorius ſuper illa verba

B Iob, capite,28, vbi ait: profunda quoque fluuiorum ſcrutatus eſt, & abſcondita produxit in lucem. Vbi declarat hęc fluuiorum profunda, in quibus euangelica hęc ſapientia abſcondita fuerat, nihil aliud quàm veteris & antiquæ legis patres extitiſſe. Sicut vtique fuit Moyſes, in cuius pectore Deus totius illius temporis ſapientiam incluſit, à quo tā quam à fluuio, in iudaicum populum tota dimanauit lex. Et ſicut extitit etiam Dauid, ex cuius geſtis tot memoriæ digna

Moyſes.

Dauid.

C proceſſerunt, quæ omnem hanc gratiæ legem illuſtrarunt. Et ſicut etiam Salomon fuit, ex cuius ore tanta prodijt ſapientia,vt ea quę legis erant noua & antiqua intelligi poſſent. Et quemadmodum reliqua fuit prophetarum caterua: omnes enim profundiſsimi extiterunt fluuij, à A quibus tanquam à primo fonte noſtrum euangelium promanauit. In quibus tamen non clara, ſed obſcura admodùm hæc euangelij ſapientia (ſicut in profundiſsimo maris ſinu) clauſa extitit. Omnes namque illius ſtatus homines tantum huius ſapientię corticem obtinuerunt.

Salomō.

Hæc igitur artificis optimi in concionandi arte diligentia & artificium eſſe debet, ſcire videlicet, ex veteri nouam elicere doctrinam: quod nihil aliud eſt, quàm euangelium ex veteris legis lectione illuminare. Iuxta illam Matthæi capite.13 ſententiam, vbi ipſemet Chriſtus ait: omnis ſcriba doctus, ſimilis eſt homini patri familias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera. Nam ſicut in patris familias domo ſi prouidus eſt, veteres bonorum temporalium fructus, nouos attingunt: ſic concionator optimus, veritatum veterum & nouarum theſaurum ſimul habere debet, ita vt veteres per nouas manifeſtentur veritates, nouæ autem per veteres ſolidentur. C

Optimi concionatoris artificiū B

Expoſitio. Mattheū.13.

Quæ iterum eiuſdem Gregorij eſt etiam ſententia, in primo Regum libro, vbi verba illa exponens: & obtulerunt puerum Samuelem Heli: ait per hāc Samuelis oblationem, intelligi debere

Grego.

Figura 1. Regū libro.

A debere connexionem & conſequentiam, quam cum prophetis lex vetus habet. Nam ipſi Heli qui veteris teſtamenti ſacerdos erat, Samuelem qui domini erat propheta, obtulerunt. Vt in hoc deſignaretur, quòd Samuelis prophetia ex veteri teſtamẽto originem duxit: ac per conſequens, ꝙ optimus legis præceptor vt rectè auditores chriſtianos ea quæ legis nouæ ſunt docere poſsit, eas tanquã à radice ex veteribus ſcriptæ legis educere ſciat, veteraque in corroborationem nouarum afferre, vt ordo quem ad ſe inuicem habent, clarè conſpiciatur.

Heli.

Eſt ergo neceſſariũ, quòd iuxta ordinem hunc quem de ſe veteris teſtamenti figurę cum prophetis habent, necnon prophetę cum euangelio, atque cum ſanctis doctoribus euangelium, ac denique hęc omnia cum ipſa gẽtilium naturali lege: hoc eodem ordine & forma in cõcionibus ſuis auctoritates ipſas adducat etiam concionator, quia hoc maximè cõducit ad ipſius veritatis, quã tractat, integrã intelligẽtiam. Itaque ſicut lux aurorę paulatim vſq; ad meridiẽ manifeſtatur, quę priùs quodammodo obſcura erat, deinde magis eluceſcit, poſtmodum multo magis, & ſic per gradus ſucceſiuè procedit, quo vſq; iam in meridie ad lucis perfectionem deuenit: ſic etiam oportet vt concionator, euangelij claritatem deducat ita, vt ab ipſis cunabulis eius notitiam auditoribus pręſtet.

B

Simile.

C

Nam quod maximè in ſcriptura ſacra ponderãdum eſt (quod profectò in euangelicę veritatis auctoritatem, firmitatemque maximam vergit) eſt nempe antiquitatem euangelicæ veritatis auditoribus exponere, quam tantis retrò temporibus retinet: quia hoc valde hominum intellectum cõuincit, vt veritati huic euangelicæ & credant, & iam eam ſumma veneratione habeant. Nã quemadmodum antiqui generis ſanguis apud homines maximo in pretio eſt: ſic etiam antiqua euangelicę veritatis origo apud homines etiam in ſummo pretio eſſe debet, atque ſignum maximum quòd diuinæ ſint veritates tales, & non humanæ.

A

Antiquitas euangelicæ veritatis

B

Simile.

Et hac de cauſa, ea quæ Redemptor noſter Chriſtus hominibus prædicabat, toties prophetarum ac veteris teſtamenti ſcriptura firmabat: & hac ratione multoties ad veteris teſtamenti ſcripturas auditores remittebat. Sicut ex Ioannis capite. 5. conſtat, vbi ait: ſcrutamini ſcripturas, illæ enim teſtimonium perhibent de me. Ac ſi clariùs dixerit, ſi veritatem quam in mea afferro prędicatione, apertè vultis dignoſcere, & ꝙ veſter ſim Deus veruſq; meſsias in lege promiſſus

Ratio quare chriſtus ſcripturas citabat.

C

Expoſitio Ioannis 5.

A ſcrutamini diligenter ordinem, antiquitatemque & connexionem, quam inter ſe inuicem de me ſcripturæ habent, & agnoſcetis me prorſus falſum non docere. Et quouſque de Chriſto hunc ſcripturæ ordinem intellexerunt diſcipuli eius, ſemper in eius doctrina hæſitantes extiterunt. Sicut ex Luca. 24. capite conſtat, vbi dum diſcipulis ſuis poſt reſurrectionem ſuam apparuit, minimè eum cognouerunt, quouſque ſcripturæ admirabilem interpretationẽ, qua in via fuerat vſus perpenderunt. Qua etiam de cauſa, ſicut Ioannes refert capite. 20. diſcipulus ille, qui cum Petro ad monumentum cucurrit, à deceptione & cæcitate qua tenebatur, illuminatus fuit: de quo dicicitur, quòd poſtquàm ingreſſus eſt, miramque IESV Chriſti reſurrectionem cognouit, illico credidit, quia vſque ad id temporis nunquam ſcripturas intellexerant.

Expoſitio, Lucæ. 24.

Expoſitio. Ioãnis. 20.

B

## ¶CAPVT. XLVI. DE vſu thematis, quod in concionis proponitur, initio.

C

VNDECIMVM preceptum eſt de vſu thematis, quod in cõcionibus, eorũ quæ dicenda ſunt à concionatore, præfixum eſt argumẽtũ. Eſt igitur in præſentiarũ à nobis prętereà edisserẽdum, de vſu thematis, quo concionatores in ipſo ſermonis exordio vti conſueuerunt. Et vt in preſenti articulo diſtinctius attingamus, id quod in hac parte in concionibus faciendum eſt, annotandum primo eſt, quid ex ſua primęua ſignificatione hoc nomen thema ſignificet: & quidem iuxta latinorum interpretationem, thema nihil aliud eſt, quàm verba quædam in ipſo orationis initio poſita, quæ ſunt velut totius orationis caput, propoſitum argumentum. Nam quemadmodum ex capite in eius membra virtus quædam defluit, ad actiones proſequendas: ita etiam in concione ex themate virtus in omnem ipſam concionis deriuatur orationem. Thema igitur in concione fundamentum quoddam eſt, cui tota concionis innititur locutio. Et hinc eſt, quòd concionator qui in ſermone thema proponit, eo ipſo, artificio & concionandi ingenio ſeſe aſtringit. Tenetur ſiquidem ex quo thema proponit, orationem quandam texere, quæ extra thematis propoſitum minimè exeat: ſed ſicut porta ſuper cardinem ſemper voluitur, ita etiam thema cardo quidam ſit, ſuper quem tota ſermonis

A

Quid hoc nomen thema ſignificet.

B Simile.

Simile.

C Simile.

Simile.

A nis circumferatur oratio: ſiue rationes ſint, ſiue exempla, ſiue populi correctiones, & cuiuſcumque denique generis & conditionis ſit quam tractat doctrina. Omnia inquam, tanquam ex proprio fonte, à thematis propoſito emanare debent. Itaque omnis eius oratio, quoddã ſit Rhetoricum argumentum, quod tanquam in fundamentali lapide, in propoſitis thematis verbis inſideat.

Simile.

Simile.

Quòd ſi quandoque à concionatore ſecus fieret, cum thema proponit: abſonum admodum auditoribus eſſet, deliramentumque maximum, in concione ſcilicet thema proponere, niſi illud in orationis proſecutione, doctrina implere decreuiſſet. Sicut dementia eſſet omnino, fundamentum pro aliqua deſtinata domo iacere, poſtmodùm autem tali relicto fundamento domum ipſam alio in loco ædificare. Et quemadmodum etiam ridiculum eſſet, pictorem, alicuius imaginis caput depingere, cui tamen equi aut leonis poſtea membra ſupponeret.

B

Deliramentũ.

Simile.

Simile.

C Hoc idem eſt, quod in præſentiarum concionatores committunt vitium, quando in ipſo ſermonis initio, themate propoſito, minimè illud proſequuntur: neque eo argumento & ingenio implent, quod propoſita verba exigunt, ad alia multa themati impertinentia diuertentes. Iecit ſiquidem iſte talis concionis fundamentum, ipſam tamen concionem ſupra ipſum minimè ædificauit: item hominis caput ſignauit, cui poſtmodum leonis membra ſuppoſuit: quod profectò in concionandi arte, monſtrum quoddam depingere eſt. Et ita rei veritas habet, ſermonem talem, non niſi chimericum eſſe: nam ex varijs rebus omnino diſſonantibus ſermonem confecit. Propoſuit enim de patientia thema, & tantum de eleemoſyna loquutus eſt: & cum propoſita thematis verba miſericordiæ argumentum adminiſtrarent, non ſecus quam de pœnitentia concionatus fuit. Itaque iuxta nominis ſignificationem, in huiuſcemodi concionatoribus propoſita verba, non thema, ſed potius apoſthema ſunt.

A

Mõſtrũ.

Simile.

Simile.

B

¶ Huius conditionis, maxima eſt concionatorum pars, qui in hoc articulo varia vitiorum genera committunt. Aliqui (ſicuti diximus) thema proponentes, cuius tamen amplius numquam memores exiſtunt, quia in omni ſermonis proſecutione nihil penitus de ipſo tractant. Alij verò abſque vllo penitus propoſito, per concionẽ totam nihil aliud agũt quàm verbis ipſis nudum thema repetere, cum tamen omnia quæ in concione ediſſerunt, à thematis propoſito prorſus aliena

Triplex in themate defectus.

Primus.

2. Defectus.

C



[library stamp]

A ſint. Et cum tam impertinēter in concione loquantur, ſatis illis viſum eſt vt themati ſatisfaciāt, ipſum pluries repetere. Et cum hoc ita ſit, non tamē deerunt ibi ignorantiſsimi auditores, quorum auribus hoc pretioſum appareat. Nam ſapiētibus, quò magis propoſitum thema repetit, ſi de ipſo nihil tractat, eò inſipientior, ne dicam ſtolidior apparebit cōcionator talis: quandoquidē in hoc quòd thema repetit, auditores ipſos excitat, vt eius inſipientientiā & deliramentum animaduertāt, quia nimirum abſque propoſito loquitur. Qua, quęmaior (rogo) concionatoris dementia eſſe poteſt? Cum enim in ſermonis proſecutione toties propoſitum thema repetit, quęro, an ea quæ ediſſerit, ad verba quæ in initio ſermonis propoſuit ordinē habeāt, an non? Si ordinem habent, minimè neceſſarium eſt toties verba repetere: nam ipſa quam tractat doctrina, ordinem ipſum & conſequentiam auditoribus manifeſtat. Quòd ſi ordinē non habent, verba repetere deliramētum eſt: nam eo ipſo teſtes adducit ad probandum, quòd impertinenter loquatur: quòd ſi propoſita verba toties non iteraſſet, auditores inſipiētiæ eius fortaſsis memores nō eſſent.

*Vitium eſt pluries thema repetere.*

B

C

*3. Defectus.*

¶ Alij ſunt, qui in concionibus ſuis peregrina eligūt themata, quę neque euangelio, nec materię quam ediſſerunt, neque adhuc ſancto, de quo ipſo die concionantur, concordant: ſed dumtaxat cōcionatorum imaginationi. Quibus maximus videtur dicendi ſtylus, ea verba proponere, ex quibus nihil doctrinę aut argumēti in auditorum commodum elici poſsit. Sed vt poſtmodum in hoc ſufficientiam ſuam & ingenium demonſtrent, quòd videlicet ex eis verbis id in concione tractent, quod tamen ipſa thematis verba minimè dicūt. Quos rudis populus velut excellentes cōcionatores reputat dicens eos mirabilia dixiſſe, quia multa concionati ſunt ex verbis, quę alioqui de ſe ſterilia & arida admodum erant, quaſi iam mel de petra eduxiſſent, oleumque de ſaxo duriſſimo.

*Peregrinum thema.*

*Simile.*

Alij themata inquirunt, quæ ſancti, de quo concionantur, proprio nomini ſint conſona. Quæ etſi alioqui concionis materiæ (quam prędicāt) nullo modo cōducant, parum curant, dummodo hanc conſonantiam verba retineant. Sicuti in diui Benedicti feſtiuitate tale proponerēt thema: Benedicā tibi, & eris benedictus: atque in beatę Clarę feſto: vt lux clara eſt. Quæ profectò verba etſi hunc conſonantię fucum prima facie habeant, vt plurimum tamē parū de ſe doctrinę adminiſtrāt. Quæ verba potius videtur cōcionator propter verborum ipſorum ſonitum elegiſſe, quàm propter doctrinæ ſubſtātiam, quam in

*4. Defectus.*

A in ſeipſis contineant.

5. Defectus. ¶Alij quandoque in themate verba deſumunt, deciſa omnino & à propria ſede, in qua ſcripta ſunt truncata: vt in earum applicatione, ingenij ſui ſubtilitatem cõcionatores auditoribus demõſtrent. Arbitrantur ſiquidẽ grandem eſſe intellectus acutiem, ita verba euoluere, vt alium gignãt ſenſum, quàm in proprio loco retinebant. Sicut de illo Matthæi loco capite. 11. àſſerere poſſumus: Ioannes autẽ cùm audiſſet in vinculis opera Christi. Non deſunt tamen vani loqui concionatores qui ex eiſdẽ verbis, hoc deſumpſerint thema: Ioãnes in vinculis opera Chriſti. Que verba ſermone Hiſpano vertentes, ſic interpretãtur, Ioannẽ eſſe in vinculis, opera ſunt Chriſti. Audiui præterea ego concionatorem alium, qui cum in concione beati Dominici, illa Matthæi verba capite. 5. proponeret: vos eſtis ſal terræ: ſic Hiſpano ſermone expoſuit, vos eſtis Sãctiſsime vir ſal terræ, quia à propria terra exiſtis, quia patriã parenteſque, atque ceteros ſeculi huius amicos reliquiſtis. Agebatur enim eo die ipſius ſancti doctoris feſtum, viſum autẽ illi eſt, grande eſſe ellegantiæ genus, in conſonãtiam illius verbi, ſal terre, Hiſpanè expoſuiſſe, eum à terra, exiſſe, vt hæc omnia terra cũ terra, & ſal cũ exiſſe, conſona eſſent. Vbi ipſe profectò concionator extra ſuum ſenſum & prudentiam exire voluit, vt ſanctum de quo feſtum celebrabatur, extra ſuam conſtitueret patriam, qua propter concionem totam ſupra falſum fundamentum ſtabiliuit. Huius etiam conditionis vidi ſæpe quàm plurimos eſſe concionatores, qui tam in concionibus ad populum publicè habitis, quàm etiam in ſcriptis eorum ſermonibus, amici ſunt valde harum næniarum & ſonetorum: qui huiuſmodi adinuentionibus euangelicæ prædicationis corrumpũt grauitatem, necnon ſanam & vtilẽ auditorum eruditionem. Et hac doctrinæ qualitate abundant maximè libri, qui vulgo ſermonarij denominãtur (de quibus iam ſuprà ſatis loquuti ſumus) inquirẽtes themata quedam peregrina valde, paſsim (ſicut Paulus ait) diuinum verbum adulterantes.

Matt. 11.

B

Ridiculus ſẽſus.

Matt. 5.

C

Delirus ſenſus.

A

Euãgelica corrũpitur grauitas.

B

Sermonarij.

Simile.

Propter hæc igitur, & alia huiuſcemodi in cõueniẽtia neſcio an ſatius profectò eſſet, atq; predicationis christianæ fini accõmodatius, quòd euangelice conciones abſque vllo prefixo themate chriſtiano populo fierent, ſed q̃ dumtaxat euangelicam hiſtoriã ſtatim concionator inciperet, & materiam, quam differere vellet ex eodem euangelio eligeret. Preterquam cum aliquam ſpecialem ex ipſo euangelio veritatem prædicare vellet: tunc enim eadẽ verba, quæ docere intendit, velut totius cõcionis caput et argumentũ ſermonis initio proponere habet.

Auferẽdum thema.

C



[library stamp]

A

1. Ratio.

Et quidē prima ratio, quæ meā hanc ſententiam firmare videtur eſt. Nam concionator, qui orationi ſuæ thema aliquod pręfigit, eo ipſo adſtringitur (niſi inſipiens videri vult) quicquid in concione tractat, de themate afferre. Et quidē dico de ſolo propoſito themate eum oportere loqui, vel ad minus, quòd concionis doctrina argumentum quoddam ſit, in ipſo fundatum themate. Quod non mediocre profectò inconueniens eſt, vni dumtaxat argumento cōcionatorem ſeſe alligatum conſpicere, cum alias tanta vigeat neceſsitas, quàm plurima alia rudē populum docendi. Vnde coguntur concionatores, vt materias, quę totius populi mores concernunt, omnino dimittant, ob hoc ſolum vt themati ſatisfaciāt. Quare prædicatio ipſa euangelij propè ſemper imperfecta manet, atq; à ſuo principaliori intēto defraudata, quod nempe erat, in omnibus chriſtianum erudire populū.

Potiſsima ratio

B

Secunda ratio eſt. Nā qui euāgelium poſtillat, cum diuerſa in eius enarratione tractat puncta, tunc temporis abſonum omnino eſt thema deſumere, cū illud proſequi minimè poſsit: æqualiter namque per totam euangelij hiſtoriam ſpargitur: & cum vltimum eius finit punctum, tunc tēporis finitur etiam & cōcio ipſa, abſque eo vt ad aliquid aliud ſupra thematis verba pertractandū redeat. Quare cærimoniæ ſolum ad ſcribendum videtur, in tali cōcione thema, tanquam orationis caput, propoſuiſſe: cum nulla ipſi fuerint poſtmodum in concione appoſita mēbra, ſed truncum penitus ſine membris ibi manſerit caput: vnde meritò auditores thema ibi cōcionatorem aſſumpſiſſe, apertam diſſonantiam iudicabunt,

2. Ratio.

C

Thema proſeq̄ndum.

A

Simi'e.

Tertia ratio eſt. Nā hoc quod eſt in concionibus thema proponere, modernum eſt, atque à ſermonariorum tempore incepiſſe exiſtimo, ab eoque concionatorum genere promanaſſe, qui recēter concionandi officium inceperunt. Siquidem nunquam oratores, aut humaniſtas alios, in publicis orationibus ad populū habitis, hoc feciſſe legitur: ſed ſemper orationes ſuas ſine aliquo præmiſſo themate proſequuti ſunt, neque aliquod aliud orationi tali fundamētum ſuppoſuerūt, pręter quam ſe à neceſsitate populi, argumentum orandi ſumpſiſſe ſcilicet de pace, aut de bello, ſiue de iuſticia, aut fortitudine, & ſic de cæteris materijs, quas humaniſtæ tractarunt, & de alijs virtutū vel vitiorum generibus. Sicut aperte conſtabit ei qui per Ciceronis opera diſcurrere decreuerit, atque ei qui Senecæ libros legerit, necnon & qui Plutarchi ſcripturam euoluerit. Nec propterea excellentes hi viri abſonè & ſine propoſito loquuti ſunt, eſtò orationibus, quas coram populo declama-

3. ratio. Modernus thematis vſus.

Sermonarij.

B

Rhetoricos minime themate vſos.

A neceſſitate populi, argumētū ſumēdū eſſe.

C

Cicero. Seneca. Plutarchus.

A clamarunt, nullum præfixerint thema.

¶ Prætereà, quia ſi ſanctorum inſpexerimus ſcripturā, inueniemus quidem vix vnum aut alterū, qui in ſermonibus ſuis themate vſus fuerit: ſed materias, quę populi moribus conducebant, docere curarunt, iuxta vitia quæ ab ipſo populo eradicare intendebāt, atque virtutes quas in eo plantare decreuerunt. Quod proculdubio, eis quibus eorum opera legere libuerit, compertiſsimum erit. Legant rogo Hieronymum, Gregorium, Auguſtinum, Ambroſiū Chryſoſtomum, ac denique Baſilium, cum cæteris ſanctis: & nullum eorum reperient, qui oratio ni aut cōcioni, ſiue tractatui, aut homilijs, aliquod vnquam præfixerit thema. Et hac de cauſa tot, tamque varias materias ad populi chriſtiani eruditionem attinētes, doctrina ſua attingere valuerunt. Nam vix aliquid intactum reliquerunt, ob hoc ſolum, quia minimè ſeſe indicendo themati alligarunt, vt de vna dumtaxat re populo haberent concionari.

Sāctorū vix reperitur vnus qui themate vtatur

Hieron. Grego. Auguſt. Ambro. Chryſo. Baſilius.

B

S. Tho.

C ¶ Verum eſt tamen, quòd diuus Thomas, quia ſemper diſtinctionis & claritatis in rebus quas tractat extitit amicus, quandoq; etſi rarò thema præfigit, vt eorū quæ dicenda ſunt caput & argumentum exiſtat. Sicut apparet in expoſitione quam ſuper Pauli epiſtolas edidit, & in tractatu quē ſuper Pſalmos inſtituit, atque in libro contra gētes: in quorum operum initio verba aliqua, velut totius libri argumentum & caput, proponit. Et hunc eundem morem archiepiſcopus Florentinus in ſanctorum hiſtoria quandoque obſeruat.

A

Tho. ſuper epiſtolas. Tho. in pſalmos Tho. cō tra gētes Diuus. Antoni.

¶ Hoc tamen parum in hac parte difficultatis ingerit. Nam eſtò eorū tāta ſit auctoritas, quod ad diuum Thomam attinet, verba illa, quę in operū ſuorum initio prępoſuit, propriè thema dici nō poſſunt, quia poſtmodùm in ipſius operis executione multa alia à thematis propoſito omnino aliena pertractat: imò numquam amplius verborū, quæ propoſuit, memor extitit, ſed illa velut exordium quoddam, in ipſorum operum principio præmiſit, vt ſolum libri quē ſcripturus erat, propoſitum & argumentum oſtenderet.

Solutio.

B

¶ Ad diuum autem Antoninum, fatemur quandoque in ſanctorum feſtiuitatibus hoc concionandi ſtylo vſum fuiſſe. Ad hoc tamen reſpondere poſſumus, hirundinem vnam ver non conſtituere: præterquàm quòd vſus nō ab vno vel duobus, ſed certè à pluribus accipiendus eſt. Et cum in hoc articulo plures & antiquiores ſint, qui hoc dicendi genere minimè vtūtur, ſatius nimirum erit, in prędicatione euangelica horum concionandi, ſeu ſcribendi morem inſequi. Nec per hoc receptiſsimæ iam cōſuetudini

Solutio

C

A tudini proponendi thema cõtrauenire volo, vnusquiſque enim in ſuo ſenſu abundet.

## CAPVT. XLVII. quæ ſint obſeruandę conditiones in vſu thematis.

SED quia iam omnes in contrariam conſuetudinẽ verſi ſunt (quãdoquidem in concionibus omnes themate vtuntur, nec puto tam efficacem meã hãc ſententiam eſſe poſſe, vt ab omnibus tam receptum vſum eradica-
B re valeat) pro maiori huius intelligentia, tria aut quatuor hic documenta ſubiungam: quę iudicio meo digna ſunt, quæ in thematis electione à concionatoribus ſeruari debeant.

Quatuor pro obſeruatione themati ſeruadæ.

Prima thematis conditio.

¶ Primum eſt, quòd concionator euangelicus, qui concionibus ſuis thema aliquod præfigere decernit, oportet (ſicut ſuprà diximus) vt ſupra ipſa thematis propoſita verba, continuum aliquod argumentum in concione proſequatur: quod efficaciſsimis rationibus, exemplis, & doctrinę abundantia impleat, aliquas ſem-
C per ſcripturę ſacræ auctoritates adducẽs, quę ipſius thematis propoſito deſeruiant. Quicquid autẽ aliud eſſet, omni prorſus fundamento careret, maximamque in concionatore inſipientiam oſtẽderet, ſi velut cõcionis eius caput verba aliqua præmitteret, de quibus tamẽ poſteà minimè eſſet locuturus. A Nã quẽadmodũ iã ſuprà aſſeruimus, eſſet profectò fundamentum abſque domo, & caput ſine corpore truncum reliquere, ac denique concio tota monſtrũ quoddam eſſet, aut capitis ſine mẽbris, aut certe membrorum ſine capite: quod proculdubio cõcionatoris opinioni maximè derogaret.

Simile. Simile. Simile.

Nã ad hoc vt doctrina eius efficaciam in auditoribus conſequatur, à populo tanquam doctũ virum, & qui non impertinenter loquatur, ante omnia reputari oportet.

Concionatorẽ a populo ſapiẽtẽ reputari oportet.

Neque auditores (quantumcumq; vulgares) tam negligentes & tardi ingenij ſunt, vt in B concionatore annotare hoc neſciãt, quòd ſcilicet thema in ipſo ſermonis initio præpoſuerit, cuius tamen nuſquam ampliùs extitit memor: ſicut me audiſſe ſępe à ruſticis etiam auditoribus memini. Quòd ſi vulgares homines concionibus affuerint, nunquam tamen in concionibus deſunt aliqui, qui habiles & eruditi viri exiſtant, qui concionatoris diſſonãtiam percipere valeãt. C Et euangelicus prædicator in cõcione publica, ſapientibus & inſipiẽtibus debitor eſt.

Concionatoris doctrina pro ſapientibus et inſipientibus.

Pręterquam quòd prædicator in concionis ſuæ ſtudio ac dicẽdi ſtylo, pro ſapientibus ſemper ſtudere habet, & concionem ipſam parare: ſic enim chriſtianum populum & optimè docebit, & ipſe etiam egregius euadet concionator. Secus

A cus autem ſi pro vulgaribus dumtaxat doctrinam parat, vulgaria ſemper dicet, & vulgaris etiam ipſe remanebit concionator. Et hæc potiſsima cauſa eſt, quare vt plurimum imperfecti maneant & manci omnino concionatores illi, qui in oppidulis & paganis vicis concionantur. Siquidem exiſtimāt, quod quia vulgaris & infimus eſt auditorum numerus, ſatisfuerit communem & vulgarem illis propoſuiſſe doctrinam, neque ad maiora tam in ordine quàm in dicendorum ſubſtantia teneantur, ſed ſatis fuerit vt cumque & ſtuduiſſe & dixiſſe. In hoc ergo (iudicio meo) prædicatores maximè aberrāt. Nam etſi verum ſit, quòd ruſticis hominibus delicata doctrina, veritatumque curioſitas proponenda non ſit, ſicuti illis qui litterarum ſtudium profeſsi ſunt: ſed tamen vel ſubſtantialis ſaltem diſciplina, & optimo dicendi ſtylo ſemper docenda eſt. Neque in hoc differentia aliqua inter oppiduli & ciuitatum ſermones eſſe debet, nullus quippe eſt hominum intellectus, qui bonum non appetat, ac proinde qui malum non refugiat, quantumuis habes exiſtat talis hominum intellectus.

Vulgaris doctrina, vulgarē reddit cōcionatorē.

ratio potiſsima.

B

Concionatorū error.

C

2. thematis conditio.

Secundum documentum eſt. Concionator dum euangelicam tractat hiſtoriam, cauere habet maximè, ne peregrinum thema auditoribus proponat. Nam cùm tantam ei euangelica hiſtoria adminiſtret doctrinam, vt inde concionis thema ſufficienter & legitimè eligere valeat, nō eſt cur ad aliena fugiendum ſit. Contrarium autem, non niſi ex ingenij defectu in concionatore prouenit, quia neſcit concioni ſuæ ex euangelica lectione fundamētum apponere. Et præterea auditoribus anſam prebet, exiſtimādi concionem talem non à ſe parauiſſe, ſed ex papyrorum ſcriptis eſſe: quam modò ad euangelicam hiſtoriam trahere vult repugnantem. Quod profectò auditoribus non mediocrem abſurditatem gignit. Sicuti in illo eſſet, qui cùm diues ſi, & ex proprijs abundans, optimum haberet enſem aut pallium, à vicinis tamen ea mutuò mendicaret. Pari forma cōcionatori indecorum admodùm eſſet, cum illi ex euangelica lectione tanta ſuppetat doctrina, ex qua concionis thema deſumere poſsit, ſi aliunde illud mendicaret.

A

Peregrinū thema fugiēdum.

B

Simile.

Quòd ſi quandoque hoc facere vellet, vel quia ſtudendi tempus non ſupereſt, aut certè quia ex euangelio concionis argumētum eligere neſcit: tunc temporis inquam peregrinum thema ſubijciat. Et in hoc ingenij ſui ſufficientiam demonſtrare poterit, vt ſcilicet, ſuper aliqua euangelij verba, quæ magis eius propoſito deſeruiant, ſermonem quem ſcriptum habet fundet, ipſi themati per

C

A per aliquod circumloquium adaptando. Nam etſi in hoc aliquis ineſſe poſsit defectus, non tantus erit, quantus vtique eſſet, ſi cōcionis oratio tota & thema, ab euangelica lectione prorſus aliena eſſent. Et vitium quod concionatores iſti in præſentiarum committunt, in peculiaribus quibuſdam exemplis oſtendere facilè poſſumus. Sunt quippe concionatorum aliqui, qui in ſacratiſsima Natiuitatis domini ſolemnitate, vbi ſuauiſsima ſunt, atque pro eiuſdē feſtiuitatis concione, doctrinæ abundantiſsima euangelia, in thema & argumentum aſſumunt: ſuſpendium elegit anima mea. Atque in Beatæ Virginis Annūciatione, vbi euangelica hiſtoria, quæ ipſo decantatur die, tanta admirabilique præſtat doctrina, pro ſermonis fundamento eligunt: cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Necnon in Purificationis Diuæ Virginis ſollemnitate, hoc deſumere thema ſolent aliqui: Vadam, & videbo viſionem hanc. Suntque aliæ his ſimiles concionatorum diſſonantię, quas quandoque in ſuis adinueniunt concionibus. Et hoc certiſsimum ſignum eſt, eos doctrinę lectione carere, & quòd omnis eorum ſubſtantia in papyrorum ſcriptis repoſita ſit.

Concionatorũ vitium.

B

Thema in euangelio fũdandum

C

3. thematis conditio.

¶ Tertium documentum, ad ſanctorum feſtiuitates eſt. Dum prędicatori viſa fuerit euangelica hiſtoria non tam conueniētem adminiſtrare materiam, quātum ipſius ſancti, de quo agit, vita & propoſitum exigit (quandoquidem ſæpe numero accidit, aliqua eſſe ſterilis doctrinæ aliquo modo euangelia, ex quibus non tam commodè pro ſancti feſtiuitate poteſt elici doctrina) tunc temporis inquam, ſi concionator ipſe doctrinam aliquam prædicare decreuerit, quam aliàs huic propoſito iam præuiſam habet: & ex alia parte ingenij habilitatem non conſequitur, vt doctrinam talem ſuper eiuſdem feſti euangelium fundare ſciat: tunc inquam duo ſeruare habet. Primum quòd B euangelij litteram populo non referat. Nam, ſicut ſuprà diximus, nimiùm abſonum eſſet, euangelica iam relata hiſtoria, nihil de ea in concione populo diſſerere, ſed continuò ad ſermonem peregrinumq́ue thema tranſire. Oportet ergo vt in tali concione tam materia quàm etiam thema, omnia de illius diei ſancti feſtiuitate ſint, omiſſo C prorſus euangelio: in quo quidem ſermone de eius paupertate, ſiue humilitate, aut ſapientia loquatur, aut certè de virtutibus illis, quę plus in eius eluxerunt vita.

Duo ſeruanda.

¶ Secundum, quod in præſenti articulo obſeruare habet concionator, eſt nempe, vt thema quod in huiuſmodi ſermo-

ne

A ne eligere decreuerit, ſancti illius vitæ concordet: ita vt ſi fieri poteſt, propoſita verba, ſancti vitam complectantur, vt inde materię argumentum quod prædicare intendit, adminiſtretur. Hoc ſiquidem auditoribus dulce admodum eſt, concionatoriſque optimi non mediocris induſtria & habilitas: videlicet ſcire ex ſacra ſcriptura verba aliqua inquirere, quæ ſancti feſtiuitati legitimè adaptentur. Vt ſi dixerimus, quòd in beati Franciſci feſto, concionator aliquis verba illa in thema B deſumeret, quæ Geneſis capite. 41. habentur, dum Ioſeph filio ſuo Ephraim nomen impoſuit dicens: creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. Hęc verba inquam, maximè inſignis huius viri propoſito deſeruirent. Præcipuum namque in quo eius illuxit ſanctitas, hoc fuit ſanè, vt ſe à mundi huius pompis penitus erradicauerit propriam patriam, amicos, & diuitias deſerens, atque ipſum pauperem Chriſtum in Cruce nudum ſequutus fuit. Et hæc fuerunt potiſsima eius inſignia, ſcilicet mirabilem quandam in mundo C excitare paupertatem, propter quam diues valde à Deo fieri meruit, atque in tantam cęleſtium bonorum proſperitatem ſublimari: quemadmodum hodierna die apertè omnes conſpicimus. Fuit enim alter Ioſeph,

Thema ſancti vitæ adaptādum.

Beatus Franciſcus.

Expoſitio Gen. 41.

Excellētia diui Frāciſci, paupertas.

qui à propria patria & parentibus atque fratribus & patrimonio exutus, in terramque Aegypti deductus eſt, quo tunc temporis nihil in orbe pauperius erat: & ex paupertate illa, in tantam Deus proſperitatem ipſum Ioſeph leuauit, vt eū totius Aegypti dominum conſtitueret. A

Figura. Gen. 41.

¶ In feſto autem beati Dominici patris noſtri, conſonum eſſet valde in argumentum & concionis thema verba illa Ieremiæ Prophetæ capite. 1. aſſume te, quę Prophetę ipſi cum eum ad prędicandum mitteret, dixit: ad omnia quæ mittam te, ibis: & vniuerſa quę mandauero tibi, loqueris ad eos. Hec namque verba ſunt, quę propoſitum atque officium legitimè complectuntur, quod egregius, ſanctiſsimuſque hic vir in chriſtiana obtinuit eccleſia: atque etiam ſanctiſsimum viuēdi inſtitutum, quod in religione ſuis monachis reliquit, eſſe ſcilicet chriſtiano populo legis ſuę pręceptores. Vbi legitimè de fidelitate ſumma, quam hic glorioſus pater in concionandi arte ſeruauit, agere poteſt: exaggerando maximum fidei zelum, quem circa Eccleſię negotia ſemper geſsit, atque diligentiam ſummam, quam in Euangelicæ prędicationis officio fideliter adhibuit, omni prorſus adulatione & falſitate ab eius ſanctiſsima prędicatione ecluſa.

Beatus Dominicus.

Expoſitio, Ier. 1. B

Sācti dominici religionis inſtitutum. C

Poſſunt

FERDINANDVS ... ALEXANDER PP VI VALENTINUS

A ¶ Poſſunt etiam in doctoris huius ſancti feſtiuitate, à concionatore propriè in thema eligi illa euangelij verba, quæ Matthæi capite quinto habentur quæ etiam in eius ſolennitate decantantur, ſcilicet: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno Cęlorum. Quia hiſtoriæ euangelicę littera ambas has in ſe continet conditiones, videlicet facere & docere: quas eminenter ſanctus hic vir in ſuo prædicationis munere ſeruauit, Ieſu Chriſti Redemptoris noſtri conditionem imitatus, qui prius

Expoſitio. Matthæi. 5.

B facere, deinde docere cepit. Primò enim beatus hic vir, virtutis exercitium in ſeipſo mirificè oſtendit, deinde aliorum ſe præceptorem exhibuit. Sicut apertè conſtabit ei, qui ſanctiſſimæ eius vitæ ſucceſſum percurrere voluerit. Nam ex ſumma pęnitentia, quam in victu, veſtitu, continuiſque tenuit vigilijs, inde tam efficaciter virtutes quę de hoc tractant, ad alios docendum peruenit. Pręcipua quippe lectio ad proficien

Dominici pœnitentia.

C dum in hoc concionandi officio, practica ipſa eſt, quę ex virtutum educitur exercitio, & potior quidem, quàm quę ex ſola elicitur ſpeculatiua, quæ in verbis dumtaxat conſiſtit, hęc ſiquidem quaſi mortua eſt, illa autem non niſi viua lectio.

Pręcipua concionatoris lectio

A ¶ In feſto autem glorioſiſſimi doctoris Thomæ, maximè accommodata ſunt verba illa eccleſiaſtici. 15. capite, in medio eccleſiæ aperuit os eius, & impleuit eum dominus ſpiritu ſapientię & intellectus. Quandoquidem verba hæc deſignant ſupremum ſapientię donum, quo doctorem hunc eximium ſpiritus ſanctus inſigniuit. Nam poſtquàm pleniſsimè eis partibus quę adeſſe integrum legis præceptorem exigebantur, Deus eum compleuit: & poſtquàm etiam ſapientia, tam humana quàm diuina, illi tam diuinitus fuit impar B

Diuus Thom. Expoſitio eccle. ſi. 15.

tita: dedit pariter illi Deus ſapiētiæ huius ſpiritum, vt ſicut decebat, id quod ſciebat, & faceret, & homines efficaciter doceret. Et ſic (omni adulatione ſemota) verum habet, quòd in medio eccleſiæ aperuit os eius deus. Et quidem (iudicio meo) tanto doctrinæ profectu, quanto inter omnes qui ad vſq; noſtra hæc tempora ſcripſerunt, repertus eſt. Quia in rebus fidei & ſacramentorum tam admirabilis lampas fuit, vt nihil quod circa hanc fidei & ſacramentorum materiam moueri poſsit, omiſerit: & quod ad vnguem vſque non comminuerit, & in lucem adduxerit: & hoc C tanta eruditione & ingenio, quāta humanitus tractari poteſt. Et defectus qui hic eſſe poſſet, nō vtiq; eius erit, quia id nō ſcripſerit

Sapiētię ſpiritus

Simile.

A pſerit, ſed eius qui attentione & diligentia doctrinam eius minimè didicerit: quia dum attentè & diſtinctè eius legerit ſcripturam, potiùs diuinam atq; mirabiliter præſtitam, quàm humanam eſſe cenſebit. Et omiſſa quã in fidei rebus habuit ſapientia, vſque adeò in rerum naturalium etiam excelluit ſcientia, vt legẽtem mirum in modum in rerum contemplationem leuet. Quare meritò aſſeri poteſt, ꝙ verba hęc propriè amplectuntur eſſe & officiũ præceptoris & ſancti, quod doctor hic egregius & ſanctiſsimus vir, in chriſtiana fuit conſequutus Eccleſia:

B ¶ Per hæc eadem thematum exempla, quę in his ſanctorum feſtiuitatibus explicuimus, indagare poterit concionator lectionem, quam in cæteris ſanctorum feſtiuitatibus inſequi debeat, cum de aliquo ſit concionaturus: attendens ſemper vt verba quæ pro themate propoſuerit, talia ſint, quæ doctrinam eam adminiſtrent, quæ officio & ſancti vitæ concordent.

4. thematis cõditio.

¶ Tertium & poſtremum documẽtum, quod in vſu thematis in præſentiarum ſeruare habet, tale eſt. Quando verba aliqua ex euangelio in thema deſumpſerit, illa ſint, quæ totius euãgelij præ C cipuum ſunt argumẽtum. Nam ſicut ſuprà iam diximus, nomen hoc thema, iuxta Latinorum acceptionem, nihil aliud quã illius

Quid thema ſit.

materiæ quam orator tractat, argumentum deſignat: ita vt fundamentum ſedesq; ſit, in qua ſedeat, & à qua omnis euãgelij doctrina promanet. Quòd ſi talia verba ibi non reperiantur, quæ totius euangelij poſsint eſſe argumentum, ſaltem talia ſint, cui reliqua euangelij doctrina inhęreat: vel præcipua inter alias ſit euangelicę lectionis propoſitio. Sicut exemplificare poſſemus in euangelica illa hiſtoria, quæ in doctorum Eccleſię feſtiuitate decantatur, quæ Matthæi. 5. capite habetur. In qua, verba quæ in thema eligi poſſunt, quæ totius euãgelicæ lectionis argumẽtum adminiſtrẽt, in quo propoſitum & intentum euangelij includatur, non vtiq; alia ſunt, quã quæ in principio euangelij ſtatuuntur, videlicet: Vos eſtis ſal terræ. Ex eis nimirùm totius hiſtoriæ argumẽtum dimanat: agit enim de ſapiẽtia, quam optimus quiſque paſtor habere tenetur ad ſuarum ouium eruditionem. Et exempla quę illico in conſequẽtiam huius ſubiunguntur, videlicet, de ciuitate ſupra montem poſita, & lucerna ſuper candelabrum accenſa: Omnia hęc inquam, ad lucem attinent, quam rector eis quos regit, tum vita, tum etiam doctrina pręſtare debet. Et ad eum omnino modum, quantum in ſe eſt, hunc concionandi ſtylũ prædicator in cæteris euangelicis hiſtorijs ſeruare

A Simile. Eccleſię doctores. Expoſi. Matt. 5. B Simile. C

A curet: Hic enim verus modus eſt & proprietas cum themate concionãdi. Et cõcionator qui hũc dicendi modum ſequutus fuerit, præter quàm quòd auditoribus gratus & ſuauis reddetur, ſeſe pariter doctum & ingenioſum exhibebit.

Euangelij ſtudium.

¶Hanc tamen lectionem & induſtriam minimè conſequi poterit concionator, niſi priùs vigilantiã in euangelij ſtudio tenuerit: ſcilicet ꝙ cum euangelij hiſtoriam percurrerit, attentè perpẽdat, quę verba ibi eſſe poſſint, quę propriùs totius hiſtoriæ fũdamentum eſſe valeant, & in quibus congruentiùs eius intẽtum B & propoſitum innodetur: & hæc verba ſunt, quæ in totius concionis thema eligere habet.

## ¶CAPVT. XLVIII. DE vſu ſalutationis virginis Mariæ.

12. præceptum.

DVODECIMVM pręceptum eſt, de ſalutatione beatę virginis, de qua non nihil etiam tractare conducit: videlicet quemadmodũ circa eam concionator ſe gerere debeat. Agit enim maximè ad virginis gloriam & honorem, vt ſa- C lutatio hęc, ſicuti decet, fiat: atq; vt barbaries, quę hic quandoq; cõtingit, prorſus abijciatur: quapropter nõ immeritò de hac virginis ſalutatione, quam cõcionatores ſtatim in ſermonis initio

A conſueuerunt facere, aliquid dicemus. Hic tamen ſalutationis vſus, ſicut poſtmodũ dicem', etſi religioſus valde, decẽtiſsimusq; ſit, in nullo tamẽ antiquorũ ſcriptorũ, vſum talem reperio. Quẽadmodum ſancti omnes antiqui fuerunt, videlicet Hieronymus, Auguſtinus, Gregorius, Ambroſius, neque adhuc in cæteris, qui de ſermonib' aut ſcripſerũt, aut aliquo modo tractarunt. Neque etiam in modernis, qui ſermones ſuos ſcriptos reliquerũt, qui alias ſermonarij vulgariter nuncupãtur: præterquã in diuo Vincẽtio, qui ſtatim in cõcionis initio, ſolum hæc verba pręmittere aſſueſcit, videlicet, ſalutetur virgo Maria. Et eſtò diligenter cõſuetudinis originem & fundamẽtum in- B dagauerim, nihil pręter illa, quę modò dixi reperire potui. Vnde colligitur apertè, hunc concionatorum morem, quem in diuæ virginis ſalutatione tenent, recẽtiorum eſſe, cœptumq; & profectum fuiſſe potius à peculiaribus ſeorſum modernis concionatoribus, quàm ab eis qui ſcriptorum aut antiquorum doctorũ nomen obtineant.

Salutationis vſus.

Hiero. Augu. Grego. Ambro.

Diuus Vincentius.

¶Poſſemus tamen fortaſsis aſſerere, ꝙ ſicut priſcis tẽporibus aliquę fuerunt ſubortæ hæreſes, C quæ beatę virginis Marię honori & ſanctitati detraxerant, inde inquã ortum habere potuit, concionatores oẽs in ſuorum ſermonum initio, & totius populi chriſtiani

Vnde virginis ſalutatio ortũ habuerit.

A ſtiani conſpectu, diuam Virginē illico deprecari, vt ſic eam omnes venerarentur: vt inde honor ei & maieſtas ſublimaretur magis: & ex ſalutatione angelica, vbi eius ſaluatur integritas, virginitatis eius donum agnoſceretur, atq; glorioſior omnibus redderetur: vt hac præſertim via, in eius deuotionem magis excitarētur gentes, atq; hæretici confuſi inde penitus manerēt. Ita vt cōſuetudo hæc ſanctiſsima, ex profeſſo ab Eccleſia, ob hunc præciſè finem ſit introducta, vt ſic in opinione gentium diuæ Virginis nomen, eiusq; excellentia & gloria honorificentior habere-B tur, in eorum quidē confuſionē & vituperium, qui ei detrahere quādoq; attentarunt. Nam ſicut in Theologorū ſchola dicitur, ꝙ in primitiua Eccleſia baptiſmi ſacramētū, ſolū in nomine Chriſti adminiſtrabatur, & nō in nomine totius Trinitatis (nā Chriſti nomē valde Iudęis tūc tēporis, multiſq; alijs ętatis illius hominibus, erat exoſum: quo vt amabile omnibus redderetur, inde fuit, ꝙ ſolū in nomine Chriſti hoc baptiſmi ſacramentū hominibus cōferebatur) ſic etiam potuit olim aliquod fuiſſe tēpus, in quo tantū virginis honori ab hę-C reticis fuiſſet detractū, vt decuerit beatā ipſam Virginē in prędicatione euāgelica, concionum omniū caput & ianuā conſtituere, vt inde eius nomen omnibus gratum & amabile redderetur. A Quia concio actus quidā eſt, vbi cōmuniter totius populi concurſus adeſt, & vbi etiā maior eſt opportunitas, vt chriſtiano populo dignitatis eius, & excellentiæ præſtetur notitia. Qua de cauſa etiā, potiùs hic quàm in cæteris Eccleſię ſacramētis aut Eccleſiaſticis actibus, conſuetum eſt, diuam Virginē inuocare. Quia in nullo ſacramentorum vſu, à laude virginis incipitur, ſed ſolū in euāgelica prædicatione: nempe quia ad ſacramētorum receptionem, non niſi peculiares concurrunt perſonę: cęterùm concionibus, omnes vt plurimū adſunt. B Excepto ꝙ ſacerdotes aliqui, cū rem ſacram celebrant, à diuę virginis ſalutatione incipiunt.

*Simile.*

*Quare in cōcione, magis quā i alijs ſacramentis diua ſalutetur virgo.*

¶ Hac eadem ratione diuus Ilefonſus, in honorem & reuerentiam beatę Virginis, Annunciationis feſtum inſtituit, quod ante Chriſti natiuitatem celebratur, quod alio nomine de la O. nūcupatur: & hoc quidem in confuſionem hæreticorum, qui tunc temporis virginis puritatem maculare intendebant.

*S. Ileſōſus. Inſtitutio feſti Annunciationis.*

¶ Poſſumus etiam ſecundò dicere, hanc concionatorum cōſuetudinem inde ortum habuiſſe, ex forma videlicet, quam angelus Gabriel ſeruauit, cum ad beatam Virginem miſſus eſt. Nam C vt illi filij Dei incarnationis myſterij notitiam præſtaret, antequam aliquid huius ei annun-

*2. ſolutio.*

A ciaret,eam diuina illa ſalutatione venerari voluit, qua dixit: Aue gratia plena, dominus tecum. Hinc igitur forſan originem duxit,quòd diuini verbi cōcionatores in ſuis concionibus euangelicam hanc formam ſeruare voluerint. Nam priuſquam illius myſterij aliquid populo ediſſerant,aut cæterorum ſacramentorum,quæ in euangelica lege ab eo tanquam à primo fonte dimanarunt,priùs inquam Virgo ipſa beata,tanquam horū omnium principium & ianua,à cōcionatoribus angelica ſalutatione veneratur, quia ab ea nobis omnibus tam immenſum beneficium ortum eſt: volunt itaq; in hoc concionatores angelicam imitari formam. B

*Orta ſalutatio, ab angelica ſalutatione.*

*Incarnatio,aliorū ſacramētorū fons.*

*Simile.*

¶ Sed tamen vt cumq; fuerit, ꝙ ſcilicet vſus hic antiquus,vel modernus ſit: Laudabile admodū eſt opus, atq; excellētiſsimus vſus,religioſaq; ab omnibus recepta conſuetudo,ſtatim in ipſo concionis initio, beatam virginem ſalutare. Nam ſi in omnibꝰ alijs quæ noſtram chriſtianam vitam cōcernunt,quantūcumq; minima ſint, & cuiuſcumq; generis & conditionis:in principale auxilium,& omnium earū C ſingularē protectionem,glorioſam virginē Mariā aduocamus,eamque velut ſingularem recipimus patronam:quantò potiùs in hoc tam inſigni præcipuoq; chriſtiano negotio, quod prædicator in

*Decet valde,diuā Virginē ſalutari.*

euangelica eruditione aſſumit, A cōducet etiam,eam quàm primū in ipſo ſermonis exordio implorare,vbi tantum intereſt, vt auditorum corda chriſtianè & religioſè cōcionator inſtruere ſciat: & vbi etiam cōducit miximè,ꝙ auditores ipſi tota mente euāgelicæ afficiantur doctrinę. Credēdū igitur eſt,ꝙ ſi vniuerſus populus beatam hanc Virginē pro ipſo intercedentem proponit,cū per ipſam,tam immenſum beneficij ſacramentum operari diuinæ ſuæ maieſtati complacuerit, per eam etiam nos clemēter audire dignabitur: vt tam ex parte auditorum,quàm etiam concionatoris,in tam neceſſario euāgelicæ prędicationis negotio rectè procedatur. B

¶ Tres ſunt tituli, ſiue vt rectiùs dixerim,tria ſunt nomina, quæ in officio, quod in honorē Virginis Eccleſia decātat,huic virgini imponit. Primum eſt, ſtella maris: ſecundum eſt,cęcorum lumen: tertium eſt,noſtrarum precum Deo præſentatrix. Et cum in concionibus ad hæc tria præcipuè chriſtianus populus concurrat: Primò vt à tempeſtatibus eripiatur,quę in hoc miſerabili ſæculo,velut in tēpeſtuoſo mari cōtra homines excitantur: C Secundò vt à peccatorum ſuorum cæcitate, in quam quotidie attoniti & conturbati dilabuntur, illuminentur: Tertiò vt ibi malorum ſuorum reme-

*Triplex virginis Mariæ nomē.*

*Simile.*

*2. causa.*

*3. causa.*

A remedium acquirant, permittatque miſericors Deus, vt concionatoris doctrina vtilis ſit animarum ſuarum medela: cum igitur ad hos tres effectus pręcipuè euãgelicæ concionis doctrina dirigatur, maximo proculdubio innititur fundamento, & ratio ipſa expoſcit, vt ante omnia tam euangelicus concionator, quàm chriſtianus etiam populus beatiſsimę Virginis huius interceſſione protegantur. Quandoquidem eidem Virgini datum eſt, in his tribus prouidere, noſtramq; eſſe patronam. Videlicet vt nos velut huius maris ſtella dirigat, ne in eo tanquam in pelago demergamur, ac proinde vt euangelicam doctrinam tanquam noſtræ vitæ gubernaculum tenere ſciamus. Item ſecundò vt tanquã ſpiritualis vitæ noſtræ illuminatrix, cæcitatem atque intellectus noſtri hebetudinem, quàm ad concionẽ peccatores portant, expellat: vt à beſtialis vitæ ſomnolentia excitati, tam ſingulare delictorum ſuorum remedium tota mente amplexentur. Tertio vt tanquam patrona atque omnium domina & regina noſtra, ibi concurrẽtium gemitus & lachrymas Deo præſentet: vt eorũ compaſſus miſerijs, dignetur, vt hac euangelica eruditione ſanati, iam deinceps in gratia ſua & amore perſeuerent. C

Triplex cõcionis finis.

Virgo Maria i trib' patrona noſtra.

Simile. B

Simile.

¶ Sanctus Thomas in. 3. parte quæſtione. 30. articulo. 4. de hac diuina ſalutatione loquẽs, quàm huic excellẽtiſsimæ Virgini Gabriel angelus fecit, ait tres effectus in eadem prætendiſſe. Primum, eam attentam in tam alti ſacramenti magnitudine reddere: qua de cauſa ipſam tam nouis & inauditis verbis ſalutauit, vt in hoc articulo noua valde eius eſſet conſideratio & attentio. Secundùm, illam inſtruere in mirifica illa incarnationis intelligentia: eam nempe docens, quòd per Spiritus ſancti opus, in eius ſanctiſsimo vtero id fieri deberet: & quãtus etiam eſſet, qui eius erat ingreſſurus ſacratiſsimum vterum. Tertiũ deniq;, in huius operis celſitudinem diuam Virginẽ adducere, vt plenè ad illius perueniret notitiam. A B

S.Tho.

Tres effectus euangelicę ſalutationis.

Primus.

Secũdus

Tertius.

¶ Ad hos igitur tres mirabiles effectus, quos hic diuus Thomas aſsignat, deſeruit in concionibus diuam Virginem angelicis illis verbis ſalutare. Primò quidem vt concionator auditores attentos reddat, ad conſiderationem & intelligentiam tam ſupremę doctrinæ, qualis eſt quàm chriſtiano populo proponere habet: vt omnes in concione genuflexi, huiuſque excellentiſsimæ Virginis deuotione muniti, in maximam eorum quæ ſibi proponuntur excitentur cognitionem. Deſeruit etiam ſecundò, vt chriſtianus populus in his quæ auditurus eſt, inſtruatur: nam cũ C

Triplex in cõcione ſalutationis effectus.

Primus.

Secũdus

A in angelica ſalutatione incarnationis ſibi præſentetur myſterium, conſequenter animaduertat, quòd ſalutis ſuæ initiũ & origo, atq; eorum omnium quæ in concione audituri ſunt, Chriſti eſt incarnatio: & quòd omnia ab ipſo incarnationis articulo, tanquam à primo fonte dimanarũt.

Tertius. Conducit prætereà tertiò, vt populum moueat ad hoc, vt deuotè euangelicam doctrinam amplectatur: quia intelligentes, quot & quanta pro eis Deus in hoc incarnationis ſacramento tam magnificè fuerit operatus, neutiquam illis difficile fuerit, legis diuinæ præcepta quæ inde B proceſſerunt, pro Deo ipſo adimplere.

Stylus Rhetoricus ſeruatus ab angelo in ſalutatione. Cicero. ¶ Vnde hic curioſitatem quãdam annotare poterimus, quam angelus in legatione, quã ad Virginẽ duxit, ſeruauit. Ibi etenim ſtylus quidam eluxit Rhetoricus, quem Cicero in ſua inſtituit Rhetorica. Optimi namq; oratoris eſt, auditorem attẽtum, docilem, & beneuolum reddere. Quas tres omnes Rhetoricę partes, S. Tho. diuus Thomas ingenioſiſsimè annotat, angelum in hac ad virginẽ legatione ſeruaſſe: eam ſiquidem attentam, docilem, & beneuolam reddidit.

C

## ¶ CAPVT. XLIX. DE moderamine, & prudẽtia, quæ in ſalutatione Virginis ſeruanda eſt.

DVO tamẽ ſunt, quæ hic ſeſe offerunt, & digna quidem, vt à concionatore quocumque in hac Virginis ſalutatione ſeruentur. Prima A eſt, quia cum iam conſuetudo hæc tam laudabiliter ſit recepta, atque auditoribus ſit vtilis, obſeruare maximè habet concionator, ne in ſalutatione quæ in honorẽ & Virginis gloriam fit, nimium excedat: ne id quod in eius reuerentiam adducitur, in eiuſdem dedecus vergat. Et quidem dedecus appello: nam eſtò ita ſit, quòd in virgine ampliſsimum ſit vas, & virtutis meritum, vt gratias omnes & excellentias capiat: eſſet tamen excedere, ſi talis eius laus non eſſet, quę graui & firmiſsimo fundamento inniteretur. Oportet B igitur, vt ante omnia quilibet concionator in prędicatione ſua obſeruet, vt temperatè in ſanctorum laude ſe gerat: nam quantò maiori dignitate ſanctus aliquis præeminet, tantò magis tenetur in ijs quæ de ipſo loquitur, ſeſe temperare. Virginis ſalutatio, ne ſit prolixa. Tẽperate de ſanctis agẽdum.

¶ Huius prima ratio & potiſsima eſt. 1. ratio. Nam hoc gloriæ ſecretũ & ſedes, quam in beata vita ſanctis & amicis ſuis Deus eſt præſtiturus, pectori ſuo dumtaxat reſeruatum eſt: quod tamen ſolùm in iudicij die omnibus re- C ſerabitur. Quare concionator qui de beatorum ſedibus in hoc ſæculo nimiùm ſcrutatur, & curioſè

A rioſè agit, manifeſto ſeſe errandi periculo exponit: quia id definire vult, quod extra ſuam omnino ſententiam & iudicium ſtatutum eſt.

2. ratio. ¶ Secunda ratio. Nam quò ſancti vita maior eſt, atque in perfectionis culmine magis poſita, maioremque gloriam in beatitudine obtinet: eò plùs ad eiuſdem ſancti auctoritatē attinet, vt veriſsimum ſit & firmum, quod de ipſo in terra ab hominibus fuerit prædicatum. Quapropter diuus Bernardus in ſuis epiſtolis, epiſtola. 312. præuidens hūc prædicatorum futurum exceſſum in ſanctorum laudibus, ſic ait: Quātula mihi ingenij, eloquijue facultas, vt à me potiſsimum feſtiua requirantur? Quem cæli habent laudabilem & laudatum, ego de nouo laudare incipio ſuper terram? Supernis enim velle addere laudibus, detrahere eſt. Non quòd glorificatos ab angelis homines, iam laudare non audeam: ſed quia in ſolemnitate celebri, non nouella audiri decet vel leuia, ſed certè authentica & antiqua, quæ & Eccleſiam ædificent, & Eccleſiaſticam redoleāt grauitatē: porro ſenſa indubitata reſplendeant veritate, ſonēt iuſticiam, humilitatem ſuadeant, doceant ęquitatem, lumē veritatis mentibus pariant, formam moribus, crucem vitijs, affectibus deuotionē, ſenſibus diſciplinā. Hęc diuus Bernardus. Et tandem vult vt talis ſit in cōcionibus ſanctorū laus, ꝙ in omnibus eam fidei auctoritatem & veritatem prædicatores attendant, quam chriſtiani omnes profeſsi ſumus.

Diuus Bernardus.

Supernis velle addere laudib⁹ detrahere eſt.

¶ Si ergo concionator cuiuſcumq; ſancti laudem attentè & prudenter ponderare debet, quā tò potiùs hoc idem in glorioſæ virginis Mariæ laudibus obſeruare tenetur: cum eius ſanctitatis magnitudo, alios omnes incomparabiliter antecellat, ſiquidem ſanctorum ſancta eſt. Quare perpendere habent maximè diuini verbi concionatores, vt dum aliquid de hac ſacra Virgine tractandum ſe offert, cum aliquo ſemper grauiori & doctiori viro id conferant, quod de ipſa Virgine in concione loquuturi ſunt: in hoc ſemper grauiſsimorum antiquorumque doctorum loquendi modum ſequentes. Iſti namq; excellentias eius, non niſi maximo adhibito fundamēto & auctoritate ſcripſerunt.

Pōderāda maxime Virginis la[udes].

¶ Qui parietem aliquem conſtruit, multum inſudat, quouſq; lapidem in ſedis ſuæ puncto conſtituat: poſtquam tamen ad intētam ſedem & punctum peruenerit, lapidem ipſum ampliùs tangere non audet: eſſet enim illum à puncto & ſede propria remouere, in qua iam naturaliter & propriè quieſcit. Artifex etiam, qui imaginē depingit elaborat valde, quouſque imaginis vultum

Simile.

Simile.

A perfecerit: poſt quàm tamen delineationem vltimã ( in qua vultus eius perfectio conſiſtit ) illi præſtiterit; in quo quidem opere excellentem ſe exhibuit artificem: ſi tunc temporis inquam, alius quiſpiam in depingendi arte nouitius, imagini ipſi lineam aliam ſuper addere vellet, aberraret penitus: & cum manus in imaginem inijceret, vt in ea aliquid depingeret, omnes acclamaremus, quòd imaginis perfectionem deſtrueret. Sic etiã punctum & culmen gratiarũ & perfectionum omnium huius ſacræ Virginis, omneq; eius eſſe & auctoritas, à quo omnia eius bona

B promanarunt, in hoc conſiſtit, vt Dei extiterit mater. Hoc nãq; eius omnium heroicarum virtutum cumulus eſt, & fons. Nam ſi bona fuit, ſi ſancta, ſi gratia plena: ſemper vtique ſicut Dei matrem decebat: & in hoc gradu virtutes omnes, gratiã, & ſanctitatem obtinuit, nempe tanquam domini mater: & hoc eſt perfectionis eius punctum, in quo iam in beatorum ſedet patria. Quare poſtquam de ea, quòd Dei fuerit mater aſſeritur, nõ eſt quò vltrà iam progredi poſsit: eſſet quippe iam à ſuo proprio puncto lapidem remouere.

*Mariam Dei eſſe matrem ꝑfectionum ei⁹ fons.*

C Nam quid ( rogo ) magis de Virgine hac dici poteſt, quàm quòd ſit mater Dei? Et hinc eſt quòd euãgeliſtę omnes, tã parcè in e us ſe geſſerint laudibus: quia poſtquã eam Dei matrem appellarũt, non eſſe quò amplius in laudibus eius iã progredi poſſent, cenſuerunt. Quo fit, vt ſi concionator huic Virginis excellentiæ, aliquid addere vellet, eſſet vtiq; delineationem Virginis, quam euangeliſtę tam perfectam depinxerunt ) ſicuti nouitius faceret pictor ) omnino confundere.

*Euãgeliſtę, parcè de virginis laudib⁹ ſũt loquuti.*

*Simile.*

¶ Hoc dixerim, quia concionatorum plurimi magnum beatiſsimæ huic Virgini exiſtimãt ſe deferre honorem, ſi de ea multa in concione loquantur: & vtcumq; dixerint cõtenti ſunt, dũ tamen multa dicant: & tũc temporis rudis populus, maximo ſta- B
tim concionatoris ingenio, multa dixiſſe, adſcribit: nec qualia ſunt quæ dicuntur perpẽdit. Eſſetque ſatius vnam eius, aut alteram grauem excellentiam populo concionari, quæ maximo firmiſsimoque inniteretur fundamento, & quæ Dei matris honorem & grauitatem redoleret, ſanctorumque lectionem: quàm multa inaniter proferre, quæ ſi bene conferantur, ipſius Dei matris grauitatem & excellentiam potius deturpant, quàm illuſtrant. Certum enim eſt, quòd auditorum mentes & ingenia, ſi optima ſunt, multò magis mouent & af- C
ficiunt pauca verè & ſolido fundamento dicta, quàm plurima, quæ non niſi fucum veritatis habent. Huiuſcemodi ſiquidem doctrina, quia vulgaris admodum eſt,

*Nõ multa dixiſſe, ſed qualia, optimi eſt ingenij.*

A eſt, non niſi vulgari populo vt plurimum placet, qui ſolum verborum rugitum in cõcione percipit, cæterum ipſorum fundamentum & radicem, minimè aſſequitur:

Vulgaritas populi.

Attamen nihilominus non vſque adeò mihi abſonum videtur, vt concionator ea deuotione & zelo veſtitus, quem ad virginis gloriam & honorem gerit, alius eam caſtellum & turrim faciat, alius vero cõcluſum hortum conſtituat, & item alius põ B tem appellet. Si hoc inquam eſſet ad ſcripturæ ſacræ intentum & ſenſum, & ad ſanctorum mentem & interpretationem. Sed non ita fit, quandoquidem cum ipſa virgo firmiſsima turris ſit, atque ex validiſsimis lapidibus & cœmento conſtructa, aliqui eam non niſi ex luteis fragiliſsimiſque lateribus ædificant: & cum in ſe ipſa lapideus, firmiſsimuſque ſit pons, non niſi ligneũ conſtituunt: & cum deniq; hor C tus concluſus ſit, varijſque virtutum floribus reſperſus, raphanis tantum & lactucis plenum faciunt. Et hęc quæ hucuſque dixi, iudicio meo ſufficiẽt ad cuiuſcumque optimum inſtruendum ingenium, vt virginis huius ſacræ laudibus grauiter & prudenter vti ſciat: nam peſſimo ingenio, nulla ſatis eſt eruditio.

Simile

Simile.

Simile.

Secundum in hac materia põderatione dignum, eſt nempe ꝙ virginis matris ſalutatio, breuiſſima eſſe debet, vno dumtaxat aut duobus verbis completa: ita vt ſalutationem ipſius concionis partem non conſtituat, cum ſalutatio non niſi ianua, & diſpoſitio quædam ſit ad ipſius cõcionis ingreſſum. Et hoc dixerim, quia multi ſunt concionatorum, qui tam longam ducunt ſalutationem, vt potius populo faſtidium & inſulſitatem quàm gratiam conſequantur. A

Salutationẽ virginis breuiſsimã eſſe oportet.

Simile.

B Iam enim auditores ex ſalutationis prolixitate, tam ſunt faſtidiẽtes, vt inde parum affecti, quin potius indignati maneant, vt ea quæ concionis audienda reſtant non vtique attentè & libenter audiant. Illico enim apud ſe tale formant argumentum: ſi concionator in ſalutatione dimidiã horam conſumpſit, meritò in ipſa concionis proſecutione, duas etiam abſumet. Quo fit, vt inquietè audiant, quod tranquillitate maxima, & attentione audire illis cõducebat. Et quidẽ iudicio meo, videntur in hoc auditores iuſtum expoſcere. Nam cum alicuius domus ianua, nullatenus tam grandis eſſe debeat ſicut domus ipſa: neque os ipſo homine cuius eſt os, maius eſſe habeat, quia ridiculum omnino appareret, fœditatemque omnibus, abſurditatemque generaret, ſi os hominis maius ipſo homine eſſet, ſic pariter cum ſalutatio, ipſius concionis os & C

Argum.

Simile

Simile

A ianua ſit, diſſonum eſſet nimis eam maiorem eſſe, quàm ipſamet concio ſit.

Saluta-tiōis forma.

Quòd ſi ſententiæ meæ hoc relinqueretur negotium, hæc ſolum verba ad quamcunque concionem ſufficere videntur, videlicet, vt quę tractanda ſunt, in Dei gloriam & honorem noſtręque fidei augmentum, necnon animarum ꝓfectum vergat: mediatricem virginem Mariā præſentemus, vt nobis Deus gratiam ſuam impartiri dignetur, dicentes. Aue Maria. Vbi concionatores verborum metrum hic fugere debent, cum dicunt: mente pia, Aue Maria. Eſt quippe nouitiorum dicendi modus, B qui potius verborum corticem & ſonitum, quàm ſententiam ſequuntur. Cum tamen locus hic ſacer, proſaicum ſtylum, & non metricum habeat, vbi doctrina grauiſsimis & ſolutis verbis inſtituenda eſt, & non ſonetorum (vt ſic dixerim) componēda ſermunculis.

Nouitiorū dicēdi mod⁹

## ¶CAPVT. L. DE BENEVOLENTIA in concione apud auditores captanda.

C TERTIVM DEcimum, & vltimum in hac prima operis parte, præceptū eſt, de captanda in concione auditorum beneuolentia. Siquidem vt iam omnia huius ſecundi libri præcepta, vſque ad minutiſsima quæque finiamus, & nihil in eo intactum relinquamus: reſtat vt in hoc poſtremo loco nō nihil dicamus etiam de vſu, quem concionatores habēt in concilianda auditorum beneuolentia, honorificis quibuſdā & mundanis, profaniſque titulis eos compellantes: qui extra ſanctæ concionis finem & propoſitum omninò ſunt. Quale eſt magnificos, illuſtres, atq; illuſtriſsimos eos denominare, celſitudiniſque & maieſtatis nomina regibus & principibus imponere. Et quidem licet parui momenti prima facie appareat materia hæc, vbi ſic vel ſic dixiſſe parum intereſſe videtur, quandoquidem negotium eſt, quod ſermonis fructum, principaleque eius intentum minimè inficit. Cum hoc tamen in vtramque partem rationes nō deſunt. & cum tanti ſit ponderis & auctoritatis hoc inſigne euangelicę prędicationis opus, ſitque locus ille concionis tam ſacer: meritò exigit, vt nec vnum profanitatis iota ibi appareat. Sed quòd in tā ſancto loco, & in quo tā ſacta diſſeritur doctrina, atq; in tā ſanctū finē directa: omnia ibi ſancta etiā ſint, omneſq; tum cōcionatores tum etiam à minimo vſq; ad maximū auditores, mundanū & profanū loquendi modū omninò exuant. Et cum iam ibi corda & hominū deſideria

Profani tituli.

Concionis ſacta exigit omnia.

A ria, alia eſſe debeant: ita & vocabula ipſa ibi alia etiã ſint. Neq; concionatores in eo loco aliud tractent, neque auditores alia audire appetant, quàm quę eorum vitæ reformationem concernũt.

Concionis vocabula, qualia eſſe debeant.

¶ Rationes autem in contrarium, quæ in præſentiarum cogere videntur, hunc concionatorum vſum rectum eſſe, hæ ſunt. Prima eſt, Ciceronis pręceptum quoddam, quod in ſuæ Rhetoricę libro aſsignat: quod etiam in plurimis alijs ſcripturæ ſuæ locis diui Thomæ eſt. Videlicet, optimi eſſe oratoris, in ſuæ ſtatim orationis initio auditores beneuolos reddere, ideſt eos gratos & ſuæ doctrinæ bene affectos

1. ratio. Cicero.

Diuus Tho.

B conſtituere; vt toto mentis affectu eius audiant libentiſsimè & percipiãt diſciplinam. Ad quod nimirùm conuenientiſsimũ apparet, eorum beneuolentiam captare, honorificis officiorũ ſuorum & perſonarum, atque ſui generis & ſanguinis titulis nominantes. Maximè cum verum ſit, quòd extra concionem meritò illis huiuſcemodi imponuntur nomina: & cum chriſtiana & euangelica eruditio, id quod de ſe iuſtum & optimum eſt, à ſe non excludat, non videtur cur his non poſsint à concionatore ſalutari

Beneuolum, reddere auditorẽ.

C nominibus. Cũ igitur extra concionem hoc licitum ſit, eos videlicet, magnificos, illuſtres, & illuſtriſsimos appellare: non apparet quare etiam in cõcione idem fieri non poſsit, quandoquidem chriſtiana concio, vrbanitatis & beneuolentię leges à ſe non excludit. A

¶ Secunda ratio eſt. Nã vt plurimum, à cuiuſcumque generis oratoribus, tam humanis, quam euangelicis vſus hic iam receptus eſt: videlicet in capite ipſarum orationum, aliquibus honorificis titulis auditores ipſos compellare. Sicuti eſt, eos patres conſcriptos vocare, viros illuſtres, honorificos ciues, ſapientiſsimos homines, aliaque id genus multa: quibus ſemper in orationis ſuæ exordio oratores vſi ſunt, vt populum ad attentionẽ prouocarent, & doctrinæ affectũ. B Sicut etiam apoſtolus Paulus in epiſtolis ſuis quandoque vtitur, cum ad Romanos & Corinthios ſcribit, in cæteriſque epiſtolis conſueuit. Et prætereà aliorum Apoſtolorũ hic etiam vſus fuit, vt videre eſt diuum Iacobum, atque Petrum, & euangeliſtam Ioannem, in eis quas ſcripſerunt epiſtolis.

2. ratio.

Paulus.

Apoſtolorum vſus.

¶ Prætereà in Actis apoſtolorum, in orationibus quas ad populum habuerunt, communiter in ſuæ loquutionis exordio aliquem honorificum titulũ auditoribus imponunt. Sicut videre eſt in eo ſermone, quem diuus Petrus Actuum apoſtolorum capite. 4. ad populũ habuit, vbi quã primum in eius exordio verba faciens ſic ait: Principes populi, & ſeniores C

Apoſtolorum Acta.

Act. 4.

A ſeniores Iſraël audite. Et in oratione etiam quam diuus Stephanus ad omnem Iudęorum cõgregationem habuit (vt in apoſtolorum Actis capite. 7. conſtat) cuius initiũ ſic habet: Viri fratres, & patres audite. Et prætereà conſtat hoc ex diui Pauli celebri illa concione, quam ad omnem Iudęorum plebem fecit (ſicut videre eſt in eiſdem apoſtolorũ Actis capite. 13.) in cuius principio, cõtinuò honorificis eorum ſanguinis & virtutum nominibus appellauit, dicens: Viri fratres, filij generis Abraham, & qui in vobis timent Deum: vobis verbum B ſalutis huius miſſum eſt. His igitur argumentis comprobari videtur, legitimum eſſe concionatorum vſum, quo ſæculares magnis honorificentiſsimiſq; titulis decorare conſueuerunt.

Act. 7. Act. 13.

1. ratio. ¶Cæterùm ex aduerſo non deſunt rationes aliæ, quæ aſſertionem contrariam firmare videntur. Quarum prima eſt, quia extra inſtitutum chriſtianum, euãgelicamq; eruditionẽ eſſe omnino videtur, profana ibi admiſcere vocabula, aliumque loquendi modum inſtituere, quàm ſanctiſ C ſima illa euãgelij verba in ſe habẽt. Et cum ibi omnes homines concurrant, vt perfectè diſcant, quemadmodũ honoribus & mũdi pompis renuntiare debeant, atq; à ſe omnino generis & nobilitatis ſuæ inflationem, & inanẽ gloriã expellere: & hęc pręcipua ſint ſuæ chriſtianitatis inſignia, A eſſe videlicet humiles, caſtos, obedientes, paupertatis amatores, ac demum Dei ſeruos, & rerum temporalium & honorum contemptores: indecorum valde profectò, atque à chriſtiano pulpito alienum apparet, in totius populi conſpectu aliquid in corũ memoriam reuocare, quod eis alicuius vanitatis aut pręſumptionis poſsit eſſe anſa. Cùm præſertim ſcriptorũ multi, tum humaniſtæ, tum etiam ſancti, ſcribant contra oſtentationem & pretiũ, quod de ſui generis ſanguine atque nominis dignitate arrogan- B ter ſumere poſsũt: efficaciter hominibus ſuadentes, vt hæc omnia pedibus conculcent, veluti rem vanã & nullius prorſus momenti, ſolumq; dignentur ſe virtutum nomine honorificare. Et cum diuina concio, ſupra omnes aliàs humanas orationes, in hũc præciſè ſit inſtituta finem, ſcilicet vt chriſtianis hominib' perſuadeat, vt ſanguinem, diuitias, patrem & matrẽ, ſiue quemcũq; alium huius mundi honorẽ minimè attendant pręter Deum ſolum: poſt hoc inquam, ne vtiquã decet, vt ſtatim in ipſo ſermonis initio, concionator contra hoc C chriſtianiſsimum inſtitutum & ſermonis intentum continuò agat auditores ipſos profanis ſęculi huius titulis implens. Siquidem poſt hanc doctrinam, non vſque adeò conſonum erit, auditores

Finis chriſtianę concionis.

Profan' honor, & loquẽdi ſtylus in cõcione fugiẽdus.

A tores monere, vt ſæculi huius pompis & honoribus renuntient, ſi continuò huiuſcemodi vanis pompis eos implet concionator.

## ¶CAPVT. LI. DE RESOLUTIONE quæſtionis huius.

AD hoc tamen, ſi mea in præſentiarum expectetur ſententia, non vſque adeò mihi decens apparet, hoc humano loquendi ſtylo in concionibus vti. Cum hoc tamen fateor, me hac loquendi phraſi in concionibus meis ſemper vſum fuiſſe, etſi contra intellectus mei peculiare dictamẽ: tum ne contra omnium torrentem & iam receptiſsimum vſum me opponerem, in hoc quidem nouitatis notam ſubire nolens: tum verò vt auditores ad diuinum ſermonem gratos haberem, cum aliòqui ſic eos honorificare, illicitum minimè cenſuerim. B

Dubij reſolutio. ¶At verò rem hanc oculatius contemplatus, indecens admodùm loci illius ſanctitati & auctoritati (ſaluo meliori iudicio) cenſuerim, humanos ibi titulos admiſcere, ea dicẽdi phraſi, qua modò concionatores vtuntur, qui non nullam auditoribus vanitatis anſam præbeant. Et hoc inquam ratione ipſa, & ſupradictis auctoritatibus conuictus. C

A Ad argumẽtum ſolutio. ¶Ad argumẽtum autem, quia in alijs oratoribus hæc populi captata beneuolentia reperitur: Reſpondetur, multum eſſe diſcriminis inter humanam Rhetoricam, de qua Cicero, Demoſthenes, Seneca, & alij ſimiles auctores agunt: & inter diuinam, de qua euangelium ſanctique doctores tractant. Quandoquidem humana Rhetorica magnificare intendit heroicas hominum naturales virtutes, vt eos ad magna, notabiliaq; opera prouocent, vt ea in ſuę reipublicæ augmentum & politiam proſequantur: vbi neceſſarium eſt de diuitijs, de potentia, atque de hominum generoſitate agere. Quare mirum eſſe non debet, poſtquam tales ſunt orationes, quæ de ſæculi huius honore agunt, quòd in eis auditores honorentur, atque ad attentionem honorificis titulis prouocentur, eos fortes viros, illuſtres, & generoſos homines appellantes. Nam ſicut dux in bello honorificis nominibus ſuos milites ad debellandos inimicos excitat, quia inde animum & vires reſumũt, vt in ipſo bello viriliter agant: ſic etiam oratores humani in ſua Rhetorica vſi ſunt, vt ciues in ſuæ reipublicæ defenſionem cõmoueant: & fortiter & ſollicitè eius commodum conẽtur inquirere, atque eam ab inimicorum oppreſsione viriliter defendant. At verò oratio diuina atq; euangelij

Cicero. Demoſthenes. Seneca.

B

Diſcrimen, inter humanũ & diuinũ oratorẽ.

Simile.

C

A Simile. gelij Rhetorica, cum omne eius intentum & præcipuum negotium ſit, homines quidem mouere, vt more belli regnum cælorũ conſequantur: & ad hunc finem neceſſarium omnino, ſit omnia ſæculi huius temporalia bona à ſe abijcere, parentibusque & ſanguinis generoſitati, atque diuitijs, nec non honoribus & amicis, cæterisque ſæculi pompis renunciare: impertinentiſsimum profectò eſſet negotium, ſæcularem hic loquendi ſtylum exercere, quia hoc potiùs huic tam alto beatitudinis propoſito obſtaculum profectò eſſet.

Actoris ſetentia. ¶ Quare in præſentiarum hęc mea ſentẽtia eſt, quòd nullo modo in euangelicis concionibus, B vrbanitatibus his, ſiue captandis beneuolẽtijs, in honorem ſęcularium vtendum ſit: ſed vt primum concionis thema propoſitum fuerit, atque glorioſiſsima Virgo fuerit interpellata: illico concionator ſuam proſequatur euangelicam concionem.

2. auctoris ſentẽtia. ¶ Nihilominus tamen dicimus, quòd ſi aliquis extiterit cõcionator tam his ſæcularibus ſalutationibus affectus, vt concionem ſuam non niſi præmiſſa ſæcularium captata beneuolentia C proſequi decreuerit: hoc nõ fiat, niſi ſub religioſis nominibus, & quæ pietatem chriſtianam quæ ibi tractatur redoleant. Qualibus diuus Paulus in ſuis epiſtolis vſus fuit, vbi earum auditores Diuus Paulus. non niſi fratres, & patres appellauit: quę vtiq; nomina ſunt, quę noſtræ fidei & chriſtianitatis ſinceritatem ſapiunt: & præterea id ſolùm, quod in concione chriſtiana edocendum eſt, reſpiciunt. A Chriſtiana vocabula.

¶ Nec propterea diuini verbi auditores, quia huiuſcemodi appellantur nominibus, dedecori aut vilipendio ſuo adſcribere debent, quantumcunq; nobiles & generoſi extiterint, quia ibi fratres appellentur. Hæc ſiquidem lingua eſt & dicẽdi phraſis, qua ſe inuicem honorificabant apoſtoli, cum tamen totius orbis eſſent principes. Sicut ex illo Ioannis capite vltimo cõſtat, vbi colloquentes inter ſe apoſtoli de diſcipulo illo, quòd moriturus nõ eſſet, ait ſic diuina hiſtoria: Exiuit ergo ſermo iſte inter fratres, quòd diſcipulus ille non moritur. Ex quo apertè videtur apoſtolos hic ſeſe fratres denominare: iam enim inter eos receptiſſimus erat vſus, huiuſcemodi ſermonibus ſeſe appellandi. Et adhuc certiſsimum eſt, quòd diuus Paulus epiſtolas ſuas hoc nomine, fratres, ſignauit, quas etiam omni generi gẽtium miſit, cum inter eos principes multi, & reges, atque magnates eſſent: qui tamen nunquam iniuriæ adſcripſerunt, diuum Paulum eos fratres appellaſſe. Quin potiùs in honorem maximum, ſummũq; beneficiũ accipiebãt, vt ſibi nomen

Apoſtolorũ loquendi phraſis. B Expoſi. Ioannis vltimo. Diuus Paulus. C Fratres, chriſtianorũ nomen.

A mē illud & titulus imponeretur, quo tunc tēporis chriſtiani omnes denominabātur: hoc namq; primitiuæ Eccleſiæ nomen erat. Cum igitur ad ſermonem concurrētes, chriſtiani appellari appetere debeant, & de ipſo chriſtiano eſſe, & operibus gloriari: iuſtum erit, vt de ipſo etiam nomine pariter glorientur, nec dedecori habeant id, quod ſuus proprius honos eſt & excellentia.

Expoſi. Luc. 9. Qua de cauſa ſicut ex Lucæ capite. 9. cōſtat Chriſtus dixit: Qui me erubuerit & meos ſermones, erubeſcam & ego eum coram patre meo. Quæ euangelica ſentētia tūc profectò maximè verum habet, dum neceſſitas inſtat, & ibi fidem quam habent fateri de-
B dignātur. Sicuti eſt, dum aliqua chriſtianorum congregatio fit, vt de rebus legis & fidei agatur, vbi noſtræ fidei nomina & lingua propria adducuntur, & quibus ſacra ipſa vtitur ſcriptura. Quemadmodum ſunt nomina
Chriſtiana nomina. hæc, chriſtianus, charitatiuus, filius Dei, fratres, chariſsimi filij: quæ omnia ab ipſo redemptore noſtro Chriſto, atque apoſtolis eius deſumpta ſunt vocabula, & in noſtra lege ex profeſſo inſtituta: vt non ſolū eis chriſtiani om-
C nes vtamur, ſed vt etiam de illis gloriemur. Dico igitur ꝙ qui in aliquo chriſtiano & publico fidei actu exiſteret, ſicut euangelica eſt concio, quantumuis generoſus, princepsq; eſſet, ſi tunc temporis pro iniuria acciperet A
aut vilipendio ſuo, quòd eum cōcionator aliquo horum tam ſancto & chriſtiano nomine appellaret, credo certè ſupradicta Chriſti redemptoris noſtri verba tunc temporis verificari: & quòd hic talis à culpa non eſſet immunis. Nam cum pœna quā Deus ibi infligit, tam grauis ſit (ait ſiquidē, ꝙ in ſupremo iudicij die eū erubeſcet) nequaquā eſſe poteſt niſi pro aliqua perpetrata culpa. Quia hęc ſcripturę ſacræ regula eſt, ad dignoſcendum quando aliquid ſub pœna peccati obliget, videre nempe, quā ipſa ſacra ſcriptura aſsignat pœnā. Nam ſi pœna inferni eſt, B
aut corporalis mortis, aut certè alterius grauiſsimi mali, argumentum profectò eſt, culpam ibi ineſſe grauē. Si tamen quandoq; contingat ſummum Pōtificem, ſiue Cardinalem, aut Regem vel Epiſcopum, concioni adeſſe, tūc temporis concionatoris prudentiæ relinquitur, ſic vel ſic eos appellare.

¶ Præterea, neſcio qua ratione generoſus aliquis homo dedignari habeat, quòd in concione, magnifici, aut illuſtris nomine non appelletur, cū tamen in concionis ipſius progreſſu quādoq; C
nomine (vos) appelletur. Nā cū 2. ratio. acriter à concionatore reprehenduntur auditores, eos, malos, voraces, tyrannos, fures, atque vſurarios publicè appellant: & adhuc

A huc beſtiales quandoq;. Cùm igitur hæc omnia ſerena facie, & libenter audiant, ob hoc ſolùm quia vitæ ſuæ reformationi conducit: nō ſatis intelligo, cur etiam ęquo animo non tolerent, ſe à concionatore chriſtianitatis & pietatis nominibus appellari. Siquidem nō minùs de chriſtianorum, catholicorumq; nomine, atque ſeruorum Dei gloriari habent, quàm de ſui generis appellatione.

3. ratio.

¶ Item nullus eorum conqueritur, quòd in regis præſentia nulla ſui captetur beneuolentia, quantuncūq; magnates ſint qui ibi aſsiſtunt: quia vbi regia adeſt perſona, ſoli illi obſeruantia debetur, atque eius beneuolētia captāda venit: & reliqui omnes nomen ſuum & ſtatum atq; auctoritatem in præſentia eius demittere habent, & humi proſternere. Hac eadem ratione gaudere habent, quòd in diuina exiſtentes præſentia, atq; in eo tam ſancto Dei templo, in quo tam graue agitur fidei & animarum negotium, nulli alij reuerentia exhibeatur ſiue honor, præter quàm ipſi ſoli maieſtati diuinæ. E in hoc ſemper eorum generoſitas ſplēdeſcere habet, quòd dedignentur valde atque ſuæ propriæ tribuant iniurię, ꝙ in diuino conſpectu ſui aliqua captetur humana beneuolentia, aut ſui generis, vlla ibi adſit vel ſanguinis memoria: ſed ea dumtaxat in illo ſanctiſsimo concionis loco tractentur, quæ vitæ eorum reformationem cōcernunt, & quæ vitia deturpent, ipſorumque virtutes excitent.

Magnatum confuſio.

Hoc enim in iudicij die magnatibus maxima erit confuſio & condemnatio, quia in humani regis conſpectu ſuam humanam gloriam & ſtatum humi proſternere decreuerunt, & ab huius ſæculi pompa ſe penitus exinanire: & tamen coram diuina maieſtate, ſuam omnem auctoritatem & ſęculi pompam oſtentare voluerunt.

¶ Quòd autem laudabile admodùm ſit & chriſtianum, ab huius mundi pompis ſe exinanire, propter reuerentiā & honorem qui diuinę auctoritati eſt exhibendus: docemur mirabiliter in ſacra pagina ex Apocalypſis capite. 4. vbi euangeliſta Ioannes Dei ſtatum & gloriam depingens, atque ſęculi huius potentiſsimorum hominum honorem, aſſerit, quòd ſenes illi, qui circa agni thronum ſtantes erant, quorum capita omnia coronis erant inſignita, cùm de agni laudibus ageretur, qui ſuper ipſum ſedebat thronum: tunc temporis inquam, omnes coronas ſuas demittebāt, atque eas in terram penitus proijciebant. Ad inſinuandum nobis, quòd in conſpectu diuinę maieſtatis, nullus creaturę erectus honor aut ſtatus eſſe debet.

Figura, Apo. 4.

Quo

A Quo fit, vt magnates qui in Dei laudem & honorem publicis adſunt concionibus, qui tanquam ſenes illi, coronas in capitibus habent (quia in mundi huius honoribus potentiores ſunt & digniores) cum iam ibi non de ſua ſed de Dei gloria agatur & honore, coronas ſuas à capitibus tollere debeant, & in terram omnino proijcere. Quod vtique eſt, ne ibi honoris ſui, aut diuitiarum ſtatum ſublimari velint, ſui ſanguinis & humanæ potentiæ vanis nominibus à concionatore denominari expectantes, ſed hoc tantùm à ſeruis ſuis & ſubditis inter ſuos exigant. B

¶ Hæc eadem elicitur eruditio, ex illa mirabili viſione, quæ Ezechieli facta fuit, ſicut in illius habetur prophetia. Vbi legitur, quòd animalia quatuor, quæ ſub firmamento erant, dum extenſis alis grandi pompa volarent, vbi primùm ſupra firmamentum reſonantem vocem audierunt, ſtatim ſuas complicarunt alas, atque ab omni (quē ibi habebant) faſtu ſeſe exuebant. Vt hinc intelligant ſeculi huius potentes, quòd etſi inter homines extenſas ſibi alas concedatur habere, atque generis C ſui & diuitiarum pompa in altum volare permittatur, grandemq́ue ſtatum & maieſtatem in terra oſtentare: attamen quando iam vox diuinę maieſtatis inſonat, ſcilicet cum de eius auctoritate & honore agitur, decet quidem vt ſæculi huius potentes, omnes poteſtatis ſuæ alas demittant, & nomina ſua ſubticeant, atque ſe ipſos coram diuina maieſtate exinanire non dedignentur: neque aliquid aliud ibi remaneat honore dignum, præter ipſam ſolùm maieſtatem diuinam, cuius nimirùm vox ſupra firmamentum inſonat. A

¶ Vt igitur chriſtiani auditores in concionibus humilientur, nec non vt in ipſa chriſtiana ſermonis lingua, & loquendi phraſi enutriantur, oportet quidem vt loco beneuolentiæ humanæ, quæ apud ipſos in concione captanda erat, concionatores eis vtantur loquendi modis B & vocabulis, quibus Apoſtoli in hac euangelica prædicatione vſi fuerunt. Quemadmodū verba illa ſunt, quæ Apoſtolus adducit ad Philippenſes capite. 4. cum ait: Fratres mei chariſsimi & deſyderatiſsimi, gaudiū meū & corona mea. In quibus verbis, primùm omnium oſtendit eis Apoſtolus zelum & immenſum amorem, quem velut pater, & eorum pręceptor, erga animarum ipſorum ſalutem gerebat. Vnde in hoc quòd eos fratres appellat, familiaritatem quandam, animiq́ue ſui ſinceritatem oſtendit. In hoc autem quòd chariſſimos & deſyderatiſsimos vocat, ardentiſsimum eis viſcerum affectum aperit. In hoc verò quòd C

Magnates. | Figura, Ezec. 1. | Concionatorū loquēdi ſtylus. | Expoſi. Phili. 4. | Fratres. | Chariſſimi. | Gaudiū.

A gaudium ſuum eos denominat, apertè oſtendit, nullam aliam mundi ſubſtantiam poſsidere, quæ ſibi maiorem inferre delectationem poſſet, quàm ipſum met eorum commodum. Quòd

Corona. autem eos coronam ſuam denominat, intelligi vult, nullum aliud ſuorum laborum prætendiſſe præmium, quàm eorum dũtaxat animarum ſalutem. Cui etiam loquendi propoſito deſeruiunt maximè illa Ioannis euangeliſtæ verba, quæ etiam ſunt apoſtoli Pauli ad Galatas capi-

Expoſi. Galat. 4. te. 4. cum ait: Filioli mei. Vbi ètſi vocabulum ipſum diminutiuum ſit, non vtique eſt, quia

B Euangeliſta diſcipulorum ſuorum auctoritatem exinanire vellet: ſed quia ſe ipſemet in eorum amore exinanibat, adeò vt minimè illis amorem ſe demonſtrare putaret per hoc nomen filij,

Filioli. niſi filioli dixiſſet. Ac ſi dixiſſet clariùs, vos in viſceribus meis tam incluſos habeo, atque ſupra modum dilectos, vt nomen, quo vos appellare poſsim, nevtiquam inueniam, niſi hoc dũtaxat vocabulo, filioli: quod intimum cordis mei amorem erga vos oſtendit. Hinc colligitur, quòd dum ad ſe inuicem homines hanc loquendi ſinceritatem

C non ſeruant, ſed vrbanitatis quædam exquiſita nomina, grandeſque ſui generis titulos inquirunt, potiùs falſi quàm veri amoris argumentum eſt. Nam eius qui in corde verum gerit amorem, loquendi ſtylus breuis admodũ & planus eſt. Quare vt in concionibus profanus hic vrbanitatis & loquẽdi vſus aduenerit, cauſam extitiſſe exiſtimo, frigidum hominum amorem, qui cum in corde ipſo deſit, in verbis dumtaxat abundat. Et concionatores non vſq; adeò ab huiuſmodi farina ſeſe excuſſerunt, vt aliquo modo ab eius puluere non ſint etiam infecti. A

Ver. amor breuem habet loquendi ſtylum.

Simile.

¶Igitur cum euangelicus concionator in ſancto illo concionandi loco poſitus, patris & præceptoris officium gerat, quæ ambo maximi ſunt ponderis & auctoritatis: non illi vſquequaque indecens erit, cum huiuſcemodi præmiſsis nominibus, ſæcularium beneuolentiam captare: cum grauiſsima, amoriſque plena ſint verba. In eis ſiquidem zelum maximũ, & amorem, quem ad animarum ſuarum ſalutem gerit, oſtendit: quod nimirùm eſt, quod auditores ipſi appetere debẽt. Quòd ſi concionator his altiora requireret, ſatis fuiſſet dicere, catholicum admodùm auditorium. Cùm ibi omnes non ob aliud congregentur, niſi vt de fidei catholicæ rebus agant: in hoc quippe officij nomen quod ibi gerunt, illis imponeret.

Concionator patris officium gerit.

B

Salutatio.

C

¶Et in hoc ſecundo huic libro finem imponimus. Nam etſi multa

A multa alia minutiſsima quęque reperiri poſſent, quæ in huius primæ partis deciſione ediſſeri valerent: ſatis fuerit tamen, quæ principaliora ſunt ſcripſiſſe. Nam cætera quę ab iſtis promanant, concionatoris ingenio & prudentiæ relinquuntur. Si enim ianua minutijs omnibus aperienda eſſet, & illis omnibus inſudandum, quæ hoc grauiſsimum concionandi officium reſpiciunt, in tantam eſſet prolixitatem ſcripturam hanc protendere, vt lectoribus non mediocre faſtidium generaret. A

Finis libri.

# LIBER TERTIVS QVI DE SECVNDA PRINCIPALI huius operis parte agit, quæ delectare eſt.

A A

¶CAPITVLVM PRIMUM, quid ſit, auditorem euãgelica delectare doctrina.

DISSERVIMVS huc uſq; in prima huius operis parte primam & præcipuam præceptoris euangelici conditionem, quam in eruditione euangelica ſeruare debet, quæ nempe eſt, ante omnia chriſtianum populum docere.
B Quæ ideò à nobis per hos duos libros tã prolixè extenſa eſt, quia nimirùm caput eſt & fons, à quo cætera quę ad hoc grauiſsimum concionandi officium exigũtur, promanant. Nam ex hoc ꝙ concionator in hoc dicendi ſtylo ſatis eruditus eſt, in hoc ſcilicet quemadmodum chriſtianos auditores euangelicam habeat docere doctrinam, dexter admodum & reſolutus manet in omnibus alijs, quę ad hoc concionandi munus exiguntur. Supereſt igitur, vt iam de ſecunda huius operis parte agamus, quam in huius ſcripturę initio ſtatim
C propoſuimus, quæ vtique delectare eſt. In qua nihil aliud dicere intendimus, quàm vt doctrinam quam concionator euangelicus populo propoſuerit, eo dicẽdi ſtylo ita diſponat, vt eam chriſtiano auditorio ſuauem & amabilem reddat. Itaque concionator minimè contentus ſit, veritates optimas, ſubſtantialesque & populo vtiles dicere: ſed eas ſic diſponere & condire conetur, vt chriſtiani auditores eas libenter audire velint, ac proinde toto animi affectu eas tãdem amplexentur. Et hoc per vocabulorum proprietatem: per corporis appoſitiſsimos geſtus: per efficaciſsimas rationes, quæ veritatis concluſionem probent, doctrinamque auditoribus elucidatam reddant: per exempla etiam, quæ propriè rem ipſam declarent: & per figuras, quæ non violenter, ſed directè & legitimè veritatem quam intendit reſpiciant: per reprehenſiones etiam, quæ ad deſſerenda vitia efficaciſsimè auditorum animos moueant: ac deniq; per dulcia & ſuauiſsima verba, quę res ipſas ſuauiter ſuadeant. Itaq; euangelicas veritates quas in pulpito ediſſerit, omni genere ſtudij, & doctrinę & gratię ornet. Cõditio hęc eſt expreſſè Ciceronis, in ſuę Rhetoricę libro, vbi hoc inſtituit Rhetoricæ præceptum: videlicet ꝙ

*Modus delectãdi auditores.* B

C *Cicero.*

 orator

A orator non ſolùm auditorem docere & mouere, ſed etiam ipſius aures delectare habet. Itaq; eius oratio tanta ſit arte compoſita, vt in ſe eloquentiam habeat, qua audientium aures demulcere ſit ſufficiens: vt ſic in auditorum animis libenter concionator admittatur, ac deinde gratioſè ab omnibus eius recipiatur doctrina.

August. ¶ Adducit præterea hãc eandem oratoris conditionem diuus Auguſtinus, in. 4. libro de Doctrina chriſtiana, capite. 12. vbi hãc eſſe Ciceronis ſententiã refert, aſſerens ꝙ orator optimus tres habet ſeruare conditiones: prima eſt docere, ſecũda delectare, tertia mouere. Etſi in euangelij Rhetorica hęc poſterior pars, quę mouere eſt, principalior appareat. Omne namq; & præcipuum concionatoris intentum, doctrina ſua auditorem mouere, eſſe debet, eum à corrupta peccatorum vita eradicans: & in hunc præciſè finem, omne eius ſtudium & labor dirigẽdus eſt. Eſtò inquam hoc veriſsimum ſit, aſsignantur tamen à Cicerone & à diuo Auguſtino, in primo loco, duæ aliæ conditiones, ſcilicet docere, ac delectare. Nã vt rectè orator auditorem moueat, oportet prius eum docere, atque ſuaui dicendi ſtylo aures eius delectare, gratam illi, & dulcem reddens doctrinam. Inde enim ſtatim mouetur, vt eam libenter & recipiat & opere efficaciter compleat: alioqui malè profectò recipiet quis, quod prius non intellexit, & cui etiam malè affectus eſt. Quo fit, neceſſarium omnino fore, prius audientibus doctrinæ intelligentiam præſtare, atque eidem doctrinæ eoſdem auditores gratioſo dicendi ſtylo afficere, vt hinc ad ipſius doctrinæ executionem facilè moueantur. Sic igitur aſſerendum nobis eſt, quòd tertia conditio, quæ poſtremo ponitur loco, poſterior quidem in executione eſt, prior tamen in intẽtione: at verò duæ aliæ priores, poſtremæ in intentione ſunt, cęterùm in executione priores.

(B) (C) (A)

Præcipuũ concionatoris intentum, mouere eſt.

Trium partium ordo.

¶ Eſt tamen hic aduertẽdum, quòd tres hæ patres ordinem in ſe habent: ordinantur ſiquidem à Tullio (ſicuti diximus) hæ tres Rhetoricæ partes. Et ſicut etiam beatus Auguſtinus in citato loco refert, ſic ait Cicero: Docere neceſsitatis eſt, delectare ſuauitatis, flectere victoriæ. Sic tamen quòd raro aut nunquam attingitur victoria, niſi primæ duæ præceſſerint conditiones. Quandoquidem negotium hoc, quod eſt auditorem in concione vincere, eundẽ omnino ſtylũ habet, quem in militari bello temporalis victoria obtinet. Ex hoc enim quòd miles in rebus bellicis dexter admodùm & eruditus eſt, quæ præcipua militiæ eius eſt pars: & quia pretioſiſsimis etiam

Tullius. August. Simile. (B) (C)

A etiam militaribus indumentis eſt veſtitus, lucidiſsimiſque armorum inſtrumentis decoratus, necnon quia equum, cui inſidet, pulcherrimis ornatum phaleris ducit: hæc inquã omnia ipſi militi animum & vires præſtant, vt fortiter in bello cõtra inimicos agat. Itaq; ex ipſa belli intelligẽtia, atq; ex guſtu & delectatione, quam ex lucidiſsimis armis, ſplẽdidiſsimiſque veſtibus habet: inde inquam fortiſsimus in illo animus, atque audacia ad belli victoriam orta eſt. Ad eum omnino modum, vt euangelicus concionator victoriã de auditoribus in concione obtinere va-B leat, oportet primũ in ipſis, quas concionatur veritatibus, valde eruditum eſſe. Secundò, lucidiſſimo verborũ apparatu eum etiã abũdare oportet: nec non efficaciſsimis rationibus & exemplis, varijſque dicendi formis. Hæc quippe ſunt belli huius inſtrumẽta, quorũ virtute chriſtianos auditores vincere habet: vt cum eius doctrina auditor ſatis fuerit inſtructus, atq; eiuſdem ſuaui dicẽdi forma extiterit captus, illico ſeſe ipſis veritatibus victum & compeditum præbeat.

Corollanum. ¶ Hinc colligitur, ꝙ ad officij huius integritatem ſecunda hęc C delectandi pars neceſſaria admodum ſit. Et quidem neceſſariam appello: non quia ſine illa prædicationis effectus nullatenus cõſequi poſsit. Quãdoquidem ali- Delectare auditorẽ, neceſſariũ.

quando eſſe poſſet, etſi rarò, quòd A barbarus aliquis concionator, ſi aliòqui in euangelica doctrina doctus eſſet, valde auditoribus eſſet vtilis, eſtò illi ſuauis deeſſet dicendi modus: ſæpenumero enim mouẽtur auditores, ex hoc ſolùm quòd res ipſas optimè intelligunt. Etſi tunc temporis ad paucos perueniret eius doctrinę fructus: hic ſiquidem fructus, Sapientũ conditio. ſolùm ſapientibus ingenioſiſq; viris, qui addiſcendi ſemper auiditate tenẽtur, proprius exiſteret: quorum conditio fuit ſemper, veritatem appetere, quocumq; loco eam adinuenerint, etſi nudam ab eleganti dicendi B ſtylo repererint: hoc enim ſapiẽtibus parum præſtat.

Auguſt. ¶ Doctrina hæc, quam modò aſſerimus, diui Auguſtini eſt. 4. libro de Doctrina chriſtiana capite. 11. Vbi loquens de concionãdi ſtylo, ſic ait: Quod tamẽ ſi fiat inſuauiter, ad paucos quidẽ ſtudioſiſsimos ſuus peruenit fructus: quia ea, quæ addiſcenda ſunt, quamuis abiectè inculteq; dicantur, ſcire deſiderant: bonorum enim ingeniorum inſignis eſt indoles, in verbis verum amare, non verba. Tale eſt (ait diuus Boni ingenij inſignis cõditio. Auguſtinus) concionandi officium: nam cum prędicator hac dicendi ſuaui careat forma, ad ſolos ſtudioſos homines, ipſius C prędicationis fructus perueniet: quorum ſemper appetitus fuit, ſub quibuſcumq; verbis, quan-

A tūcumq; in cultis, veritatis ſubſtantiam deſumere, non autem verborum garrulitatem, ſi ſubſtantiali veritate careant. Cæterùm vulgaribus ingenijs doctrina talis parùm eſſet vtilis, quando dicendi ſuauitate careret. Nā cū rude vulgus hac ingenij habilitate, addiſcendique appetitu careat, magis vt plurimū ſuauem dicendi ſtylum appetit, quā veritates ipſas, quæ à concionatore dicuntur. Vnde apertè colligitur, hanc ſecundam delectādi partem, ad officij huius integritatem & perfectionē requiſitam eſſe.

Vulgarium ingeniorum.

B

## ¶CAPVT. II. VBI argumēta quæ cōtra hoc militant, ſtatuuntur.

Argumēta.

NON deſunt tamen cōtra ea, quæ hucuſq; diximus, argumenta aliqua quę in hac parte vim habere videntur. Quorum primum eſt.

1. argu.

Nam quòd euangelicus prædicator elegantem dicendi ſtylum in chriſtiana concione habere conetur, extra ſanctiſsimæ prædicationis huius inſtitutum & propoſitum eſſe videtur. Cum

C enim redēptor noſter Chriſtus, ſicut ex Matthæi capite. 10. conſtat, diſcipulos ſuos ad prædicandum mitteret, eos vtique prę monuit, vt ab huiuſmòdi Rhetoricis verbis artificioſoque dicendi modo in euangelica prædicatione ſeſe omnino abſtinerent. Dixit enim: Cum ſteteritis ante reges & pręſides, nolite cogitare, quo modo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Vbi apertè docetur, ꝙ ſicut ipſę ſubſtātiales veritates hominū ingeniū excedunt: ita etiam ipſe dicendi modus. Quare vtrumq; illis cęlitus præſtandū fore dicit: & ideò de dicēdi ſtylo pręcogitare Deus prohibet: ſed vt eorum pręcipuū ſtudium ſit, à Deo ipſo aſsidua oratione, quid, & quomodo ſint prædicaturi, inſtanter poſtulare. A

Mat. 10.

B

¶Item Paulus prima ad Corinthios capite. 2. Vbi de euangelij viribus & efficacia agit, ſic ait: Ego cum veniſſem ad vos fratres, veni non in ſublimitate ſermonis aut ſapientiæ, annuntians vobis teſtimoniū Chriſti: ſermo enim meus & prędicatio mea, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis, vt fides veſtra nō ſit in ſapiētia hominum, ſed in virtute Dei. Sapientiam verò nō huius ſęculi, neque principum huius ſæculi, qui deſtruuntur: ſed loquimur Dei ſapientiam in miniſterio, quæ abſcondita eſt. Vbi apertè videtur, quòd Apoſtolus eum rhetoricum & artificioſum dicendi ſtylum damnet, quem cōcionator in euangelica prædicatione ducere poſſet. Nam ſinceriſsima C

2. argu. 1. cor. 2.

A riſsima euãgelij doctrina, potiùs Dei ſpiritum, quàm verborum elegantiam requirit: quia nimirùm Spiritus ſancti lingua eſt, quæ omni verborum fuco caret. Non igitur de dicendi ſtylo, euangelico concionatori agẽdum eſt.

3. argu.

¶ Item, hoc etiam experientia ipſa comprobatur. Nam loquendi modus, quem in ſe ſacra ipſa habet ſcriptura, planus & ſinceriſsimus eſt, & qui extra omnem humanam Rhetoricam, & elegantiam eſſe apparet. Nam omnis eius doctrina, facili quodam, claroque ſermone ſcripta eſt, atque quibuſcumq; hominum ingenijs (quantumuis B rudibus) acceſsibilis, abſque aliquo penitus verborum fuco, ſiue rhetoricorũ colore: quia potiùs veritatem ipſam & Dei ſpiritum manifeſtare intendit, quàm ipſius orationis cõpoſitionis & ornatũ. Nam cum ſcriptura ſit, quę adeò homini ſaluti cõducat, clara quadã dicẽdi phraſi & quaſi vulgari eam ſcribere decuit, vt ſic omnibus acceſsibilis eſſe poſſet. Cum igitur hæc ita ſe habeant, videtur profectò rationi valde conſentaneum eſſe, vt concionator, qui huius legis futurus eſt præceptor, eius dicendi C modum imitetur, omnemque humanam elegantiam Rhetoricamq; dicendi formam fugiat.

Scripturę ſtylus ſinceriſsimus.

Ratio claritatis ſcripturæ.

¶ Et quòd hæc ſic fuerit diuina voluntas, quòd videlicet euãgelij concionatores, nõ ſolùm A ipſis met euangelicis veritatibus ſe conformẽt, ſed quòd eiuſdem euangelij dicendi etiã modum, in quo eum Spiritus ſanctus inſtituit, obſeruent. Apertè conſtat, quandoquidem hoc compertum eſt, quòd ſicut ipſemet diuinus ſpiritus euangelicam veritatem hominibus reuelauit, ſciebat etiam elegãtem dicendi modum eligere, eumque rhetorico Ciceronis veſtire ſtylo. Cum igitur hoc minimè fecerit, apertum ſignum eſt, quòd non decuerit. Et diuum Hieronymum, qui ſanctam traduxit ſcripturam, certum eſt Ciceronis & Demoſthenis, aliorumque oratorũ phraſim & regulas non ignoraſſe, vt eis in traductione ſua ſi vellet vti poſſet. Cum er- B go non ſic fecerit, quòd non decebat manifeſtè cognouit. Et fortaſſe ideò tot flagellis & reprehenſionibus à Deo correctus fuit (ſicut in eius habetur hiſtoria) quia Ciceronianus erat. Vt cum in ſuę legis interpretem & organum ab Spiritu ſancto eligendus eſſet, eruditus iam & præuentus eſſet, quòd alio ſermone ſacram paginam vertere deberet, quàm erat Tullij lingua, quam priùs ipſe didicerat. C

Scripturæ dicendi mod' imitandus.

Cicero.

Hiero.

Demoſthenes.

Hieronymus, flagellis correct'.

¶ His tamen non obſtantibus, reſpondetur: non ſolùm concionatori licitum eſſe (vt eius prædicatio chriſtiano populo proficua eſſe poſsit) quòd

Concluſio.

A hac ſecunda delectandi conditione vtatur, ſed quòd adhuc (ſicut ſuprà diximus) neceſſarium eſt. Itaque non ſolùm veritates, quæ hominum ſalutem cõcernunt, inquirere tenetur: ſed ſecundus eius labor ſtatim eſſe debet, tota ſolicitudine conari, quemadmodum diuinas has veritates diſponat, & quibus veſtiat verbis: ita vt audientium auribus placidę, ſuaues, & amabiles fiant. Attente quidem inſpiciens, quibus verbis euangelicam doctrinam proponet, quæ ſignificantiora ſint, & quæ clariora, grauiora, & magis propria ijs quæ dicuntur rebus exiſtant. Et rationes, quas in concione adducit, ita diſponens, vt inter ſe ordinem ſeruent: talesq; ſint & tam efficaces, vt quæ dicunt probent. Attendens prætereà quo loco concluſionem, & quo rationem, & quo exemplum & vbi etiam figuram ſtatuet, & quo item loco ſanctorum auctoritatem conſtituet. Item attendens, quos corporis geſtus, & quo tempore etiam formare debeat. Omnis quippe concionis decor in hoc conſiſtit, vt iſtarum vnaquęque res ſuam propriam ſortiatur ſedem. Eſſet enim concionatoris non mediocris inſipientia, hæc omnia confuſè ibi & indiſtinctè proferre: quod tamen accideret, ſi hæc omnia, quæ quantumcumq;, ſeorſum accepta in ſe ipſis optima eſſent, in ſuis proprijs ſedibus non collocarentur. Sicut ad conficiendum perfectum aliquem pannum, ne vtiquam ſufficeret, ſeorſum lanæ fila tenuiſsima delicataque habere, ſi poſt modum à textore non rectè texerentur: quia in hoc præcipuus panni decor & perfectio conſiſtit. Sic etiam præcipua concionis pulchritudo & virtus, quæ auditoribus delectationem generat, eſt nempe veritates ipſas optimè texere, cuilibet in dicendi modo, ſui decoris punctum quod exigit præſtans.

2. cõcionatoris labor. — Ordo dicendorũ in cõcione ſeruãdus. — Concionis decor. — B — C — Simile.

¶ Prima ratio, quæ hanc firmare veritatem videtur, ex ipſis naturalibus rebus deſumitur. Earum quippe omnium cõditio eſt, vt nunquam natura ipſa contenta ſit hoc, quòd alicui rei eſſe ſolum & ſubſtantiam pręſtat: ſed ſemper illud eſſe alijs multis accidentibus veſtit, quæ eandem rem decorant & illuſtrant, vt hominum oculis gratioſa & amabilis fiat. Sicut in pomo apparet, vbi natura ipſa minimè contenta eſt, illi carnem præſtitiſſe comeſtibilem: ſed ſtatim pomum illud colore, odore, & ſapore induit, vt ſic à comedente appeti poſsit. Et hac de cauſa refert diuina ſcriptura, ſicut ex Geneſeos, capite. 3. conſtat, quòd Eua allecta eſt vt vetitum comederet pomũ, quia pulchrum vtique id vidit aſpectuque delectabile, & ideò tulit de

1. ratio. — B — Simile. — Simile. — Expoſi. Gene. 3. — C

A lit de fructu eius, & comedit. Simile. Roſæ præterea poſtquàm ſuum eſſe ſubſtantiale tribuit natura, coloris pulchritudinem quandam circundat, vt eius concupiſcentia, oculorum potentia capta, manum ad eam carpendam ſtatim homo porrigat, & naribus odorandam apponat. Simile. Et ſic omnino hæc naturę conditio in cęteris plantis inuenitur, & floribus: omnia ſiquidem à natiuitate ſua ſuum eſſe decoratum & gratioſum ſortita ſunt, vt in hominum vſum appetibilia reddantur. Quod etiam in volatilibus experientia ipſa manifeſtum videmus. Simile. Nam pauonem & pſittacum, poſt ipſorum eſſe, B natura ipſa pulcherrimis varijſque coloribus depingit. Quod etiam in omnibus alijs naturalibus rebus, idem eſſe reperiemus: quibus omnibus natura poſtquā ſubſtantiale eſſe præſtitit, pulchritudinem quandam indidit, vt iocūda valde hominibus redderentur.

Artificia. ¶ Præterea, non ſolùm hoc in naturalibus, ſed etiam in artificialibus adinuenitur, Simile. vbi clarè conſpicimus, quòd artifices poſtquàm alicui rei artificiale eſſe præſtiterunt, gratiam & decorem quendam eis conferre co- C nantur, vt hominum vſui non ſolùm vtilia, ſed etiam gratioſa exiſtāt. Quare artifex poſtquàm domum ipſam pręſcripſit, de ipſius gratioſa forma agere etiam ſtudet, ipſius domus manſiones A & peculiaria habitacula ſic diſtinguens, vt pulcherrimam habitationis formam etiam conſequantur. Simile. Aurifex etiam vas politum nimis & elaboratum reddit. Simile. Atque pictor imagini quam depingit, omnem poſsibilē pulchritudinem tribuit, vt hominum oculi, ipſius pulchritudine capti, libentiùs aſpiciant. Simile. Et adhuc ſartor minimè contentus eſt, hominis veſtem planam formare, niſi etiam ipſius chlamydis oram pulchram nimis & curioſam reddiderit. Simile. Mercator præterea pannum quem conficit, non vtique illum ex perfecta lana texere contentus eſt, niſi poſtmodùm ei viuos præſtiterit B colores, vt ipſos hominum oculos afficiat. Simile. Item pharmacopola, præterquàm quòd in artis ſuæ officina, medicamenta optima habere curat, ſtudet etiam in pulcherrimis vaſis, & vitreis ampullis, & deauratis capſulis, nec non conditorijs viridibus & cœruleis, ipſa continere medicamina: vt hoc videntium oculis recreationē ingerat. Simile. Et mercator merces ipſas tali ordine diſponit, vt videntibus pulcherrimæ appareant, & hoc in eis emēdi appetitū excitet. Qua de cauſa ipſius panni faciem & initium C politum nimis emptoribus quā primum oſtendit, vt inde emendi voluntatem circunſtantes habeant. Et ſic pariter in rebus alijs

A alijs tum naturalibus, tum etiã artificialibus, decor hic & pulchritudo ſparſa videtur, vt hominib⁹ hęc omnia gratioſa amabiliaq; reddãtur. Cum igitur in humanis rebus hęc ita ſeſe habeant, non omnino extra concionandi finem & propoſitum fit, ꝙ diuini verbi auditores eadem in diuinis exigant & appetãt: ꝙ videlicet concionator in veritatibus, quas in concione docere habet, ſuauitatem & gratiam in dicẽdi modo inſerat, vt hoc ad eas libenter recipiendas auditores afficiat, atq; ex delectatione, quã inde deſumpſerit, eaſdem executioni demandandi voluntatẽ re- B cuperent.

2. ratio. ¶ Secunda ratio eſt, quia hominis intellectus ſuapte natura veritates ipſas gratioſas atq; optimè confectas exigit. Quæ profectò ratio diui Auguſtini etiã eſt, Auguſt. in. 4. libro de Doctrina chriſtiana capite. 11. Vbi de hoc eodẽ loquens articulo, ait, ꝙ comedentes, & ipſius doctrinæ auditores, in hoc maximè affines ſunt. Nã Simile. ſicut illis naturale eſt, cibos non ſolùm ſubſtantiales, ſed optimè conditos appetere: ſic etiam auditoribus à natura ipſa datũ eſt, intellectus veritates gratioſè diſpoſitas velle. Nam ſicut homo Simile C panem, carnemq;, & reliquos materiales cibos mãducat: ſic pariter ipſe hominis intellectus veritates comedit & deglutit. Cõſpi Simile. cuum eſt tamen, ꝙ cibum corporeũ manducãti minimè ſatisfit, A ſi ſubſtantialia ſint atq; pretioſa nimis, quæ ipſi comedenda apponũtur, niſi ſatis confecta & priùs extiterint cocta. Itaq; quod in cibis pręcipuum à comedente expoſcitur, ipſa eſt cibi optima cõfectio hoc enim ſaporem & pretium cibis illis præſtat, qui de ſe parui ſunt valoris & momẽti: ꝙ Simile. ſi bene conditi non ſint, quãtumuis pretioſi exiſtant cibi, ſaporẽ ſuum & valorẽ penitus perdũt. Eiuſdem igitur formæ eſt hominis intellectus, quandòquidẽ minimè contentus eſt, ſi pretioſa ipſi fuerit appoſita doctrina, niſi aliòqui bene condita à concio- B natore extiterit.

¶ Hoc igitur grauamen eſt, In cult⁹ cõcionator, concionis fructum impedit. quod inſipidus & incultus prædicator, ſcripturæ ſanctę veritatibus irrogat. Nam cum ipſę in ſe ipſis excellentes ſint, & pretioſæ: quia tamen à concionatore malè diſponuntur, inde pręedicationis fructus perit: quia auditores eum, qui exigitur, fructum minimè conſequuntur. Sicut ſępe in comedẽte accidit, vbi quia Simile. cibus (quantumcumq; delicatus & ſubſtantialis ſit, atque ſalutiferus) ſi malè conditus ipſi apponitur, eum à ſe omnino abijcit. Nocumentũ igitur & grauamen, quod huiuſmodi optimis cibis coquus irrogat: hoc idem C malus concionator euangelicis veritatibus ingerit: quia enim eas malè diſpoſuit, pretioſum quod

A quod intra ſe ipſas pro ſalute hominum continebant, penitus amittunt.

3. ratio. ¶ Tertia ratio, quę in huius præmiſſę veritatis confirmationem facit, eſt. Nam veritates, ſic circa hominis intellectum ſe habent, ſicut cęterà obiecta circa potentias ſuas. *Simile.* Vbi conſpicuum eſt, omnibus alijs potentijs hominis naturale eſſe, obiecta ſua omnia optimè ſibi proportionata & diſpoſita eſſe velle: vſque adeò vt quando ſic diſpoſita non adinuenerint, ab ipſis naturaliter refugiãt obiectis, eaq; à ſe penitus abijciant. *Simile, Viſus.* Viſus quippe de ſe bene depictam imaginem concupiſcit, & cum eam ſic repererit, in eius aſpectu nõ ſolum oculi aperiuntur, B ſed quodammodo in cõtemplatione eius rumpuntur: ꝙ ſi fœda eſt, neq; in ea, quæ exigitur proportione, delineata: naturaliter clauduntur, & ab ipſa ſe omnino auertunt. *Simile, auriũ.* Aures etiam ſuauem & conſonam expoſcunt muſicam, & quò ſuauior eſt, eò plùs eam diligunt: quòd ſi fortè aliqua ibi apparet diſſonantia, illico geſtus quoſdam & ſigna eam à ſe repellendi demonſtrãt. *Simile, olfat⁹.* Olfatus prætereà odorifera appetit, à fœtidiſq; abhorret. *Simile, guſtus.* Guſtus itidem ſuauibus, atque bene cõfectis delectatur cibis: C amaros autem & inſulſos à ſe procul repellit. Sic etiam hominis intellectui proprium eſt, veritates quas recipit, optime cõditas velle: A quas quidem non abiectè vel inſulſè, aut vulgariter, ſed ſuauiter & ingenioſè dictas appetit. Neque aliqua in hoc eſt illi imputãda curioſitatis nota, in quacumq; oratione, ſiue humana ſit, ſiue diuina: quin potiùs eius eſt perfectio, & ingenij optimi argumentum, hunc videlicet habere appetitum. *Optimi ingenij argumẽtum.* Econtrario verò, beſtialis hominis ſignum eſt, quacumq; doctrina & vtcumq; dicta contentum eſſe.

¶ Hoc tamẽ dixerim, niſi aliàs auditorem talem, religionis aliquis moueret zelus: qui etſi alioqui optimum ſortiatur ingeniũ, *Optimi auditoris conditio.* vt tamen ſacram euangelij veneretur doctrinam, ſolùm quod à concionatore dicitur, libenter audit, tanquam Dei negotium: B ad dicendi autem ſtylum, neque ad ingenij ſui appetitum minimè attendit. De quorum profectò numero, noſtra hac tempeſtate pauci admodùm reperiuntur, nam religioſorum rarus eſt numerus, curioſorum autem infinitus.

¶ Quarta & poſtrema ratio eſt, 4. ratio. quia chriſtianæ doctrinę auditores, ad euangelicam concionẽ vt plurimũ infirmi accurrunt: adducunt enim peccatorum amaritudine infectum guſtum. C Et ad expellendum ab eis faſtidium hoc, *Simile.* & inſipidum appetitum, conducit maximè concionatori, doctrinam quam proponit, mille varijs dicendi modis, ſuauibuſque

A uibuſq; & rectè compoſitis verbis ornare. Sicut enim infirmo qui comedendi appetitum amiſit, multi atq; varij conditi cibi, ad eius depellendum faſtidium proponuntur, iam ſaccaro, iam autem ſalſamento, iam verò aceto, vt omnino ſic ex propoſito cibo aliquid alimenti ſumere poſſit, & viuat: Sic etiam chriſtiano concionatori expedit valde, vt faſtidium comedendi ipſam virtutem in auditoribus deuincere valeat, quod in ipſis peccata iam diu generarunt: varios inquirere dicendi modos, vt ſic appetitum chriſtianam comedendi doctrinam, quem ſuffocatum tenebant, recuperent. Itaq; oportet, vt ipſos diuini verbi auditores iam in concione conſtitutos, potiùs infirmos, quàm ſanos reputet, vt ex hoc infirmis, faſtidioque detentis hominibus, ſtudij ſui laborem paret. Et quemadmodum ad eorum expellendũ faſtidium ſuauiter & eloquenter dicat, maximè curet.

Simile.

B

Pro infirmis, paranda concio.

¶ Et hoc eſt quod Apoſtolus diſcipulo ſuo Timotheo. 2. ad eum epiſtola capite. 4. perſuadere voluit, cum dixit: Prædica verbum, inſta opportunè, importunè, argue, obſecra, increpa, cum omni patientia & doctrina: erit enim tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſyderia coaceruabunt ſibi magiſtros. Vbi omnis Apoſtoli cauſa, quare diſcipulum ſuum Timotheum pręmonuerit, vt varia in euangelica prædicatione vteretur doctrina, fuit quippe, quia infirmi erant, & verbum diuinũ deguſtandi, palatum corruptum habebant. Et hac de cauſa ſubiungit, quod tempus inſtaret, vbi ſanam doctrinam minimè ſuſtinere vellent. Nam ſicut infirmi conditio propè ſemper eſt à ſubſtantiali, ſalubrique abhorrere cibo, eum verò qui nociuus eſt appetere: pari forma euangelici auditores, cum à peccatorum ſuorum infirmitate detenti ſunt, palatoque comedendi virtutem amiſerunt, ſtatim ſanam, catholicamque doctrinam velut faſtidioſi reſpuunt: & tantum veritates conſcientijs ſuis nociuas amant: eos ſolùm præceptores inquirentes, qui eorum aures demulceant: ſicut infirmi, qui abiectis ſubſtantialibus cibis, fercula quædam, & ſorbitiunculas, quæ ſuo dumtaxat ſapiant appetitui, exquirunt.

Expoſitio. 2. Timo. 4.

C

A

Simile.

B

Simile.

¶ Eſt igitur decentiſsimum negotium, quòd euangelicus cõcionator peculiare aſſumat ſtudium & laborem, ad videndum quis ſibi accommodatior erit dicendi modus, quo ſuauiùs & elegantiùs euãgelicam doctrinam chriſtiano populo proponere poſsit: vt ſuaui iſto dicendi modo ſic auditores affecti, faciliùs prædicationis fructum conſequi valeant.

C

¶ Ca-

A ¶CAPVT. III. VBI præcedẽtia ſoluuntur argumenta.

RESTAT modò, vt iam propoſitis argumentis, quæ in contrariũ huius ex ſacra adduximus ſcriptura, ſatisfaciamus. 1. argu. ex Matthæi. 1. Quorum primum fuit, ex illo Matthæi loco, capite. 10. vbi cum Chriſtus apoſtolos ſuos ad prędicandum mitteret, præcepit vtique, ne in ipſa euangelica prædicatione de dicendi ſtylo pręmeditarentur: nã hoc ipſemet Spiritus ſanctus, illis cælitus haberet præſtare. Solutio. Huic tamen dubio ſatisfacit optime diuus Auguſtinus. 4. B Auguſt. libro, de Doctrina chriſtiana, capite. 16. vbi ſic ait: Quiſquis autem dicit, nõ eſſe hominibus pręcipiendum, quemadmodum doceant, ſi doctores ſanctus efficit ſpiritus: poteſt dicere, neq; orandum nobis eſſe, quia dominus ait: Scit pater veſter quid vobis neceſſarium ſit, antequàm petatis. Eadẽq; ratione quilibet poſſet chriſtianus in virtutum operibus negligens & remiſſus eſſe, Ioannis. 15. c. quia alio in loco (ſicut ex Ioannis capite. 15. cõſtat) Chriſtus dixit: Sine me nihil poteſtis facere. Quo fiet, vt homines in ſuæ ſaluationis negotio dormire poſsẽt C quia Deus prouidẽtia ſua iã ſaluãdos & damnandos deſtinauit.

¶Item notiſsimum eſt, apoſtolum Paulum ſatis intellexiſſe, ꝙ prædicationis euãgelicæ donũ, A hominibus à diuina maieſtate myſterioſè præſtitũ fuerit. 1. cor. 2. Quẽadmodum ipſe. 1. ad Corinthios, capite. 2. fatetur, dicens euangelicam ſapientiam tam altam & diuinam eſſe, vt nullus vnquam ſæculi huius princeps eam conſequi valuerit, niſi dumtaxat ille, cui ipſe reuelare ac cõmunicare decreuit. Et in epiſtola ad Romanos capite primo, Ad Ro. 1. atq; in multis alijs ſuæ ſcripturæ locis, ſe Apoſtolum & euangelij prædicatorem nominat, nõ vtiq; ab hominibus nec per homines conſtitutum, ſed ſolũ per Ieſum Chriſtũ dominum noſtrum. Et cum hoc ita eſſe pręuiderit, & ꝙ ad hanc B euangelicam concionem parum ipſe concionator pręſtat, neq; ad hoc tam altum munus ſtudium ſuũ alicuius eſt ponderis vel momẽti, niſi prius cũ illo Deus ipſe concurrerit, atq; ab ipſo euangelij ſui fuerit pręceptor conſtitutus: cum his omnibus inquã, adhuc maximam curam & ſolicitudinem adhibet in inſtruẽdis diſcipulis ſuis, Tito, & Timotheo, Titus. Timotheus. in hoc vt attendant, quem videlicet modum & dicendi ſtylũ in ipſa euangelica prædicatione tenere debeãt. Et vt in hoc remiſſi & deſides non ſint, efficaciter proteſtatur: ſed vt omni ſolicitudine C ſtudeant formam quã in dicẽdi modo habere debeant: vt ſic omniũ ſtatuum varietati, qui per totũ orbem erãt diſperſi ſatisfacere

[library stamp]

A cere poſſent. Aliter enim cum ſene loquendum eſt, quia eum velut patrem rogare habet concionator: & aliter cum iuuene, quẽ velut filium arguere debet. Et aliter cum domino, atq; aliter cũ ſeruo. Et aliter cum pertinace, & aliter cum eo qui iam legis rebus bene affectus extiterit. Et aliter cũ rectoribus atq; ipſius mũdi principibus & regibus, ac demum aliter cum ijs, qui gubernantur & alijs ſubiecti ſunt. Itaq; in verbis ſuis intẽdit Apoſtolus, vt concionator quilibet in omnibus dicendi modũ præmanibus habeat, vt in doctrina ſua omni generi gentium correſpondeat. Eſt igitur verum, ꝙ ſi

Singularis cócionatoris inſtructio.

B argumentum hoc aliquid probaſſet, orirentur quidem non ſolùm inconuenientia quæ iam ſuprà retulimus, ſed quàm plurima alia, quæ hic reticemus.

2. Solutio.

¶ Quia tamen argumenta nõ ſatis per incouenientia ſoluuntur: reſpondeo ſecundò, ad diſſoluendam difficultatem quam ſacer ille locus petit. Quòd cũ tũc temporis recens ac nouela planta chriſtiana eſſet Eccleſia, vt Chriſtus vtiq; mũdum doceret, quòd omnis eius euangelica doctrina ſuperna erat & miraculoſa, atque à ſua dumtaxat mera

2. Expo. Mat. 10.

C voluntate procedens: & ꝙ etiam omne humanum ingenium excederet: voluit nimirùm Apoſtolis ſuis declarare, quòd non ſolũ ea quæ prędicaturi erant, ſed etiam dicendi modum minimè in librorũ ſtudio aut ingenij ſui acutie reperire habebant: neq; alia adhuc in orbe toto reperiri poterat ſufficientia, præter eam ſolùm quam Spiritus ſanctus eis præſtare dignaretur: quia omnis illa primitiuæ Eccleſię eruditio miraculoſa erat. Et ob hoc ſolũ apoſtolos omnes ignorantes atque vulgares homines elegit, qui prorſus litteris minimè indulſiſſent, aut ſcholarum decurriſſent gymnaſia, ſed ab ipſis reipublicæ infimis & vulgaribus ſubducti eſſent officijs: alij inquam ex arte piſcatoria, alij verò ex telonariorum officio: & alij deniq; ex plebeijs viuendi modis, qui manuum ſuarum labore & ſudore victum acquirebant, electi ſunt. Vt ex hoc mundus totus agnoſceret, ſi aliqua in eis ſapientia ſplendeſceret, diuinitus eſſe præſtitam & non humanitus.

Euãgelicę doctrinę excellentia.

Apoſtolorum electio.

¶ Et vt ipſimet Apoſtoli, mundusque totus negotium hoc ſatis perciperent, poſt reſurrectionem ſuam præcepit illis, ne ab Ieruſalem diſcederent, ſed ibi quieti manerent: nec prædicationem euangelicam intentarent, quouſq; ipſo Spiritus ſancti repentino aduentu in totius orbis conſpectu de omnibus ad plenum edocti eſſent & inſtructi. Vt hinc apertè homines conſpicerent, hanc in eis euangelicam ſapientiam, non humanam

Expoſi. Act. 1.

A manam ſed omnino mirabilem fuiſſe. Et huius etiam formæ diui Pauli Apoſtoli vocationem fieri Deus decreuit. Vt enim eum ſufficiens euangelij ſui efficeret vas, ſuęque legis habilem præceptorem, ab ipſa populi maſſa & ſæculi huius tumultibus, in quibus immerſus erat, eduxit: atque à potenti & phalerato equo, cui inſidebat, ſubitò deiecit. Cui ſic obcæcato atque humi proſtrato, tribus illis diebus, quibus incluſus permanſit, omnem eam ſapiẽtiam, quam poſtmodum tam copioſè per vniuerſum orbem diffudit, diuinitus indidit. Nam etſi ipſe alioqui humanas aliquas didiciſſet litteras, quia nimirum Gamalielis extiterat diſcipulus: huic tamen euangelij propoſito vſque adeò imperti- nentes fuerunt, vt ipſe poſtmodum fateatur expreſſè, ſe nihil penitus ſciuiſſe præter Chriſti Euangelicam ſapientiam, quæ hic ſibi reuelata fuit. Perſpicuum igitur eſt, nullam nobis argumentum hoc difficultatem ingerere. Nam etſi cum his excellentiſsimis & Chriſti Apoſtolicis viris hoc fuerit Deus peculiari priuilegio vſus, quia illis & veritates ipſæ, & dicendi ſtylus miraculoſè præſtita ſunt, ſine aliquo alio ſtudij ſui adiuncto labore, quia tunc temporis recens erat Eccleſiæ planta: non tamen proinde ſequitur, eandem omnino debere

Apoſtoli Pauli vocatio.

Mirabilis Pauli in eruditio.

B

Gamaliel Pauli magiſter.

C

Apoſtolorũ priuilegiũ.

eſſe regulam pro eis qui in poſterum ſuccedere habebant, vt de eo dicendi ſtylo nequaquam agere debeant, quem in ipſa euangelica prædicatione obſeruaturi ſunt: & de ſolicitudine maxima, qua varijs ſtudiorum modis concionandi formam inquirere habent. Nam ſicut in multis alijs rebus Apoſtoli imitandi non ſunt, ſic neque in hac parte ſunt penitus à concionatore ſequendi. Quia illi peculiares quidam homines in orbe toto extiterunt, ab ipſa diuina manu in euangelij ſui pręceptores mirabiliter formati, in quibus pręciſè officij huius partes tales concurrerunt, quæ noſtris demeritis nobis prorſus deficiunt. Et quod in eis Spiritus Sanctus tam magnificè adimpleuit, nobis ſtudiorum ſudore ex libris ipſis acquirendum eſt, illorum ſtudio ſolicite intẽdẽtibus: qui non ſolum ex eis veritates ipſas elicere debemus, ſed etiam ſuauem & gratioſum dicẽdi modum.

A

Nõ in omnibus imitãdi apoſtoli

B

Apoſtolia Deo pręceptores formati.

Vnde diuus Chryſoſtomus in prologo ſuper Mattheum elegantiſsimè curam & ſolicitudinem maximam depingit, quã Euangelici concionatores in litterarum ſtudio ad euangelicam eruditionem requiſitam impendere habẽt: poſtquàm Deus ab eccleſia ſua retraxit peculiarẽ illam familiaritatem, quam quotidie Euãgeliſtis ſuis, ſanctiſq́; Prophe-

C

Vnde Chriſo.

Spiritus ſancti auxiliũ antiquis præſtitũ

A tis,& ipſius eccleſię doctoribus et ſanctis pręſtabat, ipſis per ſe legis & ſacramentorum intelligẽtiam pręſtando. Quamobrem de temeritate & inſipientia maxima, noſtri temporis concionatores coarguit, qui ſanctorum ſtylum, quo tunc temporis cum ipſis deus vſus fuit, imitantur.

Spiritus ſancti auxiliũ, antiquis præſtitũ

Qui ad ipſorum imitationem, litterarum ſtudioſe non egere exiſtimant, expectantes quidem vt eam ſapientiam, quam ex librorum ſtudio haberent acquiquirere, deus ſibi, ſicut Apoſtolis, mirificè infundat. Et ad hoc ſatis ſibi fuiſſe putant, ſe religioſos, & in virtutis via optimos B exiſtere viros, atque nimium orationi deditos, abſque aliquo alio peculiari litterarum ſtudio.

¶Tertiò huic dubio ſic reſpõderi poteſt. Vult nempe Redemptor noſter Chriſtus, in officij huius magnitudine euangelicos cõcionatores admonere. Nam eſtò eorum ſtudium & diligentia humana neceſſaria ſit, eſt tamẽ tam ſupremum huiuſmodi concionandi officium, vt ad eius proſequutionem plus Dei aſsiſtentia C & auxilium neceſſariũ ſit, quàm eorum importunũ ſtudium: quia ſine eo minimè cõcionator huic operi manum adhibere poteſt.

3. ſolutio

3. expoſitio. Matthæi 10.

Quare oportet, ipſos euangelicos concionatores iam ſatis intellexiſſe, quòd eorum præcipuum negotium, vt rectè in hoc concionandi officio procedant, eſt quidem ad orationem pręcipuè cõcurrere: vt à Deo ipſo aſsiduis orationibus impetrẽt, quod in hoc articulo eorum ingenium minimè attingit. Vnde verba illa: Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, in hoc ſenſu accipienda ſunt: non quidem quòd euangelij concionatores, ea quæ prędicanda ſunt, atque dicẽdi ſtylũ minimè pręmeditentur & perpendant: ſed quòd non vſq; adeò ſtudio ſuo & humanę diligentiæ fidant, vt hoc ſibi ſufficere exiſtiment, ad tam altam & catholicã B conſequendam doctrinam, ſicuti eſt euangelij Chriſti diſciplina. Nam etſi hoc ad humanas litteras ſufficiens eſſet, diuinis tamẽ minimè ſufficeret, vbi pręcipuũ negotium & ſtudium, diuinum ipſum auxiliũ eſt, quod deus ſuis euangelicis concionatoribus pręſtat.

A Cõcionatoria oratio neceſſaria.

¶Et hoc eſt quod Ieſus Chriſtus Redemptor noſter, eis qui concionandi officium exercent perſuadere voluit, ſicut ex Matthæi capite ſeptimo & Lucę. 11. conſtat, cùm dixit: Petite & accipietis, pulſate & aperietur vobis. Quę verba etſi de quibuſcumque chriſtiani hominis neceſsitatibus intelligi poſsint, maximè tamen de hoc diuini verbi pane C (qui euangelica doctrina eſt) intelligenda ſunt. Hęc ſiquidẽ chriſtianorum præcipua petitio eſt, quam ad Deum velut rem neceſſariã valde fundere debemus, quę

Expoſitio Matthęi, 7. Lucę, 11.

vitæ

A vitæ noſtræ ſalutem concernit.

Quare in oratione illa dominica, velut præcipua admodùm cõtinetur petitio, dum dicitur. Panẽ noſtrum quotidianum da nobis hodie. Hic nempe quotidianus animæ noſtrę panis eſt, ſcilicet diuina verba deguſtare. Ad hoc igitur conducit maximè cõcionatori, præter ſtudij eius ſummam diligentiam, diuinæ prouidẽtię ianuam pulſare, vt Deus hunc ſapiẽtiæ theſaurum ſibi dignetur aperire.

Expoſi. Matt. 6

Simile.

¶ Et hoc idem eſt, quod Chriſtus Ioannis capite ſexto verbis illis ſignificare voluit, cùm dixit: Nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à patre. Itaque in hoc euangelicæ eruditionis negotio, neque chriſtianorum in audienda concione diligentia ſufficeret, neque etiã prędicatoris in eius ſtudio aſsidua lectio, ſi alioqui Deus miſericordia ſua & liberalitate, ſuper hæc omnia non concurreret. Quare hæc duo ſemper in concionatore adunari debent, ſtudium videlicet, & oratio, ſicut ad plantę procreationem, calor ſolis, & hortulani diligentia ſimul exiguntur: vbi ſic eius labor neceſſarius eſt, vt tamen ſolis concurſus non deficiat: & ſic etiam ſolis exigitur concurſus, vt tamen ipſius coloni cultura non excludatur. Ad eum omnino modum in hoc concionandi munere contingit, quia ſic Dei auxilium exigitur, vt concionatoris ſtudium ne vtique abijciatur: & ſic eius requiritur ſtudium, vt non ſine Dei auxilio ſufficere exiſtimetur. Et hoc eſt quod diuus Paulus prima ad Corinthios epiſtola capite tertio aſſerere voluit, cum dixit: ego plãtaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Et illico ſubiunxit: Neque qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed Deus qui incrementum dat. Vbi vtrumque Apoſtolus amplectitur, & cõcionatoris laborem & Dei auxilium. Sicut ad hominis ſanandum vulnus, medicamina quidẽ exiguntur, ſed tamen diuino prẹſuppoſito fauore: & quia hoc neceſſarium eſt, non propterea chirurgi excluduntur medicinę & induſtria.

Expoſitio Io. 6 B

Studiũ et oratio in cõcione adunanda. Simile. C

Expoſitio. 1. corinthi. 3.

Simile. B

¶ Ad ſecundum vero argumẽtum, quod ex diuo Paulo adduximus ex prima ad Corinthios epiſtola capite ſecundo, ſufficienter reſpondet diuus Thomas, in eodem ad Corinthios loco, capite ſecũdo lectione prima, vbi ait, his verbis diuũ Paulũ nihil aliud intendiſſe, quàm Corinthijs oſtẽdere, quòd ſapientia quàm illis prædicabat, philoſophorum ſubtilitates, naturaliumque rerũ ſpeculationem minimè in ſe continebat, quemadmodum ingenij hominum curioſitas appetere cõſueuit (& hoc eſt, quod ibi ſublimitatem ſermonis appellat, quandoquidem ſermonum

Solutio ſecundi argumẽti.

Expoſitio. 1. corinthi. 2. C S. Tho.

A ſublimitas, verba quædam ſunt, quę de huiuſmodi curioſitatibus tractant, ſicut philoſophi omnes gentiles in conſuetudinem duxerunt) ſed nouam quandam ſapientiam Ieſu Chriſti crucifixi eis oſtendere decreuit, quam nullus vnquam hominum intellectus vſque ad id temporis attigerat. Itaque ſapientiam ſuam, non humanam eſſe, ſed diuinam demonſtrare voluit, & recenter ab ipſa diuina manu ſibi mirabiliter reuelatam. Nam vſque ad euangelij tempora, dicere Deum B crucifixum fuiſſe, in hominum ſapiētia ſtultitia ſemper reputata fuit. Sed non ideò apoſtolus Paulus prohibet, vt id quod prædicare intendebat, optimo dicendi ſtylo non eſſet proponendum, tū vocabulorum elegantia, tum etiam efficaciſsimis adiūctis rationibus, cum omnibus alijs, quæ hic concionandi articulus exigit, vt eiuſdē concionatoris doctrina auditoribus grata eſſe poſſit.

Sublimitas ſermonis.

Noua chriſti ſapientia.

¶ Secundus ſenſus, quem egregius hic doctor in his verbis aſsignat eſt, ꝙ diuus Paulus non intē C debat adhuc in hac euangelica lege velut principale negotium, ea hominibus prædicare, quæ eorum excederent ingenium: ſicuti erant Trinitatis myſterium, & arcana diuina, & naturæ diuinæ perfectiones & attributa, cum alijs multis mirificis ſubtilitatibus, quę in tribus diuinis includū tur perſonis. Sed hoc maximè illis prædicare intendebat, ſcilicet humanitatis Ieſu chriſti infirmū & debile, in hoc ꝙ pro nobis humanā aſſumpſerit carnē, & ipſam crucis mortē ſubire dignatus ſit: hoc enim ſuam appellabat ſapiētiam. Quæ etiā diui Gregorij ſuper Ezechielē homilia. 9. expoſitio eſt. Nec propterea etiam prohibere apoſtolus vult, ꝙ verba cōcionatorum non rectè & ſuauiter compoſita eſſe debeant, atque optimo dicēdi ſtylo ornata. A

2. Expoſitio. 1. corin. 2.

Prędicationis pauli ſcopus.

Grego.

¶ Tertius ſenſus, quē hic diuus Thomas aſsignat eſt, ꝙ etſi apoſtolus Paulus eleganti aliquo dicēdi ſtylo in ſua vteretur prædicatione, minimè tamē huic verborum fuco & ornatui innitebatur: ſicut humani conſueuerunt oratores, quandoquidē hoc eſſet ſeipſum prędicare. Iuxta rationē quā ipſemet in eadē. 2. ad Corinthios epiſtola capite. 4. reddit, cū ait. Non enim prædicamus noſmetipſos, ſed Ieſum Chriſtū. Nō (inquit) noſmetipſos oſtēdimus in humanę ſapiētię verbis, quia hoc eſſet verbū dei adulterare, tūc enim loco euangelicæ doctrinæ me ipſum eſſet prædicare. Et hoc eſt quod ſapientiam verbi appellat, videlicet ſapientiam, quę in ſolo verborum fuco & ornatu cōſiſtit, abſq; eo quòd ibi ſit grauior alia rerum ſubſtantia. Sed omne (inquit diuus Paulus) meæ eruditionis intentum fuit, virtutis & dei ſpiritus vobis notitiam pręſtare B C

3. Expoſitio. 1. corin. 2.

Expoſitio. 2. corinth. 4.

Simile.

Sapiētia verbi. quid ſit.

A re: & hoc non per humanas rationes, ſiue ſapientum huius mūdi argumenta, ſed vos ſyncerè in hoc fidei myſterio & Chriſti morte atque paſsione adunare.

Et hic ſenſus diui etiam Chryſoſtomi eſt, ſuper eandem primam ad Corinthios epiſtolam capite. II. Homilia ſecunda. [Diuus Chryſo.] Neque adhuc ex hoc tertio verborum ſenſu, elegantia & optimus dicendi modus in concionatore reprobatur, quo iocundam reddere habet auditoribus doctrinam B ſuam, ſed vt verborum elegantiæ & ornatui pręcipuè non inſiſtat, ſed tantum compoſita verba tanquam medium aſſumat: vt inde poſtmodum ad id quod in euāgelica eruditione præcipuū eſt, ſcilicet animarum ſalutem, tranſeat.

## CAPVT. IIII. DE eloquentia quę in ſacra eſt ſcriptura.

[3. argumētum.] C TERTIVM quod ſuperius propoſuimus argumentum fuit, de verborum phraſi & ſynceritate, in qua ſcriptura ſacra ſcripta eſt. Nam ſyncera admodum lingua & vulgaris eſſe videtur, atque extra omnem humanam elegantiam ſtylumque rhetoricum. Vnde meritò exigebatur, vt in hac euangelica eruditione, ſcripturæ ſanctæ dicendi modum & ſtylum concionator in ſequatur, neque alijs vtatur rhetoricis coloribus, præter illos, qui in ipſa ſcriptura ſacra reperiuntur. A

¶ Huic argumento ingenioſiſsimè reſpondet diuus Auguſtinus in quarto libro de doctrina chriſtiana capite ſexto & ſeptimo, [Solutio. Beatus Auguſt.] quo in loco ſingularem hanc quæſtionem mouet, an videlicet prophetæ & euangeliſtę, necnon & cęteri qui dei ſpiritu ſcripturam ſanctam ſcripſerunt ſapientes ſolum denominandi ſint, vel etiam eloquentes. [Queſtio.] B Ac ſi dixiſſet clarius. Vtrum ſcriptura ſancta, vulgari ſcribatur ſtylo, vel in ſe eloquentiam indicendo habeat? Et vt explicatius dixerim, eſt quærere, vtrùm prophetæ omnes & euangeliſtæ atque apoſtoli, Ciceronis & Demoſthenis, aliorumque oratorum colores Rhetoricos in ſcriptura ſua ſeruauerint? [Reſponſio ad quæſtionem.] Cui nimirum quæſtioni egregius hic doctor his verbis ſatisfacit, ait ſiquidem, quòd poſtquàm ipſe ſatis ſcripturam ſanctam intellexit, nuſquam penitus homines vidit, qui tam ſapienter & eloquenter loquuti fuerint. Et illico adiungit, C hanc eandem ſententiam habere omnes, qui ſcripturam ſacram iam legerint & intellexerint. [Prophetarū, et euāgeliſtarū eloquentia.] Et audeo dicere (inquit Auguſtinus) quòd omnes qui ſatis Prophetarum, & Apoſtolorum, Euangeliſtarumque intellexerint loquendi ſtylum, veriſ-

A ſimum reperient, quòd elegantiori alio loquendi modo loqui nec debuerunt, nec potuerunt, quàm loquuti ſunt.

¶ Et quidem pro deciſione huius, ſtatuit continuò fundamentum quoddam, quod in arte oratoria à rhetoricis ſeruandũ eſt. Scilicet quòd eloquentia in dicendo, ipſius perſonæ dicentis ſemper adaptanda eſt: ſecus enim minimè eloquẽtia dicetur. Quandoquidem alia eloquentia iuueni conuenit, alia verò ſeni, alia ſæculari, alia Eccleſiaſtico: ac denique alia prælatum & alia ſubditum decet. Quia non mediocre deliramentum eſſet, ſi iuuenis eo dicendi ſtylo, auctoritate, & imperio, quo ſenex orat, & ipſe orare vellet. Aliæ enim res ſunt quæ ſuapte natura ſenem cõcernunt: inuerecundumque eſſet nimis, ſenis imperium & auctoritatem in dicendi modo iuuenem ſibi aſſumere. Et hac eadem ratione, alius orandi ſtylus prælatum, quàm ſubditum decet. Et hoc quod eſt, orationem ipſam dicentis perſonæ accommodare, decor quidam eſt atque rhetoricus color, qui ipſam illuſtrat, nimiſque decoram reddit dicentis perſonam. Vnde auditores in maximam eleuantur attentionem, & beneuolentiam eorum, quæ à concionatore dicuntur.

Eloquẽtia, dicẽtis perſonæ ſemp. adaptanda eſt.

B

Varius eloquẽtię modus.

C

¶ Igitur iuxta præcepti huius rhetorici doctrinam, alia eſt (inquit inſignis hic doctor) eloquentia, quæ viros tam ſanctos, tam diuinos, tamque ſupremę auctoritatis decuit (ſicut vtique extiterunt, qui ſpiritu diuino ſanctam pronũtiarunt ſcripturam) quàm illa quę humanos reſpicit oratores: neque illorum eloquẽtia iſtis expedit, neque iſtorum illis accõmodata eſt. Quo enim in his dicendi ſtylus humilior eſt, altior eorum exiſtit eloquẽtia, non quidem verborum ventoſitate, ſed maxima ſententiarum quam in ſe habent profunditate. In quo quidem horum illuſtrium virorum oratoria, omnem Ciceronis rhetoricam, antecellit, cęterorumque ſæculi huius oratorum eloquentiam.

1. Diuinæ eloquentiæ excellẽtia.

A

Diuinis oratoribus propria eloquentia.

B

¶ Secundum, in quo diuina hæc eloquentia humanam omnem excedit, eſt nempe, quia oratorum humana eloquẽtia, ſuperaddita eſt & compoſita, & rebus ipſis in oratione, quaſi extranea, & artificio quodam violenter adducta. Cęterùm ſanctæ ſcripturę eloquentia, ipſiuſmet ſcripturę naturalis filia eſt, quia à rebus ipſis in eadem ſcriptura ſacra contentis oritur: quare inſeparabilis ſacrę huius ſapientię famula eſt. Nam hi ſancti doctores, Ciceronis regulas in ſcriptura ſua aduertere nolentes, proprius eas quàm quilibet alius humanus orator ſeruauerunt, qua propter celeberrimus hic

2. Diuinę eloquentiæ excellẽtia.

C

Simile.

Simile.

Simile. Cicero.

A hic doctor, in eodem loco de Auguſt. huiuſcemodi eloquentia diuina loquens, hæc profert verba: illud magis et ſtupeo, et admiror, quòd iſta noſtra eloquentia ita vſi ſunt per alteram quandam eloquentiam ſuam, vbi tales dicuntur res, vt verba quibus dicuntur, non à dicente adhibita, ſed ipſis rebus velut ſponte ſubiuncta videantur. Quaſi ſapientiam Simile. de domo ſua, ideſt de pectore B ſapientis, procedere intelligas, oratores humani. & tanquam inſeparabilem famulam, etiam non vocatam ſequi eloquentiam. Et ſic vellem mihi vt tempus ſuppeteret (ait diuus Auguſtinus) in quo curioſitatem hanc exercerem, vt in ſancta ſcriptura ſignare poſſem eloquentię humanæ præcepta omnia in quibus oratores iſti humani, vento inflati, linguam ſuam, ſanctorum auctorum linguæ pręferunt. At verò etſi pro omnibus ſcripturæ locis tempus non ſuperſit, aliqua tamen oſtendam, vt clare cõſpici poſsit, quàm ſint à ſacræ linguę rhetorica alieni.

Primus ſcripturę locus. ¶Vnde primus ſcripturę locus, quem aſsignat, vbi duæ C vel tres rhetoricæ ſeruantur figuræ, eſt nempe diui Pauli ad Expoſitio. Ro. 5 Romanos capite quinto cum ait: Gloriamur in tribulationibus, ſcientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò ſpem, ſpes autem non confundit: quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum Sanctum qui datus eſt nobis. In quo loco (ait diuus Auguſtinus) ſi aliquis dicere prętenderit, quòd apoſtolus in his verbis aliquod rhetoricæ præceptum ſeruauerit, clarum omnino apparet, doctos pariter & indoctos viros, hoc irriſuros eſſe, velut hominem, qui deliramentum aliquod protuliſſet. A Auguſt.

Et tamen verum eſt, in huiuſcemodi verbis duas rhetoricæ figuras apoſtolum ſeruaſſe. Alteram, quam Græci Climax vocant, quę alio nomine a Latinis Gradatio dicitur. Quod vtique eſt, cùm in oratione ipſa, verba ſiue res quę dicuntur ad ſe inuicem annectuntur, ſiue concatenantur, vbi vnum ab altero dependentiam habet: ſiue vt clarius dixerim, dum ab vna re in alteram gradatim aſcenditur. Simile. Climax B

Vt ſi dixerimus, hoc eſt ſuperbię malum, quia præſumptionem generat, pręſumptio autem contemptum, contemptus autem temeritatem, temeritas verò proximi perſequutionem. Inqua oratione verba, ad ſe inuicem dependenter annectuntur: & vbi per eadem verba, vitij huius malum exaggeratur, ab vno in aliud inconueniens trãſiens. Sicut qui gradatim ſcalam quandam aſcendit, vbi à primo in ſecundum, & à ſecundo in tertium, ac denique à tertio Superbię malum. C Simile.

 ad

A ad quartum peruēit gradum, vſquequo ad ſcalæ ipſius cacumen penitus attingat. Et hoc eſt quod nomen hoc Gradatio ſonat. Hūc igitur in præmiſsis verbis rhetoricum colorem obſeruat Apoſtolus, vbi exaggerans vtilitatē, quā tribulatio in chriſtiano homine operatur, ab vno in aliud mēbrū aſcendit dicens, tribulationē patientiam generare, patiētiam autem probationem, probationem vero ſpem, ac denique quòd ſpes ipſa ab homine dubium & cōfuſionem aufert, propter firmitatē quam charitas per Spiritum Sanctum præſtita, in eo operatur.

gradatio

2. rhetoricæ color.

Obſeruatur prætereà in præmiſsis verbis, rhetoricus alius color, qui à latinis, membra & cęſa, appellatur: quē alio nomine Græci, periodon vocant. Videlicet quando oratio multa cōtinet mēbra, quę tamen omnia ipſa oratoris voce ſuſpenduntur, quouſque vltima orationis clauſula concluduntur. Sicut in prædictis apparet verbis: eſt ſiquidem continua quædam oratio, cuius particulæ omnes ſuſpenſionem quandam in ſe ducunt, quouſque vltima illa clauſula, tota finitur oratio: ſcilicet, quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Ibi enim finitur boni ponderatio, quod tribulatio ipſa in nobis operatur.

B periodō

C

2. Scripturę locus.

Eiuſdem formę eſt etiam inſignis ille Apoſtoli locus. 2. ad Corinthios epiſtola, capi. 11. in quo ait Auguſtinus ſapientiſsimè atque eloquēter nimis, ſupradictas iam rhetoricæ figuras concurrere, & alia etiam quàm plurima eloquentiæ præcepta. Vbi Apoſtolus aliquos ex iudeis recenter conuerſos reprehendens, quia eius detrahebant honori. Sic ait: Iterum dico, ne quis me exiſtimet inſipiētem eſſe: alioqui velut inſipiētem ſuſcipite me, vt ego modicū quid glorier. Quod loquor, non loquor ſecundum deum, ſed quaſi in ſtultitia, in hac ſubſtantia glorię: quoniam quidem multi gloriantur ſecundum carnem, & ego gloriabor: libenter enim ſuſtinetis inſipientes, cùm ſitis ipſi ſapientes. Quibus in verbis cōſiderans ex vna parte Apoſtolus, nequaquam ſibi licitum fore in ſuis ſe gloriari operibus, ex alia autem parte præuidens neceſſarium eſſe, quòd ipſi Corinthij ſuorum laborum & doctrinę fructū & commodum intelligerēt: cùm inter has inquam duas anguſtias ſe medium conſpiceret (nam primum agere, inſipientię genus & inanis glorię apparebat: ſecundū autem proſequi, maxima erat ſapientia) igitur vt ab hac ſe eximeret anguſtia, & ſic ſe ſapiētem oſtenderet, vt nulla ſibi inſipientię imputaretur nota, eum inanis glorię cupidum taxando: orationem quandam texit, in qua elegantiſſimè labores ſuos, atq; omnia virtutū opera, quæ pro eis paſſus fuerat

A

Expoſtio 2. corin. 11.

B

C

A ratretulit, abſque eo quòd inanis gloriç nota aliqua ſibi imponi poſſet. In his ergo verbis Apoſtolus, vt ſuam euangelicam prædicationem maximo in pretio habeant Corinthij, elegantiſsimè illis ſua opera bona proponit, maris & terræ pericula omnia, quç pro eis perpeſſus fuerat accumulando, cũ omnibus alijs, quas pro eis fuerat paſſus miſerijs. Inquibus vtique verbis (ait diuus Augustinus) tot ſapientiç fluenta & eloquentiæ concurrere, quãta reperiet quidem qui ad ea ibi legẽda oculos aperire decreuerit. Et ideò ad doctoris huius ſcripturã,

August.

B diligẽtem lectorem remittimus: ibi enim apertè conſpiciet, quàm ingenioſè ſcripturç ſanctç eloquẽtiam in lucem educit: alia itidẽ loca tum apoſtolorum, tum etiã prophetarum adducens. Inter quç ſcripturæ loca, illum Amos prophetæ capitis ſexti locum annotat, qui ſic incipit: væ vobis, qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariç, optimates, capita populorum, ingredientes pompatice domum Iſrael. Vbi maximè in propheta, rhetorici

Expoſitio Amos. 6.

C ſtyli ſumptuoſitatem, verborumque magnitudinem ponderat.

Neque hoc ſolùm contentus eſt egregius hic doctor, quia ſolũ in prçmiſsis ſacrç ſcripturæ locis eloquentiam annotauerit, ſed promittit (ſi tẽpus ſibi ſuppeteret) ꝙ in ſacra pagina tot eloquentiæ regulas & prçcepta obſeruata ſigna ret, quot Ciceronis rhetorica habere poſsit. Et hoc ſe dixiſſe fatetur, vt quibuſdã rhetoricis reſponderet, qui cum in hac dicendi arte male ſapientes ſint, atq; humana ſua rhetorica inflati, ſanctæ ſcripturæ loquendi modum, quaſi vulgare admodum & infimum irrident. Et hoc quidẽ non quia ſancta ſcriptura in ſe ipſa eloquẽtiã non habeat, ſed quia ipſi eam minimè intelligũt: aut certè quia ſcriptura ſacra, nulla ſuperbiç inflatione eloquentiam ſuã in verbis oſtentat, quemadmodum ipſi coram populo ſuam oſtentare conantur. A B

Multa ſcripturæ ſacræ eloquentia.

Scripturç eloqñtia, ſupbiæ inflatione caret.

Poſſemus etiam in præſentiarum, in conſequentiam huius, alia ſcripturæ ſanctæ & non pauca adducere loca, niſi prolixitatem legentibus generarent. Veruntamen in eorum quæ diximus confirmationem, duo tãtum vel tria ipſius ſcripturæ referã loca. Qui autẽ his plura voluerit, reperiet quidem alia multa, ſi ipſam attentè legerit ſcripturã, in quibus proprius rhetoricus dicẽdi ſtylus magis relucet, quàm in qualibet alia humana rhetorica.

Dicendi igitur quandoq; rhetoricus color eſt, ad magnificandam rem aliquam, eiuſque eſſe in lucem educendum, eam iuxta ſuũ cõtrariũ deſcribere: quia ex vnius eſſe & natura, alterius eſſe magis ſplendeſcit. Sicut iam in prouerbium apud homines vertitur, ꝙ oppoſita iuxta ſe poſita magis elu C

Alius dicẽdi color.

Simile.

 ceſcũt

A ceſcunt. Quemadmodum depin-
Simile. gendi artifices in picturis vti con ſueuerũt, qui vt albi naturam in lucem magis educant, in nigredinis campo deſcribunt quia iſtorum conditio eſt, ſi iuxta ſe inuicem ponantur quòd alterũ alterũ elucidet, ſunt quippe cõtraria, &
Contrariorũ cõditio. contrariorũ hæc ſemper fuit proprietas, vt alterius eſſe ex altero illuſtretur. Contingit hoc etiam in naturali rerum ordine, vbi roſæ pulchritudo, inter ſpinas magis ſplendeſcit. Atque margaritæ lu-
Simile. cidiorem de ſe in ſtercore emit-
B tunt ſplendorem. Necnon clari-
Simile. tas & ſplendor ſolis ex tenebra-
Simile. rum obſcuro melius dignoſcitur. Prętereà etiam per infirmitatem,
Simile. ſalutis virtus intelligitur. Ad eũ igitur modũ videtur ipſum prophetam Iob, rhetoricum hũc ſeruaſſe ſtylum & eloquentiam, qui capite. 9. & 29. prophetiæ ſuæ adducitur. Vbi vt amicis ſuis aduer
Expoſitio Iob. 9. et. 29. ſitatem, infimumq́ue & miſerrimum ſtatum in quem iam deuenerat, oſtenderet, cum in ſtercore ſe inuolutum conſpiceret: priùs nimirum omnem ſuam proſperitatem, quam olim habuerat, elegantiſsimè depingit, grandi verborum maieſtate, ac profundiſsi-
C mis ſententijs: eis feliciſsimum ſuum ſtatum proponẽs, maximũq́ue Dei fauorem & aſsiſtentiam, quã ſibi quotidie præſtabat, tũ in bonorum temporalium proſperitate, tum in ſumma diuitiarũ abundãtia, quam poſsidebat: ac denique in reuerẽtia maxima, quã A
vniuerſæ gentes (tanquam reipublicæ patri & capiti) exhibebant, Iob proſperitas.
dum omnes in eius conſpectu ori ſuo digitum imponerent, ipſiuſq́ue præ omnibus ſententiam ſpectarent, vt eam velut principale documentum & regulam, qua in republica tota dirigi haberẽt amplexarẽtur. Ad hęc etiam bonorum operum multitudinem, Iob virtutis abũdantia.
quæ in domo eius quotidie fiebant, eis vtique præſentabat: quæ in pauperes, nudos, famelicos, peregrinos, orphanos, & viduas B
quotidie expendebat. Et hæc inquam omnia, tali verborum ſtylo profert, & tãta itidem eloquẽtia & ordine diſtinguit, quãtum Iob eloquentia.
Tullius in rhetoricis ſuis pręceptis ſeruare potuit. Quæ prophetę verba in pręſentiarũ minimè adducimus, vt prolixitatẽ lectoribus euitemus: ſatis enim fuerit quòd integrũ illud caput in hac enarratione abſumitur. Quod tamen lectoris diligentię relinquimus, quia ſi textus hiſtoriam legere placuerit, hæc omnia ipſi perſpicua erunt. Et ex hac ponderatione, quam hic proſperitatis ſuæ ſanctus hic fecit propheta, amicorum ſuorum mentem excitare vo C
luit, vt ex antiquę proſperitatis contemplatione, in quantam deuenerat miſeriam agnoſcerẽt, ac perconſequens, ſibi in ſuis cõpaterentur laboribus, ac denique ꝙ ab ipſius detractione iam deinceps ceſſarent.

Hunc

A Hunc eundem rhetoricum colorem & eloquentiam, in ſui euāgelij principio Ioannes euangeliſta ſeruauit. Vbi vt hominibus maximum incarnationis filij dei myſterium ponderaret, & infimū ſtatum in quem deſcēderat, intelligerent, dum pro eis humanam carnem accepiſſet, & paupertatē noſtram, cęteraſque miſerias eſſet indutus: vt hoc inquam homines in ſummo haberent pretio, magnitudinemq; negotij huius ſatis perpenderēt, prius ipſius dei diuinum & immēſum ſtatum depingit, quem in quantum Deus obtinebat: æternam mundo generationem, admirabilemq; ipſius Dei infiniti eſſe perfectionē proponens. Vt hac via eluceret magis magnificū beneficiū, quod homini in eius incarnatione pręſtiterat, vbi adeò ſe exinaniuit, ꝙ mortalitatem noſtram induere dignatus ſit. Cuius prima verba in ſui euangelij initio hęc ſunt: In principio erat verbum, & verbū erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deū: omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factū eſt nihil. Quod factū eſt in ipſo vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam nō cōprehēderunt. Vbi poſtquàm hoc æternum filij Dei eſſe & magnitudinem exaggerauit, illico ſubiungit: & verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Ac ſi apertius diceret, hic de quo tam ęterna & mirifica vobis loquutus ſum, in tantam deuenit miſeriam, vt pro vobis homo fieri dignatus ſit. Hic quem in culmine tantæ perfectionis eleuatum videtis, tantaque diuitiarum magnitudine ſublimatum, hic inquam, caro factum eſt, & habitauit in vobis, veſtris legibus & humanis viuēdi modis cōformis effectus. Quod profectò mirificum fuit euangeliſtę rhetoricum artificium, quod in hac enarratione duxit: vt inde homines tam immenſum Dei beneficiū agnoſcerent, quia ſcilicet pro eis humanam carnem aſſumpturus deſcenderit. Ad hoc igitur prius Dei altitudinem depingit, vt ſic eius infimum ſtatum homines agnoſcerent.

*Expoſitio. Io. 1.* — *Eloquētia euangeliſtæ Ioannis* — *Eloquētiæ ſtylus.* — *1. ſenſus.* — *2. ſenſus.* — *Mirum euangeliſtę artificium.*

B

Hoc idem rhetoricę artificiū, diuus Paulus oſtendit, in epiſtola quam ad Philippenſes ſcripſit, capite. 2. vbi vt ſubiectionem & humilitatem chriſtianis perſuaderet, quam ad Chriſti Redemptoris noſtri imitationem obſeruaturi erant, ſic ait: Hoc ſentite in vobis, quod in Chriſto Ieſu: qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, ſe eſſe æqualem Deo: ſed ſemeptiſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinē hominum factus, & habitu inuētus vt homo. Humiliauit ſemetipſum factus obediēs vſque ad mortem, mortē autē crucis. In quibus verbis, hic idem eloquentię ſtylus inſertus eſt, quē Ioannes euangeliſta in euangelij

*Expoſitio Philipp. 2.* — C — *Pauli eloquētia*



[library stamp]

A lij ſui enarratione duxit. Quia vt hic apoſtolus Philippenſibus profundiſsimam Ieſu Chriſti domini noſtri humilitatē ponderaret, in hoc quòd temporalem mortē ſubire dignatus fuerit, & ad diſcipulorum luteos pedes prouolutus extiterit: vt hoc inquam immēſum beneficium ſatis dignoſcerēt, deſcribit prius ipſum Dei æternū eſſe, quod prius in ſe quatenus Deus habebat. Dicens: Hoc ſentite in vobis, quòd cum Chri-
B ſtus dei formam haberet, ęternus & infinitus ſicut ſuusmet pater, modo ad ipſam vſque crucē pro vobis deſcēdere dignatus eſt: ibique veluti gallina pro pullis ſe
Simile. exinaniuit, vt filijs ſuis virtutem & vitam pręſtaret. Et male profectò gentes profundiſsimum hoc Ieſu Chriſti ſacramentum intelligerent, ſi prius apoſtolus hoc mirifico artificio, eis diuinum eſſe & genus nō explicaret. Nam quē-
Simile. admodū dum ex eo, quòd ad mōtis culmen oculos inijcimus, quàm infima ſit vallis ſtatim agnoſcimus: & ſicut ex contēplatione regiæ maieſtatis, familiaritas (quam erga ſeruos exercet) in-
Simile. telligitur: ſic pariter ex contēpla-
C ta diuinę maieſtatis celſitudine, & diuinę ipſius naturę intellecta origine, quàm ſit immēſum eius beneficium, quod in aſſumptione noſtrę carnis hominibus exhibuit, agnoſcimus.

Hanc eandem eloquentiæ formam Chriſtus oſtendit, in admirabili illo ſermone, quem ad ſuos A
Alius eloquentiæ locus habuit diſcipulos, poſtquā genuflexus, eorumque pedibus proſtratus extitit, vt eos ſuis ſacroſanctis lauaret manibus. Quē diuus Ioānes capit. 13. adducit. Vt enim ibi profundiſsimæ humilitatis, quā eis exhibebat, intelligentiam prę-
Expoſitio Io. 13 ſtaret, ſic ait: Scitis quid fecerim vobis? vos vocatis me magiſter & domine, & bene dicitis, ſum etenim. Si ergo ego laui pedes veſtros dominus & magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Amen dico vobis, non eſt ſer- B
uus maior domino ſuo, neque apoſtolus maior eo qui miſit illū. Si ergo ita eſt, quòd ego qui tam diuinum ac ſupremum eſſe habeo (ſum quippe magiſter & dominus, ac denique deus veſter) vſque adeò ſubiectum vobis, humilemque me exhibeo, ita vt meis ſacroſanctis manibus, pedum veſtrorum ſordes extergam: ſi hoc inquàm veſter dominus & magiſter exerceo, quanta à vobis exigitur iuſticia, vt adinuicē idē & vos faciatis? Siquidē perſpicuū eſt, ſeruum domino ſuo non eſſe maiorē. Ac per conſequēs meam intelligētes maieſtatē, & quòd eā pro vobis nō dedignatus ſum humiliare, vos etiam pro me exina-
Dicendi ſtylus. nire non dedignemini. Vbi di-
C uus Paulus ex profundiſsima dei humilitate, ad ipſam humilitatis virtutē diſcipulos ſuos attrahere voluit. Si enim hoc magiſter exercebat, non mirum quòd eiuſdem

A dẽ diſcipuli idẽ etiam exercere haberent.

Hanc eandem rhetoricam Ioannes euangeliſta monſtrauit ſtatim in eiuſdem capituli principio. Vbi ne homines putarent, ꝙ labores & mortẽ quibus ſe chriſtus exponebat, non libẽter, ſed ex fragilitate ſua violenter quaſi purus homo aſſumebat, & quòd in eo nulla eſſet eis reſiſtẽdi potẽtia: vt hanc inquam ab hominibus ſuſpicionem auferret, ſtatim in ipſo capitis initio ſermonem texit omni eloquẽtia plenum, cum ait. Ante diẽ feſtum paſchæ, ſciẽs Ieſus quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad patrẽ, ſciẽs, quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à deo exiuit, & ad eũ vadit, cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. In quibus verbis euangeliſta homines admonet, vt attenderẽt quòd chriſtus deus erat, & quòd humanas miſerias, quibus ſe exponebat, atque tẽpus & horam, omnia inquam tanquam deus antequam euenirent ſciebat, atque voluntariè & non coactè pro hominum ſalute hęc omnia aſſumebat: in quo dei erat potẽtia & virtus, vt labores & mortem, ſi vellet fugere poſſet. Qua de cauſa, vt euãgeliſta homines ab hac eximeret ignorantia, ait, quòd Ieſus veluti verus deus, iam horam paſsionis ſuæ ſciebat: & quòd omnia illi pater in manus dederit. Vt inde homines voluntariè hoc accepiſſe intelligerent, quia in manu haberet mortẽ ipſam ſubire, vel non ſubire. Ex hac igitur tam eleganti euangeliſtę concione, duo apertè agnoſcuntur. Alterum, ipſius Ieſu Chriſti domini noſtri profundiſsima humilitatis virtus quia cum deus eſſet, & omnia ſicut deus penetraret, hominibus ſubijci, ac mortem perpeti dignatus fuerit. Alterum verò poteſtas ipſa & ſapientia, quam chriſtus obtinebat, vt tãquam verus deus, ſi vellet, hæc mala, quæ pro nobis volũtariè ſumebat, refugere poſſet.

Eoquẽtia Ioan.

Expoſitio. Io. 13

B

C

A

Elegans euãgeliſtæ concio.

## ¶CAPVT. V. DE eloquẽtia, quam Chriſtus in ſuis ſanctiſsimis geſsit concionibus.

B

SED quid dicemus rogo, de admirabili Redẽptoris noſtri eloquẽtia, quam in euangelij ſui prędicatione ſemper oſtẽdit. Quemadmodum in diuino illo ſermone conſtat, quem ad apoſtolos ſuos poſt cœnam habuit. Vbi illis tam intimum cordis ſui aperuit amorem, per verba vtique tam dulcia & amicabilia, ex intimis ſuis viſceribus promanantia, quibus eorum intellectũ ad ſuę diuinę maieſtatis intelligentiam, paſsioniſque & ſacramentorum omnium, mirum in modum excitauit: tam diuinis verbis, viuiſque & efficaciſsimis rationibus

Chriſti eloquentia.

C

Expoſitio, Ioãnis. 15. & 16.

A bus, atque appoſitiſsimis compa rationum exẽplis, ac denique tam proprijs rerum omnium ſimilibus, quantum ab orbe condito à nullo vſquam hominum adduci potuerunt. Vbi etiam apoſtolos ſuos pręmonitos reliquit ad familiaritatem & conuictum, quę poſt mortem ſuam cum mundo habituri eſſent. Et quanta in diuino hoc ſermone rhetoricorũ pręcepta, admirabileſque eloquẽtiæ regulæ inſertæ ſint, apertè conſpiciet, qui eum attentè legere decreuerit.

Multa rhetoricæ præcepta.

Sed quid ſi in conſequentiam euangelij huius, quàm plurima B alia loca adducere decreuerimus vbi Chriſtus tam diuinis metaphoris, regni cælorum, atque eccleſiæ chriſtianæ gubernationis hominibus notitiam præſtitit: iã ſeminantis more, iam vineæ cultura, iam vero paſtoris imagine, iam theſauri in agro abſcõditi, iam piſcandi officio, iam ex fermenti comparatione, & iã denique negotiantium conditione. Et tandem prolixum admodum eſſet protendere ſermonem, ſi in particulari ſapientia ſum- C ma atque eloquentia (quã Chriſtus in ſuis ſanctiſsimis concionibus exhibuit) ponderanda eſſet. Tanta quippe ſuit vt nulla hominum lingua explicare queat, niſi vnico verbo ſic dixerimus, quòd videlicet, non ſicut homo, ſed ſicut deus in omnibus loquutus eſt.

Similia. ſcripturę

Varia Chriſti eloquẽtia

Et quòd in cõcionibus eius talis fuerit eloquẽtia, dulciſsimuſque docendi ſtylus, teſtimoniũ huius auditores eius præſtiterũt, quibus tam ſuauis quandoq; chriſti apparuit doctrina, vt ſe continere minimè potuerint, quin ſtatim in eius prorumperẽt laudem & teſtimonium. Et hoc apparet, primò ex multitudine gentium, quæ ipſum propè ſemper ſequebãtur, quos nec templum, neque viæ, neque adhuc campus capere poterant: ita vt quandoque illi opus eſſet, à terra ſe retrahere, & in mari nauiculam aſcendere, & inde populo concionari, ne ab ipſagẽtium multitudine opprimeretur. Qui omnes ſummis laudibus extollebant, non ſolum eius opera, ſed etiam mirificũ loquendi modum & doctrinam. Nã eſtò dici poſſet, maximã populi partẽ eum ſequutã fuiſſe, propter miracula quæ quotidie in eis operabatur, iã cęcos illuminans, iã claudos ſaluti reſtituẽs, & iã denique mortuis vitã præſtans, & quia etiam quãdoque cum famelici eſſent, cibum illis abundanter præſtabat: eſto inquã hoc verum ſit, ſed tamen iuxta ſanctorum expoſitionem ſequebantur eum etiam, quia eius gratioſiſsimo, ſuauiq́ue dicendi ſtylo capti erant.

A Dulciſsimus in Chriſto dicendi ſtylus.

B

C Cauſa ſequendi Chriſtũ

Secundò comprobatur hoc etiam ex teſtimonio, quod peculiares aliquę perſonę de ipſo perhibuerũt, ſicut ex Lucæ capi. 11. cõſtat. Vbi cũ chriſtus redẽptor noſter

A ſter multitudini gentium prædi caret, mulier quædam quę ipſius aderat cōcioni, tantā in verbis eius dulcedinē ſenſit, vt ſubitò inter omnes ſe erexerit, atq; magna voce exclamās dixerit: Beatus vēter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Quæ profectò verba minimè protulit, niſi quia verborū eius elegātia & ſuauitate capta erat. Credendū enim eſt, ꝙ cū paupercula vulgariſq; eſſet mulier, plus verborūchriſti ſuauitate fuerit allecta, quàm profunda ſentētiarum intelligentia, quā chriſtus

Expoſitio. Lucæ. 11.

B in ſermone ſuo oſtendebat. Quia cùm vulgaris exiſteret fœminæ illius intellectus, neque in rebus legis vſque adeò inſtructus, non tantam ſortiretur ingenij capacitatē, vt hęc penetrare poſſet: ſed quòd ſuaui eius potius dicēdi ſtylo teneretur, credēdum eſt: & maximè, ex verborum eius efficacia motā fuiſſe, exiſtimari debet. Eſtò verum ſit, quòd quantumuis rudis & ingenio hebes hęc eſſet mulier, potens erat Chriſtus profundiſsimam doctrinæ ſuę ſententiam in eius pauperculo reponere

C re intellectu. Attamen quòd pręcipuè verborum dulcedine ſit affecta, ex ipſis, quę protulit verbis, conſtare videtur. Ait enim, beata eſſe vbera quę Chriſtus ſuxerat. Ac ſi dixiſſet clarius, dulcedinem lactis, quam in matris vberibus ſuxiſti, hanc eandem in tuis labijs diffuſam eſſe demōſtras. Vnde ex dicendi modo videtur delectationem ſumpſiſſe.

Expoſi. Lucæ. 11

A Quæ profectò verba eiuſdem eſſe formæ videntur, cum illis quæ in Canticis de labiorum eius dulcedine referuntur, cùm dicitur: Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Siquidem labiorum gratia non niſi dicendi modum concernere videtur. Sic pariter cùm vbera matris ſugere, in puero labiorū ſit officiū, colligitur inde ꝙ labiorum in dicendi ſtylo mulier illa eloquentiam laudauerit.

Expoſitio. pſ 44.

Pręterea inimici Chriſti de hoc eodem teſtimonium perhibuerunt, ſicut Ioannis capite. 7. B

B legitur. Vbi cū legis veteris Scribæ & Phariſęi, miniſtros quoſdā miſiſſent, vt ipſius chriſti doctrinā calumniarentur, atq; eū cōprehēſum ad ſe adducerēt: cum ad redemptorē noſtrum iam perueniſſent, eiuſque ſanctiſsimam percepiſſent doctrinam, tanta labiorū eius gratia & diſciplina affecti ſunt, quòd eo intacto relicto, vacui ad phariſęos reuerſi ſunt, minimè eorum adimplentes iuſsionem. Qui cum ab ipſis ſuper hoc

Expoſitio. Io. 7.

C acriter fuiſſent reprehēſi, quia eū comprehenſum ad ſe non adduxiſſent reſponderunt vtique quia nūquam ſic homo loquutus fuiſſet. Vbi nō ſolum rationem, quare eum non comprehendiſſent, aſsignarūt, ſed quòd doctrinę ſuæ dulcedine capti eſſent, oſtēderūt. Siquidem ex verbis illis quæ protulerunt, videlicet, Nunquam ſic loquutus

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A loquutus eſt homo, ſapiẽtiam eius non ſolum humanam, ſed diuinam eſſe inſinuarũt. Ac ſi apertius dixiſſent, quòd eius lingua non humanam, ſed diuinam quã dam redolebat ſapientiam.

Hoc idem teſtimonium diſcipuli eius dederunt, ſicut ex Luca capite. 24. conſtat. Vbi in illa Chriſti apparitione, qua poſt paſſionem ſuis ſe oſtendit diſcipulis, qui in ciuitatem Emaus iter agebant, cum Chriſtus eorum quæ in Ieruſalẽ acciderant, ignorantẽ ſe fingeret, reſpõſum quod illi prꝍſtiterũt huiuſcemodi fuit: de Ieſu Nazareno, qui fuit vir Propheta potens in opere & ſermone, coram Deo & omni populo. In quibus verbis. non ſolum Chriſtum tanquam Deum in opere potentiſsimum fatebantur ſed etiam in ſermone ſuauem atque efficacem: quaſi in dicendi modo, elegãtem eum & dulcem faterentur. Nam quemadmodum opera eius mirifica eſſe prædicabant, ita & ipſius eloquentiam diuinam fuiſſe ſuis verbis oſtendebant.

Expoſitio. Lucę. 24.

Argumẽtum.

B

Et eſtò verum ſit, quòd hæc in C Chriſto doctrinę potentia, quam verba hæc oſtẽdunt, ſic intelligi poſſet: quia ſcilicet, ſicut in alijs potens erat, ita etiam erat potentiſsimus, vt verba quę proferebat, in hominum cordibus (ſicut ipſe vellet) imprimerent: & ſic intelligi habeat, quod de eo aſſeritur, quòd in ſermone potens erat, quia ſcilicet in verborum A efficacia, eius potiùs conſiſtebat potentia, quàm in eloquentiæ ſtylo, quem in ſua ducebat concione. Ad hoc tamen reſpondetur, quòd etſi tanquã verus Deus doctrinam ſuam hominum cordibus, ſicuti vellet, imprimere poſſet, minimè tamen intelligẽdum eſt, quòd cum Chriſtus prędicabat, miraculoſè eos afficeret aut conuerteret, eorum ingenium aut voluntatem ſua potentia violenter attrahendo. Sed B credendum eſt, quòd tali dicendi forma populo chriſtiano doctrinam proponebat, vt tamen ſemper eos in voluntate ſua & ingenij libertate relinqueret, vt humanitus de eius doctrina iudicare poſſent. Sicut eſtò verum ſit, quòd Deus per ſe ipſum ſolum, lactucam vel quamlibet aliam plantam miraculoſè creare poſſet: minimè tamen facit, ſed hortulani curam concurrere ſinit, & alia quæ ad hunc effectum naturalia ſunt inſtrumenta. Ita etiam Redemptor noſter in concione ſua abſq; miraculo auditorum mouebat affectus non ſolum ſicut Deus, ſed velut homo, ſuauiſsimo quodam vtens dicendi modo. Et hic erit verborum illorum ſenſus, quibus dicitur, quòd in ſermone coram hominibus potẽs erat, quia doctrina eius tanto ordine & diſtinctione, ſuauiſsimiſque verbis diſpoſita erat, quòd hominibus

Expoſitio. Lucæ. 24.

Argumẽtũ.

Solutio.

Simile.

C

2. Expoſitio. Lucæ. 24.

A bus grata admodùm & amabilis reddebatur: adeò, vt cum hominibus quantuncumq; malis & peruerſis, id quod vellet efficaciter obtinere poſſet:

¶Sufficiat igitur, hęc ſcripturę ſanctę loca adduxiſſe, in quib' eloquentiæ ſtylus relucet, vt per ea inſtructus maneat lector, vt alia his ſimilia in eadẽ ſcriptura inuenire valeat, quæ rhetoricũ modum, atq; admirabilem dicẽdi ſtylum in ſe contineant. Quorũ eloquentiã adeò hominũ oratoriã antecellere inueniet, quantum diuinum humanũ ſuperat: quandoquidem eam cęleſtem eſſe, & nõ humanã reperiet. Quod profectò conducit maximè, temporis noſtri aliquibus rhetoricis viris, qui Tullij præceptis vſque adeò contenti ſunt, ꝙ ſacræ ſcripturę dicẽdi phraſim, prophetarum etiam & apoſtolorum atq; euangeliſtarum, iam irridere omnino audẽt, quia ad vnguẽ regularum & Ciceronis apices non ſeruant: ac ſi nulla alia maior eſſet eloquentia & orandi artificium, quàm quod ipſe diſpoſuit Cicero. Et hac ratione (ſicut iã ſuprà diximus) diuus Auguſtinus in citato loco quarti libri de Doctrina chriſtiana, par pari rependit, eos nimirùm ſimiliter irridens, veluti homines, qui nullum aliud rhetoricæ præceptum, quàm Ciceronis didicerint: & quaſi homines etiam, qui ſcripturæ ſanctæ loca, in quibus humanæ rhetoricæ pręcepta obſeruata ſunt, minimè intellexerint. Sunt enim eius in hac parte acriora verba, quàm vt ego hic depingere valeam.

Scripturæ eloquentia diuina.

B

Humani oratores.

Cicero.

Auguſt.

C

## ¶CAPVT. VI. DE modo acquirendi optimum concionandi ſtylum.

SVPPOSITO ergo iam, quòd ſcriptura ſacra in ſe eloquẽtiam habet, & quòd euangelicus concionator ſummopere curare debet, quẽadmodum chriſtiano populo euangelicam doctrinam gratioſo dicendi ſtylo proponat, quia tamẽ nõ omnes hunc ſuauiter dicẽdi modum conſequuntur: videndũ nobis reſtat, quę forma concionatori eſſe poterit, aut quæ via commodior, vt hoc dicendi artificium ſibi acquirere poſsit. Ad quod profectò vnam & eandem regulam aſsignare non poſſumus, quæ omnem eruditionis eius materiam complectatur. Quapropter neceſſarium duximus materiã hanc in aliqua documenta diſtinguere.

¶Primum igitur in hac parte documentum eſt. Dum cõcionator huiuſmodi gratia, & optimo dicendi ſtylo priuatum ſe viderit, attentè inſpiciat, à qua radice ſibi talis proueniat defect', & tunc temporis aliquo iſtorum

A B 1. documẽtum. C

A remedio reparare curet, quæ hic ſtatim ſubiungemus.

¶ Et vt meliùs difficultatem hanc euiſceremus, ſciendum nobis eſt, tres eſſe concionatorum differentias. Alij ſunt, qui litterarum ſtudio carent: vnde in dicēdi etiam modo deficiunt. Itaq; quia eis doctrina deficit, illis etiã eiuſdem doctrinę deficit lingua. Nam quemadmodũ mola aquaria etiamſi in ſe ipſa optimè fabricata ſit, ſi tamen illi aqua deſit, quæ eam mouere poſsit, nevtiquàm molet, ſed otioſa manebit: & ſicut nauis licet omnia requiſita inſtrumenta, gubernaculi videlicet, velorum, atq; cor- B darum, cum omnibus alijs requiſitis habeat, ſi tamen ventus deeſt, nequaquam mouebitur: ſic etiam ſciendum eſt, ꝙ aër & aqua, quibus lingua concionatoris in dicendo mouetur, ipſa ſciẽtia & doctrina eſt. Accidit ergo, quòd dum eius intellectus in doctrina ſacra & ſanctorum lectione diues exiſtit, ipſum etiam concionatoris os ſtatim verbis abũdat: nam ſapientiæ eius abundãtia, linguam etiam abundantem reddit.

Tres ſũt cõcionatorũ differẽtiæ.

Litterarum ſtudio carẽtes.

Simile.

Simile.

Doctrinę abundãtia, linguam diſertã reddit.

¶ Hęc ita eſt Salomonis ſentẽtia, Prouerbiorum. 16. capite, vbi ſic ait: Cor ſapiẽtis erudit os ei⁹. Quod profectò experientia ipſa C notiſsimum eſt Nam ſicut ſarcinatori cum pannus deeſt, nihil operatur, quia ex quo veſtem cõficere poſsit nõ habet: & aurifex cũ ei argenti & auri materia deeſt, non vtiq; laborat, ſed otioſus omnino manet, & in arte ſua in dies torpeſcit: ſic prorſus cum à prædicatore lectio & doctrina abeſt, non vtiq; dicit: quia cum mancus in diſciplina ſit, mancus etiam in lingua remanet. Huic igitur cõcionatori tali, nullum aliud ſupereſt medicamen, quã litterarum ſtudiũ. Oportet enim eum ſumma diligentia litteris inſudare, tum ſcripturæ ſacræ, tum etiam ſanctorum lectioni: quia non ſolùm nihil dicendi, ſed grauiter errandi in concionandi officio, manifeſto ſe periculo exponit. Sicut enim aquaria mola vt primum deficit gra- B num, quod molere poſsit, ſeipſam comminuit & dilacerat: ſic cum prædicatori, doctrinę granum deficit, quod de ſe ipſo molat, neceſſarium eſt ſuas quidem imaginationes prædicare: quæ fortaſsis quandoque ſomnia erunt, omni fundamento carentia. Quandoque verò ( ſicuti diximus ) res eſſe auditoribus nociuas, quas prædicat neceſſe eſt, ipſiuſque euangelij auctoritati derogantes. Et tandem prædicator hic talis, pauca, vel nulla certè dicere valebit, quæ populo grata ſint, niſi omnino rudis aut certè beſtialis eſſet po- C pulus.

Expoſi. Prouer. 16.

Simile

Simile.

Simile.

¶ Secundum concionatorum genus eſt, illorum, qui eſtò verũ ſit, ꝙ ingenij optimi ſortiantur talen-

2. cõcionatorũ genus.

A talentum,& alióqui in litteris ſacris eruditi ſint: quia tamē mali ſunt & ſuperbi, & ingenio ſuo fidentes, eos Deus prædicationis lingua priuat. Nam quemadmodum ab eius diuina manu, euangelij ſapientia eſt: ſic etiam dicendi modus & ſtylus ab eadem procedit. Itaque vtrumque, & ipſa ſapientia, & dicendi à concionatore modus, Dei eſt donū. Sicut ex illo Lucę. 21. capite conſtat, vbi Chriſtus expreſsè dicit: Ego dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere. In quibus verbis, non ſolùm doctrinam donum Dei eſſe fatetur, ſed etiam linguā & dicendi modum. Siquidem oris nomine, ſtylus dicendi intelligitur. Nam quemadmodum eius euāgelium doctrina noua eſt, ſic etiam eiuſdem euāgelij lingua noua eſt. Et huic ſententiæ maximè concordat ſanctiſsimus ille, in diſcipulos Spiritus ſancti aduentus, qui in apoſtolorū Actis adducitur. In quo ipſe Spiritus ſanctus non ſolùm Apoſtolis ſapientiam, quā poſteà prædicarunt, ſed ipſius etiam ſapientiæ linguam tribuit: quia ſubitò & miraculosè varijs linguis, quas minimè didicerant, eruditè admodum loquuti fuerunt.

Expoſi. Luc. 21.

B

Noua euangelij lingua.

Expoſi. Act. 1.

C ¶ Et hoc eſt, quod in Pſalmo, 39. dicitur: Immiſit in os meū cāticum nouū, carmen Deo noſtro. Ideſt ſubitò in os meum talem ſuæ legis linguam proiecit, qua

Expoſi. Pſal. 39.

lem in humanis litteris nunquā didici. Hæc namq; virtutis ſemper cōditio eſt, quòd religioſi viri & linguam erudit, & diſertam facit: & id quod ſuapte natura non conſequitur, ipſa virtus quandoque ſupplet. Et hoc eſt quod de iuſto Eccleſiaſtici. 15. capite his verbis dicitur: In medio Eccleſiæ aperuit os eius, & impleuit eum dominus ſpiritu ſapientiæ & intellectus. Religioſo viro (inquit ſapiens) non ſolùm ſuæ legis cognitionem præſtat Deus, ſed etiam ſpiritum & dicendi modum prouidit: quo potenter & ſuauiter ea quæ ſcit, docere valeat. Item in Pſalmo. 36. hoc ita eſſe oſtenditur, cum propheta ait: Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Os (inquit) iuſti, quod ſemel rectè ſcit, dicere etiam rectè valebit, eiuſque lingua rectum rectè loquetur: quia nomen hoc iudicium, idem quod rectum ſignificare videtur, quandoquidem iudex & rectus, idem omnino ſunt. A

Expoſi. Eccle. 15

Expoſi. Pſal. 36.

B

¶ Huic ſententiæ conforme etiam eſt, quod per Ezechielem, capite. 29. adducitur, cum illi dominus præcepit, vt faciem ſuā contra Pharaonem poneret, in ſignum cuius dixit ei: Tibi dabo apertum os in medio eorum, & ſcient quia ego dominus. In hoc ſiquidem me eſſe tuum dominum & omnium viuentium

Expoſi. Eze. 29.

C

A agnoſcito, quia ſicut veritates ipſas tibi infundam, etiam earum linguam & os pariter præſtabo. Et in hoc maximè bonus malũ antecellit cõcionatorẽ, quia malus etſi ſapientiam habeat, os tamen obtruſum habet: etenim deficit illi dicendi libertas, propter confuſionem maximam, quã delicta ſua illi ipſi ingerunt. Sic enim Pſalmiſta ait: Operuit confuſio faciem meam. Ideſt peccata mea quaſi panno quodam lineo, faciem meam coopertam habent, vt quod intra meipſum ſentio, exteriùs dicere erubeſcã. Iuſtis autem & virtuti deditis viris, cum virtus ipſa intra ſemetipſos amplum quendam li-

*Mali ad bonũ cõcionatorem differentia.*

*Expoſi. Pſal. 68.*

*Simile*

B bertatis ſpiritum generet, atque diuino fauori ſint innixi, quaſi in ſe ipſis iam extenſi & dilatati, linguam in doctrinę eruditione libere ſoluunt: vnde non ſolùm grandia, ſed grandi etiam dicendi modo, ea quæ loquuntur, proferunt. Igitur concionatoribus iſtis, qui virtutis defectu, balbutientẽ linguã ſortiũtur, nullum aliud remedium apponendũ reſtat, pręter vitę ſuę correctionẽ, atq; vt continuo orationis exercitio ad diuinam accurrant maieſtatem: eam inſtanter exorãtes,

*Virtutis amator, libere linguã ſoluit.*

*Remedium.*

C vt ſicut in hoc mundo mutorum linguas fecit diſertas, ita ſuam balbutientem ſoluere dignetur: & tanta loquendi elegantia pręmuniat, quanta ad ſuæ legis eruditionem exigitur. Et ſicut aſinę Balaam linguam ſoluere digna- A tus eſt, ita illius os & linguam dignetur etiam ſoluere, quẽ peccata ſua tam brutalem iam reddiderunt.

*Figura, Nume. 22.*

## ¶CAPVT. VII. DE tertia cõcionatorum differentia.

TERTIA concionatorum differentia eſt, illorum ſcilicet, qui etſi ſapientiam, virtutemq; ſimul habeant, cæterùm eorum naturale & ingenium, paruo illi ſunt adiumento, ad facilitatem, & optimum in concione dicendi ſtylum: quãdoquidem à natura ſua frigidi & inſuaues ſunt. Et iſti B arte ipſa ſupplere debent, quod à ſua ſibi deficit natura, eorum ſtylum imitantes, qui in hoc cõcionandi officio potiores euaſerunt artifices, eorum in omnibus artem aſſumentes, in dicendi modo, in corporis geſtibus, & ſi poſsibile eſt etiam, in ipſo ſpiritus feruore, & in omnibus alijs, quæ ad ſuum perficiendum naturale requiruntur: & ad expellendum etiam frigiditatẽ, inſuauitatemque, quàm in dicendi forma à natura ſua ſortiuntur. Neque hoc ab alijs inquirere, aut mendicare, in con- C cionatore vitium erit, quando à ſe ipſis propriũ non habent: hoc ſiquidem ſapientiſsimorum virorum (qui de hac materia ſcri-pſerunt)

*3. cõcionatorũ differentia.*

*Inſuaues à natura cõcionatores.*

*In quib' imitād' aliquis.*

A pſerunt) inſigne præceptum eſt. Omnes enim documentum hoc vnanimiter ſuadent, dicentes. ꝙ dum hominis natura ad operum ſuorum proſecutionem mãca eſt & imperfecta, atque inſulſa, arte ipſa & induſtria eſt reſarcienda.

*Inſigne præceptum.*

¶ Hoc ita eſt Ariſtotelis expreſſa ſententia, in primo ſuę Metaphyſicæ libro, vbi ſic ait: Ars perficit naturam. Ac ſi apertiùs dixiſſet, ars naturæ ipſius defectus ſupplet. Et ſi aliquid à ſe cõſequitur boni, adhuc per artem ipſam magis perficitur, & in lucem exit. Quia ſicut enſis per cotem ipſam acuitur, ſic ipſius naturæ hominis hebetudo per artem tanquam per cotem acuitur & dilucidatur. Quod in naturalibus compertum experientia videmus, res enim naturales vix vnquam à natura ſua & natiuitate in ſuos fines & vſus habiles & perfectæ inueniuntur, quouſque ab ipſa arte perficiuntur. Lignum quippe quod in monte naſcitur, ad domus ædificium non ſtatim aptum reperitur, niſi priùs à fabro lignario doletur, atque eius aſperitas complanetur, nec non ramos eius & nodos, cæteraque ſuperflua ab eo auferat. Lapis prętereà non ſtatim ab origine ſua, ad parietis ædificium accommodatus exiſtit, quouſque artifex ſuperfluum quod habet ab illo auferat, atque per regulam rectitudinem eius dirigat. Et canis denique, ad venandum minimè à natura ſua idoneus exiſtit, etſi appetitum quendam & inclinationem de ſe ad prædam inſequendam ſortiatur, quia nuſquam hoc rectè proſequitur, ſi priùs per venatorem ipſum non dirigitur & inſtruitur, vt ſuo tempore cum opportunitas affuerit, rectè (ſicuti decet) prædam ipſam inſequatur: itaque cum iam inuenta fuerit præda, neque ipſam aut comedat, aut in fugam vertat, ſed venatori oſtendat. Accipiter prætereà, etiam ſi de ſe ad venationem appetitum habeat, vitioſè admodùm hoc proſequeretur, niſi arte priùs inſtructus exiſtat, quomodo & quo tempore, in altum volantem ardeam comprehendere debeat. Item equus à natura ſua vt homini inſeruiat inſtitutus eſt, cuius denique propria eſt hæc eius inclinatio: ſed non illud adimplere valet, niſi artificio priùs edomatus extiterit. Et hac de cauſa, in os eius frænum immittitur, compenditusq́ue redditur totus, vt compoſito gradu poſtmodùm incedat. Et tandem cum puer naſcitur, apertè videmus eius à nutrice manus pedesq́ue faſcia ligari, vt in poſterum firmentur, atque cætera corpuſculi membra melius dirigere valeat. Et ad eum omnino modũ, ars

*Ariſtot. — Simile. — Simile. — Simile. — Simile. — Simile. — Simile. — Simile.*

A ars rerum omnium naturas optimè perficit, earumq; defectus reſarcit.

Plutarchus. ¶ Plutarchus in Moralibus, in tractatu quodam cui titulus eſt, quomodo docenda ſit virtus, ait ꝙ etſi hominis natura aliquã de ſe in anima producere poſsit virtutem & honeſtatem, ſi tamẽ ars deficiat, illico marceſcit & obſcuratur, quia multa alia, bono diſsimilia, ibi ſemper admiſcentur. Simile. Sicut arbori naturale eſt, fructum producere: ſi tamen illi coloni deficiat induſtria, imperfectum penitus producit fructum: & hoc propter ipſius terræ duritiem & ſiccitatem, nec non propter nociuas herbas, quæ iuxta eius congregantur radicem. B Simile. Et pomum prætereà, quòd ex ſylueſtri colligitur arbore, non tam dulcem in ſe retinet ſaporem & ſuauem, ſicut id quod excultiuata arbore carpitur. Sic etiam virtus, quę ex ruſtico & non inſtituto homine deſumitur, propè ſemper aſpera duraque admodùm eſt: Simile. Sicut experientia teſte, in paſtore quodam & homine ruſtico inuenitur: qui etſi ad bonum, naturam procliuem habeat, quia tamen ſapientiæ illi induſtria deficit, duram nimis & abſque dulcedi- C ne aliqua virtutem ipſam producit: ita vt hic virtutis fructus, non niſi illi ſolùm ſufficiat. Quemadmodum rectè Hieronymus aſſerit, cum ait: Sancta quippe ruſticitas ſolùm ſibi prodeſt. Hiero. Vſque adeò enim inſipida eius virtus eſt, vt ſolus ipſe eam deguſtare valeat: ſiquidem in ea nulla alia dulcedinis ſcintilla reperitur, qua ab alijs appeti poſsit: quare brutales naſcũtur, & brutales viuunt, & tandem brutales moriuntur, ob hoc ſolùm quia diſciplinæ ars illis deficit. Secus autem in ſapiente viro compertum reperiemus. Nam cum in rebus virtutis inſtructus ſit, tam dulcem & ſuauem virtutem germinat, vt poſtquàm illi ſufficiens ſit, cęteros etiam ad eam comedendam prouocat. B Et hac de cauſa cũ redemptor noſter Chriſtus, nõ vtcumq; ſapiens extitiſſet, ſed ſicuti Deus, tam ſuauem de ſe virtutem produxit, vt vniuerſo mundo eam amabilẽ reddiderit. Qua de cauſa (ſicut Matthæi. 11. capite legitur) Expoſ. Matt. 11. Chriſtus dixit: Tollite iugum meum ſuper vos, iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Et hac via etiam regius Dauid propheta, nos in Deum ipſum introducere voluit, cum dixit: Expoſ. Pſal. 33. Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt dominus.

Plutarchus. ¶ Et vſque adeò (ait Plutarchus) hominis naturæ, ars perfectionem & gratiam præſtat, vt C res quæ homini magis naturales ſunt, quas nimirùm à ventre matris ſecum eduxit, ſi ſine arte,

A arte, ab hominibus accipiantur, inſipidæ & iniocundæ atque fœdæ ipſis hominibus appareant. Nam quid homini rogo naturalius eſt, quàm comedere, bibere, & ambulare? Et cum hoc ita ſit, quàm plurimæ gentium huiuſcemodi rebus obſcænè & ridiculè vtuntur. Alij namque ſicut porci ſordidè comedunt: alij immūdè, quaſi ſorbendo bibunt: alij verò, pedes ſupra terram ambulantes trahunt. Vnde fit, vt iam diſciplinæ præcepta dentur, quibus homines in his naturæ operibus optimè inſtitui debeant. Vnde de Diogene philoſopho legitur, quòd cum puerum quendam ſordidè cibum comedere conſpexiſſet, magiſtrum eius, qui iuxta illum erat, pugno percuſsit, dicens, quòd illi erat imputanda culpa, quia puerum comedere non inſtruxiſſet. Et adeò hæc veriſsima ſunt, vt non ſolùm ſubſtantialia naturæ opera artem exigant: ſed iocoſa & lepida, & quæ homines non niſi recreationis cauſa aſſumunt, ſine arte ridicula reddantur. Quemadmodum ſunt ſaltare, & cantare, & cætera his ſimilia, quæ propè ſemper videntibus iocūda ſunt & gratioſa. Quæ tamen ſi abſque arte exerceantur, circunſtantes ad riſum omnino prouocant. Quare de eis inter homines iam ſcholæ ſunt, in quibus regulæ & documenta præſtantur, quemadmodum in his rebus homines bene inſtitui valeant.

Simile. — Diogenes. — B — Simile. — C

¶ Quintilianus in ſuis oratorijs inſtitutionibus, libro decimo, capite ſecundo, de hac eadem materia loquens, primum aſsignat præceptum, ad inſtituendum oratorem, ne ſcilicet naturæ ſuæ ſufficientia contentus ſit, ſed vt eam arte adiuuet, eos ſemper imitans, qui in hac dicendi arte excellentes euaſerunt oratores, ita vt ab eis induſtrias ſuas inuentioneſque, atque verba, & adhuc corporis geſtus furari conetur. Nam maior vitæ noſtræ pars (ait Quintilianus) conſiſtit vtique, in hoc quòd ſemper aliorum opera, ſicut ſimiæ imitari volumus: ſiquidem in hominibus, alter alterius ſimia eſt. Quod proculdubio verum apparebit, ſi per ſingula diſcurramus. Pueri enim vt faciliùs ſcribendi ſtylum conſequi poſsint, ad magiſtri manum attentè reſpiciunt, Quemadmodum calamum accipiat, illumq́ue moueat. Muſici etiam præceptoris ſui vocē contemplantur, quam videlicet in eius aſcenſu & deſcēſu formā ſeruet. Pictores itidem, antiquorum artificum deliniamenta conſiderant. Prætereà ruſtici agricolæ eam imitantur agriculturam, quæ iam à priſcis approbata eſt. Et ſic omnia diſciplinarum principia, per antiquorum

A — Quintilianus. — Arte, natura adiuuanda eſt. — B — Simile. — Simile. — Simile. — Simile. — Simile. — C

A ſemper formantur exemplaria. Nam cum homines ſicut & cæterę res naturales, ei quod perfectius eſt, ſimiles fieri appetamus, & hoc rarò aut certè nunquam ipſa faciat natura ( rarò etenim videmus à natura ſua rem aliquam alteri perfectè ſimilem extitiſſe) hinc inquam neceſſariũ eſt, vt arte fiat, quod à natura minimè perfectum eſt.

2. documentũ. ¶ Secundũ documẽtum, quod documenti primi interpretatio eſt, eſt nempe, quòd in imitatione, qua concionator aliquis egregium aliquem concionatorem imitatur, defectus quos à natura habet, cooperiat. Non omnia ibi ars, aut mera imitatio ſint, ſed præcipuus locus indicendi arte ſemper naturæ ſuæ relinquẽdus B eſt: quandoquidem natura ipſa eſt, quæ propriùs & ad viuum res ipſas repreſentat. Qua de cauſa res omnes, quæ in imitatione magis naturam ipſam ſapiunt, hominum guſtui iucundiores ſunt, atq; ab eis libentiùs & auidiùs recipiuntur. Et hinc eſt, quòd pictura, quæ magis naturam præ ſe fert, pretioſior eſt. Et pictores qui maiori habentur in pretio, illi quippe ſunt, qui in ipſa imitatione, naturam rerum plùs inſequuntur. Quare hominum voces perfectiorem, C quàm alia muſicæ inſtrumenta melodiam conſtituunt: quandoquidem ipſius naturæ viua ſunt inſtrumenta, cætera verò nõ niſi mortua, quæ nihil in ſe præter artem habent: & ſi quid aliud boni in ſe ipſis cõtinent, illud profectò eſt, in quo ipſam imitantur naturam. Vnde pſittaci, turdi, & picæ, hominibus iucundi valde, atque lepidi redduntur, quia hominum naturam repreſentant. Et inde eſt quòd in comœdia, illi potiores reputantur actores, qui magis ad naturam, aliorum perſonas agunt. Et ſicut cibi cõfectio, vt hominis guſtui ſit accommodatior, talis eſſe habet, vt non tanto ſit ſalſamento inuolutus, ꝙ cibi naturalis ſapor confundatur, ſed ita ad ſe inuicem mel & acetum miſceantur, ne cibus totus aut dulcedinẽ aut acetum ſapiat: ſic etiam ita ars in ipſa hominis natura inſerta, ſiue imbibita eſſe debet, vt nullatenus ibi artem eſſe appareat, ſed ipſa inſerta ars naturam redoleat, Nam quemadmodum cum aqua vino admiſcetur, tam iminutum aquæ ſaporem retinet, vt totum eſſe ſuum ammiſiſſe videatur, atque in vinum ſuam omnino tranſmutaſſe naturam, adeò vt qui vinum dilutum biberit, aquã ibi eſſe minimè cẽſeat: pari etiam forma ita ars cum natura concionatoris admiſcenda eſt, vt artificium omnino amittat, totumque concionandi artificium natura hominis in ſe imbibat & abſumat, & tãquam ſuũ eſſe proprium conſtituat. Hæc enim rerum omnium naturaliũ gratia

Indicẽdi arte natura maxime imitanda eſt.

Simile.

Simile.

Simile.

Simile.

Simile.

Ars, in natura imbibẽda eſt.

Simile.

A gratia eſt, ſuas videlicet ſemper actiones proprias oſtendere, eis viribus & efficacia, quam à natura ſua ſortiuntur. Qua ratione etſi verum ſit, Deum cum omnibus ſuis concurrere creaturis, poſſeque abſq; ſecūdis cauſis earum effectus mirabiliter operari, minimè tamen hoc facit, ſed eas liberas in ſuiſmet actionib⁹ relinquit: quia hæc earum omnium gratia eſt & decor, quem à natura ſua ſibi vendicant.

Simile

¶ Hoc iſta eſt expreſſum Quintiliani documentum, in oratorię ſuæ præceptis, libro. 10. capite. 2. vbi ait, artem minimè per ſe ſufficere, neq; gratiam in rebus obtinere, niſi in ipſa natura fuerit B imbibita, hæc namq; eſt quę veram in rebus efficatiam habet, vt eas proprie perſuadere poſsit. Et in tantum imitatio inter homines prætioſa eſt, in quantum naturæ ipſi adhæret, & ècontrario, oratio quæ ſolum in ſe artē habet, mortua quidem eſt, quia ſanguine & viribus omnino caret, eiuſque eſſe, figmentum potius, quàm veritas apparet, quod ſi valoris aliquid in ſe continet, illud profectò eſt, quod naturæ ſpeciem & formam habet.

Quintilianus.

Natura, verā parit efficatiam. Imitatio naturæ maxime adhęrere habet

Simile.

¶ Hinc ſequitur quàm vitioſe aberrent prędicatores illi qui ſe totos omnino in alterius ſtylum C & dicendi modum ſe transformant, ſuum totum naturale eſſe penitus relinquētes. De quibus vere dici poteſt, quòd magis eius quod dicūt, repreſentatores ſūt, A quàm veri auctores. Et vt verius dixerim, ipſius euangelij nō prædicatores, ſed potiùs (more pſittaci & picæ) garrulantes ſunt. Nā ſicut aues hæ, nihil de ſe, ſed tantum quod audiunt loquūtur, ſic etiam concionator, qui ſe totum imitationi confert, in concione ſua nihil de ſe profert, ſed tantum id quod ab ipſa arte men dicauit. Ars ſemper ipſius naturæ ſimia eſt, quo fit vt concionator qui ſolum arti alligatus eſt, vt in concionandi arte non prędicator, ſed ſimia eius quod dicit maneat. Vt igitur prędicator ſolum ſimia in concionandi officio non maneat, conducit maximè ne ſoli arti, & alterius dicen B di ſtylo alligetur, quia ſicuti diximus tunc temporis, potiùs ſimia quàm eius quod dicit verus eſſet auctor, quare eius cōcio, potius comædiæ haberet formam, quàm veræ prædicationis imaginem.

Concionatorū error.

Simile. Simile. Ars, naturæ ſimia. Simile. Simile.

¶ Tertium documentum eſt, cōcionator attente inſpicere debet, dum aliquem alium imitatur, quantumcumq; qui imitandus accedit, in concinandi arte egregius ſit & perfectus concionator, ne omnia quæ in eo relucent imitetur. Nam ſicut, Quin C tilianus in ſupra citato loco ait, nullus vnquam orator in officio ſuo tam perfectus euaſit, ꝙ vitiū aliquod in ſe nō cōtineat, à quo qui eum imitatur ſe abſtinere

3. documētum. Non oīa imitāda. Quintilianus.

 debet.

A debet. Demoſthenes enim ex Grę cis perfectior extitit orator, cum hoc tamen in aliquibus, rectius aliqui ſunt oratores loquuti. Et Marcus Tullius, & ſi inter omnes oratores, eloquentis nomen obtineat, non propterea tãquam infallibile exemplar, ſcriptura eius aſſumenda eſt, vt putemus nihil in ea reperiri poſſe, quod reijciendum veniat, ſed concionatoris cuiuſlibet qui alium imitatur, hæc ſemper habet eſſe attentio, ꝙ in eo bonum quod illuxerit accipiat, ob hoc præciſe quia bonum eſt, & non quia Ciceronis eſt, malumq; in eo relinquat, ob hoc tãtum quia malum eſt, & nõ vtiq; quia à Demoſthene oriatur, licet quandoq; maximè ponderet dicẽtis auctoritas. B Et tandem taliter concionator, eius quod imitatur bono inhęreat, vt attente perpendat, ne ab eiuſdem corrumpatur malo.

Demoſthenes. Tullius. Demoſthenes.

¶ Hoc tamen dixerim, quia ſępe contingit ꝙ ex nimia attentione, quam quis habet ad alterius doctrinę electionem, vel diſtinctionem, aut verborum proprietatem, quam in ſuis ducit cõcionibus, ſubito ab eiuſdem dicendi peſsimo ſtylo inficitur. Et ècontrario quandoq; accidit, vt dum optimum dicendi modum C reſpiciat, ad imitandum, à peſsima veritatũ electione ſubito corrumpatur, ita vt poſtmodum difficile ab huiuſmodi infectione ſeſe excutere valeat. Quamobrẽ

Notandum.

conducit maximè concionatorem talem, dum alium imitari conatur, ſemper in imitatione ipſa apis conditionem ſeruare, quæ cum in ſpina inſederit, florem de ſumit, & ſpinam relinquit. Ita in imitandi arte ſic cautus eſſe habet concionator, vt malum veluti ſpinam fugiat, dum bonum eligere intendit, quia non tam conſummatus in concionandi arte, ille qui imitatur exiſtit, vt in eo quidquid dixerit flos ſit, quin aliquæ inſerantur ſpinæ. Vnde maximè decet vt in imitatione illius, ſic ad florem manum porrigat, ꝙ ab ſpina minimè vulneretur, quia ſic concionatoris quod optimum eſt, inſequi debet, vt ab eius vitio cõtaminari caueat. Et certiſsimũ proculdubio eſt, conſiderationis huius defectu, quàm plurimos hodierna die reperiri corruptos concionatores non tantum quia naturale eorũ, eos vitioſos reddat, quãtum quia in hoc, aliorum vitioſum habitum inconſiderate induerunt. A B

Simile. Simile.

¶ Secunda ratio, quam etiã aſſignat Quintilianus, quare in oratore (quantumuis optimo) non omnia ſint imitanda, eſt nẽpe. Quia aliquando oratori illi, aliqua tam propria ſunt, ꝙ impoſsibile videtur id alicui alij oratori, niſi grandi improprietate accomodari poſſe, quæ proculdubio ſtatim ab alijs furata eſſe, aperte annotarentur. Quemadmodum ſunt conatus, & dicendi ſpiritus, C

2. ratio. Quintilianus.

A ſpiritus,& propriæ linguæ pronuntiatio,quia quandoq; peculiarem aliquam gratiam ſibi cõnaturalem,in pronuntiando ſortitur,quæ ex ipſius mera conditione & complexione oriri videtur, ſicuti eſt balbutire ( quod vulgo dicitur cecear ) aut magno vocis boatu buccis plenis loqui, aut certe celeriter verba proferre,eadem verba quaſi titubãdo repetere,aut ipſa quę loquitur, nimis de articulando. Et alij quàm plurimi peculiares modi, qui ex ipſius ſingularitate perſonæ naſcuntur,qui ab auditoribus iam tam recepti ſunt,alterius eſſe concionatoris proprietates, quòd malè in cõcione,qui alium imitatur,eis vti poſſet,niſi auditores ipſos ad riſum prouocando. Quia proculdubio cõcionator talis, ſcriptum in fronte portaret,id omnino nõ ſuum, ſed ab alio furatum eſſe. Quare ait Quintilianus, ꝙ omnis eloquentia commune aliquid habet, quod imitari poſsit,& proprium aliquid quod omitti debeat,nam ſicut quælibet res naturalis proprium ſuum decorem habet & pulchritudinem, quę ipſam illuſtrat,& ab alijs diſtinguit. Qui inquã decor proprius, roſam in eſſe roſæ conſtituit, & pomo, pomi eſſe & gratiam tribuit,&roſa,id quod pomi eſt proprium,vſurpare non poſſet, neq; ediuerſo,pomum, roſæ eſſe,in ſe transferre valeret, abſque eo ꝙ roſa appareret,& roſa itidem pomum videretur. Sic etiam ſunt hominibus peculiares gratiæ,& tam ſibi naturales, quæ ſibi decor & pulchritudo ſunt, ꝙ difficile ab alijs imitari valeant,abſque eo quòd in eis improprium nimis atque ridiculum videretur, ſi quandoq; in concionibus vti eis vellent.

Propria cõcionatori, male imitãtur.

B

Quintilianus.

Simile.

C

A

¶ Et hinc eſt, quòd aliorum optimum ingenium imitari nõ poteſt. Nam donum quoddã naturale eſt,quod à qualitate & ipſius hominis principio indiuidui oritur. Nam ſi ingenij habilitas imitari valeret, nullus vnquam in toto orbe mali ingenij reperiretur homo: Nam vſque adeò appetibilis eſt intellectus optimus, quòd primum quod à vicino noſtro furari conaremur, eius certe eſſet habilitas & ingenium. Sed tamen eſtò verum ſit, quòd in hac intellectus potẽtia, homines manum non habeant, verum tamen boni ingenij opera,in oratore imitari poſſunt. Sicut eſſet claritas in dicẽdo,& eorum quæ dicit diſtinctio, atque optima rerum,grauiumq; & ſubſtantialium electio,curioſis, inutilibus, & vanis, à ſe excluſis doctrinis. Prętereà ordinem,quẽ in diſpoſitione rerum (quas tractat) ſeruat, vbi cuilibet rei,ſuã propriam ſedem aſsignat. Item corporis geſtus & motus, rebus ipſis ( quas dicit ) accommodatos,proprietatem etiam vocabulorum,

Ingeniũ optimũ imitari non poteſt.

B

Ingenij opera, imitari poſſunt.

Ordo in dicendo ſeruãd⁹.

C

A lorum, quæ ad dicendum omnia quæ vult adinuenit. Quādoquidem omnia hæc optimi ingenij & intellectus ſunt actiones, quæ pro noſtra poſsibilitate artis exercitio, etſi non omnia, aliqua ſaltem conſequi poſſemus.

Optimi ingenij actiones

4. documētum.

¶ Quartum documentum eſt. Qui alium imitari conatur, non ad vnius dumtaxat imitationem ſeſe aſtringat. Hinc enim duo generantur inconuenientia. Primùm eſt, ꝙ ab vno ſolo concionatore (quantumcumq; egregio) nequaquā omnia elici poſſunt, quæ ad ipſius ſupplendum defectus exiguntur. Nam in vno ſeorſum concionatore, vt in plurimum, vnū aut duo reperiri poterūt, quæ imitari queant. Nam ſicut ſupra diximus, nullus vnquam orator tam perfectus euadit, in quo plures non ſint defectus, quos fugere deceat, quā virtutes quæ imitari poſsint, & vbi ipſi imitanti appetitus non generetur, potiora alia inquirendi, quàm ea ſint quæ in tali reperiū tur concionatore. Nam ſi in eo vocabulorum proprietas inuenitur, optima eorum pronunciatio deficiet, ꝙ ſi hanc conſequutus etiā fuerit proprijs corporis motibus & geſtib⁹ carebit, ꝙ ſi proprios & decentes corporis etiam geſtus obtinuerit, ab ſpiritu & dicendi efficatia vacuus exiſtet.

Incōuenientia.

B

C

2. inconueniens.

¶ Secundùm inconueniens. Quod ex vnius dumtaxat imitatione ſequitur eſt. Quòd poſtquā ſemel vnius ſolùm concionatoris formam induit, quidquid deinceps in ſuiſmet edifferit cōcionibus, ſub hac ſemper eadem forma, omnia tractat & dicendi ſtylo. Quòd ſi ſtylus dicendi flebilis eſt, omnia lamentatur, ſi autē iocundus & lętus, omnia ridet, ſi verò colericus, omnia veluti furijs inuectus, correctionibus implet. Nam cū in alterius dicēdi formā tam intimè ſe transformauerit, iam quaſi impotens redditur, vt alio dicendi modo vti in concionibus poſsit, etiam ſi materia, quam tractat, aliam dicēdi formā exigat: Quod profectò notabile eſſet in prędicandi arte vitium, velle ſcilicet materias oēs & veritates, eodem ſemper dicēdi habitu veſtire. Aliæ namque res, furorem & iram in concionatore requirunt, aliæ, manſuetudinem, aliæ ſuauitatem in dicendo expoſcunt, aliæ, non niſi aſperitatem. Quædam verò triſtitiam poſtulant, quædam autem letitiam, quædam verò rigorem, & quædam denique indulgentiam appetunt. His igitur ſuppoſitis, accidere vtique poſſet, dùm concionator vnius dumtaxat imitationi alligatur, quòd eius ſpiritus furibundus eſſet. Vnde prouenirer, quòd iſte alius omnes rerum veritates in concione ſua, eodem furoris ſpiritu veſtiret, quæ maxima eſſet proculdubio improprietas, atque auditoribus diſſonantia. Et ſimili modo in

A

Notandū maxime.

Simile.

B

Variæ materiæ variū requirunt ſtylum.

C

A in triſtitia, hoc exemplificare poſſemus, quia videlicet, cum huius concionatoris ſtylus lamentabilis eſſet, omnia quãtumcunq; eſſent lęta, plangeret, & amara redderet. Quo quid deformius rogo auditoribus apparere poſſet, quàm ea quę lęta ſunt ſub triſtitiæ imagine ipſis repreſentaré, & èdiuerſo, quę triſtia exiſtunt, ſub lętitię ſpecie hominibus concionari?

*Lamentandi ſpiritus.*

¶ Huius formę ſunt concionatorum quàm plurimi, qui omnia quę tranctant, lamentantur, & paſsionis more prędicant, etiam ſi de ſe myſteria & ſacramenta ſint, in quibus Eccleſia lętitiam & gaudium exigat. Quia iam ni-

B mirùm triſtem dicendi ſtylum induerunt, à quo ſe eximere difficile valent: Alij ſic in ſanguineum quendam, & lętum cõcionandi modum verſi ſunt, ꝙ non niſi iocunda cõcionantur, & omnia ſub lętitiæ imagine prædicant, & paſsionis myſterium, eodem tripudio & lętitiæ ſpiritu prædicãt, ac ſi domini noſtri eſſet natiuitas, ſiue eiuſdem ſacratiſsima reſurrectio.

*Letandi ſpiritus.*

Alij autem, ſpiritum quemdam dicendi rapidum & acceleratum, ita in cõ-

*Rapid' ſpirit'.*

C ſuetudinem duxerunt, vt in ſermone dũ concionantur, nec vno temporis momento ſeſe detinere valeant, aut tantiſper quieſcere, vt eorum quæ tractant, indicendo differẽtiam agãt, atq; ab alijs in loquendi forma diſtinguant, & quamlibet rem iuxta conditionem ſuam ponderent, atque vnicuiq;, ſpiritum quem requirit tribuant.

A Et adhuc tam rapidus eſt eorum dicendi modus, ꝙ neque audientes ipſos anhelare permittant, nam cum ſemper ſuſpenſi ſint, & quaſi violenter ab ipſius dicentis ore pendentes, nõ ſine magna moleſtia laſſati admodum exiſtunt. Quo fit vt cõcionis finẽ iam videre ſummopere appetant, vt vel ſic, à tanta vexatione eximi valeant.

*Simile.*

Ex quo enim ſermonem inceperũt, quaſi equi effrenes vſque in finem decurrunt, qui in ipſo curſu ceſſare penitus neſciunt, quouſq; eorum maxillę habenis cõprimuntur.

B *Simile.*

Et quẽadmodum etiã aquaria mola molere non ceſſat, vſq; quo tritici granum finitur, ſic etiam huiuſmodi concionatores in concione nevtiquàm ceſſant, quouſque doctrinæ granũ abſumunt.

¶ Qui tamẽ defectus, vt in plurimum oritur, ex vnius ſolũ ſtyli imitatione, quia vni tantum dicẽdi ſpiritui ſeſe aſtringit. Quare huic nullum aliud medicamen adeſt, niſi plures imitari cõcionatores, & à quolibet, id quod melius & ſibi accomodatius extiterit, elicere.

C *Quę, in dicẽdi arte imitãda ſunt.*

Ab alio quidem, diſtinctam pronuntiationem, ab alio, gratioſos, proprioſq; corporis motus & geſtus, ab alio autem rerum ſubſtantialiũ & grauium, optimã electionẽ, ab alio

verò,

A verò, claritatem & in dicẽdi modo diſtinctionem. Ab alio autem vocabulorum proprietatem, quã ad ſignificãdum quidquid vult habet, ab alio ſpiritum, dicẽdiq; efficatiam ac deniq; ab alio grauitatem, decentemq; in ſuggeſtu corporis poſitionem. Et hoc cõcionatoris exercitium eſſe debet, cum ſeorſum ſolus exiſtit, nempe vt totis viribus & ſumma diligentia conetur, ſeſe in his varijs dicendi modis & formis exercere, naturamque ſuam repugnantem trahere, vt hæc omnia in ſe ipſa recipiat, & imbibat, diuerſas ſecum ipſe fingen-

Concionatoris exercitium.

B di materias, quæ varios hos dicẽdi modos exigant. Et ad hoc conducit maximè vt ſeorſũ in agro, vel in aliquo alio ſecretiori loco, ſeſe cõcionator probet, vt hoc continuo exercitio indomitã naturã, licet recalcitrãtem trahat, eamq; prædicandi recto ſtylo penitus ſubijciat, ita vt in hac, quã ſeorſum exercet, prædicatione, quandoq; plangat, iam verò rideat, quandoq; verò in furorem vertatur, & quãdoq; manſuetus reddatur, & iã aſpere loquatur, iam verò non niſi dulciter & ſuauiter, vbi ipſos etiam motus, & corporis geſtus, his quæ dicũtur rebus concordare faciat, linguã

Quibus ĩ locis ſe exercere debet

Variæ prædicãdi formę.

C vocabulis proprijs & grauibus aſſuefaciens, vt ſic ex varijs dicendi formis, theſaurum acquiſitum habeat, eorum, quę ad eius perficiendum naturale, exiguntur. Et tandem curare habet vt in concione, veritates omnes & materias, digeſtas, & vnã quanq; ſua proprietate diſſertas, chriſtiano populo proponat. Quãdoquidem, aliæ vnum dicẽdi modum exigunt, aliæ verò alium. A

¶ Videmus quòd vt faber lignarius in arte ſua perfectus ſit, neceſſarium ſibi fore, inſtrumentorum varietatem habere. Fatuũ enim eſſet omnia vnico dumtaxat inſtrumẽto operari velle, ſed ꝙ iam ſerram accipiat, iam dolabram, iam verò ſcalprum ferreum, & tandem quòd omnia artis inſtrumenta euoluat oportet. Sic etiã egregium decet concionatorem, varios dicẽdi ſtylos tãquam inſtrumenta in concionãdi arte aſſumere. B Quandoq; ad viuum quod triſte eſt repręſentans, vt ad miſericordiam duros corde promoueat, quãdoq; verò, lęti perſonam agens, vt triſtes, & demiſſos corde animare ſciat, iã verò manſueti perſonã aſſumẽs, vt ſic pertinaces & rebelles homines conuincat. Item aliquando furioſi perſonam gerat neceſſarium eſt, vt vitia acriter reprehendat.

Simile.

Varij dicẽdi ſtyli.

¶ Et hæc eſt donorum varietas & abundantia, quã Spiritus ſanctus in ipſamet redemptoris noſtri perſona conſtituit, C dum ſibi ſpirituum varietatem ad prædicationis ſuę complementũ infudit, à quo tanquam à perfectiſsimo exẽplari, omnes nos poſtmodùm

A dùm accepturi eramus. Sicut ex Iſaia.11.capite conſtat, vbi ſic legitur: Requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, ſpiritus ſapiētię & intellectus, ſpiritus cōſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientię & pietatis, & repleuit eum ſpiritus timoris domini. Vbi non ſolum ſibi ſapientiam, ſpiritum ſanctum prouidiſſe conſtat, ſed etiam de eiuſdem ſapientiæ ſpiritu, ad eam diſſertè & efficaciter docendam. Et ſicut variam ſibi rerum ſapientiam præſtitit, ſic etiam varios dicendi ſpiritus, ad eas hominibus interpretandas dedit. Nam ad res pietatis & miſericordiæ, pietatis etiā dedit ſpiritum, ad res autem conſilij & prudentiæ, ſpiritum prudentiæ indidit. Sed ad res fortitudinis, fortitudinis ſpiritum prouidit. Ac deniq; ad res timoris, ſpiritum timoris infudit.

Expoſi. Iſa.11.

B

¶ Itaq; ſicut pictori ad ſuę artis perfectionem conducit, ꝙ varijs figuris, quas depingit, diuerſos tribuat ſpiritus, quibus imaginum vultus viueſcāt, & qui viuidam formam imaginibus pręſtent, in qua nimirùm ſpiritus diſtinctione, earū perfectio conſiſtit. Vnde alium ſpiritum homini præſtat, & alium equo, aliū elephanto, leoni verò alium. Sic etiam hi diuerſi dicēdi ſpiritus, diuerſa viua ſunt, quæ concionator quiſq; varijs rebus (quas in concione ediſſerit) præſtare debet.

Simile.

C

¶ Hoc igitur, non in imitatione vnius ſed multorum obtinetur, nam ex pluribus plurimi oriuntur dicendi ſpiritus, cæterum ex vno, non niſi vnus dumtaxat, dicendi modus & ſpiritus promanare poteſt. Vnde Quintiliani documētum eſt, libro.10. de oratorijs inſtitutionibus capite.2. dicentis, quòd qui ad vnū dumtaxat oratorem reſpicit, vix pars aliqua in eo reperitur, quam in ſui commodum reportare poſſit, at verò qui oratorum multitudinem cōtemplatur, plurimas profectò reperiet partes, quas velut proprias in ſe ipſo trāsformare valeat. Quapropter (ait ibi Quintilianus) dum Tullij oratoriam perſpexeris vt eius elegantiam imiteris, nihil inficiet Cæſaris loquendi modum contēplari, vt inde orationis ſuæ efficatiam educere poſsis. Atque Cęlium, vt eius acerrimas reprehenſiones accipias, nec non Polionem, vt ex eo diligentiam deſumas, ac deniq; Caluum, vt eius optimum ſequaris iuditium, & ſic in cæteris oratoribus.

A Nōvnus ſed plures ſunt imitādi cōciona tores.

Quinti- lianus.

Tullius.

B

Cæſar.

Cælius.

Polio.

Caluus.

¶ Quintum & vltimū in hac materia documentum eſt, in quo maximè inſtruct⁹ eſſe debet, qui alium imitatur, videlicet, ꝙ ſemper malos concionatores audire refugiat. Et quidem malos appello, non qui peſsimis infecti ſunt moribus, quia huiuſcemodi, multoties in ſe ipſis peſsimi ſunt, in doctrina tamē optimi reperiuntur

5. docu- mētum.

C Mali cō cionato ribus fugien das.

A tur artifices. Sed malos appello, qui in concionandi arte imperiti, & imperfecti ſunt, quia inſulſi quidem & frigidi exiſtũt, & qui vt in plurimum in concionandi officio defectibus abundant. Et ratio huius potiſsima, hęc eſt, nã qui cõcionatores tales audire aſſueſcit, eorum certe infirmitatis participem fieri neceſſe eſt. Nã eſtò verũ ſit, ꝙ ex eis pro animæ ſuę ſalute cõmodum aliquod reportare poſsit, nõ tamẽ ꝑ illorũ concionandi officio. Nam ſicut in corporis infirmitatibus contingit, quarum plurimę de ſe cõtagioſę ſunt (ſicut ethica, & pthiſica, atque lepra) ſic etiam peſsimus cõcionãdi ſtylus, lepra quędam eſt, quę auditorem ipſum inficit. Nam ſicut pſittacus & pica, ex hoc quòd hominum verba nimium frequentat audire, ſcilicet, Ieſus, aut Maria, poſt modum nequaquam ab eiſdem verbis ſe eximere poteſt, quin eadem verba etiã ipſe proferat, quippequi naturam ſuam iam in talem dicendi modũ conuerterit, ob hoc ſolũ, quia in audiendis prædictis verbis conſuetudinem duxit, ſic etiam hominis natura, etſi per rationẽ ipſam in omnibus dirigatur & diſciplinabilis ſit, ac proinde in defectib' ſuis corrigi valeat, ex ea tamen parte qua brutale eſſe quodam cõſequitur, idem cũ eo cõſuetudo valet, quod etiã cũ bruto animali, quãdoquidem res aliquas eum recipere cogit,

Ratio.

Simile.

B

C

Simile.

A in quibus iã quaſi coactus viuit, ita vt ab eis ſe poſtmodũ difficile eripere valeat. Nam taliter in ſe ipſo incorporatas res ipſas habet & imbibitas, vt quãdo iam ratio eas corrigere decernit, non niſi magna difficultate hoc perficere poſsit. Sicut verbi gratia in homine exẽplificare hoc poſſumus, ſicuti eſt non rectè incedere, ſed pedibus ſuper terrã reptare, aut corpus totum ſupra latus vnum demiſſum portare, aut certe brachijs deorſum pendẽtibus deambulare, vel ſordide comedere, aut nimiũ erectũ collũ ducere, aut in alterũ latus caput inclinatũ habere, & quandoq; etiã clamoribus loqui, & aliquando etiam barbam vel oculos aut frõtem ſæpe manibus fricare, cęteraq; hominũ naturalia vitia, ex quibus omnibus conſuetudo ipſa, hominis naturam veſtiuit. Sic pariter ſunt mali concionatoris vitia, quemadmodũ ſunt impropria vocabula, indecenteſq; corporis motus, atque indicendo tepiditas, paſsim etiam palmarum percuſsionem facere, atque exceſsiue in pulpito abſque propoſito vociferari, quæ omnia ex mera ſolum audiendi conſuetudine, auditorem ipſum inficiunt: ita vt deinceps, quantuncumq; in concionandi arte per rationẽ ipſam ſe corrigere velit (vt vitioſa hęc à ſe omnino excutiat) difficile admodũ illud obtinere poteſt. Itaq; ſicut peſsimi viuendi mores,

Simile.

Cõſuetudo in naturã vertitur.

B

Concionatoris vitia.

Palmarum percuſsio.

C

Simile.

A mores, contagioſi ſunt, alioſq; ſibi adhęrentes contaminãt, ſic pariter concionatorum peruerſi dicendi modi, ex nimia audiendi continuatione, ſibi adhærẽtes cõmaculant. Quo fit vt qui à peruerſi concionatoris vitijs, ſe liberum videre appetit, decet maximè vt optimos cõcionandi artifices audire aſſueſcat. Ex hoc enim duo eliciet cõmoda: alterum animæ ſuæ ſaluti conducens, nam quod optime & eleganter dicitur, vt in plurimum audiẽtis animum B mouet. Alterum autem officio ſuo conducens valde: nam optimum dicendi ſtylum, auditores prope ſemper induunt.

Duo cõmoda.

Eloquẽtia, animũ mouet.

## ¶CAPVT. VIII. DE geſtibus & concionatoris motibus.

POSTQVAM ergo in cõmuni iam diſſeruimus ea in quibus inſtructus et prouidus habet eſſe cõcionator, dum aliquẽ alium concionatorẽ immitatur, quia tamen ſermones vniuerſales, minimè quidem ſufficiẽtes ſunt, vt ſatis res ipſæ intelligantur, decet iam vt ad ſingularia quæque deſcendamus, quæ in hac concionandi arte, ad maiorẽ eius perfectionem ſeruari habẽt. Et vt hoc diſtinctius percipiatur aliquas oportet in præſentiarum C regulas præmittamus.

1. regula.

Prima igitur regula eſt, circa motus corporis et cõcionatoris geſtus, quos in pulpito cõmuniter format, vt eiſdẽ motibus doctrinã quam prædicat aſſociet, quem admodũ ſunt ipſius vultus & oculorum, manuumq; & brachiorũ motiones, quæ profectò plurimũ præſtant ad eas res ſignificandas, quæ in cõcione ediſſerũtur, quia non ſolum noſtrorum conceptuum partum per verba facimus vt voluntatem noſtram alijs aperiamus, ſed etiam per ſigna atque ipſorum mẽbrorũ motus. Quod apertum videmus in mutis hominibus, qui cum linguã aliam nõ habeant, vt cõceptus ſuos alijs explicent, ipſis manuum, atque corporis geſtibus ſeſe declarant. Itẽ ſalutatio atq; beneuolentia, quã verbis homines ſibi inuicem exhibere ſolent, quandoque ſola capitis inclinatione fit, abſq; alia aliqua voce. Itẽ loco linguæ, ſola manu, quem volumus ad nos vocamus, necnõ, ſolis frontis rugis eũ expellimus, qui guſtui noſtro, minime conformis eſt. Atque ex geſtu & incedendi forma, animi noſtri diſpoſitionem, conditionẽque (quę intra nos eſt) ſignificamus, quantũcumque incluſus & abditiſsimus in nobis ipſis, noſter exiſtat animus.

A

Geſtus corporis

Simile.

B

Brutorũ lingua.

Simile.

Simile.

Simile.

Simile.

Et hoc quod dicimus, vſque adeò verũ eſt, quòd vſque ad ipſa animalia bruta extenditur, quæ cum lingua careant, vt id quod ſentiunt explicare poſsint, oculis tamen, & cæteris corporis motibus, furiæ ſuæ affectus, triſtitię atque lętitiæ cognoſcimus. C

Brutorũ motus.

Simile.

A Sicut in cane experiētia cōpertū eſt: quippe qui cauda ipſa amicitiam à nobis expoſcit, dētibus vero irā ſuam demonſtrat, dū autem ſaltat, & circunquaque iuxta nos hinc inde curſitat, nobis etiā lætitiam ſuam inſinuat. Nec ſolū in huiuſcemodi brutis, quę vitā habent & mouentur, hoc eſſe verum comperimus, ſed adhuc in imaginibus, quæ mutæ ſunt tabulæ, ipſarummet delineatio & figura, nobis quędam lingua quæ loquitur eſt, ſuamque nobis pulchritudinē prædicat, noſtroſq; affectus, ac ſi vox viua eſſet excitat.

Simile.

B

Et in tātum hoc verum eſſe reperimus, ꝙ cum in hominū nationibus linguę diuiſę ſint, ita vt vnius nationis gētes alterius linguā minimè intelligāt, niſi illi ſolum, qui eiuſdem ſunt linguę: cū hoc (inquam) ita ſit, ſola hæc lingua omnibus mundi nationibus cōmunis remāſit, quā nullus hominū ignorat, videlicet corporis motus & ſigna quę mēbris fiunt. Et ſic Gallus, vel Hiſpanus, Cantaber, ſiue Indus, intelligūt quidē quòd quādo manū extēdimus eā verſus nos incuruando, quòd aliquē ad nos vocamus: quādo autē eandem manum à me auertò eā vtique excutiendo, quòd expello & à me aliquem abijcio, & quòd eum abire volo, agnoſcimus. At verò cum caput in vtrumque latus circumfero, omnes intelligūt me aliquid nolle, cum autem directè caput flecto, me aliquid acceptare, aut in eo conſentire dignoſcunt. Eſt ergo veriſsimum, maximā eſſe ſignificationis partē, nimiumq; naturale ad noſtros explicandos cōceptus, motus ipſos, corporiſq; geſtus et nutus.

cōmunis omniū natiouū lingua.

Exēpla.

C

A

Secunda regula eſt, præcipua pars inter omnes alias: atque efficaciſsima ad res perſuadendas: & cuilibet concionatori conducēs maximè, optimi ſunt, atque proprij corporis motus. Quod nempe negotium velut expediēs valde apud veteres oratores vſque adeo receptum fuit, quòd in maximo prętio, ſemper ab omnibus habitum eſt. De quo etiam regulas & pręcepta non pauca tradiderunt. Quemadmodum, ſcilicet, optimus quiſq; orator, in oratione ſua vultus manuum, brachiorumque motus, cum rebus ipſis concordare habeat. Sicut vtique Quintilianus fuit, Cicero, atque Demoſthenes, cæterique ſimiles auctores, qui de hoc multa reliquerunt præcepta. Qua de cauſa huius generis eloquentiam Demoſthenes apprimè inſequutus eſt. De quo legitur, quòd cum iam oraturus acceſsiſſet, coram ſe ſpeculum magnum habebat, per quod vultus ſui formam & motum cum rebus, quas tractabat, componebat, ne ibi improprietas aliqua, ſiue deformitas appareret. Et eſtò verum ſit quòd ſolicitudo hæc ad euangelicæ prædicationis rhetoricam, exceſsiua admodum ap-

pareat

2. regula

corporis motus, expediētes.

B

Quintil. Cicero. Demoſ.

Simile.

C

Demoſtenis exēplum

A parcat, nimiumque curioſa, & humana valde, quia euangelica oratoria negotium eſt, quod intentum ſuum in altiorem dirigit finem, ſicuti eſt homines à peccatorum ſuorum ſarcina eradicare eoſque in ſalutis viam dirigere. Cum hoc tamen, qui in prędicandi officio artifices eſſe volunt, & qui propriè hoc concionandi officio rectè vti appetunt, hæc rhetoricorũ præcepta & orandi ſtylos, vt maximè obſeruare B curent, expedit. Vt per ea quãtum in ſe fuerit perficiantur. Nã ſicut ſupradiximus, hæc omnia in hunc præciſe finẽ diriguntur, vt melius faciliuſq; diuini verbi moueantur auditores. Nam qui rectius propriuſque doctrinam ſacram in cõcione ediſſerit, efficatius mouet. Qui autẽ impropriè in ſuggeſtu loquitur, raro ꝓfectò aut nunquam auditores mouet, niſi beſtiales quodãmodo exiſterent, queẽadmodum rudis populi vulgares homines quãdoq; ſunt, & mulierculæ, quę ſolum ad verborum ſtrepitum ſtatim gemunt, & lachrymulas fundunt.

Qui rectius dicit, efficatius mouet.

Mulierculárum gemitus.

C Tertia regula eſt, motus & geſtus corporis ex ipſiſmet rebus quæ à concionatore tractantur, iuxta cõditionem ſuam oriri debent, tam in capite, quàm in manibus, atq; brachijs, & vultu: ita vt motus ipſi, velut proprij filij ab eiſdem rebus, ſicut ex matris ventre naſcantur. Quemadmodum internos in locutione ipſa familiari cõtingit, vbi ſine ſtudio aliquo, aut peculiari ipſius loquẽtis aduertẽtia, iuxta loquutionis qualitatẽ, brachia mouet, manuſq; leuat, & ſubmittit, aut erectũ habet caput, vbi ſemper materia ipſa, de qua loquitur, naturaliter mẽbrorũ motus excitat, vt qđ lingua loquitur, naturales motus corporis adiuuent & viuificent. A

3. regula

Simile.

Iuxta hãc igitur ſentẽtiã, quarta ſtatuitur regula, cum caput, pręcipuum ſit corporis mẽbrum, in quo omnium aliorum membrorum ſedes & ſenſus reſident, indeeſt ꝙ eius etiam motus principaliſsimus ſit, ad quem humanus orator, ac diuini verbi concionator, peculiarẽ attentionem in ſuis concionibus habere debet. Ita vt caput ipſum, graue ſemper & modeſtum habeat ſiquidem non decet vt exceſsiuè illud moueat, ſicut aliqui cõſueuerũt, qui per cõcionẽ totam in circuitu, hac & illac, ac ſi in cardine eſſet ianua, ducũt. Et quaẽdmodum arũdo, quæ ab omni vento circunfertur, volentes cum capite, quaſi cum lingua, omnia in concione ſignificare. Qui etiam cum oculis quid quid in templo fit circunſpicere volunt: (quod profectò leuitatis genus eſt) non ſolum ibi, ſed in quocumque alio extra ſuggeſtũ, loco. Oportet igitur vt dũ cõcionator caput mouerit, tanta hoc maturitate et grauitate faciat vt auditoribus nullam deformitatem generet, non niſi quatenus

4 regula

B

Capitis vſus.

Simile.

Simile.

Simile.

C

A

Humilitatis exẽplum.

Supbiæ exẽplũ.

præciſe conducit ad ſignificandum id quod dicitur. Vt verbi gratia, ſi de humilitatis virtute loqueretur, parum per ſupra latus vnum illud flectere habet. Si autem de ſuperbia, vel hominis arrogantia diſſereret: quod quidem vitium inflationem quandam ſecum ducit, tunc temporis caput erigere debet, erectum etiam habens collum, cum quadam pectoris inflatione, quæ certe ſuperbi hominis poſitio eſt.

Infirmi exẽplũ.

Quòd ſi infirmum aliquem repreſentaret, qui paralyticum habeat latus, ſupra totum latus caput demittere habet. Et hac forma ſemper illud proportionare

B

debet rebus alijs, de quibus in concione loquitur: hoc ante omnia ſemper obſeruans documentum, quòd capitis motus nõ tam facilis & continuus ſit, ſicut brachiorum, & manuum, cæterorumque membrorum motiones, ſed eius motum, grauem, gratioſumque ſemper eſſe oportet.

Brachiorum motus.

Sic pariter brachia, rebus quę tractat accõmodare habet. Itaq; ſi de rebus cęleſtibus agit, beatitudinis ſtatum repreſentans, dum pacem illius, quietudinemque &

cęleſtiũ rerũ exemplum.

C

delectationem, quam ibi homines conſequuntur exaggerat: hominibus perſuadens vt fœliciſſimum illum ſtatum apprehendere curent, brachia in altum leuare debet quaſi auditores ipſos amplexans, ac ſi in cælum eos traducere vellet. Si autem res

A

Terrenarũ rerũ exẽplũ.

terrenales, infernaleſque depingit, brachia ſoluere debet & deorſum demittere: quaſi ipſos homines in baratrum detrudens.

Totius orbis exẽplũ.

Si verò totius orbis hanc ingentem amplitudinem magnificat, maximamque rerum gubernationem, quam Deus circa ipſam mundi machinam gerit: brachia in vtrumque latus, parum per in circulum detorquens, extendere habet, quaſi magnitudinem illam, de qua loquitur, complecti velit.

Amicitiæ exemplum.

B

Quòd ſi res amicitiæ & concordię tractat, brachia in modum complexus formare debet, vnum ſupra aliud, ſupra pectus apponens, quaſi hominem aliquẽ amplexatus fuiſſet.

Triſtitię exẽplũ.

Sin autem triſtes fuerint res de quibus ediſſerit, vt hoc rectè ſignificet, dextri brachij cubitum ſupra pulpiti labrum figere poterit, caput ſupra manum ipſam reclinans, quæ poſitio, hominis mæſti eſt.

Manuũ motus.

¶ Pari etiam forma ipſarum manuum motus formare habet, ita vt ſi de rebus cordis agit, veluti de amore aut eius affecti-

C

Cordis exẽplũ.

bus, ſiue intimis cogitationibus, manum ipſam ad cordis locum in corpore applicare debet.

auari hominis exemplũ.

Si autem auari hominis conditionem in pulpito deſcripſerit, ſignificare hoc debet clauſis pugnis,

Vaporis exẽplũ.

ſi verò tales ſint res, quæ pauorem hominibus ingerant, manus ambas extenſis

A

Lamẽtabiliũ rerũ exẽplum.

Obliuionis exẽplum.

ſis palmis leuare debet, quòd ſi res dolore dignæ, lamentabileſ-ǵque ſint, aut alicuius infortunij, hæc optimè declarãtur manibus ad ſe inuicem inſertis ſeu concatenatis. Quòd ſi obliuionem cõcionator repreſentat, retro ſupra humeros manus contorquere debet, & ſic ſemper, eas (rebus quas tractat) accomodare curet, iuxta earum cuiuſlibet qualitatem & conditionem.

Facie motus.

Lętitię motus.

B

Diſſormium rerũ motus.

Laborũ nullus motus

Sic etiam geſtus & vultus ſigna, corrigere habet, nam ſi res lætas & attentione dignas retulerit, oculos ambos apertos nimis tenere expedit. Quòd ſi res diſformes, abominabileſǵque concionaturus fuerit, eos claudere oportet, quaſi eas res quas repreſentat, aſpicere minimè velit. Si tamen difficiles ſint, de quibus agit & triſtes, rugas in fronte creare habet. Quòd ſi iocunda ſint & placida, ſerenam habet oſtendere frontem. Cum labijs verò, nullum omnino motum formare debet, niſi quatenus ad pronuntiationem eius quod loquitur attinet. Eſſet enim indecorum valde, vel labia

C

contorquere, vel ea mordere, aut certe os ipſum nimis aperire. Et tãdem quia facies membrum potiſsimum quoddam eſt, quod audientibus magis patet, ac proinde quam attentius auditores contemplantur, & inquam oculos prope ſemper infixos habent, cautus habet eſſe concionator, vt cum facie, nullum alium motum, aut geſtus faciat, præter id quod à nobis dictum eſt, hoc quippe magnam ibi deformitatem omnibus generaret.

5. regula

Motus & geſtus excesſiui eſſe, nõ dbẽt.

Quinta regula eſt. Concionatoris geſtus & motus, nullo pacto exceſsiui eſſe debent, in hoc enim eorum conſiſtit decor, ſi moderati (inquam) fuerint & modeſti. Quia notabilis eſſet in concionandi arte defectus, nociuuſǵque auditoribus ipſis, exceſsiuos ibi corporis motus oſtendere. Nam cum voces multę ſunt, brachiorumǵque & manuum motus nimij, potius contentio ſiue rixa, quàm prædicatio hominibus appareret. Præterquàm, ꝙ hoc audientium attentionem maximè impediret, atque omnino ſuggeſti grauitatem corrumperet.

B

Cõcionatorũ exceſſus.

Hinc colligitur, eos reprehenſione dignos eſſe, qui in concione, ſicut in comædia, res ipſas repreſentare volunt, nulla habita geſtuum ſiue corporis motuum ponderatione, aut moderamine aliquo, cuiuſcumque extiterint generis ſiue conditionis: quandoquidem ſic in concione aliqui taurum agitant, eadem penitus inquietudine, & tripudio, atque corporis ſaltibus, alijſ-que leuitatis motibus, ac ſi actualiter in foro corã toto populo taurus ipſe agitaretur. Alij fingunt ſe paſſerem inſequi, quem iam iam manibus ſe apprehendere,

C

Taurũ agitare.

Paſſerẽ inſequi.

 & de

A & deplumare demonſtrant. Sicuti pueri paſſeres inſequi aſſueuerunt, eadem cupiditate ipſum capiendi, eiſdemque puerilibus & vanis geſtibus, manuumque & corporis motibus, ac ſi prorſus ipſemet eſſet puer. Alij vero claudum hominem fingunt, alterum crus eleuando & dimittendo, ac ſi verus omnino claudus eſſet.

Claudi hominis fictio.

Mulierũ rixa.

Alij muliercularum contentionem repreſentant, eadem vociferatione, & capillorum auulſione, & altercatione, qua inter ſe vere & realiter mulierculæ contendunt. Quæ tamen omnia ſic minutim, & ad vnguem in concione agere, grauiſsimo huic concionandi loco indecentiam parit. Nam de ſe huiuſmodi res, talis ſunt conditionis, vt tot & tam leues, pueriliſque requirant corporis motus, quòd in euangelica prędicatione pręſentari niſi abſurditate maxima minime poſsint, & abſque magna leuitatis nota, ac per conſequens ſine aliquo illius ſanctiſsimi & grauiſsimi loci detrimẽto, ita fieri nequeunt.

B

Pulpitũ grauiſsimus locus.

C

Quapropter animaduertere habent concionatores, maximã eſſe differentiam inter ſacroſanctum iſtum concionis locum, & comędiam. In comędia namque nunquam rerum exceſſus repreſentantis perſonæ derogat, quinimo ille excellentior habetur actor, qui proprius ſigillatim res omnes in comædia, vſque adminutiſsima quæque, quantumcumque ridicula ſint, repreſentat. Quia æqualiter intendit circunſtantes ad riſum prouocare, ſicut ad rerum grauium & ſerioſarum intelligentiam attrahere. Quo fit vt comædiarum repreſentatoribus decentiſsimũ ſit, omnia & ſingulas rerum minutias, ea proprietate, qua in rei veritate inter homines fiunt, in comędia proponere. Sicuti eſt taurum agitare, paruulum plãgere, facetoſum hominem cachinnari, mulieris parturientis formã agere, & claudi, manci, & inſenſati perſonas formare, manumque ad enſem mittere, cum omnibus alijs quę quotidie inter homines accidere ſolent. Ibi enim nihil aliud intenditur, quàm ad viuũ harum omnium rerum naturam formare, cuiuſcumque generis aut conditionis exiſtant. Itaq; in comędia, ille optimus repreſentator ſemper eſt habitus, qui proprius ipſius naturæ, ſe ſimiam exhibet, & quo magis in hoc abundat, eo melius hominibus apparet. Cæterum cum pulpitum, locus ſit, in quo tam ſerioſæ & grauiſsimæ ſint tractandæ res, quia nimirum non niſi ipſam hominis ſalutem concernunt, harum minutiarum tam ad viuum repreſentatio, minime tam ſancti loci auctoritatem decet. Sed quòd omnia quę ibi proponũtur, tanto põdere & grauitate veſtiantur, ſicut hęc ipſa diuina atque

Differt concio a comedia

A

Comædiæ actor. Simile.

B

Verus comædię actor

C

Quæ in pulpito proponẽda.

A atque euãgelica exigit doctrina. Quod ſi forte aliquid harum rerum, quas modo diximus, in concione dicendum concionatori ſe offerat, alia proculdubio in eo loco modeſtia tractandũ eſt, quàm in comœdia fieret.

Alij ſunt cõcionatores, in alio quidẽ extremo, tam frigidi & inſulſi, & natura flegmatici, vt in concione nullũ motum ſiue corporis geſtum faciant, quo ea quæ cõcionãtur viuificẽt, & illuſtrẽt. Et hi tales (ſicut iam ſupra diximus) per artem corrigere habẽt, quod ſibi à natura deficit: quãdo in ſecreto loco aliquo, ſeorſum ſolitarij ſunt, in huiuſcemodi rerũ repreſentatione ſe exercentes, vt vel ſic, in ſeipſis dicẽdi ſpiritum excitent. Nam cũ ſpiritus hic iã in eo excitatus fuerit, ipſemet ſpiritus, ipſarum rerum motus & geſtus adminiſtrat, in quo quidem exercitio, vt ſe dexterum in omnibus reddat artificem, multa in ſeipſo fingere habet. Iam iram demoſtrans, ad quod oportet quidẽ vt reprehenſionis materias aſſumat, iam vero ſe manſuetum fingens, iam autẽ in ardẽtiſsimũ hominũ amorem ſe inflãmans. Eos qui in hoc articulo optimis vtuntur & proprijs rerum motibus, attente reſpiciens, vt ſic, iam ꝙ ex natura ſua talem dicendi ſtylum non conſequitur, ſaltem ab alijs mendicatum obtinere valeat.

Inſulſi cõcionatorũ remediũ. B

C

¶ CAPVT. IX. DE alapa, ſiue palmarum percuſsione, quæ in concione fit.

ALAPA, ſiue palmarum percuſsio, quam inter cæteros corporis motus, cõcionator in pulpito adducere ſolet, venuſtus admodum motus eſt, qui nimis ſermonis doctrinam aſſociat & illuſtrat, atq; diuini verbi auditores ad doctrinæ intelligentiam excitat, ſi tamen opportuno tempore fiat, ſibique proprius aſsignetur locus, in quo fieri debeat. Aliter enim decoris vice, non niſi deformitatem maximam & diſſonantiã auditoribus generabit, & potius audientium attentionem impediret, quàm eos ad rerum intelligẽtiã prouocaret. Quare pręcipuus motionis huius decor eſt, ꝙ opportuno tempore fiat, cum videlicet res ipſę quæ dicuntur, talem manuum percuſsionem exigunt.

A

palmarũ ꝑcuſsio

B

Hæc alapa ſiue palmarum ſonitus, iuxta Ciceronis & Ouidij, cæterorumque humaniſtarũ ſententiam, qui de ea loquuti ſunt, à natura ſua palmarum quędam percuſsio eſt, quam quis facit, vt alium ad eorum quę dicit attentionem excitet, vel certe, vt ea quæ dicit ponderet. Et hoc quidẽ in duobus rerũ generibus. Alterum in rebus lætis & iocundis, quæ de ſe gaudij materiam adminiſtrant. Quemadmodũ vti

quid palmarũ ꝑcuſsio ſit

C

Simile.



BIBLIOTECA ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A conſueuerunt, qui cantantium & ſaltantium choros agunt, qui ſpiritum & mētem in tripedium excitare volētes, ad maius aſſumēdum gaudium, palmarū percuſſiones adinuenerunt, vt idē gaudium quod in cantilena exhibetur, idē omnino corporalibus ſaltibus, & palmarū ſonitu, corpus ipſum & animus recipiat. Itaque ſic ſe habet erga hominē hic pal-
Simile. marum ſtrepitus, ſicut in bello erga equum tuba, quæ ipſius ſpiritum excitat & alterat vt magis lætus & ferocior bellum ipſum
ſimile. ingrediatur. Et ſicut tympanum,
B circa eos qui tripudiāt, quorum pedes ex tympani ſonitu celeriter mouētur, atq; à terra eleuantur, vt tripudijs magis fruantur. Sic etiā palmarum ſonitus, quaſi vox quædam & tuba eſt, qui hominis ſpiritum alterat, vt ad res iocundas quandoq; excitetur, quēadmodum propheta Dauid homines etiam ad lætitiam maximam aduocare decreuit, quā in ipſo incarnationis filij Dei aduē-
Expoſitio pſ. 46. tu habere deberēt, cum in pſalmo. 46. ſic ait. Omnes gētes plau-
C dite manibus, iubilate Deo in voce exultationis. Lætamini (inquit propheta) gētes omnes, in magnificētia quā deus erga homines operatus eſt, & vt melius mētes veſtras atq; vires, in eius gaudium excitetis, manuum applauſum apponite, veſtræq; cantilenæ lætitiam, ipſomet palmarum ſonitu, viuificate.

Sic etiam Deus filiabus Sion, A per Eſaiam Prophetam, capi. 3. Expoſitio. Eſa. 3
cominatus eſt dicēs. Pro eo quod filię Sion in nutibus ambulauerunt extēto collo, & plaudebant, decaluabit dominus verticē filiarum Sion. Vbi flagellum quod ibi imminere aſſeruit Propheta, non ſolum ob hoc eſt, quia erectū habuerunt collum, & oculorum nutibus incedebant, ſed etiā quia ad hæc omnia, manuum applauſu ſeſe excitare conatę ſunt, vt tota mēte & viribus, bucciſq; plenis, mundi delectationibus fruerentur.

Ad eum modum etiam in cō- B
cione, iocunda aliqua & læta quādoq; ſe offerunt, ad quorum lætitiæ magnitudinē, ipſa manuum percuſſione auditores excitare oportet. Quēadmodū eſſet in Chriſti reſurrectione, aut in eius ſacratiſsima natiuitate, aut certe ſi rē aliam concionator exaggeraſſet, quæ huiuſcemodi gaudium & lętitiam expoſceret.

Secundum rerum genus eſt, 2. Rerū genus.
quod hūc palmarum applauſum C
exigit, dum concionator res aliquas tam graues & inſignes tractat, quæ maximam ab audiēte cō- Hominis ingratitudo.
ſideratione exigunt. Vt ſi verbi gratia hominis ingratitudinē erga Deum ponderaret, quia cum Simile.
tot beneficijs à Deo ſit affectus, tā quam brutum animal omnia frāgit, & in Dei offenſam inuerecūde prorumpit. Quod profecto negotium, ponderatione admodum

A dum dignum eſt, & quod non ſolis verbis exaggerandũ venit, ſed etiam manuum percuſsione ponderandum, vt inſenſati homines, huius vitij magnitudinẽ agnoſcant. Item ſi concionator de hominis pertinacia loqueretur, cum homo ipſe ſuis ſceleribus diu adhęret, neque vllo vnquam Dei beneficio, vt ea deſerat inuitatur, tunc temporis inquam, opportune palmarum ſonitu negotium tale exaggerandum eſſet. Aut ſi quandoque formidabile aliquid B concionator populo pręſentaret, tunc enim, auditores ipſos opportune manuum percuſsione eleuare deberet. Aut certe ſi aliquod hominis graue vitium, efficaſsimis rationibus reprehenderet, cõduceret enim tunc temporis etiã palmarum ſonitum verbis ipſis adiungere.

Homi-nis perti natia.

Cæterum quando huiuſmodi opportunitas, nõ ſeſe offerret, diſſonantia maxima eſſet (ne delira mẽtum dicam) in concione palmarum percuſsione vti. Quẽadmodum hoc Salomon condẽnare videtur, Prouerbiorum, capite. 17. cum ait. Homo ſtultus plau- C det manibus, quando ſpopondit pro amico ſuo. Quandoquidem inſenſati hominis eſt (ait ſapiẽs) manibus plaudere, cum ſe pro amico fideiuſſorẽ prębet, tunc temporis enim, nulla applaudẽdi manibus adeſt opportunitas, cum negotium tale ſit, quod eum potius in periculo & anxietate conſtituat. Etenim alterius ſe fideiuſſorẽ præbere, timorem potius incutit, atque nimiam curam hominis animo ingerit. Qualiter videlicet, poſtmodum ab ipſa fideiuſſione ſeſe eximere valeat, quia rerum ſuarum ſubſtantiam perdẽdi periculo expoſuit. Ecce ergo quẽadmodum hũc manuum applauſum Salomon ſtultitiam vocat, quia nulla hic penitus pręſtatur lætandi occaſio. Nõ minus ergo in concionatore fatuum apparebit, cum in rebus planis, quę de ſe nullam exigunt ponderationẽ, palmarum ſonitum excitaret, aut in quacumque alia re, niſi maxima adeſſet occaſio, vt hac manuũ vteretur percuſsione.

Expoſi. prou. 17.

A Quando manuũ pcuſsione vti, dliramentum eſt.

Item, eſſet etiam ſimile deliramentum & diſſonantia maxima, B ſi cum res arduæ eſſent, ponderationeq́; dignæ, multoties hac manuũ percuſsione vteretur. Et hoc (inquam) dixerim, propter concionatorũ aliquos, qui poſt quodlibet verbum palmas percutiunt, in quibus tanta eſt ſonitus palmarum frequẽtia, vt ſępe plures ſint alapæ quàm verba, qui ſermonẽ totum palmarum rugitu implẽt. Quod profecto non mediocre auditoribus nocumentum gignit. C Nam omnem audientium attentionem, ipſo palmarũ ſtrepitu, cõfundunt, pręterquam quòd concionatoris auctoritati, hoc valde derogat. Nã cum intẽpeſtiuè palmas percutit, auditores excitat, vt attente perpendant ſe nihil di-

Nimia manuũ percuſio fugiẽda.

Ratio.



ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A cere, quandoquidẽ, dum audiẽtes tantum palmarum ſonitum vidẽt ſcrutari volunt, quidnam ibi ſit tãta ponderatione dignum, & inueniunt quidẽ, verũ eſſe prouerbium, quo dicitur. (Mas es el ruydo q̃ las nuezes, y que quien mal pleyto tiene a bozes lo pone.) Quare oportet concionatorẽ, maximè attentum eſſe, ad hoc vt raro in concione, & opportune admodum manuum percuſsione vtatur. Et ſatis quidẽ iuditio meo B eſſet, ſi in concione quater vel quinquies, palmarum ſonitu vteretur concionator.

## ¶CAPVT. X. DE corporis poſitione, in pulpito.

ET quia hoc prædicationis euangelicæ officium, tam eminẽs eſt & cęleſte, vt quicumque, quantumcumque minimus defectus indecentiam generet, cõducit maximè tam ſigillatim ad res ipſas (quantumuis minimas) deſcendere, vt nullam intactã relinquamus. Et quia auditores etiam in omnibus oculos figunt, neque aliquid ibi eſt quod nõ cu C rioſe annotent, merito concionator euangelicus, in omnibus attẽtus ac prouidus eſſe habet. Igitur inter alia multa quę auditores annotant, concionatoris in pulpito corporis poſitio eſt, quæ ſi grauis & honeſta ſit, & ea decentia veſtita, quam locus ille ſacer exigit, A maximum populo decorẽ generat, & amplexandi doctrinam ipſam, affectum excitat. Et quando contrario corporis poſitio leuis, profana, aut non à Deo eſſet decens & modeſta, in decorum valde ſibi apparet, & inde poſtmodũ ad ea quę dicenda ſunt audienda, male afficiuntur.

Corporis poſitionẽ grauẽ et honeſtã eſſe oportet.

Et quidem cura hęc & ſolicitudo, quemadmodum ſcilicet in ſuggeſtis loco, concionator corpus adaptare habeat, in priſcis tẽ B poribus, apud veteres euangelij oratores, minime in vſu erat. Nihil enim minus ſibi erat curę, ſed tunc temporis labor hic & cura, tanquam vanus & curioſus penitus abijceretur. Ortum ergo habuit conſuetudo hæc, ex nouo cõcionandi modo, qui à modernioribus recenter adinuẽtus eſt. Nã ad euangelicam prędicationem, nunquam eius miniſtri hoc pulpiti apparatum ad concionãdum (ſicut modo verſatur) expectarunt. Sed in quacumque parte, & quocumque loco, ipſam euangelij prędicationem exercebant. Iã in itineribus, iam in foro, iam vero in ipſiſmet chriſtianorum domibus, nulla alia habita diſpoſi- C tione, aut campanæ, aut loci, ſiue panni, aut alicuius alterius pulpiti apparatus. Et hunc prędicandi ſtylum, legitur Redemptorem noſtrum prope ſemper habuiſſe, in multis & varijs locis, iuxta loci qualitatem atque prædicationis

Veteres oratores

Redemptor chriſtus.

Lu

Ma

Ioan

Sam tana.

A nis ſuæ exigentiam. Nam hac tali opportunitate habita, ſiue multi ſiue pauci extitiſſent auditores ſiue in templo, ſiue extra templũ nulla alia maior ad cõcionandũ expectabatur opportunitas. Et ſic cõſtat, eum aliquãdo iuxta mare prędicaſſe, quãdoq; verò in naui à terra ſubducta, vbi trium diſcipulorum conuerſio facta fuit, qui piſcantes in ipſo mari erãt, videlicet, Petri, Ioannis, & Iacobi,
Lucę. 5. ſicut Lucas capite. 5. refert. Quan-
B doque autem in agro, gentiũ multitudini concionatus eſt. Vbi habetur quòd poſt eius ſanctiſsimã prędicationem ſolenne illud conuiuium multitudini illi gentiũ parauit, iuxta Marci euangelicã hiſtoriam, capite. 8. Quandoque
Marci. 8. autem in templo, & aliquando in foro, iam verò in campo cum vno dumtaxat audiente, ſicuti de illo diuino conſtat ſermone, quem ad mulierem illam Samaritanam habuit ſupra Iacob fontem reclinatus, quemadmo-
C dum Ioannes Euangeliſta capite quarto refert. Cum qua nimi-
Ioan. 4. rum ſola muliercula, tam humanitus ſe geſsit, vt maximam cum
Samaritana. ea conſumpſerit temporis moram, in qua ſibi multa fidei noſtræ ſacramenta aperuit, vbi pro pulpito, non niſi ipſius putei ori lapidem ſuperpoſitum aſſumpſit, & in ſuæ concionis ſufficiens auditorium, vnam dumtaxat pauperculam mulierem delegit. Quod iterum feciſſe cum

muliere etiam Chananęa legitur A
Mulier Chananęa. Quæ ſibi ſtatim in ipſo Tyri & Sidonis ingreſſu occurrit, cũ qua pręthereà, multa ad animę ſuæ ſalutem concernentia diſputauit,
quẽadmodũ Matthęus capite. 15. Mat. 15
refert. Aliquando autẽ in calle & foro, inter ipſos gentiũ tumultus inuolutus cõcionatus fuit. Sicut accidit cum Matthęum euangeliſtam vocauit, qui ad theloneum ſedebat. Et cum prætereà de ipſo legitur, cum publicanis & peccatoribus cõuerſatum fuiſſe. Cuius B
nempe familiaritatis ratio, nulla alia erat, quàm vt eos regnũ cælorum doceret. Quandoque autẽ in cõuiuio, inter cibum & cibũ euãgelicã prædicationẽ exercebat, ſicut in domo Simonis leproſi feciſſe conſtat, vt videre hoc eſt a-
pud Lucã capi. 7. Vbi quo tẽpore Lucæ. 7.
Chriſtus recũbebat, famoſa illa mulier quę peccatricis nomine in ciuitate appellabatur, ſubito ingreſſa fuit. Quã cũ Chriſtus la-
chrymantẽ vidiſſet, ſua excellẽtiſ C
ſima doctrina ad peccatorũ ſuorũ lamẽtum efficaciſsimè cõmouit & induxit, ſimulq; Phariſæi arrogantiam confudit, qui Redẽptorem noſtrum taxabat, eo ꝙ ab ipſa contrectari permitteret. Sicut etiam idẽ iterum feciſſe legitur
in ſolenniſsima illa cœna, quam Cœna.
in poſtremò vitę ſuę cum diſcipulis ſuis habuit, vbi egregium illũ ſermonẽ ad eos omnes fecit, qui in hominum memoria in ſęcula multa fixus permanebit.

Et

A Et præter loca iſta, caſuſque ſupra memoratos, in quibuſcumque ſuis etiam miraculis, idem feciſſe reperietur. Vix enim illorum aliquod operatus eſt, vbi nõ prædicauerit, admirabilemque præſtiterit doctrinam, tũ eis qui ſalui fiebant, tum etiam alijs omnibus circunſtãtibus. Sicut de homine illo à natiuitate cæco legitur, cui poſtquàm corporis viſum reſtituit, animæ etiam, ſua excellenti doctrina, viſum dedit, iuxta id quod Ioãnes capi. 9. refert. Et hoc idem in prodigioſo Lazari miraculo operatus eſt, ſicuti ex Ioãne capite. 11. conſtat. Vbi tam duabus ſororibus Marthę ſcilicet & Mariæ, quàm eis qui ad hoc ſpectaculum concurrerãt, & ſuis prætereà diſcipulis multã nimis miramque doctrinam impartitus eſt. Quod adhuc etiã cum infirmo, qui apud piſcinam ingrabato iacebat fecit, quemadmodũ Ioannes capite quinto refert. Et hac eadem forma concionabatur ſemper Chriſtus, quacumque parte & loco, vbi neceſsitas ipſa doctrinę exigebat.

Vbique prædicatio chriſti.

Ioan. 9.

B

Ioan. 11.

Ioan. 5.

C Eiuſdem etiam cõditionis Apoſtoli omnes, in prædicatione ſua extiterunt. Qui cum in ſua peregrinatione, in tam diuerſas mũdi partes diſperſi fuiſſent, nullam aliam temporis aut loci opportunitatẽ, ad prædicationem euangelicam expectarunt, quàm ipſam ſolum doctrinæ neceſsitatem. Qua habita, quocumque tempore & loco, iuxta magiſtri ſui morem, ſanctum ſemper euãgelium prędicarunt, quemadmodum in eorum vitæ hiſtorijs, legenti compertum erit.

Apoſtolorũ cõcionãdi ſtylus.

A

Hunc etiam concionandi morem, ſancti omnes exercuerũt, nã etſi multoties in templorum cathedris & pulpitis, euangelium prædicabant, non ideò tamen his ſolum locis prędicationem ſuam alligauerunt, nam eodem modo in quibuſcũque alijs locis, & quibuſcumque gẽtibus chriſtianam doctrinam ediſſerebant, iuxta loci & temporis exigentiam.

Sãctorũ cõcionãdi ſtylus.

B

Ad eũ modum, prædicationẽ euangelicã plantarunt etiã ſanctiſſimi illi viri, atq; religionum patres, diuus Dominicus, & beatus Frãciſcus, cũ cęteris aliorum monachorum patronis, de quibus legitur, ꝙ quocũque loco & tẽpore ſe inueniebãt, conabãtur ſemper diuinũ ſermonẽ hominibus impartiri, atq; eos regnum cælorum docere, quod & adhuc noſtris his tẽporibus ſeruatũ fuiſſe legitur.

Religioſorũ concionãdi forma.

Quemadmodum de beato Vincẽtio inſtituti diui Dominici habetur, qui iam in agro, iam in foro, ſæpe concionabatur, ſicut hodierna die in Salmãtina ciuitate, de locis quibus quotidie prædicabat, adhuc viget memoria. Et tandẽ tẽpus illud erat, in quo peculiaribus locis euãgelica prędicatio minime erat alligata, nec tanto fiebat cãpanarũ ſonitu, & pulpiti apparatu & ſtrepitu, ſicut modo fit. Cuius

diui Vincẽtij concionãdi vſus.

C

Salmãtina ciuitas.

A Cuius rationem, nullam aliã reperio, niſi quia feliciſsimo illo tempore, tantus erat charitatis feruor & zelus, quem euangelici concionatores, erga proximorum ſalutem gerebant, atque circa fidei res & Dei honorẽ, ꝙ hoc ſolum ad tam aſsiduam prædicationem impellebat, eoſdemque à ſuis domibus extrahebat, atque per agros & calles & plateas ad idquirendos auditores exibant, eodem amore & fidei zelo accenſi, quo euangelium depingit paſtorem illum egregium feciſſe, cum ad inquirendam ouẽ perditam per montes & valles ſolicitus exiuit, quouſque ea adinuẽta, ſuper humeros ſuos gaudẽs impoſuit, & ad ouile reduxit.

*Ratio.* B *Expoſi. Luc. 15.*

Hoc igitur ſanctos illos viros, tam auidos euangelicæ prædicationis fecit, quòd quando in eorũ pręſentia diuini verbi auditores deficiebãt, adhuc per litteras à remotiſsimis locis, eis concionabantur. Sicut de Apoſtolo Paulo egiſſe conſtat, qui poſtquàm in peregrinatione ſua, quàm plurimos fecerat ad multitudinem gentium ſermones, multis alijs gentibus per epiſtolas etiam concionatus eſt. In quibus de Euangelica eruditione ſemper diſſeruit, quemadmodum ex eius epiſtolis conſtat. In quibus præcipua ſuæ predicationis vis continetur. Et quòd zelus hic & charitatis feruor, ad hunc aſſumendum laborem, ſanctum hunc virum commouerit, colligitur aperte ex ſecunda epiſtola ad Corinthios, vbi exaggerans chriſtiano populo amorem, & charitatẽ maximam, qua eorum cõmodum inquirebat, vnde ſumma illi ſolicitudo orta eſt, de hac ipſe ſtatim ait, quòd per Eccleſias inſatiabiliter diſcurrebat, vt pręedicatione ſua, euangelicę legis illis notitiã pręſtaret.

*Per epiſtolas cõcio.* *Paulus.* C A *Expoſi. 2. epiſtolę ad Corinthios.*

Eandẽ concionandi formam, habuerunt etiam cæteri Apoſtoli qui per epiſtolas abſentibus prædicarunt, cum auditorum pręſentia abeſſet, ſicut ex diui Petri, Iacobi, & Iudæ, atque Ioannis epiſtolis conſtat. Idẽque fuit omnino de antiquis, ſanctiſsimiſque doctoribus, quẽadmodum fuerunt, Gregorius, Hieronymus, Auguſtinus, Ambroſius, Ciprianus, Ignatius, & Dionyſius. Quorum accẽſus animus & charitatis feruor, circa gẽtium ſalutem tantus fuit, quòd alij in exilio poſiti, alij in carceribus compediti, alij in domibus recluſi, iam ꝙ alia nõ aderat auditorũ præſentium, oportunitas, loco viuæ vocis, per epiſtolas populis prædicabant.

*Apoſtolorũ mos in cõcionibus.* B *Modus cõcionãdi, in eccleſię doctoribus* *Grego. Hieron. Auguſt. Ambro. Cipria. Ignatius Dionyſ.*

At vero hac noſtra miſerabili ætate, propter demerita noſtra, adeo eſſe frigidam charitatem in concionatorum pectore intelligo, quòd ad vnius dumtaxat concionis laborem aſſumendum, multus iam pręexigatur concionandi apparatus. Oportet enim primo, concionatorem

*ætas noſtra.* C

A torem pręcibus attrahere, cumque ſecundo multo ante præuenire & ſtudendi tempus ſuppetat, tertio locum quo ſit concionaturus ſignare oportet, quòd ſit videlicet honorifica parochiali aliqua, ad quam præcipui concurrere ſolent ciues, & quandoque, immo iam prope ſemper, ſolicitudine maxima (nuptiarũ more) inuitare conãtur magnates et principes, cognatos & amicos, cęteroſque reipublicæ pręcipuos homines, quarto quòd plurimæ ſint in templo circumpoſitæ ſedes, & B quòd campana duabus tribuſue pulſetur horis, ac denique quòd illo die ſolus ipſe concionetur, & omnes alij auferantur ſermones. Cum multis alijs ad hunc egregium ſermonẽ requiſitis quæ in pręſentiarum referre, profectò verecundum admodum eſt, quæ tamen, ſi non omnia, vti diximus concurrunt, minimè concionari vult. Quod profectò apertiſsimum argumentum eſt in huiuſmodi pręedicatione euangelica, potius concionatorem, com- C modum ſuum proprium & honorẽ inquirere, quàm Dei cultum & animarum profectum. Vnde exiſtimò, quòd modicus fructus, qui in pręedicatione ipſa euangelica noſtris his temporibus reperitur, inde proculdubio prouenit quia concionãdi labor, magis in ipſius concionatoris vtilitatẽ dirigitur, quàm in Dei gloriã & honorem.

Modernus cõcionãdi modus,

Simile.

modicus cõcionis fructus.

Ex hac honoris & proprij cõmodi ambitione, oritur hodie, ꝙ certis & peculiaribus locis, euangelicam velimus alligare predicationẽ, extra quę nimirum loca, nulla alia penitus habeat eſſe cõcio. Quemadmodum ſunt eccleſiæ cathedrales, atque in ſuis etiã cœnobijs multoties religioſi, nec non clerici in ſuis parochijs, qui ſtatuta quædam, peculiareſque leges condere aſſueſcunt, videlicet, quòd cum in tali eccleſia fuerit habẽdus ſermo, nullus alius in toto populo concionari ſit auſus, quia ſuis eccleſijs, monaſterijs, & perſonis, genus quoddam iniurię eſt, non omnem plebem atq; gẽtium multitudinem adeſſe, ita vt eos templum capere non poſſit, vnde multę alię cõtentiones, & controuerſiæ oriuntur. Nec deſunt adhuc exploratores aliqui, qui ab vno concionis loco in alium diſcurrant, curioſè indagantes, quiſnam concionatorum maiorem populi partem habeat. Itẽ inquirentes, quem etiam vulgus ſequatur, & quem magnates & docti atque ingenioſi viri audiant. Quę omnia manifeſta ſigna ſunt exercendi hoc concionandi officiũ, potius lucri ſui cauſa, quàm ꝓpter Deũ & animarũ profectũ.

Ex hoc igitur ꝙ pręedicatio, ſic à cõcionatoribus agatur, & ad talẽ dicẽdi ſtylũ & formam ſit iã redacta, ortę ſunt in ſacro illo cõcionãdi loco curioſitates aliquæ, inter quas vna eſt, curioſa quędam ipſius

Alligata concio,

Contentiones.

Concioniscuriositates.

A ipſius concionatoris corporis in pulpito poſitio volēs quādoq; tātam in hoc caſu oſtētare curioſitatē, vt non iā ibi concionatorē, ſed curioſum nimis, & delicatū hominem ſeſe hominibus oſtēdere velit. Cum verbi gratia ſibi nimia eſt cura: de albo veſtimēto lineo, deſuper induto, eius manicas circū brachium curioſè adaptando, & ꝙ linea illa veſtis ſit alba nimis & delicata valde, & ꝙ complicata & iuſta admodū corpori ipſi adhereat. Alij qui religioſi ſunt concionatores, ex capa deſuper induta ad inuētiones nō modicas faciunt, iā intra pugnos quaſi totā colligentes & comprimētes, iā ſub cubito admodū gladiatoris, totam ſubmittēdo & brachium extramittētes quaſi cū auditoribus bellū gerere velint. Alij caputium paſsim manibus attrectantes, quod profectò vel vno tēporis momento in cōcione minime quieſcere permittūt. Alij ſonādi nares maximū ibi apparatū parāt, qui quā primū pulpiti locū aſcēdūt, in ipſius labro pāniculū quēdā lōgum & plicatū nimis pēdentē ponunt, quo nares emūgere valeāt. Qui profectò cōcionator C maiorē videtur ſuis naribus honorē deferre, quā toti cōcioni. Et qui dēſentētia mea, in tam ſancto & grauiſsimo loco, potius hic nariū apparatus, ſpurticia maxima apparet & inmūditia, quàm munditia quidē. Quādoquidē hoc nihil aliud eſt quā auditoribus ipſis mucorū ſuorū grandē memoriā A facere, cū alijs multis curioſitatibus, quę à tā ſancto loco reijciēdi omnino eſſent. Hic nāq; pulchra, nimis apparet ſancta quædā ſinceritas, ſeu ſimplicitas, & incuria, & ꝙ diuini verbi auditores, plus in cōcionatore animarū feruentē zelū & ſpiritū inſpicerēt, quàm in purgādis naribus, cōponēdiſq; veſtibus, nimiā curā et ſolicitudinē.

Corporis poſitio, in pulpito.

clerici.

religioſi

B Simi'e.

Simile.

nares.

Apparatus ſonādi nares.

Attamen iā quòd concionatores in hac forma pulpito vtuntur, quia auditores tā curioſi iā exiſtūt B vt in his minutiſsimis rebus oculos etiā figāt: conducit etiā, vt in omnibus his prædicator ſit prouidus & præuiſus, ita vt in ſacro illo loco corporis eius poſitio grauis ſit & religioſa, omni procul curioſitate ſecluſa, & quòd in huiuſcemodi rebus, nō aliā ſolicitudinē & curā cōſumat, quā ipſe de ſe exigunt, ita vt cōcionē audientes, curioſitatem hanc & nimiam curā, annotare minime valeant, in quibus concionator, potius ſe negligentē & deſidē exhibere conetur, quā nimia ſolicitudine detentū. Ad id autē quod in officio ſuo ſubſtātiale & pręcipuū eſt, maximè attēdat. Quod nimirū ipſa C eſt animarum ſalus & zelus, in alijs autē ignauiā quandā ſanctam ſæcularibus oſtendat. Hoc enim nimis valde, cōcionatoris perſonā in auditorū animis cōmendat atque officij ſui ſanctiſsimum finem, quem in prædicatione ſua gerit, demonſtrat.

Animarū verā zelus.

¶Cap.

A

## ¶CAPVT. XI. DE vocabulorum proprietate.

INTER alia multa quę cõcionatorem, ad officij ſui integritatem decent, vocabulorum quippe proprietas eſt, vnde auditoribus ipſis gratus nimis in ſuis redditur concionibus:& vnde claritatem maximã, diſtinctionemque eis quæ dicuntur præſtat, atque ad ſuæ doctrinę intelligentiam auditores valde excitat. Oportet igitur vt in concionibus doctrina ipſa, caſtè & propriè ediſſeratur. Ariſtotelis documentum eſt in primo periharmenias libro, quòd noſtrorũ cõceptuum partum, non niſi per voces ipſas facimus, itaque ſicut filius qui in matris vtero incluſus erat, per ipſius partum in lucem exit, ibiq; agnoſcitur quod antea de eo minimè intelligebatur, ſic etiam homo rerum omnium conceptus, velut proprios filios in intellectu (ſicut in ventre incluſos habet) quòd ſi in lucem in hominum notitiam exire debent, hoc non niſi per propria & caſta vocabula fieri habet. Itaque ſicut optimi pictoris manus illa eſt, quæ imaginem propriè depingit, cum idolum, quod intra ſe formatum habèbat (quod nimirum ipſius imaginis erat ſimilitudo) exterius omni proprietate & veritate, in ipſa pictura educit: ita etiam verus cõcionatoris calamus, quo cõceptus ſuos, exterius auditoribus deſcribit, vera eſt & propria vocabulorum lingua. Nã ſicut optimus cibi guſtus, in hoc conſiſtit, vt cocus dum illum condit, eius punctum & ſaporem ſeruet, ita vt nec nimium coctus vel ſale cõfectus ſit, ſed quòd immenſa poſitus, natiuum ſaporem retineat, & naturalem guſtũ quẽ ſibi ſuapte natura vendicabat: ad eum modum optimi concionatoris excellentia, in hoc conſiſtit, vt veritatibus ipſis, quas ibi cõficit, ſuum etiam obſeruet punctum & decorem. Et cum euangelica concio conuiuium quoddam ſit, in quo ab auditoribus euangelicę veritates comedendæ ſunt, exigitur neceſſario, vt ibi cum eo floris candore & integritate: propriaq; virtute ſua apponantur, quam de ſe ſibi vẽdicant, vt ſic auditores eas deguſtare poſsint. Et quidẽ punctum hoc, in hoc vno maximè ſeruatur, videlicet. Si vocabulorum proprietate ediſſeratur chriſtiana doctrina. Nam ideo propria vocabula caſta appellantur, quia rerum omnium veram ſignificationem obſeruant. Quare dolendum maximè eſſet iam quòd veritates iſtæ diuinæ tantam in ſe virtutem retinent, vt ſalutem hominibus conferre poſsint (ſicut Propheta Dauid pſalmo. 67. refert) cum ait: Dominus dabit verbum euangelizantibus in virtute multa. Cum hoc inquam ita ſit, dolendum maximè eſſet, ſi pro-

[Margin notes: B; Ariſto.; Simile.; Simile.; C; A; Simile.; cõcionatoris excellẽtia.; Simile.; B; caſta vocabula.; C; Expoſitio pſal. 67.]

A propriorum vocabulorum defe-ctu, ibi male cõditæ auditoribus apponerentur veritates, vel quia nimis quandoq; eſſent decoctę, quia concionator eas exceſsiue quadam verborum loquacitate ediſſerit, ad easq; exponẽdas vocabulorum, ſiue verborũ multitudinẽ adducit, quia intellectus hominis in rebus intelligẽdis, ſuam habet periodum, quod profectò eſt, cum orator ad propriã vocabulorũ ſignificationẽ peruenit, vbi iam rei veritas tãgitur & elucidatur. Ibi enim veritatũ intelligẽtia ſiſtit, quia ibi homo eas recipit, ꝙ ſi vltra procedit in nimia rei declaratione, & terminorum ac verborum multitu-

Exceſ-ſiua, & multiplicata vocabula.

B dine, iam rerum intelligentiam perdit, ſicut enim ex defectu verborum, ita etiam ex eorum nimia abũdantia, rei veritas amittitur, & hominis intellectus omnino cõfunditur. Quandoq; verò veritates, ſuo fine & fructu fruſtrantur, dum ſcilicet veritates ipſę crudę & indigeſtę audiẽtibus proponerentur, quod vtiq; eſſet cum prędicator vocabulorũ proprietate careret, vt res ipſas in cõcione ſufficiẽter declarare valeat. Vnde in audiẽtium ſtomacho indigeſtæ (& vt ſic dixerim) quaſi opilatæ veritates

Simile.

C ipſę manẽt, vt earũ guſtum minime recipere poſsint. Nã ſicut cibus, qui bene à comedẽte maſticatus eſt, nutrimentum ſibi pręſtat. Vnde cõmunis eſt medico-

Simile.

A rum ſentẽtia, ꝙ prima ciborum digeſtio in dentibus fit: ſic dẽtes qui cõcionis veritates bene maſticant, vocabula propria ſunt. Hęc nãq; veritates ipſas euiſcerant, atq; penitus molunt, & optimæ digeſtionis reddũt, vt facile auditores in animis ſuis admittant, ècõtrario verò, quæ ibi vocabulorum improprietate docẽtur, male vtique maſticantur, & quaſi crudæ in ipſis auditorum mẽtibus manent. Et de cõcionatore, qui eas ſic indigeſtas propoſuit, dici merito poteſt, ſibi dẽtes defeciſſe, quia in vocabulorum proprietate defecit. Et vſq; adeò hoc verum eſt, ꝙ verborum proprietas, nõ ſolùm in euangelicæ prędicationis officio cõcionan-

Dentes vocabula ſunt propria.

Simile.

B tem egregium conſtituit, ſed in quocũq; alio dicẽdi genere. Quapropter inter ſcriptores humanos, illi excellẽtes ſemper habiti ſunt, qui maiori vocabulorũ proprietate, de reb⁹ ipſis tractarunt. Vnde eſt ꝙ Tullius, Vergilius, & Terentius, in prętio ab hominib⁹ ſemper ſunt habiti, quia nõ ſolũ de rebus rectè loquuti ſunt, ſed de eis tanta terminorum proprietate egerunt, ac ſi à natura ipſa, ad id ſignificãdum eſsẽt orta vocabula. Et hoc in cauſa fuit

Tullius. Vergili⁹ Terẽti⁹.

Ratio.

C ꝙ ego ſcripturam hanc priùs in ſermone Hiſpano ſcripſeram. Intelligens quippe, quam præcipua concionatori euangelico, & neceſſaria fuiſſet pars, proprio, ſcilicet, in cõcionibus, Hiſpano

A ſermone vti, vt liber hic tali dicendi ſtylo inſtitutus eſſet, quòd lectores aliquam rectè loquendi proprietatẽ inde elicere poſſent. Nam etſi in euangelica doctrina, & ſanctorum lectione atque dicendi ſtylo, abundantiſsimus concionator exiſteret, attamen ſi cum iam ad euangelicam eruditionem peruenerit, vocabulorum proprietate deficeret, ſibi ipſi vtiq; diues eſſet, non tamen auditoribus ſuis. Nam tunc temporis veritates ipſę velut margaritæ in ſui intellectus theſauro incluſę manerẽt, ſine aliquo alio auditorum fructu, & tãdem hic talis, litteratus eſſet vir, ſed non prædicator.

Simile

August.

¶Diuus Auguſtinus in. 4. libro de Doctrina chriſtiana, B capite. 9. & 10. & 11. & 12. velut principaliſsimam oratoris optimi partem aſsignat, in dicendo proprietatem & claritatem, quod pręceptum ex Cicerone deſumpſit, & ex cæteris humaniſtis oratorib⁹, qui oẽs maximè extimarunt ſemper in arte oratoria clarè & propriè dixiſſe, vnde ipſe ait: Quid enim prodeſt locutionis integritas, quã non ſequitur intellectus audiẽtis. Cum loquendi omnino nulla ſit cauſa, ſi quod loquimur non intelligunt, propter quos vt intelligant loquimur. Qui ergo C docet vitabit omnia verba, quæ non docent, etſi pro eis alia integra, quæ intelligantur poteſt dicere, id magis eligat.

Cicero.

Proprie dicere, præcipua eſt oratoris pars.

## ¶CAPVT: XII. DE varia in ſacris litteris terminorum acceptione. A

CIRCA proprietatis vocabulorum materiam, præcipuum quod examinandum accedit, & quod optimo diuini verbi concionatori conducit, eſt nempe de varia aliquorum nominum acceptione, tractare, quam in ſacra ſortiuntur ſcriptura. Nam ex huiuſmodi acceptionis ignorantia, non ſolũ in cõcionatore, ſcripturæ ſacræ veritatum intelligẽtia deperditur, ſed etiam multoties error circa res ſacras, in eo gene- B ratur. Nam ignorata terminorũ acceptione, in propatulo eſt, continuo, in ipſius ſcripturæ ſacræ intelligentia aberrare. Et quidem in hac materia, nequaquam de omnibus nominibus, qui in ſacra ſcriptura variã habent acceptionem nobis agendum eſt. Quandoquidem eſſet hoc nimiam legentibus prolixitatem generare, ſed de eis dumtaxat agemus, quæ præcipua ſunt nomina, quorum intelligentia, maximè ad noui teſtamenti declarationem conducit. Sunt autem hęc numero decem, vel duodecim, Videlicet, Mundus, Caro, Peccatum, Iuſtitia, Anima, Fides, Panis, Gloria, Aqua, Oculus, C Spiritus.

¶Primum ergo nomen, quod variã ſortitur in ſcriptura ſacra acce-

Mũdus.

A acceptionem, eſt nempe hoc nomen, Mundus. Quod quidem tripliciter in ſacris reperitur litteris Primo enim accipitur mundus, pro hac rerum naturaliũ machina, quam Deus finxit, intra quam elementa, bruta, & homines continentur. Iuxta quam acceptionem ait Ioannes capite primo: In mundo erat, & mũdus per ipſum factus eſt. Et in hac eadem acceptione dicitur Ioannis. 16. capite: Ego veni in mundum & iterum relinquo mundum. Sic etiam habetur Matthęi. 4. capite, oſtendit ei omnia regni mũdi. Et pariter in eadẽ forma Marci. 8. capite & Lucæ. 9. legitur: Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundũ lucretur, ideſt ſi ſubſtantiam & omnia huius mundi bona poſsideat. Vbi in omnibus his locis, pro hac viſibili rerum naturalium fabrica, nomen hoc mundus accipitur.

Expoſi. Ioan. 16. Matt. 4. Marc. 8. Luc. 9.

B

2. acceptio.

¶ Secundò modo vſurpatur in ſacris litteris nomen hoc, mũdus, pro ſolis hominibus in mũdo commorantibus. Quemadmodum Ioannis. 3. capite habetur cum dicitur: Sic Deus dilexit mundum vt filium ſuum vnigenitum daret. Vbi apertum eſt quod Dei dilectio, atque vnigeniti filij ſui traditio, non ad bruta & plantas & elementa, ſed ad homines tantum referuntur. Nã homines ſunt quos dilexit, & pro quibus atrociſsimam mortem filius eius, Chriſtus redemptor noſter, pati dignatus eſt. Item cum Ioannis capite primo dicitur, mundus eum non cognouit, non de brutis & lapidibus ſeu de elementis aſſertum eſt, ſed de hominibus tantum dictum eſſe conſtat. Siquidem lapides & bruta elemẽta ipſum cognoſcere minime valuerunt, ſed homines dũtaxat ſunt de quibus querellam format, eum videlicet nõ cognouiſſe. Simili modo accipitur mũdus cum Ioannis. 6. capite dicitur: Panis quem ego dabo caro mea eſt, pro mundi vita. Etenim ſacroſanctus ille panis, pro hominum vita oblatus eſt: Item ſimilis eſt aſſertio cum Ioãnis. 14. capite dicitur: Vt cognoſcat mũdus quia diligo patrem quę profectò cognitio, ſolũ hominũ eſt.

Expoſi. Ioan. 3.

C

A Expoſi. Ioan. 1.

Expoſi. Ioan. 6.

Expoſi. Ioan. 14

B

¶ Accipitur etiã tertio modo, mundus, in malam partem, ſcilicet pro peccatoribus, qui mundana carnis & ſanguinis opera, contra Dei legem perpetrant. Et ſic habetur Ioãnis. 14. capite dũ dicitur. Ego mittam vobis ſpiritum veritatis, quem mundus nõ poteſt accipere. Vbi certum eſt pro ſolis malis accepiſſe mundũ: nã ſi boni eſſent, poſſent vtiq; talem accipere ſpiritum. Sic etiam Ioannis. 17. accipitur, cum legitur, nõ pro mũdo rogo, ideſt pro hominibus in peccato complacentibus, ſiue obſtinatis. Idẽ omnino aſſerendum eſt, dum Ioannis. 17. iterum dicitur pater ſancte, mundus te non cognouit. Nã

3. accep.

Expoſi. Ioan. 14

Expoſi. Ioan. 17

C

Expoſi. Ioan. 17

A ibi pro malis ſolùm accipiendũ eſt, nam boni & religioſi viri, & patrem & chriſtum filium eius redẽptorem noſtrum, & cognouerunt & confeſsi ſunt: cęterum peruerſi & rebeles, quales fuerunt Iudæi & alij ſibi ſimiles nõ cognouerunt. Sic etiam. 1. ad Corinthios capite. 11. accepit apoſtolus Paulus cum ait, vt non cum hoc mundo dãnemur, ideſt cum hominibus mundanis peccato deditis, nam ſi cum bonis noſtra eſſet cõuerſatio, non proinde eſſemus damnandi. Sic etiã Iacobi. 4. aſſeritur, qui amicus eſt huius mundi, inimicus Dei conſtituitur, vbi apertiſsimum eſt pro malis mundum accepiſſe. Nam ſi talis vir, bonorum qui B in mundo ſunt extitiſſet amicus, non propterea Dei inimicus eſſet conſtituendus. Sic prætereà, prima Ioannis epiſtola, capite ſecundo, accipiendum eſt, cum ſic legitur. Fratres, nolite diligere mundum, neq; ea quę in mundo ſunt, qui enim diligit mundũ nõ manet charitas patris in eo, vbi certiſsimum ex his verbis apparet, pro malis accepiſſe mũdum. Nã ſi boni eſſent, quos homines diligerent, & bona etiã quæ amarent in mundo, nõ ideo ab eis patris charitas eſſet excludẽda. Et C hoc etiã cõpertum eſt, ex verbis quę ſtatim ſubiungit cum dicit. Quia quicquid eſt in mundo eſt cõcupiſcentia carnis, cõcupiſcẽtia oculorũ, & ſuperbia vitę. Ex

Expoſi. 1. cor. 11.

Expoſi. Iaco. 4.

Expoſi. 1. Ioannis. 2.

Expoſi. 1. Ioannis. 2.

quibus verbis aperte conſtat ꝙ A pro ipſis malorum operibus mũdum accepiſſe oſtendit.

¶ Secundum nomen, quod diuerſam ſortitur acceptionem in ſcriptura ſacra, eſt, Caro, quod tripliciter in ſacris litteris reperiri ſolet. Primo enim accipitur, pro carne, vt eſt altera pars, compoſiti in homine. Et ſic habetur Geneſis capite. 37. nam frater & caro noſtra eſt. Sic etiam dicitur. 2. Regum capite. 5. os tuum & caro tua ſumus. Sic pariter habetur Pſalmo. 83. cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Sic etiam Matthæi. 26. aſſumitur, cum legitur, ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Et item Geneſis. 2. capite ſic accipitur dum ſcriptura ait, hoc nunc os ex oſsibus B meis, & caro de carne mea. Item Pſalmo. 77. recordatus eſt quia caro ſunt. Et tãdem ſic Chriſtus accepit cum Lucę. 24. capite dixit, palpate & videte quia ſpiritus carnem & oſſa non habet.

¶ Secundò modo accipitur, caro, in litteris ſacris pro toto homine. Et ſic legitur Pſalmo. 64. ad te omnis caro veniet, ideſt omnis homo. Item ſic etiam Pſalmo 135. accipitur cum legitur, qui dat eſcam omni carni, ideſt omni homini. Sic etiam Iſaias propheta accepit, capite. 40. dum dixit. Videbit omnis caro pariter C quod os domini nominabit. Sicut etiam propheta Zacharias, ſecun-

Caro.

Gen. 37

Pſal. 83.

Gene. 2.

Pſal. 77.

Lucę. 4

2. acceptio.

Expoſi. Pſal. 64.

Expoſi. Pſalm. 135.

Expoſi. Iſa. 40.

Zacha. 2

A ſecũdo capite, accepit dicens. Sileat omnis caro à facie domini. Hier. 12 Et Hieremias etiã. 12. capite ait, non eſt pax vniuerſæ carni. Et Hier. 45 iterum. 45. capite dicit, adducam malũ ſuper vniuerſam carnem. Et ſic vt in plurimum cum in ſacris litteris diſtributiue caro ponitur pro omni homine accipitur.

3. acceptio. ¶ Tertio accipitur caro, pro affectionibus, quæ ab ipſa promanant carnis natura contra rationis dictamen, & legem Dei, quæ militant aduerſus ſpiritũ. Et ſic Expoſi. Galat. 5. habetur ad Galatas, capite. 5. caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ, & ſpiritus aduerſus carnem, quę quidem affectiones, hominẽ quodãmodo beſtialem faciunt, iuxta B id quod habetur, animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. Sic Paulus. 1. ad Corin 1. cor. 3. thios. 3. capite accepit, cũ dixit, ſi cõtentiones & rixæ ſunt inter vos, nõnè carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis? Sic pariter accipiẽdum eſt, dum A Galat. 5. poſtolus iterum ad Galatas. 5. capite ait: Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt inuidiæ, æmulationes, contentiones. Itẽ ſimili modo accipi debent verba, quę idẽ Apoſtolus. 1. ad Corinthios. 15. 1. cor. 15 ſcribit, cum ait, quia caro & ſanguis regnũ Dei non poſſidebũt. C Sicut etiam eadẽ eſt locutio dum Rom. 8. ad Romanos. 8. capite ait: Qui in carne ſunt Deo placere non poſſunt. Item pari forma ſunt intelligenda verba illa ad Romanos. 8. ſi ſecundum carnem vixeritis moriemini. A Rom. 8. Ac denique ſic etiam accepit verba, cum ad Galatas. 6. capite ait: Gala. 6. Qui ſeminat in carne ſua, de carne metet corruptionem, qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitã æternam.

¶ Tertium nomen, quod variè in litteris ſacris accipitur, eſt quidem, hoc nomẽ peccatum, Peccatũ cuius vera intelligentia maximè ad ſacras litteras cõducit. Accipitur igitur in ſcriptura ſacra peccatum tripliciter. Primo pro ipſa offenſa, quę in tranſgreſsione legis Deo irrogatur, ex qua homo gratiã Dei amittit, & gehẽnę pœnam incurrit. Quẽadmodum Geneſis. 4. capite legitur: Expoſi. Gene. 4. Si male geſſeris ſtatim in foribus peccatum tuum. B Sic etiam Dauid propheta Pſalmo. 50. ait: Pſal. 50. Iniquitatẽ meã ego cognoſco, & peccatum meum cõtra me eſt ſemper. Item Iſaias cap. 3. ſic loquutus eſt cum Iſa. 3. dixit. Peccatum ſuum quaſi Sodoma prędicauerunt. Et hoc dicẽdi modo Ioannes. 8. capite vtitur Expoſi. Ioan. 8. cum ait: Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati, nam per peccati culpam in opere perpetratã, qui facit peccatũ ſeruus fit peccati. Quæ nimirum cõmunis & vſitatior eſt, ſacrę ſcripturę acceptio. Cõmunior, acceptio.

2. acceptio. ¶ Secundo accipitur peccatũ pro pœna peccati, quã Chriſtus pro peccati ſatiſfactione ſuſtulit. C Et hũc loquẽdi modũ Paulus

A ad Romanos. 8. cap. ſeruauit, cũ de ipſa Chriſti paſsionis virtute loquens ait. Miſit Deus filiũ ſuũ in ſimilitudinẽ carnis peccati, & de peccato dãnauit peccatum, ideſt ex pena paſsionis, quam pro peccato ſuſtulit, dãnauit peccatũ, vel clarius, de pœna, quã pro peccato ſuſtulit, pro eo ſatiſfaciendo. Ex hac inquam in Chriſto aſſũpta pœna, orta eſt virtus deſtruendi peccati culpam, quia in hoc propriè dicitur miſiſſe Deũ filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, non quidem ꝙ ex peccato conceptã Chriſtus carnẽ aſſũpſerit, ſed in ſimilitudinẽ illius, nam in homine, caro ex peccato cõcepta, habet ſtatim annexam famẽ, ſitim, vexationẽ, & mortẽ, cum cęteris laboribus ipſi carni cõiunctis, & quia caro Chriſti has omnes pœnalitates ſupra ſe accepit, dicitur Chriſtũ veniſſe in ſimilitudine carnis peccati, quia in hoc ſimilis fuit caro eius, peccati carni. Ratio autem quare pœna, quam Chriſtus pro peccato ſuſtulit, peccatum appellatur, eſt nẽpe, quia ex peccato orta & occaſionata eſt. Iuxta quàm loquendi formã ait Paulus. 1. ad Corinthios. 15. ſtimulus autem mortis, peccatum eſt, ideſt ex peccato, ipſa temporalis mors, C quæ hominem pũgit orta eſt, & hac eadem loquẽdi forma ad Romanos. 6. ait Paulus, ſtipẽdia peccati, mors.

Expoſi. Rom. 8.

B Ratio.

Ratio.

Expoſi. 1. cor. 15

Expoſi. Rom. 6.

¶ Tertio accipitur peccatum pro hoſtia & ſacrificio oblato A pro ipſo peccato, & hic loquẽdi modus eſt apud Oſeam prophetã cap. 4. cum dicitur. Peccata populi mei comedẽt ſacerdotes, ideſt oblationes & hoſtias pro expiatione peccatorũ oblatas, has inquã ſacerdotes mei comedẽt. Quẽadmodum hodie apud nos etiã verſatur, nam parrochi oblationes in templo factas, in ſortem ſuam & alimẽtum aſſumunt. Et iuxta hunc loquendi morem ait Paulus, loquens: De Chriſto, qui pro noſtra redemptione oblatus eſt, eum qui non nouerat peccatũ pro nobis Deus fecit peccatum, ideſt Chriſtum Dei filium innocentiſsimũ, pro peccatis noſtris B ſuus benedictus pater fecit eum, ad expiationem eiuſdem peccati, hoſtiam & ſacrificium.

3. peccati acceptio. Expoſi. Oſee.

Expoſi. 2. cor. 5.

¶ Quartum nomẽ, quod variè admodum in ſacris verſatur litteris, hoc nomẽ, iuſtitia, eſt, quod profectò nomẽ, variè admodũ in ſacra reperitur ſcriptura. Primo enim accipitur pro debito coronę aut pręmij, quod ex legis ſtatuto operibus debetur virtutis, Et hoc pacto Geneſis. 20. dixit Iacob ad Labam, reſpõdebit mihi cras iuſtitia mea, ideſt merces operi meo debita. Huiuſmodi formæ eſt loquutio, qua apoſtolus C Paulus. 2. ad Timotheum. 4. vtitur cum ait, in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ.

Iuſtitia.

Expoſi. Gen. 20

Expoſi. 2. Ti. 4.

¶ Quandoq; autem pro opere ipſiuſmet virtutis accipitur iuſtitia,

2. iuſtitię acceptio.

A ſtitia, ſicut apud Matthæū. 5. capite habetur dum dicitur. Niſi abūdauerit iuſtitia veſtra, pluſquā ſcribarum & phariſeorū, nō intrabitis in regnum cælorum, ac ſi clarius dixiſſet. Niſi veſtra virtutis opera, abūdantiora fuerint phariſeorum operibus, regnum Dei non conſequemini. Item ſic Deuteronomij. 19. capite aſſeritur. Ne dicas propter iuſtitiam meam introduxit me dominus, ideſt propter opera mea, neque enim propter iuſtitias tuas. Item Pſalmo. 17. ſic etiam habetur: Retribuet mihi dominus ſecundum iuſtitiam meam, B ideſt ſecundum opera mea. Item Matthęi. 6. capite legitur in hac eadem loquendi forma. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ideſt ne publicè operemini virtutem, vanæ glorię ambitione ducti. Et vocātur virtutum opera iuſtitia, propter rectitudinem & valorē meriti quem Deus in ſe ipſis includere voluit, ad beatitudinem cōſequendam.

(Margin: Expoſi. Matt. 5. — Expoſi. Deut. 19 — Expoſi. Pſal. 17. — Expoſi. Matt. 6. — Ratio.)

¶ Quandoq; verò accipitur iuſtitia, pro ęquitate & rectitudine quā Deus in ſuis omnibus ſeruat operib', & hæc eſt cōmuniſſima ſcripturæ ſacræ acceptio, quem- C admodum legitur Pſalmo. 35. dū dicitur. Iuſtitia tua his qui recto ſunt corde, ideſt operum tuorū rectitudo, optime rectis corde adaptatur, & ab eis agnoſcitur, nam peruerſus, quę̄ Dei iuſtitia damnat, nūquam hoc agnoſcit, A ſed cōquęritur & aborret. Item alio in loco iterū idem propheta ait. Equitas iuſtitia tua, quod idem eſt ac dicere, ęquitatem & rectitudinem opera tua demonſtrāt. Atque iterum Pſalmo. 84. ait. Iuſtitia ante eum ambulabit ideſt in omnibus quæ aget, hæc ſemper præcedet rectitudo & ęquitas. Et in Pſalmo. 111. iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi, quaſi dixiſſet apertius. Sēper ab initio ad finem vſque, eius in omnibus quæ agit, reperitur ęquitas. Habetur etiam Pſalmo. 118. iuſtitia tua in ęternum, quod in idem reddit ac ſi diceret. Operum tuorum rectitudo ſine fine duratura eſt. B Prętereà etiam legitur in Pſalmo, 39. Annuntiaui iuſtitiam tuam in Eccleſia magna, quæ verba hunc eundem generant ſenſum, videlicet: Rectitudinem & ęquitatem, quam in tuis ſemper ſeruas operibus, hominibus prædicaui. Et in hac Eccleſia tua, notiſsimam reddidi. Et tandem ſemper ferè, quòd in ſacris litteris Dei extollitur iuſtitia, pro ipſa Dei rectitudine & ęquitate, quam in ſuis ſemper ſeruat operibus, accipitur, neque obſtat, C ſi conquęrantur boni, ꝙ ſine iuſtitia malorum via proſperatur, & bene eſt eis qui peruerſe agūt, hæc enim malorum proſperitas, rectitudinem etiam in ſe habet & ęquitatem. Nam hæc eorum

(Margin: 3. iuſtitiæ acceptio. — Expoſi. Pſal. 35. — Expoſi. pſal. 84. — Expoſi. pſal. 111 — Expoſi. pſal. 118. — Expoſi. pſal. 39. — Obiectio.)



(Library stamp: ... ALEXANDER ... FERDINANDVS ... VALENTINUS ...)

A dumtaxat eſt portio, videlicet, ꝙ bonum ſortiantur in temporalibus ſucceſſum, nam quia chriſtiani ſunt, & Chriſti vexillũ in fronte portauerunt, eorumq; mẽtes aut corpora quandoque Dei fuerunt templum, in ſacramentorum receptione, iuſtum apparet, vt vel ſaltim in tẽporalibus bonis, eis præſtet auxilium, bonis autem quia eorum portio in alia ſeruatur vita, non mirùm ꝙ hic eis aduerſe ſuccedat. Quapropter ſtatim ibi apud prophetam huius querellę apponitur ſolutio, cum dicitur veruntamen ſeruaſti eos in diem perditionis.

Malorũ proſperitas.

Solutio.

¶ Aliquando præterea accipi ſolet in litteris ſacris hoc nomẽ iuſtitia, pro ipſo actu iuſtitiæ, quo quis in iudicãdo rectè ſe habet, vnicuiq; ius ſuum præbens, & ſic legitur Hieremiæ. 22. capite, ſub his verbis: Facite iudiciũ & iuſtitiam, liberate vi oppreſſum. Sic etiam habetur Pſalmo, 47. Iuſtitia plena eſt dextera tua idest, iudicium quo malos ad ſiniſtram collocaſti, bonos verò ad dexterã, rectitudine & ęquitate plenũ eſt, quia nulli in hoc grauamen intuliſti.

4. iuſtitię acceptio.

B

Expoſi. Hie. 22.

Pſal. 47.

¶ Aliter etiam ſumitur iuſtitia in ſcriptura ſacra, pro rectitudine & æquitate legis, quam ipſamet lex in ſe ipſa includit. Et ſic habetur ad Philippẽſes tertio, capite ſecundum iuſtitiam quæ in lege eſt, conuerſatus ſum ſine querella, vnde ipſamet lex iuſtitia appellari ſolet, vt in multis ſcripturæ locis videre eſt.

5. iuſtitiæ acceptio.

C

Expoſi. Phili. 3.

A

¶ Quandoq; etiam pro ipſomet Christo (à quo ipſa manat iuſtitia) accipitur, ſicut habetur 1. ad Corinthios primo capite: Dũ ſic legitur. Qui factus eſt nobis iuſtitia, ſanctificatio & redẽptio, quia videlicet in ipſo & per ipſum iuſtificati, ſanctificati, & redempti ſumus, ſicut enim Paulus ait, ꝙ in ipſo viuimus, mouemur, & ſumus, & ideo noſtra dicitur vita & eſſe: ita etiam quia in ipſo iuſtificamur ſanctificamur, & redimimur, inde noſtra appellatur iuſtitia, ſanctificatio & redemptio.

6. iuſtitię acceptio.

Expoſi. 1. cor. 1.

Simile.

¶ Reperitur etiam in ſancta ſcriptura nomẽ hoc, iuſtitia, pro ipſa veritate, quemadmodũ Matthæi. 5. habetur: Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum. Vbi tantundem eſt hoc dicere, ac ſi alijs verbis explicaſſet, qui propter veritatẽ patiuntur. Et tandem in hac iuſtitiæ acceptione, quia varia admodum in litteris ſacris eſt eius acceptio, ad hoc vnum deueniẽdum eſt, quòd propriè iuſtitia eſt, ipſa equitas & rectitudo, & quia rectitudo hæc inuenitur iã in præmio quod hominibus præſtatur & corona, iã in opere virtutis, iam in actu ipſius iudicantis, iam verò in lege, iam in veritate, iam in ipſomet Chriſto, qui auctor eſt iuſtitiæ. Inde inquam

7. iuſtitię acceptio.

B

Expoſi. Matt. 5.

Quid iuſtitia.

C

A quam eſt, ꝙ quia hæc omnia rectitudinem & æquitatem in ſe claudunt, iuſtitia appellentur.

Anima. Quintum nomen, quod diuerſimodè etiam, in ſacris accipitur litteris, eſt hoc nomen anima, quod vt in plurimum, duplicem ſortitur in ſcriptura ſacra acceptionem. Prima eſt pro anima rationali, quæ ad Dei imaginem facta eſt, quæ in vltimo iudicij die aut præmiabitur aut punietur. Et hoc pacto legitur Iob. 13.

B Expoſitio. Iob. 13. animam meam porto in manibus meis. Sic etiam habetur in pſalmo 15. cum dicitur. Ne derelinquas animam meam in inferno. Item ſimili modo intelligendum eſt, quod pſalmo 62. ſcribitur, Sitiuit in te anima mea, atq; huiuſmodi formę etiam eſt, quod Eccleſiaſt. 2. cap. fertur, præpara animam tuam ad tentationem. Et huic etiã ſignificationi correſpondet, quod Threnorum. 3. legitur, oculus meus deprędatus

Pſal. 15. Pſal. 62. Eccle. 2. Tren. 3.

C eſt animam meam. Et huic præterea concordat ſententię, quod Matthæi 10. habetur, animã autem non poſſunt occidere. Et tãdem ſic intelligendum eſt quod Matthæi. 16. legitur. Quam dabit homo commutationem pro anima ſua, quę acceptio tritiſſima eſt in ſcriptura ſacra.

Mat. 10. Mat. 16.

2. Animæ acceptio. Secũdo accipitur anima pro ipſamet corporali vita. Et ſic intelligendum venit quod Heſter 7. habetur, capite. Da mihi animam pro qua rogo, id eſt vitam corporalem, nam pro hac pręcabatur Heſter. In hac eadem acceptione accipiendũ eſt, quod Matthæi. 2. capite legitur: defuncti ſunt enim, qui quærebant animam pueri, id eſt vitam, nã hæc eſt, quam Hęrodes quærebat, videlicet Chriſti vitam, vt eum occideret. Hæc eadem illius loci intelligentia eſſe debet, Ioannis 12. Qui amat animam ſuam perdet eam, id eſt, vitam perdet, exponens eam laboribus atque pęnitentię operibus, ad eum modũ quo granum ſeminatum in terram vt putrefiat proijcitur, nam ex hac parabola deducitur hæc doctrina. Siquidem rationalis anima pro nullo perdenda eſt aut abhorrẽda, ſed diligenda potius & maxima ſolicitudine lucranda. Similiter intelligitur, quod Ioannis. 15. legitur capite. Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis, id eſt, vitã. Nam rationalis anima pro nullo ponẽda eſt, nec ſub charitate cadit animã rationalẽ pro aliquo iacturam pati, nam cùm animæ iactura, ſine Dei offenſa fieri nequeat, inde profecto eſt, quòd pro nullo exponenda ſit.

Expoſitio Heſter. 7. Expoſitio. Matt. 2. Expoſitio. Ioannis. 12. B Simile. Expoſitio. Ioannis. 15. C

Fides. Sextum nomen, quod etiam in ſignificatione, in ſacra variatur ſcriptura, eſt hoc nomen fides, quæ inter alias, triplicẽ pręſertim retinet ſignificationem, primo accipitur communiſſime pro fide, qua in Deum homines



[library stamp: ALEXANDER ... VALENTINUS ...]

A credunt, & ſic habetur Geneſis
Expoſi. Gen. 15. Heb 11. 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Sic etiam habetur ad Hebræos 11. ca. Fide Abel plurimam hoſtiam obtulit, & ſic de cæteris ſanctis patribus, qui per fidẽ maxima bona apud Deum lucrati ſunt. Nam eo in loco, ſanctorum veterum patrum fides maxima
Mat. 8. in Deum commendatur. Item ſimiliter legitur Matthęi 8. capi. cum dicit. Non inueni tantam fidem in Iſrael. Et eodem modo
Math. 6. intelligendus eſt locus ille Matthęi. 6. Fides tua te ſaluam fecit.
B Et hæc eſt cõmunior ſacræ ſcripturæ acceptio, maxime in euangelio.

2. Fidei acceptio. Secundo modo accipitur pro fide, qua Deus ipſe fidelis eſt, implens promiſſa hominibus præſtita, iuxta id quod Paul. ad He-
Expoſi. Heb. 10 bræos. 10. ait. Fidelis enim eſt, qui repromiſit. Et hic idem di-
Expoſi. Roma. 3 cendi ſtilus eſt, qui ad Romanos tertio habetur capite: Nunquid incredulitas illorum, fidem Dei
C euacuauit, ideſt, non propterea, ꝙ aliqui non crediderunt Deo, ideo ipſius Dei fides, ideſt promiſſio ceſſauit. Fidelior enim eſt Deus hominibus, & ſe ipſum negare non poteſt. Quandoquidem ſibi debitũ eſt, ſi ſemel pollicitus fuerit, immutabilem eſſe vnde ſubiungit illico Paulus abſit. Eſt autem Deus verax, omnis autem homo mendax. Rationem huius aſſignat ingenioſe diuus Thomas, ad Romanos. 3. ca. A
lectione. 1. Nam hęc differentia S. Tho.
eſt inter humanum & diuinum intellectum, nam hominis intellectus accipit cognitionem à rebus, & quia res vertibiles ſunt, Differẽtia.
ſic pariter intellectus poteſt deficere & falſus eſſe: intellectus autem diuinus nõ accipit à rebus cognitionem, ſed eſt menſura & cauſa rerum, à quo res ipſæ veræ ſunt, inquantum ei conformantur, vnde indeficiens eſt. Sic pariter Oſeę ſecundo capite acci- Expoſi. Oſeę. 2
pitur fides cum dicitur: Sponſabo te mihi in fide, quam ego tibi pręſto, bona promittẽs, & qua B
tu mihi obediẽtiam præſtas, ſic enim inter homines ſpõſalia fie- Simile
ri conſueuerunt, ſcilicet per vtriuſque fidem alterius alteri præſtitam. Sic etiam ad Epheſios 3. capite legitur, in quo habemus fiduciam & acceſſum in confidẽtia, per fidem eius, ſcilicet Chriſti, qui nobis ſic promiſit. Expoſi. epheſ. 3.

C 3. Fidei acceptio
Tertiò accipitur præterea fides, pro ipſa lege gratię, quę noui eſt teſtamẽti, & ſic Paulus ait ad Romanos tertio capite, Gloriationem Iudęorum excuſſam eſſe iam & extinctam per legem fidei, & non per legem factorum & vocat legem fidei euãgelium. Vbi differentiam hanc aſsignat Lex fidei & lex factorũ.
inter veterem & nouam legem, quòd hanc nouam fidei legẽ vocat, illam autem non niſi legem factorum, quia illa nimirum lex erat exterius propoſita & deſcri-
pta

A pta, per quam exteriora facta hominum ordinabantur, ſed legem nouam ideo legem fidei vocat, quia interiùs deſcripta erat, per quam non ſolùm exteriora facta, ſed etiã ipſi motus cordiũ diſponũtur, inter quos primus eſt motus fidei. Et quia hoc eſt in lege gratiæ præcipuè intentum, ideo lex fidei dicitur, iuxta id quod habetur, dabo legem meam ſcriptã in cordibus eorum. Nam etſi in lege veteri fides etiam erat in patriarchis & prophetis de Chriſto venturo, atque ad multa alia erat inter eos exigita fides, & dato etiam in noua lege erant quoque facta, vnde lex factorum denominari etiam deberet: attamẽ per excellentiam, ſola euangelica lex, fidei lex denominatur. Nã præcipuum quod in ea veneramur, articuli ſunt fidei, & Eccleſiæ ſacramenta, quæ ſola fide tenemus, expectantes in beatorũ patria, eorum claram viſionem, in quo pręcipuè, chriſtianorum conſiſtit meritum. (argumẽti, ſolutio. — B)

¶ Secunda ratio quare lex fidei, noua lex dicitur, quia hæc erat quam omnes in veteri lege, tum patriarchæ, tum etiam prophetæ ſperabant, in qua etiam credebãt debere ipſos ſaluos fieri, iuxta eam ſententiam qua dicitur, non eſt aliud nomen ſub cælo, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Atque ideo appellatur meritò lex fidei, ideſt lex ab omnibus antea credita & ſperata. Et hic eſt loquẽdi modus diui Pauli ad Galatas. 3. capite cum ait, priùs autem quàm veniret fides, ſub lege, cuſtodiebamur, concluſi, in eam fidem quæ reuelanda erat. Itaq; lex pedagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur. At vbi venit fides, iam non ſumus ſub pedagogo: ibi apertè euãgelicam legem fidem vocat, legem autem veterem illius pedagogum. Itaque lex vetus vmbra quædã fuit huius euãgelicæ fidei, & ſicut adueniente veritate ceſſat vmbra, ſic adueniente euãgelio, eius ceſſauit pedagogus. (2. ratio. — C — Actu. 4. — A — Expoſi. Gala. 3. — Simile.)

¶ Septimum nomen eſt, panis, quod quidem varie ſimiliter in ſacris accipitur litteris, & quidem primo communiſsime legitur pro pane hoc materiali, quo homines veſci ſolent. Sic legitur Geneſis. 14. ꝙ Melchiſedech rex Salẽ protulit panem & vinum. Prętereà Deuteronomij cap. 8. in hoc eodem ſenſu dicitur, non in ſolo pane viuit homo. Sic etiã Matthæi. 26. dicitur de Chriſto redemptore noſtro ꝙ accepit panem & benedixit. Et eodem modo Lucæ. 4. legitur, dic lapidi huic panis fiat. (Panis. — B — Figura. Gene. 4. — Expoſi. Deut. 8. — Mat. 26. — Lucę. 4.)

¶ Item accipitur etiam panis aliquando in ſacris litteris, pro integro cibi alimento, appellatione enim panis cætera, quæ ad comedendum apponuntur veniunt. Et ſic credo debere accipi locum illum Geneſis. 3. in ſudore (2. panis acceptio — C)

A credunt, & ſic habetur Geneſis 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Sic etiam habetur ad Hebræos 11. ca. Fide Abel plurimam hoſtiam obtulit, & ſic de cæteris ſanctis patribus, qui per fidẽ maxima bona apud Deum lucrati ſunt. Nam eo in loco, ſanctorum veterum patrum fides maxima in Deum commendatur. Item ſimiliter legitur Matthęi 8. capi. cum dicit. Non inueni tantam fidem in Iſrael. Et eodem modo intelligendus eſt locus ille Matthęi. 6. Fides tua te ſaluam fecit. B Et hæc eſt cõmunior ſacræ ſcripturæ acceptio, maxime in euangelio.

Expoſi. Gen. 15. Heb 11. Mat. 8. Math. 6.

2. Fidei acceptio

Secundo modo accipitur pro fide, qua Deus ipſe fidelis eſt, implens promiſſa hominibus præſtita, iuxta id quod Paul. ad Hebræos. 10. ait. Fidelis enim eſt, qui repromiſit. Et hic idem dicendi ſtilus eſt, qui ad Romanos tertio habetur capite: Nunquid incredulitas illorum, fidem Dei C euacuauit, ideſt, non propter eà, ꝙ aliqui non crediderunt Deo, ideo ipſius Dei fides, ideſt promiſsio ceſſauit. Fidelior enim eſt Deus hominibus, & ſe ipſum negare non poteſt. Quandoquidem ſibi debitũ eſt, ſi ſemel pollicitus fuerit, immutabilem eſſe vnde ſubiungit illico Paulus abſit. Eſt autem Deus verax, omnis autem homo mendax. Rationem huius aſſignat ingenioſe diuus Thomas, ad Romanos. 3. ca. A lectione. 1. Nam hęc differentia eſt inter humanum & diuinum intellectum, nam hominis intellectus accipit cognitionem à rebus, & quia res vertibiles ſunt, ſic pariter intellectus poteſt deficere & falſus eſſe: intellectus autem diuinus nõ accipit à rebus cognitionem, ſed eſt menſura & cauſa rerum, à quo res ipſæ veræ ſunt, inquantum ei conformantur, vnde indeficiens eſt. Sic pariter Oſeę ſecundo capite accipitur fides cum dicitur: Sponſabo te mihi in fide, quam ego tibi pręſto, bona promittẽs, & qua B tu mihi obediẽtiam præſtas, ſic enim inter homines ſpõſalia fieri conſueuerunt, ſcilicet per vtrique fidem alterius alteri præſtitam. Sic etiam ad Epheſios 3. capite legitur, in quo habemus fiduciam & acceſſum in confidẽtia, per fidem eius, ſcilicet Chriſti, qui nobis ſic promiſit.

Expoſi. Heb. 10. Expoſi. Roma. 3. S. Tho. Differẽtia. Expoſi. Oſeę. 2. Simile. Expoſi. epheſ. 3.

C Tertiò accipitur præterea fides, pro ipſa lege gratię, quę noui eſt teſtamẽti, & ſic Paulus ait ad Romanos tertio capite, Gloriationem Iudęorum excuſſam eſſe iam & extinctam per legem fidei, & non per legem factorum & vocat legem fidei euãgelium. Vbi differentiam hanc aſsignat inter veterem & nouam legem, quòd hanc nouam fidei legẽ vocat, illam autem non niſi legem factorum, quia illa nimirum lex erat exterius propoſita & deſcri-

3. Fidei acceptio. Lex fidei & lex factorũ.

pta

A pta,per quam exteriora facta hominum ordinabantur,ſed legem nouam ideo legem fidei vocat, quia interiùs deſcripta erat,per quam non ſolùm exteriora facta, ſed etiã ipſi motus cordiũ diſponũtur,inter quos primus eſt motus fidei. Et quia hoc eſt in lege gratiæ præcipuè intentum,ideo lex fidei dicitur,iuxta id quod habetur,dabo legem meam ſcriptã in cordibus eorum. Nam etſi in

Argumẽti, ſolutio.

lege veteri fides etiam erat in patriarchis & prophetis de Chriſto venturo, atque ad multa alia erat inter eos exigita fides, & dato etiam in noua lege erant quoque facta, vnde lex factorum denominari etiam deberet:attamẽ per excellentiam,ſola euangeli-

B ca lex,fidei lex denominatur. Nã præcipuum quod in ea veneramur, articuli ſunt fidei, & Eccleſiæ ſacramenta,quæ ſola fide tenemus,expectantes in beatorũ patria, eorum claram viſionem, in quo pręcipuè,chriſtianorum conſiſtit meritum.

2.ratio.

¶ Secunda ratio quare lex fidei, noua lex dicitur, quia hæc erat quam omnes in veteri lege, tum patriarchæ,tum etiam prophetæ ſperabant, in qua etiam

C credebãt debere ipſos ſaluos fieri,iuxta eam ſententiam qua dicitur, non eſt aliud nomen ſub cælo, in quo oporteat nos ſaluos

Actu.4. fieri. Atque ideo appellatur meritò lex fidei, ideſt lex ab omnibus antea credita & ſperata. Et

A hic eſt loquẽdi modus diui Pauli ad Galatas. 3. capite cum ait, prius autem quàm veniret fides, ſub lege,cuſtodiebamur, concluſi, in eam fidem quæ reuelanda erat. Itaq; lex pedagogus noſter fuit in Chriſto,vt ex fide iuſtificemur. At vbi venit fides, iam non ſumus ſub pedagogo : ibi apertè euãgelicam legem fidem vocat, legem autem veterem illius pedagogum. Itaque lex vetus vmbra quædã fuit huius euãgelicæ fidei,& ſicut adueniente veritate ceſſat vmbra, ſic adueniente euãgelio,eius ceſſauit pedagogus.

Expoſi. Gala.3.

Simile.

Panis.

¶ Septimum nomen eſt,panis, quod quidem varie ſimiliter in ſacris accipitur litteris, & quidem primo communiſsime legitur pro pane hoc materiali, quo homines veſci ſolent. Sic legitur Geneſis.14.ꝙ Melchiſedech rex Salẽ protulit panem & vinum. Prętereà Deuteronomij cap. 8. in hoc eodem ſenſu dicitur, non in ſolo pane viuit homo. Sic etiã Matthæi. 26. dicitur de Chriſto redemptore noſtro ꝙ accepit panem & benedixit. Et eodem modo Lucæ. 4. legitur, dic lapidi huic panis fiat.

B

Figura. Gene.4.

Expoſi. Deut. 8.

Mat.26.

Lucę.4.

2.panis acceptio

¶ Item accipitur etiam panis aliquando in ſacris litteris, pro integro cibi alimento, appellatione enim panis cætera,quæ ad comedendum apponuntur veniunt. Et ſic credo debere accipi locum illum Geneſis. 3. in ſudore

C

A dore vultus tui veſceris pane tuo, nam nõ ſolũ ex peccato ortum fuit, hominem cum ſudore triticeum debere acquirere panem, ſed alia etiam alimenta. Pari modo accipiendum eſt, quod 4. Regum. 6. legitur: Pone panẽ & aquam coram eis vt comedãt & bibant, ideſt appone conſuetum cibũ integrum, quemadmodum inter homines conſuetum eſt comedere, quę nempe cibi aſſumptio, prãdium quoddam eſt, quod ex varijs integratur cibis. Sic pariter eſt intelligendum quod Tobiæ. 4. capite adducitur, panem tuum cum eſurientibus & egenis comedè, ideſt ſubſtantiam tuam cum pauperibus expende. Cuius etiam formæ loquutio, illa eſt, quę prouerbiorum. 31. habetur, de longe portans panem ſuum, ideſt omnem ex diuerſis alimentis victum. Pari forma eſt intelligẽdum quod dicitur eodem prouerbiorum capite. 31. panem occioſa non comedit, ideſt victum manuum ſuarum labore acquiſiuit. Sic pariter intelligitur, quod Eccleſiaſtes, capite. 11. habetur, mitte panem tuum ſuper effluẽtes aquas, & poſt tempora multa inuenies illum, ideſt eleemoſinam, quam ex bonis tuis, pauperibus erogaueris, poſt tempora multa repoſitam inuenies. Nam non eſt cur in omnibus hic locis magis de pane, quam de alijs etiam cibis intelligi debeat. Similiter

Expoſi. Gen. 3.
Expoſi. 4. Reg. 6
Expoſi. Tob. 4.
B
Expoſi. Prouer. 31.
Expoſi. Prouer. 31.
Expoſi. Eccl. 11.
C

intelligendus eſt ille locus, Lucæ. 14. ingreſſus eſt Ieſus ſabbato manducare panem, nam minime credendum eſt quòd ad ſolam panis refectionem, Chriſtus inuitatus fuiſſet. Ratio verò huius, quare videlicet appellatione panis reliqui veniunt cibi, quia principalior cibus & initium totius comeſtionis panis, eſt iuxta id quod Eccleſiaſticus capite. 29. aſſerit, initium vite hominis panis & aqua. Et eadem ratione hoc nomen aqua in ſacris litteris, pro omni accipitur potu, quia initium bibendi in omni potu aqua eſt, quẽadmodum ex aliquibus (quos allegauimus) ſupradictis locis cõſtat.

¶ Quandoque verò accipitur nomen hoc panis, pro ſpirituali animæ interiori alimento, quo ipſa reficitur quotidie & viuit anima, quemadmodum Matthæi. 6. capite legitur: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: ideſt gratiam, Charitatem, Iuſtitiam, Fidem, Fortitudinem, cæteraſque virtutes, quibus quotidie eget homo, ne animæ vita deperdatur. Et dicitur hic quotidianus cibus, nam ſicut corpus quotidie eget corporali cibo ad reparandum quod naturalis calor ex humido radicali corrumpit: ſic iſte virtutum ſpiritualis panis & gratię exigitur, ne quotidiana peccata, animæ virtutem perdant.

¶ Acci-

A
Expoſi. Luc. 14.
Ratio.
Expoſi. Eccl. 29.
B
3. panis acceptio
Expoſi. Matt. 6.
Simili.
C

A Accipitur prȩterea panis pro ſalute corporali, & quocumque beneficio homini impēſo, ſicut conſtat ex illo Matthæi 15. capite, non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus, hic namque ſalutem ipſam corporalem panē appellabat, quia hanc eandem mater eius pro filia poſtulabat.

4. Panis acceptio

Expoſi. Mat. 15.

Quandoq; etiam pro mana de cælo præſtito, nomen hoc panis accipitur: ſic etiam Sapientiæ 16. habetur, panem de cælo præſtitiſti eis. Item Ioannis. 6. panē de cȩlo dedit illis. Et idem iterū habetur pſal. 77. cū dicitur. panem cȩli dedit eis.

5. Panis acceptio

Expoſi. Sapi. 16 & ioā. 6 & pſal. 77

B

Ac tandem accipitur hoc nomen panis pro ipſa ſacroſancta euchariſtia, vero Ieſu Chriſti domini noſtri corpore. Sic enim habetur Ioannis. 6. Ego ſum panis verus qui de cȩlo deſcēdi: & iterum alio in loco. Ego ſum panis vitȩ: atque iterum de eodem ait redēptor noſter Chriſtus, ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in ȩternum.

6. Panis acceptio

Expoſi. Ioan. 6.

C

Octauū nomē eſt, gloria, quod variè in ſacris reperitur litteris. Primo pro rerum temporalium proſperitate & potentia, ſicut ex illo conſtat loco, Gene. 54. Annuntiate patri meo vniuerſam gloriam meam. Sic etiam accipiendus eſt locus ille. 2. Paralip. 17. cap. factæq; ſunt ei infinitæ diuitiæ & multa gloria. In hac loquendi forma eſt prætereà verum quod legitur Iud. primo capite, in gloria quadrigarum ſuarum. Et ſic etiam intelligitur, quod Iob. 19. capite adducitur: Spoliauit me gloria mea, ideſt, diuitiarum mearum potentia. Simili modo accipiendus eſt illius loci ſenſus, pſal. 48. nec deſcendet cum eo gloria eius, ac ſi apertius dixiſſet, cū homine dū mortuus fuerit, non deſcēdet proſperitas bonorum temporalium.

Gloria.

Expoſi. Gen. 54.

2. Parali po. 17

A

Iudic. 1. Iob. 19.

Expoſi. Pſal. 48.

Quandoque etiam accipitur gloria pro pretioſo veſtimentorum ornatu, & nitore, ſicut habetur Heſter. 15. Circundata eſt gloria ſua, ideſt, veſtimentorum nitore. Et hoc pacto etiam habet intelligi quod Matthæi, 6 capite legitur, nec Salomon in omni gloria ſua veſtitus eſt, ſicut vnum ex iſtis:

2. glorię acceptio

B

Expoſitio heſter. 15.

Math. 6.

Aliquando etiam pro honore & laude apud alios habita. Sic habetur Eccleſiaſtici tertio capite. Gloria hominis ex honore patris. Sic pariter habetur Eccleſ. 10. Gloria diuitum honoratorū & pauperum, timor Dei eſt. Item ſic accipitur illud Ioannis 5. gloriam ab inuicem quæritis, id eſt laudem & honorem. Et illud itidem Ioannis. 8. capite ſic intelligitur: Ego non quȩro gloriam meam, videlicet laudem & honorem ab hominibus. Eodem modo locus ille interpretandus eſt Ioannis 12. capite, Dilexerunt magis gloriam hominum, ſcilicet laudem & honorem ab hominibus

3. gloriæ acceptio

Expoſi. Eccl. 11.

C

Ioan. 5.

Ioan. 8.

Ioā. 12.

nibus

A nibus ſibi præſtitam.
4. gloriæ acceptio Item accipitur aliquãdo pro
laude & gratiarum actione, quæ
alteri ex aliquo impenſo benefi
Luc. 17. cio debetur, quemadmodum lo-
cus ille eſt Lucæ. 17. non eſt qui
redderet & daret gloriam Deo,
niſi hic alienigena. Item Ioãnis
9. cæco illi dictum eſt, da gloriã
Ioan. 9. Ioan. 5. Deo. Item ſic intelligendum eſt
illud, quod habetur ex euãgelio,
ſic luceat lux veſtra coram ho-
minibus, vt videãt opera veſtra
bona, & glorificent patrem ve-
ſtrum, id eſt, laus & gratiarum
actio, Deo ipſi huius operis au-
ctori tribuatur.

B 5. gloriæ acceptio Prætereà gloria accipitur pro
Chriſti omnipotentia & virtu-
te, quam in ſuis mirificis oſten-
debat operibus, quæ Chriſtus in
carne poſitus apud homines geſ
ſit, & ſic legitur Ioannis primo:
Vidimus gloriam eius, gloriam
quaſi vnigeniti à patre, ideſt, vi-
Expoſi. Ioan. 1. dimus in terra Dei virtutem &
omnipotentiam, in miraculorũ
operibus oſtẽſam, quia talia fue
runt huiuſmodi excellentiſsima
opera, vt non niſi illius, qui à pa
C tre Deo eſt vnigenitus eſſe poſ-
ſint. Sic pariter accipiendũ eſt,
Expoſi. Ioan. 1. quod habetur Ioannis 2. capite,
manifeſtauit ibi gloriam ſuam,
id eſt virtutem & omnipotentiã
in miraculo, vbi aquam in vinũ
conuertit.

6. gloriæ acceptio Vltimo tandem & propriſsi-
me accipitur gloria, pro ipſa bea
titudine, quæ in Dei viſione cõ A
ſiſtit, qua nunc beati fruuntur,
& nos omnes conſequi ſperamus
quemadmodum conſtat ex eo lo
co ad Roma. 8. non ſunt condi-
gnę paſsiones huius temporis,
ad futuram gloriam quæ reuela Expoſi. Roma. 8
bitur in nobis, id eſt ad Dei vi-
ſionem, in qua ſpem noſtrã col-
locatam habemus. Et huius f r
mę eſt pariter locus ille Lucæ
vigeſimo quarto. Nõne ſic opor
tuit pati Chriſtum, & intrare in B
gloriam ſuam. Item hoc eodem Luc. 24
ſenſu intelligit Pſalmiſta verba
illa, pſalmo. 8. Gloria & hono- Pſalm. 8
re coronaſti eum domine. Sic ad
Epheſios. 1. Quæ ſit ſpes glorię. Epheſ. 1
Sic etiam ad Philippenſes ſecun Philip. 2
do. In gloria eſt Dei patris. Sic
prima ad Theſalonicenſes. 2. vo Theſa. 2
cauit vos in ſuum regnũ & glo-
riam, & ſic tandem ad Titum. 2. Ad tit. 3
Expectantes aduentum gloriæ
magni Dei.

Nonum nomen eſt aqua, quod Aqua.
variè in litteris ſacris reperitur
Primo pro vera aqua, quæ vnũ C
eſt elementorum, qua homines
ſitim extingunt, ſicut patet ex
eo Geneſis. 24. quin & camellis Expoſi. Gen. 24
tuis hauriam aquam. Item Exo. Exod. 4.
4. Sume aquam fluminis. Item
pſalmo. 21. ſicut aqua effuſus ſũ. Pſal. 21.
Item Matthæi. 10. Calicẽ aquæ Mat. 10
frigidæ. Item Lucæ 3. Ego ba- Luc. 3.
ptizo vos aqua.

Accipitur ſecundo aqua pro 3. Aquæ acceptio
ſapientia, quæ aliquando ſpiri-
tus

A tus ſancti gratia eſt, vt eſt videre apud Salomonem Prouerbiorum. 18. Aqua profunda, verba ex ore viri, & torrens redundans fons ſapientiæ. Patet etiam ex illo Eccleſiaſtici. 15. aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Item Ioannis. 4. aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquę ſalientis in B vitam æternam.

(Expoſi. Prouer. 18.) (Eccl. 15.) (Ioan. 4.)

¶ Accipitur præterea aqua pro omni potu, quod in comeſtione apponi ſolet, ſicuti iam ſupra diximus, de pane, qui pro omni cibo comedendo ſumitur. Sic 4. Regum. 6. appone aquã & panem coram eo. Et idem Eccleſiaſtici. 29. initiũ vitę hominis panis & aqua, in quibus verbis ratio aſsignatur, quare appellatione aquę alij veniant potus, & C appellatione panis alij etiã ſubintelligantur cibi, quia videlicet initium ſunt vitę hominis.

(3. aquæ acceptio) (Expoſi. 4. Reg. 6) (Eccl. 29.) (Ratio.)

¶ Item aliquando hoc nomen aqua, ſi ſummatur in plurali, accipitur pro tribulatione & laboribus, quos in hac vita homines A patiuntur. Hoc conſtat ex Pſalmo. 68. ſaluum me fac Deus quoniam intrauerunt aquę vſque ad animam meam, ideſt labores & erumnę: nam ſic verum eſt de Chriſto redemptore noſtro, de quo pſalmus hic decantatur, ꝙ aquæ vſque ad ipſius animam in B trauerunt, cum dixit. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem, ſic pariter intelligitur, quod Pſalmo. 143. aſſeritur, mitte manum tuã de alto & libera me de aquis multis, ideſt de multis perſecutionibus ac laboribus. Nam etſi in paucis homo conſiſtere poſsit, in multis tamen, ſicut in aquarum profundo ſubmergitur & ſuffocatur, à quibus difficile, niſi diuina protegente manu eximi valet. C

(4. aquæ acceptio) (Expoſi. Pſal. 68.) (Expoſi. Pſalm. 143.) (Simile.)

ALEXANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS DEI GRA REX ARAGONVM

# LIBER QVARTVS QVI DE TERTIA OPERIS PARTE agit, quæ mouere eſt.

A

## ¶CAPVT PRIMVM, q̃ mouere auditorem, pręcipua ſit euangelicę prędicationis pars.

RESTAT iam, vt ad tertiam huius operis partẽ accedamus, quæ nempe auditorem mouere eſt, quę etſi in hac ſcriptura poſtremum obtineat locum, eſt tamen tam præcipua officij huius euangelicæ prædicationis pars, q̃ ipſa ſola fructus illius appellatur, quare in eiuſdem officij exequutione, poſtrema eſt, ſicut in arbore, id fructus illius denominatur, quod ex ea vltimũ colligitur. Omnis ſi quidem coloni induſtria, quã in arboris cultura, ſeruauit, omnes eius labores, videlicet, rigare, expurgare, terramq; rũpere, cũ cæteris circa ipſam arborẽ preſtitis beneficijs, omnia hęc dirigũtur quidẽ, tanquam in finem vltimum, ad carpendum ſuo tempore ex ea aliquem fructũ. Ad eum ergo modum omnis concionatoris vigilantia, labor & induſtria, quæ in hoc concionandi opere conſumit, tẽdunt ſicut in finem ad colligẽdum aliquem ex auditoribus, bonorũ operum fructũ: qui nimirùm fructus nihil aliud eſt, quàm auditorem ipſum euangelica doctrina mouere, dũ eum à peſtifera vitę ſuæ conſuetudine euellit, & à graui (qua tenebatur) peccatorum ſarcina eleuat: aut certè ſi bonus eſt, ei vires nouas & robur ingerit, vt in dies in ſuarum virtutum augmentũ creſcat. Itaq; ſtudium eius & docendi labor, atque eloquentię, & ſuauiter dicendi ſtylus, quę eius officij partes ſunt, quas ſuperius ſtatuimus, omnia inquã hæc, tãquam in finem, in hoc quod eſt auditorem mouere ordinãtur, ſicut in fructum ex arbore colligẽdum. Quo fit vt potiſsima ſit & principalior operis huius pars, quod aperte apoſtolus Paulus. 1. ad Corinthios epiſtola capite. 3. expreſsè fateri videtur cũ dicit, ego plãtaui Apollo rigauit, Deus autẽ in crementũ dedit, ſed neq; qui plantat neq; qui rigat eſt aliquid, ſed Deus qui in crementum dat, ſic (inquit Paulus) hoc euãgelicæ prædicationis negotiũ ſe habet, q̃ ego prima mea prędicatione, labore & ſudore, naſcentis Eccleſiæ plantas, nouiter poſui, deinde autem Apollo, doctrinæ ſuę ſolicitudine rigauit, qua quidem ſolicitudine, chriſtana hęc fides in hominum cordibus ſuſtentatur, omnia tamen hæc (quantumuis grauia) nullius

Simile. — B — C — Finis cõcionatoris. — Expoſi. 1. cor. 3.

Sſ eſſent

A eſſēt momēti omnino, niſi Deus virtute & potentia ſua, ad culmen & bonorum operum fructū perduceret. Itaq; ſecundum hāc apoſtoli ſententiam, tam præcipua eſt, in hac euangelicæ lectionis cathedra pars hæc, videlicet, auditorem mouere, ꝙ hanc ſolam ipſius prædicationis fructum denominat, vſque adeò, vt ſine ea parui momenti cæteras eſſe aſſerat, quas in euangelica concione prædicator quiſq; apponeret.

Mouere prædicationis fructus.

2. ratio. ¶ Secunda ratio, quare auditorem mouere tā præcipua ſit pars in euangelica hac prędicatione eſt quidē. Nam ſi ita eſſet, ꝙ concionatoris ſermo, ornatus verbis B extitiſſet, efficaciſsimiſq; rationibus abūdaret, ſi tamen hac tertia fruſtraretur parte, ꝙ ſcilicet auditoris animum minimè moueret, vt opere ipſo aliquid eorū compleat, quæ aure in ſermone percipit, ſi hoc in quam deficit, tunc temporis verè de auditoribus dicitur, ſermonem minimè audiuiſſe, quamuis apertę eorum aures, ſuauitate dicendi concionator delectauerit. Et hęc communis eſt ſacræ ſcripturę loquutio, in qua parui valoris, auribus doctrinam percepiſſe dicitur, cū C ab ipſa operis exequutione non adiuuatur: quemadmodum ex primo Regum capite. 2. apparet, vbi de filijs Heli ſacerdotis habetur, ꝙ poſtquam pater ſuus eos acriter reprehendiſſet de inſultibus & abominationibus, quas A quotidie in templo perpetrabāt, in eos qui munera ad Dei templum deferebant, dicitur inquā de illis, quòd patris vocem non audierunt. Non vtiq; quia verè eius verba auribus nō percepiſſent, habebant ſiquidem apertas aures, ſed ideo patrem ſuum minimè audiſſe ibi aſſeritur, quia optimum patris conſilium, quod iam audierant, opere non impleuerunt. In quarto libro Regum capite. 17. filijs Iſrael Deus ſic loquutus eſt. Reuertimini à vijs veſtris peſsimis, atque mandata mea & cæremonias, quę vos docui ſeruate, & poſt hæc ibi relata verba, illico textus ſubiunxit, quòd vocem Dei non audierunt, B ſed ſuam omnino indurauerunt ceruicem, vbi compertum eſt, eos Deum non audiuiſſe, non eſſe vtique, quia realiter eius vocem non perciperēt, quia ſurdi minimè erant: ſed propterea Dei vocem non audiuiſſe dicitur, quia ipſam Dei iuſsionem operi ne vtiq; mandauerunt. Prętereà Exodi capite. 7. de Pharaone legitur, ꝙ Moyſem & Aaron fratrem eius audire noluit, cum ex parte Dei ſibi præciperent, vt populum ſuum dimitteret: non quia auribus eorū voces nequaquam audiſſet, ſed quia Dei man C datum quod ſibi per eos tranſmiſſum erat, adimplere noluit. Quam etiam loquendi formam propheta Dauid ſeruauit,

Qui nō mouetur, ſermonem non audit.

Expoſi. 1. Reg. 2

Expoſi. 4. reg. 17.

Expoſi. Exod. 7

Pſal-

A Pſalmo.113.vbi de peccatoribus loquens, quorum aures malitia ſua obturatæ exiſtunt, ſic ait. Aures habent & non audient, quia profectò ea quæ audierint, opere ipſo minime adimpleturi eſſent. Et huic ſententiæ concordant etiam Ieſu Chriſti domini noſtri verba, cum, ſicut ex Ioanne capite. 8. conſtat, ad veteris legis phariſeos, qui rebelles in doctrina ſua & pertinaces erāt, ſic fuit loquutus. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis. Vbi non eos damnabat Chriſtus, quia auribus verba ſua ſancta non perciperent, erāt enim maximè ſuis attēti concionibus, arrectaſque nimium ſemper habebant aures ad redemptoris noſtri doctrinam, ſed eos non audiſſe coarguit, quia certe opere conculcabant, quod auribus percipiebāt. Eſt igitur ſanctæ ſcripturæ conſuetudo, aliquem non audiſſe aſſerere, dum id quod audit opere non cōplet, ac per conſequens verum habet quod iam modo diximus, videlicet, quòd ille qui in ſermonis doctrina non mouetur, vt eius aliquid opere compleat, cōcionem talem non audiſſe dicitur.

Expoſi. Pſal.113. Expoſi. Ioan.8.

B

3.ratio. ¶ Tertia ratio, quare potiſsima eſt concionandi pars, auditorem in concione mouere, eſt nimirùm, quia in eam tanquàm in euangelicæ eruditionis ſcopum Duæ aliæ partes (quas ſupra diximus) docendi ſcilicet, & delectandi, diriguntur. Ad eum modum omnino quo in milite, eius arma & cætera militiæ ipſius inſtrumenta, ad belli victoriā ordinantur. Sic enim in concione ipſa, auditorem mouere, eumque à peſsima delictorum vita erradicare, victoria quędam eſt, quę potiſsimè in euangelica prædicatione (more belli) intendebatur. Quare dū concionator hūc finem aſſequitur, ſupra modum gaudio nimio affici debet, contentuſq; admodum manere habet, quia hanc excellentem victoriam, iam de inimico conſequutus eſt, quia doctrina ſua rebellē peccatorem potenter deuicit, in qua etiam victoria, viriliter inferni dęmones ſimul debellauit. Et in qua pręterea magnam fecit peccatorum ſtragem, ſiquidem peccatoris ſuperbiam & inflationem in terram proſtrauit, atq; pertinacis hominis duram prorſus ceruicem deiecit. Quare ſicut dux gaudens & triumphans, ab ipſo egreditur bello cum iam conſequuta inimicorum fuerit victoria. Sic etiam dum euangelicus prædicator in concione ſua malorum ceruicem deiecerit, eorumque victoriam obtinuerit, tanquam potentiſsimus dux, victoriæ triumphū portans, à concione ſua gaudens & triumphator exire debet, atque ediuerſo, dum concionator in ediſſerenda euangelica doctrina, ſuos conſumpſerit

C

A Simile. Mouere cōcionatoris victoria. B Simile. C

Sſ 2 ſudo-

A ſudores,& poſt hoc nullus moue bitur auditorum,cõfuſus admodum manere debet,perpẽdens ꝙ in bello,quod in ſermone aduerſus peccatorem(velut cõtra inimicum mouit)peccator ipſe victor & triumphator manet,quia tanta fuit eius reſiſtentia & pertinacia, vt concionatoris verba (quãtumuis efficaciſsima) eum vincere minimè potuerunt.

4.ratio. ¶Quarta ratio,quę præcipuũ in euangelica hac eruditione, hanc mouendi partem cõſtituit, eſt quidẽ,quia ſi concionator doctrina ſua auditorem non moueret,eſtò in omnibus alijs requiſitis partibus,concio eius abũdaret,tunc temporis inquam,concionatorem B pariter & auditorẽ anxia quędã deberet pręmere cura,exiſtimãtes nõ niſi magnã eſſe Dei indignationẽ & flagellũ,ꝙ euangelica verba fruſtrata mãſerint,ſine vllo prorſus animarum lucro,Matthęi.13.capite,atq; Lucę capite.8.adducitur parabola illa ſeminãtis,quę à Chriſto redẽptore noſtro,ob hoc ſolùm adducta eſt,vt homines in ſuę ſaluationis negotio excitarentur,attendentes quã difficilis eorũ exiſteret ſalus,cum ex quatuor ſeminis partib⁹,tres omnino perditę,fuerint,qua de cauſa vocẽ Chriſtus extulit dicens: Qui habet aures audiẽdi C audiat. Quia per hãc vocis exagerationem,homines animaduertere voluit,maxima debere anxiari cura,perpẽdentes quã parũ fructus,eius euangelica doctrina in eis generaret,cum ex quatuor terrę partibus,vna dumtaxat ſemen ad fructificãdum recepiſſet. Vnde aperte colligendum eſt,hoc nõ niſi grandem extitiſſe Dei iram & flagellum,pro noſtris peccatorũ demeritis inflictum.

Nõ mouere, in cõcione, Dei flagellum eſt.

Expoſi. Mat.13. &Luc.8

¶In cuius cõfirmationem,illa fuit redẽptoris noſtri accerrima correctio,quam ſcribis & phariſeis dedit ſicut Ioãnes cap.8. refert,dicẽs,ꝙ quia ex Deo nõ erãt. Hãc ab eo pręmeriti erant punitionẽ,ꝙ ſcilicet eius doctrina minime in eis vim & efficaciã haberet. Et hoc idem eſt quod iterũ in eodem loco eis fuit loquutus cũ dixit,ſermo meus nõ capit in vobis,cum enim vas aliquod,liquore vno plenum exiſtit,capacitatem in ſe ne vtiq; retinet,vt quicquam aliud in ſe ipſo iam capere poſsit: ſic pariter argumentum non mediocre eſt,ꝙ diuini verbi auditor,mũdi rebus repletus exiſtat,dum ſanctã euangelij doctrinã iã capere minime poteſt.

Expoſi. Ioan.8.

B

Simile.

¶Matthęi cap.21.adduxit Chriſtus illam vineæ parabolã,vt colonos quibus locata erat confunderet & damnaret,quia domino ſuo eiuſdem vineæ fructũ ſuo tẽpore non reddiderunt. In cuius metaphorę relatione,nobis ipſis acriter minatur Deus ſic nobis cõtingere debere,ſi euãgelij fructum non dederimus,quia nimirũ à nobis vineã locatã auferet, quæ

Expoſi. Mat.21.

C

A

quæ vinea pro hoc ſtatu, ſecundum ſanctorum expoſitionẽ, non aliud quàm fidei, regniq; cælorum cognitio eſt, eamq; colonis alijs, qui tempore ſuo fructum referant poſtmodum locabit. Itaq; ꝙ cælorum regnũ à nobis Deus auferat, & ꝙ fidei atq; ſacramẽtorum cognitionẽ tollat, in grãde eſt nobis à Deo inflictum flagellũ, ob hoc ſolùm, quia ſancti euangelij doctrina in nobis ipſis fructum nõ peperit.

Dei flagellum.

In cuius cõſequentiã adducit redemptor noſter Chriſtus illã ficulneę ſimilitudinem, quã Matthæus cap. 21. & Marcus. 11. capite refert, cui proculdubio maledixit, quia in ea ficus non repererat.

Expoſi. Mat. 21. & Marc. 11.

Nam etſi folijs abundaret, viriditatemq; in ramis haberet, minimè hoc ſufficiebat, nam ratio ipſa exigebat, vt cultura quam tanta ſolicitudine hortulanus ſibi impẽderat, aliquid ampliùs de ſe produceret, quàm foliorum viriditatem, quandoquidem iuſtũ erat, ꝙ maximo hortulani labori, maximus etiam correſponderet ficulneæ fructus, & hinc fuit ꝙ tãta indignatione Deus illi maledixerit. Ex quo colligitur, apertam eſſe in nobis Dei maledictionem inflictam, in hoc, ꝙ euangelij ſui doctrina, iam in auditoribus non fructificet.

B

¶Et vt tãdem materiæ huic finem imponamus, hęc fuit terribilis illa comminatio, quam primus & præcipuus euangelij concionator Ioãnes Baptiſta, in mũdum veniens hominibus fulminauit, ſicut Matthæi capite. 3. habetur, vt homines à tã graui peccatorum ſomno, quo tenebantur excitaret, eoſq; omnino terreret, vt ad culparum ſuarum aſperrimam pœnitentiam, atque virtutum exercitium accurrerent, dum tam fortiter acclamaſſet dicẽs: Genimina viperarum, qui vos docuit fugere à ventura ira? Agite fructus dignos pœnitentiæ, iam enim ad radicem arboris ſecuris poſita eſt.

Terribilis comminatio.

Expoſi. Matt. 3.

Simile.

Ex quibus verbis liquido demonſtratur, ob hoc ſolùm arborem abſcindendam fore, quia fructum de ſe quẽ ipſa exigebat doctrina, non producebat, quandoquidem hoc veriſsimum eſt, nihil magis in cauſa eſſe poſſe, cur nos Deus à ſe repellat & omnino perdat, quàm quia eius ſanctã euangelij doctrinam in vanũ recipimus, nam etſi in nobis aliqua virtutis folia, viriditatẽq;, concionatoris doctrina producat, quemadmodũ ipſæ ſunt apparentię virtutis & argumenta, atq; chriſtianitatis exterior apparatus, quæ in homine, ſolum arboris folia ſunt: cæterum Dei palato nihil horum ſatiſfacit, quouſque in anima noſtra, euangelicæ prædicationis fructus pullulat.

Simile.

C

Itaque ſicut qui ſeminat, quamuis granum quod in terram ſparſit, in herbam creſcat, minime contentus eſt, quouſque in ſpicam formetur: ſic

Simile.

A etiam Dei voluntas nũquàm ad impletur ſatis in hac diuini verbi ſeminatione, quam concionator in auditoribus facit, etiam ſi in herbam creſcat, quę vtiq; herba, principiorum virtutis ſolùm cognitio eſt, quouſq; eius diuina verba, in ipſis auditoribus illũ fructum ſpicę emittãt, quem ipſe euangelicus ſermo exigit.

Expoſ. Lucæ. 5. ¶ Petrus Eccleſię princeps (ſicut Lucas capite. 5. refert) maxima anxietate præſſus dixit: Per totã noctem laborantes nihil cepimus. Si igitur hic apoſtolorũ princeps, totiuſq; mundi paſtor, tãta angebatur cura, quia vnius dumtaxat noctis laborem, quatuorq; piſcium lucrum amiſiſſet, B & quia rete ipſius, parũper extiterat conſumptum: quanta ergo maiori iuſtitia prędicator quiſque euãgelicus, ſeſe affligere deberet, tot annorum ſtudij ſui, laborẽ perditum perpẽdens, totq; dies & noctes, quibus litteris inſudauit omnino cõſumptos proſpiciens. Et poſt hęc omnia, ꝙ diuini verbi auditores ita rebelles & pertinaces in ſuis maneant delictorũ ſarcinis, ac ſi nunquã penitus audiſſẽt: Quid Deus, quid cęlum, aut quid denique virtus ipſa ſit. Hæc proculdubio cura, præcipuaq; anxietas eſſe debet, quæ concionatoris animum ſu- C pra omnia prẽmat. Eſt igitur auditorem mouere, tam præcipua euangelicæ prædicationis pars, vt ſine ea totum cõcionatoris officium ruat, atque defraudatum A penitus maneat.

Concionatoris, perditi labores.

Concionatoris anxietas.

## ¶ CAPVT. II. QVID ſit auditorem, euangelica doctrina, mouere.

HABITO iam quanti ſit ponderis & momenti, in concione euãgelica auditorem mouere: ediſſerendum nobis reſtat, quidnam ſit in ſermone, auditorem mouere, quandoquidem non tam facilis & perſpicua materia hæc eſt, vt in ea quam plures decipi non poſſint. Dico igitur quòd auditorem mouere, non eſt ad intelligentiam doctrinæ, intellectum eius excitare. Itaque non eſt mo- B uere auditorem, ipſum adducere vt veritates euangelicas, quæ ibi proponuntur, intelligat, non eſt item eleganti dicendi ſtylo eius aures demulcere, neque eſt ꝙ intellectus eius ſubtilitatibus, delicatiſsimiſq; & curioſis doctrinę pũctis diteſcat, nã de Deo intelligere, bonis & malis, catholicis & hęreticis, vanis & grauib⁹ ſimul chriſtianis, cõmune eſt. Et vt in plurimum, maior eorum hominum pars, qui in rebus mundanis curioſi & habiles exiſtũt, habiles etiam redduntur & inge- C nioſi atque curioſi nimis, vt etiã conciones intelligant & penetrent. Et hi cõmuniter ſunt, qui ſeſe concionatorũ cenſores oſtẽdere conãtur, magnã inter rudes & ple-

Auditorem mouere.

De Deo intelligere, omnibus commune.

Concionatorũ cẽſores.

A & plebeios homines ingenij ſui & habilitatis oſtentationem demõſtrare volentes. An malus bonusuè fuerit concionatoris ſermo, an ſupra vel ſubtus tegulas fuerit loquutus, an eleganter vel barbare dixerit. Cum tamen verũ ſit ꝙ in præſenti materia, iſti tales in meſſem alienam falcem mittant. Non enim eorum eſt profeſsionis, de ſimili negocio ſententiam proferre, non enim auditoribus datum eſt ſermonẽ, per verborum ſuperficiem diiudicare: ſed ex eo id ſolum eligere, quod vitæ ſuæ reformationi conducit.

B ¶ Idem omnino de reliqua vulgari populi gẽte dici poteſt, quorum quilibet ſuo modo, & iuxta naturæ ſuæ & ingenij talentũ intelligit in concione, ſi non omnia, ſaltem maximam concionis partem, aut certe id, quod ſe in ſe ipſo recipere velit, ad eius nimirùm ſalutẽ ſufficiet. Eſt ergo veriſsimum, ꝙ auditorem in cõcione mouere, nõ eſt intellectũ eius, ad eorum quę dicuntur intelligẽtiam excitare, cum hoc inquã omnibus cõmune ſit.

Audito- rũ cura.

¶ Item quia hoc quod eſt auditoris intellectum illuminare, nõ eſt euãgelicę prædicationis fructus, eſtò verum ſit, ꝙ ianua per

2. ratio.

C quam ad mouendum ipſam volũtatem ingreditur, ipſe hominis intellectus eſt, nihil enim voluntas amplexatur, niſi priùs intellectus illud apprehenderit. Hoc tamen adhuc non ſufficit, vt ipſa moueatur voluntas, iuxta euãgelicam illam ſententiã, non omnis qui audit venit ad me, ſed qui facit voluntatem patris mei, ac ſi clarius dixiſſet, nequaquam ſufficit vt homo ad me veniat. Et eius voluntas ad hoc idẽ moueatur, ꝙ doctrina euangelica in auribus eius & intellectu ſedeat, ſed oportet vt poſtmodum doctrina ipſa per intellectum (veluti per ianuam) ad volũtatem ipſam deſcendat. Igitur auditorem euangelica doctrina mouere, eſt nempe eius attrahere voluntatem, vt peſsimum, quem tenet deſerat viuendi modum ſi malus eſt, & vt opere ipſo compleat, quod auribus ſuſceperit. Quòd ſi bonus extiterit, eſt quidem nouas ei ingerere vires & ſtomachum, vt virtutem ipſam, quam exercet, in dies magis ac magis in augmentum ducat, atque in perfectiorẽ ſemper reddatur viuendi modum. A

Expoſitio.

Quid ſit auditorẽ mouere.

B

¶ Itaq; ſicut artificem, magnum aliquem mouere lapidem, nihil aliud eſt, quã eum palangis & cuneis, à ſuo euellere natiuo, neq; antea (quantumuis multis ictibus percutiatur) minime moueri dicitur, quouſq; ſedẽ, quã in ipſa habebat terra omnino deſerat, & quouſq; à cõplexu, quẽ cũ ipſius terrę viſceribus habebat, erradicetur: ita etiam concionatorẽ, ipſum mouere auditorẽ minime dicitur (quantumuis, cum

Simile.

C

A plurimis doctrinę ſuę ictib' percutiat) quouſq; eum à ſenſualitatis ſuæ tenacitate erradicet,& quouſq; amplexus,quos cum carne & ſanguine ducebat,penitus
Simile. deſerere cogat.Itaq; ſicut hamus in os piſcis immiſſus, eum a ſuo educit origine & manſione, & à recreatione pariter quã in aquæ refrigerio tenebat,in qua dulciter vitã gerebat:pari forma prædicator euangelicus, tunc temporis auditorem mouere dicitur cum doctrina in eius intellectũ (tanquam hamus immiſſa)eum apprehẽdit,& à ſuę carnis & ſanguinis refrigerio educit,vbi totum eius eſſe & vitæ recreatio-
Simile. nem retinebat. Itaq; ſicut canis prædam mouet,cum eam ab ſpe-
B lunca, in qua erat incluſa exire facit,eamq; per diuerſas camporum partes inſequitur:ita etiam dum cõcionatoris latratus tam efficax redditur, ꝙ peccatorem à vitiorum ſuorum ſpelunca & latibulis educit, ipſumq́; ſic anxiatum, & iam ad Deum anhelantem inſequitur: tunc temporis inquam verum habet, ꝙ auditorem mouet.

Et hoc eſt,quod Deus per Hie-
C remiã prophetã cap. 16. in hæc verba dicit:Ego mittam piſcato-
Expoſi. Hie. 16. res multos,& piſcabũtur vos, & venatores multos & venabũtur vos,quia dũ cõcionatores euãgelici hamo ſuę doctrinę,à refrigerio,quod in ſuę ſẽſualitatis aquis
Simile. aſſumebat, auditorem extrahũt, tunc tẽporis eum piſcari dicuntur,& dum concionator latratibus ſuis, à ſuorũ vitiorũ mãſione peccatorẽ exire cogit,per virtutis cãpum eum anhelãtem inſequens, eiq; ad Deũ perueniẽdi magnam ingerit ſitim,eo deſiderio & calore,quẽ ceruus iam à ſagitta percuſſus ſecum gerit,& aperto ore aquę viuentis fontẽ anhelat:tũc inquã eum venari dicitur.Itaq; ſicut nauis ad aquę linguam apposita,quantumcũq; diuitijs omnibus extiterit onuſta, & machina mentis,cęteriſq́; bellicis inſtrumẽtis ſit munita,minime mouetur, quouſq; validus vẽtus eius percutiens vela,nauigare cogit:ſic omnino auditoribus accidit, nã ad ſermonũ linguã,diu cõſiſtere contingit,quia etſi ingenio optimo cęteriſq́; naturalibus donis, velut prętioſæ naues diteſcant,quibus profectò gratiis atq; donis Deo deſeruire poſsint,nunquã tamẽ in cõcione moueri dicuntur,quouſq; ipſius concionatoris doctrinę ſpiritus, tanquã validiſsimus vẽtus,affectus eorũ vela cõcutit,eoſq; per mũdi huius labores & erũnas nauigare cõpellit,vſq; dũ in beatitudinis portũ peruenire valeãt. Et hoc eſt quod regius Dauid propheta in Pſalmo.142.ait:Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectã. Ac ſi dixiſſet clarius, gratiæ omnes naturales,quas in me cõſtituere dignat⁹ eſt,nequaquam me mouere ſufficient, niſi

Right margin: A — Simile. — Simile. — B — Simile. — C Expoſi. Pſal.142.

ſpiritus

A ſpiritus tuus bonus, quem in ſanctiſsimis tuis verbis incluſiſti; velut validiſsimus vẽtus, in beatorum patriam me nauigare cogat. Itaque quantumuis concionatoris verba omnes auditoris potentias tangant, eius demulcẽdo aures, diuitemq́; veritatibus eius intellectum reddens, atque memoriam eius quaſi theſaurũ implens, ac denique linguã erudiens, vt dulciter quod audit loquatur, nũquam tamen eum mo-B uiſſe dicitur, quouſq; verba ipſa quaſi iaculæ, cor eius feriũt, atq; in Dei amorem inflammant, vitæque frigiditatem, quam in vita auditores habebant, à ſe penitus expellunt.

Quando mouetur auditor.

## ¶ CAPVT III. Quod optimus dicendi ſtilus, auditorem mouet.

Primus modus mouẽdi auditorem.

HABITO à nobis iam quid ſit in cõcionibus, auditorẽ mouere, videndum modo eſt: quis nam concionatori erit habendus modus, vt C auditorem mouere poſsit, ſiue quæ poſsint eſſe cauſæ, ex quibus facilius durum & rebellem auditoris, cor, mouere valeat, vt doctrinam quam in auribus ex cõcione portat, operis executioni demandare valeat. Et eſto quã plurima ſint media, quibus hic intentus finis & propoſitũ concionator conſequatur. Attamen inter alias, quas ego legerim cauſas, ex quibus à concionatore auditor moueri poſsit, quatuor mihi videtur præcipuæ, ex quibus facilius euangelicus concionator, auditores ipſos mouere poſsit, vt doctrinam, quam mente retinent, continuo virtutum operibus exerceant.

quatuor mouẽdi cauſæ.

¶ Primam ergo cauſam ſiue modũ, quo auditor à concionatore moueri habet, aſsignat Quintilianus, lib. 9. de cõpoſitione, capite. 4. vbi ait. Potiſsimã cauſam, ex qua orator auditoris animum mouere habet, optimum B eſſe dicendi ſtylum, cum videlicet ſuauiter, gratioſè, & eloquẽter concionator auditoribus loquitur. Nam quemadmodũ tuba equum ipſum ad bellum alterat & færocem reddit, ſaltuſque dare cogit, & à cõpoſito & quieto eius inceſſu extrahit: ſic etiã ſuauis & eloquẽs dicendi ſtylus tuba quędam eſt quæ hominem commouet, & intra ſe ipſum alterat, vt id quod in concione dicitur recipiat, & vt à lẽto & remiſſo virtutis inceſſu, quem in vita remiſſè ducebat, exeat, atque C ad virtutem exercendam celeriter egredi compellit. Eſt inquit Quintilianus in oratore ſuauis & eloquenter dicendi modus, lyra quędam ſiue cithara, quę dulcem quandam audientium auribus melodiam ingerit, ex qua eorum affectus efficaciter mouentur, nam ex rudi & aſpero habilem & molem auditorem reddit,

Primus mouẽdi modus.

Quintilianus.

Simile.

Simile.

A

&ex amaro & inſipido, ſuauem & dulcem, atque ex agreſti, nobilem & illuſtrem conſtituit. Itaq; ſicut Muſica cor hominis demulcet, & intra ſeipſum tenerū reddit, ita vt ſepe numero eum in lachrymas vertat: ſic omnino inter concionatorem & auditorē accidere ſolet, nam dum concionator dulcem cōſequitur & eloquentem dicendi modum, in tantū auditoris emollit cor, talemq; ſibi deuotionem & animi teneritudinem gignit, vt à lachrymis ſe continere vix valeat, immo totus in viuas vertitur quandoq; lachrymas, ac proinde ſuauiſsime in Deum ipſum, ſpiritū eius leuat.

Simile.

Optim⁹ dicendi ſtilus auditorem mouet.

B

Et in hoc antiquorū prophetarum vaticinandi modus, fundatus fuit. Nam multoties ad ea quæ ventura erant prophetandum, prius ſpiritū ſuum aliquo muſicæ inſtrumento ad Deum quandoq; leuare conabantur, ſicut in. 4. regum libro, 3. c. habetur. Vbi Eliſeus, vt tribus regibus ſucceſſum, quem in bello habituri erant prophetaret, iuſſit ad ſe muſicum quendam afferri, qui coram eo pſalterium pulſaret, cuius nempe melodia, ipſius prophetę ſpiritus excitatus eſt, ac per conſequens totius belli euentum regibus prædixit. Præterea in primo Paralipomenon libro capite. 25. legitur de Dauid, ꝙ in templi miniſteriū tres ſegregauit muſicos, qui cithararum, pſalteriorumq; & cāpanarum muſica, res ipſas ventu ras populo prophetarent. Et inde eſt quod primi Regum ca. 16. de ipſomet Dauid propheta aſſeritur, quòd cum citharam ſuam coram Saule rege pulſaret, ſpiritum malum, qui regem ipſum vexabat procul expellebat.

Prophetarū modus.

Expoſi. 4. reg. 3.

C

Expoſi. 1. paralipom. 25

A

Expoſi. 1. Regū. cap. 16.

Et ſicut multiplex eſſe ſolet muſicæ genus: ſic etiā diuerſos in corde audiētis effectus muſica generat. Nā alia eſt melodia, quæ ad lachrymas & triſtitiam animos commouet. Qua de cauſa antiqui omnes in mortuorum obſequijs, triſtibus ſemper vtebantur muſicis, in quem nimirum finem, talia ſemper eligebant muſicæ inſtrumenta, quæ lachrymas & dolorem in audiētibus excitarēt, ſicuti erant buccinæ & cornetæ, atq; cāpanæ, vt his audientium animi ad planctum facilius excitarentur & dolorem, quem ipſa mortuorū exigebat memoria. Et inde eſt ꝙ adhuc inter nos miſſa quę in obſequijs defunctorum decantatur cantum lugubrem nimis & flebilem contineat, in tantum vt quandoq; auditorum animos liquefaciat, ita vt in lachrymas etiam penitus reſoluantur.

Simile.

Triſtis melodia

B

antiquorū mos.

C

Defūctorū miſſa

Aliud eſt muſicę genus, quod audientis animum ad audaciam & fortitudinem commouet, et vt grādia viriliter aggrediatur homini animum et ferocitatē quandam præſtat, ſicut in bello tuba quæ

2. Muſicę genus

A quæ equũ cõturbat,& fœrocem reddit,nec non & in ſedenti ipſi militi, vires magnas & audatiã ingerit,vt inimicos animoſè aggrediatur.

3. muſicæ gen⁹. ¶Aliud quandoq; eſt muſicæ genus,quod hominum corda,ad lętitiam mouet, ſicuti ſunt qui vulgo miniſtriles dicuntur, & quæcũq; alia his ſimilia, quemadmodum eſt(quod Hiſpane rabel,& tamboril appellatur) quę quidem muſicæ inſtrumenta de ſe,nimium iocunda ſunt, & hominis ſpiritum ad gaudiũ & tripudium quoddam excitãt,atque de ſe melancoliam omnem & triſtitiam ab hominibus aũfugãt.

4 muſicæ gen⁹. ¶ Aliud verò muſicæ genus eſt, quod hominis cor ad deuotionem,rerumq; diuinarum con B templationem attrahit,&taliter illum emollit:atque teneritudine quadam induit,ꝙ ſæpe in lachrymas vertat,in quibus peculiarem homo ipſe guſtum & delectationem accipit,quemadmodum in officij diuini Eccleſiaſticis contingit cantibus. Vnde de diuo Auguſtino legitur,quòd Auguſt. vſque adeò Eccleſiaſticis delectabatur cãticis,quòd in eis omnino cor eius liquefiebat, quouſque oculi in ipſis ſuauiſsimis canticorum melodijs, viuarum C lachrymarum fiebant fontes:& quòd cantorum voces tam dulciter eius delectabãt aures,quòd in ipſis vberrimè & amariſsimè flebat, tamq; ſuaues ſibi in huiuſmodi canticis eſſent lachrymæ,vt bene illi eſſet cum illis. A

¶Ad eum igitur modum dum concionator artem & ſuauem dicendi ſtylũ in concione ſua oſtẽdit,cum eloquentiam & rhetoricam in ſermonibus ſuis ducit, genus quoddam muſicæ eſt,qua Eloquẽtia muſicæ gen⁹. auditor ipſe ſupra modum delectatur, eiuſq; affectum & ſpiritum,ad cæleſtium rerum appetitum excitat, atque ad rerum diuinarum contemplationem prouocat,& aliquo modo taliter in hac parte eum eleuatum & ſublimem reddit,vt quaſi exutum iam & ereptum prorſus, à carnis & ſanguinis indumẽto relinquat, & tam tenerum delicatumq; in rerum contemplationem vertit, vt iam potius ſpiritus quidam, quàm homo appareat,quia totus B nimirùm in Deum iam tranſformari videtur.

¶Igitur quemadmodum varia muſicorum inſtrumenta varię mouent auditoris affectus:ſic etiam iuxta varios in concionatorum dicendi ſtilos, tanquam per diuerſa muſicæ inſtrumenta, ad diuerſos virtutis effectus auditorũ animi mouentur. Alij namq; eloquentem dicendi modum ſortiuntur,ſed tamen triſtẽ & lugubrem nimis,qui ad ſuorũ peccatorum plãctum & lachrymas,auditorem mouet,aut certe C vt exilij, in quo à beatorum patria ſeparatum ſe videt, memoriam teneat, auditores excitat.

Et

A Et hi tales concionatores, ad defunctorum exequias valde accõmodati ſunt, vt viuorum duritiẽ atque brutalitatem deuincant, qui vt in plurimum, ſic in proximorum morte ſe gerunt: ac ſi omnino inſenſati eſſent. Neque peculiarem alium ſenſum de proximorum morte aſſumunt aut dolorem, quàm de ſuorum canũ aut pecorum morte, quin potiùs vehementiùs ſuos ſentiunt & deplorant equos & canes, quàm chriſtianos homines, & hic triſtis dicendi ſtylus, ſic per triſtia & lamentabilia vocabula diſpoſitus, proficuus admodũ ad chriſtianam concionem communiter exiſtit. Nam homines in hoc

Simile.

B miſerabili exilio poſiti, plures habent deplorandi cauſas, quàm lętandi aut ridendi. Quam plurimas ſiquidem Deo habent irrogatas offenſas, atque innumeras etiam ruſticitates & inurbanitates, erga Deum creatorem ſuum ſe commiſiſſe reperient, quia naturæ & fortunæ dona, videlicet, ingenij, pulchritudinis, [illegible] tis, honoris & diuitiarum, ſibi ipſis vſurpauerunt, & ea extraneis alijs negocijs à Dei ſeruitio prorſus alienis applicarunt. Eſt etiam lachrymabile admodum, à propria beatitudinis patria tã

Plures deplorãdi cauſæ quam ridendi.

2. deplorãdi cauſa.

C longe diſtantem ſeſe hominem conſpicere, atque in tam vili mũdi huius oppidulo, ſe commorantem videre. Eſt præterea homini plorandum maximè, tam putridum ſe & miſerabilẽ conſpicere tam paſsionibus plenum, tam terreſtribus & caducis reb⁹ procliuem, vſque adeò vt ſi in ſe ipſum veræ contemplationis oculos inijcere decreuerit, ſeſe proculdubio contemplari omnino verebitur. Plorandum præterea ſibi eſt, quàm parui in omnibus extiterit ingenij & prudentiæ, nam fauores & gratias, ab ipſa diuina manu tam continuè pręſtitas, minimè recognouit, ita vt cum hæc omnia maximo deberet pręcio habere, non niſi pedibus tanquam brutũ animal conculcauit, & tandẽ vſq; adeò ſunt homini abũdantiores triſtitię & lamentandi cauſæ, potiùs quàm gaudendi, ꝙ ex quatuor humanę vitę partibus, tres potiùs lachrymarum ſint quàm lętitiæ.

3. deplorãdi cauſa.

4. plorãdi cauſa.

Simile.

¶ Alij cõcionatores diuerſum ab hoc omnino, cõſequuntur dicendi ſtylum, qui non ad triſtitiam & dolorem, ſed ad gaudium, animiq; ſolatium auditorem prouocant, ipſiusque hominis animum feruenter excitant, vt Deo iocunde & delectabiliter ſeruire valeãt, qui in omnibus virtutũ operib⁹, quæ agũt lętitiam hanc propè ſemper diſſeminatam ducunt, etiam ſi in ſeipſis, virtutis opera difficilia eſſe ſentiant & aſpera, quia huiuſmodi concionandi modus, non niſi vocabulis quæ Dei miſericordiam & feruorem animi ſonant, ſemper inſertus eſt.

Lęt⁹ mouẽdi modus.

Pręte-

A Prætereà hic dicendi modus innumera beneficia, quæ à diuinę maieſtatis manu, tam liberaliter ſemper homo recipit, præſentat. Necnon cęleſtia omnia & ſuperna bona, quæ in regno cęlorum ſibi Deus repoſita habet proponit, vt ex his in Dei ſeruitium efficatius excitetur homo, non quidem timore pœnę (velut ſeruus) ſed amore gloriæ, tanquam verus Dei filius. Itidem hic cōcionādi modus, valde etiam auditoribus eſt proficuus, tum peccatoribus & perditiſsimis iā hominibus, quia eis animum & fi-

Simile.

B duciam maximam pręſtat, vt peccata ſua derelinquāt, intelligentes quantum Deo creatori ſuo debeant, cum circa illos tanquam verus pater ſemper ſe geſſerit, eorum defectus continue tollerando, vt inde feruentius excitentur ad hoc vt virtutis bonum, tota mente & viribus ſuis amplexentur. Eſt præterea ſuauiſsimus hic concionandi modus religioſis viris accomodatiſsimus, qui continue & curioſe, virtutis viam exercent. Siquidem eorum ani-

C mos demulcet & recreat valde, nouum eis diuinæ maieſtatis guſtum pręſtans, eorumque voluntatis appetitum ardentiſsimo Dei amore cibans, vt ipſius Dei iam bonitate & miſericordia capti, quam ab ipſo, in hac lachrymarum valle habituros ſperant, in laboribus, quos quotidie perpetunt, minime deficiant, ſed quotidie in ipſo virtutum exercitio animequiores exiſtant, ſemperque in melius creſcant, ipſaque Dei bonitas iam intellecta, eis acutiſsima ingerat calcaria, vt deinceps nouo animo pondus virtutis celeriter portent. A

Alius dicendi ſtilus.

Alij vero aliud muſicæ genus in dicendi modo cōſequuntur quia leniter & blandè atq; delectabiliter loquuntur, quorū vocabulorum compoſitio, ad deuotionem valde auditores mouet. Qui quidem dicendi ſtilus, intra ipſius audientis animum, lenitatem quandam atq; delectationem, in rerum ſpiritualium contemplatione generat. Nam (ſicut ſupra diximus cum de peccatorum triſtitia loqueremur) ꝙ eorum memoria & dolor lachrymas ab homine educebat, ſic etiam qui vir religioſus eſt, ex tali dicendi ſtylo in virtutum atque cœleſtium rerum cōtemplatione liquefit, & in lachrymas totus reſoluitur. Et hoc muſicæ genus proprium eſt, vt ab auditoribus frigiditatem brutalitatemq; expellat, qui vt in plurimum non ſicut homines, ſed veluti animantia bruta de Deo ſentiunt, & res ipſas diuinas & ſpirituales, quę animarum ſuarum ſalutem concernunt (veluti pecora tranſigentes) ſolum chri-

B

Simile.

C

Simile.

ſtianiſmi

A christianiſmi vexillum in frõte portãt, legiſque cęrimonias inaniter exercent, quia procul dubio nullam aliam vitam, aut calorem, ſiue ſpiritum, ſibi prę ſtant. Et cum maior hominum morbus, cõmuniorque hodierna die tepiditas hæc & frigiditas ſit, talis cõcionandi ſtylus ſummopere neceſſarius eſt, quãdoquidem periculoſum viuẽdi genus hoc eſt. Sunt enim huiuſcemodi homines, qui ſic tepidè viuunt, ad peccati mortalis iam radicem conſtituti, atq; proximi admodum, vt in graues Dei offenſas incidãt. Nam quemadmodum in infirmitate B corporali, ſtomachi frigiditas in homine mortis vigilia eſt, nam ex frigiditate hac, illico vita corrumpitur: ſic etiam virtutis frigiditas, in christiano homine, animæ ſuæ morti vicina eſt nimis. Nã cum ibi virtutis iam deperditur calor, ex cõſequẽti anima debilitatur, atq; præceps omnino in peccata dilabitur. Qua de cauſa hic con- C cionandi modus auditoribus maxime conducit, nam cõmuni huic omnium hominũ morbo medicamen præſtat, quem nimirum tepiditatis morbum viuentes omnes intra ſe ipſos quaſi ignari latẽter creant, exiſtimantes ex hoc nihil ſibi periculi imminere, in quo tamen falluntur maximè. Nam eſtò verum ſit, ꝙ tepidus viuendi modus, de ſe infernalis non ſit, eſt A tamen vſque adeò hominibus periculoſus, & inferni incẽdio vicinus, vt inde facile in mortale, ac per conſequens in baratrum dilabãtur. Et (ni ego fallor) communior & tritiſsima via qua dæmon plurimas illaqueat, & ad ſe attrahit gentes, hoc tepiditatis & frigiditatis vitium eſt. Eſt igitur veriſsimum, ꝙ ſicut diuerſa ſunt materialia muſicæ inſtrumenta, quibus variè hominum mouẽ B tur mẽtes: ita etiam varij ſunt in concionatoribus dicẽdi ſtyli, quibus auditorum corda diuerſimode in virtutem adducũtur. Alius enim hominem fortificat, atque illi ad virtutem animum ingerit, alius vero delectat, deuotionemq; in homine leuat, & tandem alius auditorem lætificat, vt grato & libenti animo Deo ſeruire ſtudeat. Et hi varij dicendi modi in concionatoribus, vt in plu- C rimum à varia eorum complexione & natura oriuntur. Melãcolicus quippe omnia quæ loquitur triſtia ſunt & lamentabilia. Sanguineus autem, omnia iocundè & lætanter in cõcione depingit. At vero colericus furioſè omnia & iracundè concionatur. Flegmaticus tamen lente & benigne vniuerſa proponit. Et tandem qualis natura vnus quiſq; eſt & conditione, ſic ſuam veſtit in concionibus

Marginalia: Pręcipu' hominũ morbus. — Tepiditas periculoſa. — Simile. — Oratio. — Tepiditas triſſim' hominũ laqueus. — Vari' dicẽdi ſtylus. — Melãcolicus. — Sanguineus. — Coleric'. — Flegmaticus.

A nibus doctrinam, veritatibusq́;, quas ex librorum lectione eliciunt, idem eſſe & ſpiritum omnino præſtant, quem in ſemetipſis vnius cuiuſq; exigit complexio.

2. ratio. ¶ Secunda ratio, quare cócionatoris rectus dicendi modus, maximè conducit, vt auditorem moueat eſt, nempe quia hominis voluntas raro aut nunquam mo-

Simile. uetur, quin priùs intellectus ipſe vincatur, ſicut qui ciuitatem aliquã debellare decernit, ante omnia fortiorẽ illius turrim (in qua totius ciuitatis vis conſiſtit) pręcipitare conatur. Nam cum hãc ſemel in terram deiecerit, facile eſt poſtmodum ciuitatem ipſam ingredi, ac percõſequens totum

B ſibi populum ſubiugare. Sic pariter firmiſsimum caſtellum, in

Turris hominis intellectus. quo tota hominis vis & fortitudo conſiſtit, eius nimirùm intellectus eſt, ibi namq; omnis eius

Simile. virtus, conſilium, & ſapientia reſidẽt. Nam quemadmodum taurus, in ceruice valorem, omnemq́ue fortitudinem ſuam retinet,

Simile. ſic ceruix hominis, in qua omnes ſuas habet repoſitas vires, eius certè ingenium eſt. Et ſicut ad edomandum bobem, vt aratro terram rumpere valeat, hominumq́; vſui accomodatus exi-

C ſtat, primum omnium eius oportet edomare ceruicem, ipſius col-

Ante omnia vincendus eſt audiẽtis intellectus. lo iugum imponẽs, inde enim totus vertitur manſuetus & tractabilis: ſic etiam præuidens maxima ſua ſapientia Deus, ꝙ ea quæ hominis fortiora ſunt, in ipſius A intellectu ceruice conſiſterent, primum quod in hac chriſtiana lege curauit, fuit quidem eiuſdẽ legis iugum, ſicut indomitæ vitulę, homini imponere, vt ſic virtutis agrum rumpere poſsit. Vn- Expoſi. Mat. 11. de Matthęi. 11. capite ait: Tollite iugum meum ſuper vos. Quod certè nihil aliud eſt, quàm veſtrũ catholicis veritatibus, iudicium ſubmittere, quas ſola fide venerari oportet. Hæc namq; ſubiectio, intellectus veſtri ſuperbiam domabit, atque viam per quam ad voluntatem ipſam ingrediendum eſt, rectam & planam penitus reddet.

¶ Hæc ita eſt diui Thomæ do- S. Tho. ctrina, in. 1. 2. quæſtione. 83. articulo. 3. ad tertium argumentũ, & in quæſtione. 17. articulo. 1. B &. 5. Vbi de hoc eodem ordine tractans, qui inter has duas potẽtias, intellectum ſcilicet & voluntatem vertitur, ait, quòd ordinem hunc ſemper in rebus natura ipſa proſequitur, quòd videlicet primitus eſt rem aliquam intelligere, poſtmodũ verò eam velle & amare. Itaq; intellectus in hoc ſolùm deſeruit, vt res omnes ipſi hominis voluntati præſentet, vt eas pro ſuo beneplacito à ſe repellere vel admittere C poſsit. Itaq; interdum quòd hoc intelligendi lumen ſibi aduenit, ſemper de ſe voluntas indifferẽs eſt, quia in neutram partem declinat. Vnde fit vt voluntas de

ſe

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A ſe cęca denominetur potentia, quia minimè per ſe de reb' ipſis concipere ſufficit ſiue impregnari, niſi per ipſius intellect' opus. Quare hominis intellectus tanquā vir circa ipſam ſe habet voluntatem, ſiquidem omnes hominis actiones, ipſius intellectus ſunt filiæ, quarum mater ipſa extitit voluntas, quę earū fecit partum, intellectus verò, qui eas genuit, pater eſt. Cū hæc igitur ita ſe habeant, ꝙ nullus ad voluntatem patet additus, niſi per intellectū ipſum, pręedicatori maximè conducit, ad hoc vt in concione doctrina ſua, hominis voluntatē mouere poſsit, ꝙ priùs eius intellectum vincat, ad quod optimus dicendi ſtylus maximè cōducit.

Intellectus, potentia cæca. Simile. Simile. Primus cōcionatoris labor.

B Quod vtiq; fit, dum cōcionator, ordinem, diſtinctionem, verborumq; elegantiam, in concionibus ſuis ſeruat, hoc enim de ſe hominis ingenium libenter amplectitur, quia ſemper à natura ſua, ad ſapientiam & artem procliuis eſt.

Simile. ¶ Hac igitur in homine, intellectus fortiſsima turri iam à concionatore debellata, facile eſt inde ad voluntatem ipſam deſcendere, eamq;, ſuauitate doctrinæ afficere, vt ad virtutum C opera proſequenda moueatur. Et hac admirabili induſtria propheta Nathan cum Dauid vſus fuit, vt enim regem moueret, vt in Deum conuerteretur, atque peccati ſui pœnitentiam aſſumeret. Eo quòd turpiſsimum cū Vriæ vxore adulterium perpetraſſet, ipſiusque occidiſſet virū priùs regis intellectum vincere curauit, in cuius conſequentiam, parabolam illam de centum ouibus propoſuit, vt ex ea maximū, quod perpetrarat ſcelus, rex agnoſceret, & ſic compūctus, delicti ſui culpam lamentaretur. Vnde regius propheta indignatus de homine, qui alterius dilectiſsimam ouem arripuerat, capitis ſententiam cōtra eum proferens, ſimul contra ſe ipſum dedit, quandoquidem ſolus ipſe reus delicti erat, quo cognitio, cum in ſe reuerſus eſſet, ſtatim plurimis obortis lachrymis & gemitibus, ad Deum conuerſus B eſt, humiliter & ex toto corde ſuorum delictorum veniam deprecans. Itaque prima ſui laboris pars, quam hic propheta aſſumpſit, vt regem Dauid lucraretur, fuit quippe ante omnia eius intellectum coarguere, ex quo poſtmodum facile fuit, ad libenter ſuorum peccatorum recipiendum lamentum, eius commouere voluntatem. In Deuteronomio capite. 11. diſpoſitum erat, quòd ex ipſa lege, quam iam profeſsi erant, titulos quoſdam ſiue ſchedulas ſcriberēt, quos in frōte fixos portarent, ac deinde ꝙ C ex eiſdem legis ſcriptis, annullos conficerent, quibus ſuas decorarent manus, vt ex hoc populus intelligeret, quòd legem ipſam

Expoſi. 1. Reg. 12. Mira ꝑ ꝓhetā induſtria. Figura. Deute. 11. c.

A ipſam priùs in intellectu reponere haberent, eius nimirùm veritatem intelligentes & ruminã tes. Nam cum iam in legis doctrina, intellectus hominis edoctus ſatis extitiſſet, decebat illico anulis manus ornare, quod profectò nihil aliud erat, quàm in manibus etiam legem ipſam debere portare, quia manus vtique, ipſa virtutũ opera ſũt.

Manus virtutũ ſunt opera.

Itaq; legis ordo talis erat, vt primum in intellectu, deinde in manibus eſſet, quia primitus lex intelligenda eſt. Secundo autem operibus demandanda, quãdoquidem operibus ipſis malè adimpleri poteſt lex, niſi priùs intellectus conſideratione cribretur.

Simile.

B Nam ſicut homini naturale eſt poſtquam cibum maſticauerit, continuo illum deglutire: ſic religioſo viro naturale eſt etiã, poſtquam veritatem aliquam ſatis fuerit contemplatus, eam in voluntatem, tanquam in ſtomachũ traijcere, nec non eius præceptum operibus demãdare.

Expoſi. Pſalm.

Qua de cauſa propheta Dauid, cupiens Dei legem efficaciter adimplere, dicebat: Da mihi intellectum domine, vt diſcam mandata tua. Vbi priùs ad legis executionem, intellectus donum, quàm volũtatis petabat, quia ex intellectus conſideratione,

C facilè ad ipſius legis opus deuenire poterat.

¶ Hoc igitur iacto fundamento, quòd videlicet in hominis voluntatem, niſi per eius intellectũ minimè patet acceſſus, quod huic propoſito maximè deſeruit: eſt nempe optimus atque ſuauis dicendi ſtylus, ex hoc namque verè & efficaciter hominis intellectus deuincitur. A

Optim' dicendi ſtyl', intellectũ vincit.

Simile.

Nam cũ ſibi naturale ſit veritatem, veluti proprium cibum appetere, hinc vtiq; prouenit, ꝙ quãto rectiùs & elegantiùs veritas ipſa diſſerta fuerit, tanto eam potiùs intellectus recipiet, & libentius ſe illi ſubijciet.

Egregij cõcionã di artifices.

Quare qui egregij ſunt in concionãdi officio artifices, ante omnia, velut principale intentum, aſſumere habent, ad præcipitandã peſsimã hominis vitã, veritates euãgelicas in ipſum auditoris intellectũ, velut ardentes globos & ſagittas dirigere, vt ſic eum à peruerſa, & rebelli ſentẽtia ſua deijcere poſsit, quod tamen fieri nequit, niſi veritates ipſas euangelicas, priùs homo ſufficienter apprehenderit. B

Simile.

3. ratio.

¶ Tertia ratio quare ad mouẽdum auditorem rectus dicendi ſtylus maximè cõducit, eſt. Quia (ſicut iam ſupra diximus) chriſtianæ doctrinę auditores iam in concione conſtituti, vt in plurimum infirmi inueniuntur, ſiquidem peccatorũ amaritudine, infectum habent guſtum, & ad expellendum ab eis hoc ſui guſtus faſtidium, atq; vt virtutẽ comedendi appetitum recuperẽt, neceſſarium ſibi eſt propoſitã ſibi doctrinam, ſuaui quodã dicendi C

Simile.

 arti-

A

Simile.

artificio veſtire. Nam quemadmodũ infirmo, qui iam comedendi appetitum perdidit, dulcẽ aliquem cibum & ſuauiter conditũ apponimus, vt ſic eius expulſo faſtidio, aliquid comedere valeat & bibat: pari forma vt cõcionator euangelicus ab auditore faſtidium expellere poſsit, quẽ in eo iam diu peccata generarunt, decet maximè vt varijs dicẽdi modis veritates euangelicas ſuauiter diſponat, vt hoc in cauſa ſit hominis appetitum excitandi, vt ſic euangelicam doctrinam, quæ ſibi in concione proponitur, deglutire valeat.

B

¶ Et vt in hoc articulo remiſſus non ſit concionator, & negligens, ſed omni ſolicitudine tractet, non ſolùm veritates quas prædicat ſtudere, ſed etiam diſſerte & eloquẽter populo proponere: attendere maximè habet, ꝙ in concionibus ſuis, potius cum infirmis, quã cum ſanis rẽ agit.

Concionatoris attẽtio.

Nam propter demerita noſtra, ex tanta gentium multitudine, quæ ad ſermonem cõcurrit, plures ſunt qui peccatores, quàm iuſti reperiuntur, ac perconſequẽs infirmantium, quàm beneualentium maior eſt numerus. Vnde veriſsimum reperiet, ꝙ ex quatuor doctrinę partibus,

C

Maior ſcripturæ pars de peccatoribus agit.

tam in ſacra ſcriptura, quàm etiam in ſanctorum lectione, earum tres de peccatoribus agunt, ita vt de iuſtis, vix vna ſuperſit. Et hæc ratio eſt, quare redemptor noſter Chriſtus, tam varijs dicendi formis, in concionibus ſuis ſemper vſus fuerit, quandoquidem exemplis multis & ſimilitudinibus abundauit, ob hoc ſolùm, vt ipſa varietate dicendi, mali hominis pertinatiam & faſtidium deuincere poſſet. Et hæc eadem extitit cauſa, quare ſancti omnes atque doctores antiqui, ætatiſq; illius ſapientiſsimi viri, tantum inſudarunt, vt veritates in concionibus euiſcerarent, & ſic decoctas omni eloquentia & rhetorica populo proponerẽt, quia nimirum attendebant, ꝙ in doctrina ſua, non niſi cum infirmis rem agebãt,

In cõcione cũ infirmis agẽdum.

ad aliciendum eos, vt vel ſic aliquid virtutis deglutire poſſent, & vt à peccatorum ſuorum latebris & abditiſsimis ſpeluncis (quibus erant incluſi) exire compellerẽt. Et ad hoc optimus dicendi ſtylus maxima eſſet profectò cauſa & occaſio.

4. ratio.

¶ Quarta ratio, quare concionatori importantiſsimum negocium ſit rectus dicendi ſtylus, ad hoc, vt auditorem moueat, ipſumq; à peruerſa viuendi forma adducat: eſt nimirùm, quia peccator in concione chriſtiana cõſtitutus, brutum quoddam animal eſt, qui vrbanitatis & pollitiæ leges omnes erga Deum & homines fregit.

C

Simile.

Sicut ergo brutum arte componendum & formandum eſt, ſic artificium hoc & dicendi modus, quo veritas aliqua eloquenter in ſuggeſtu à concio-

A cōcionatore diſſeritur, ars quędam eſt ad brutalitatem audientis caſtigandam. Itaque ſicut fręno equi ferocitas mitigatur, atque iugo bobis rebellio comprimitur, nec non lenitate elephantis furia delinitur: ſic etiam per ſuauem gratioſumq́ue dicendi ſtylum, audientis pertinatia atque brutalitas in concione deuincitur. Nam rectus dicendi modus frænum quoddam eſt, quod in ipſius intellectus rebellionem & proteruitatem immittitur. A quo tandem dicendi ſtylo delectatio quædam promanat, qua eius etiam demulcetur voluntas, vt ſic ad virtutem crudum eius rigidumq́ue naturale, atque de ſe ad malum procliuè, nec non ad carnis & ſanguinis delectamenta pronũ, attrahi poſſit. Nam iuxta Ariſtotelis documentum, ars naturam hominis perficit, vt id quod de ſe hominis natura minimè aſſequitur, aut certè dificilè exequi poteſt, ſaltem artificio adiũcta, illud cōſequi valeat. Quemadmodum cum brutis ſolùm arte conſequimur, vt aliqua operentur, quę tamen à natura ſua neutique facerent, ſicut in pſitaco & pica, eſt loquellam formare, & canem ſaltare, atque perdicem tanta attentione inſequi.

*Simile. Simile. Simile. — Ariſto. — Simile.*

¶Et hoc ita eſt Quintiliani documentum in libro. 9. de compoſitione, capite quarto, vbi acriter eos reprehendit, qui in oratoria, dicendi ſtylum excludere volunt. Vbi egregie probat, ꝙ ad veritatum partum, nequaquam ſufficit ſola hominis natura, niſi arte & dicendi ſtylo priùs adiũcta fuerit. Nam ſicut mulier ex ſe ipſa nullatenus ſufficit, vt filium quem concepit parere valeat, quin ab ipſa priùs fuerit obſtetrice adiũcta, nam etſi naturæ ſuæ datum ſit filium parere, attamen filium fœliciter parere, non eſt à natura datum: ſic etiam eſtò homini à natura datum ſit loqui, attamen rectè loqui, nequaquam ſibi à natura datum eſt niſi priùs ad hoc, artificio aliquo fuerit inſtructꝰ. Nam verba quæ ab ipſa hominis natura nuda promanant, vt in plurimum cruda ſunt & inculta nimis, atq; ruſticitate quadam inuoluta, quæ cum ſic nude proferuntur, potius brutorũ mugitus apparent, quàm hominum ſermones, quare de ſe apta non exiſtunt, vt hominis inſipidum & incultum naturale attrahere poſsint. Vnde apertè videmus, quòd primi homines, qui hanc dicendi artem & loquendi ſtylum non attigerunt, non ita prohemijs, expoſitionibus, argumentis, & affectibus, veritates diſpoſuerunt, ad animos auditorum mouendos, ſicut alij noſtrę huius tempeſtatis oratores, qui noſtram hãc dicendi formã & artem, optime caluerunt, & exercuerunt.

*Quintilianus. — Simile. — Ratio. — Simile. — Hominis natura arte adiuuãda.*

A

Ars ſotia eſt naturæ.

¶ Quòd ſi ad artis antiquitatem & generis originem attendamus, inueniemus quidem, ꝙ ſtatim in ſui initio, ipſius hominis naturæ ſotia fuit.

Simile.

Quæ enim in orbe toto reperitur res, quæ non arte elaborata reſplendeat? Vnde fit vt vites manu propria, excultas, reddamus, ab eis tribulos & ſpinas auferentes, earumq́; palmites amputantes, terram etiam ad earum radicem accumulantes. Quare inquam hæc facimus, niſi vt abundantior vitis ipſa in ſuo fructu conſiſtat?

Simile.

Quamobrem rogo terram aratro rumpimus, atque nocentes herbas & petras extra proijcimus, niſi vt magis ſeminatus panis

B

creſcat, meliusq́ue ipſa terrę virtus operetur?

Simile.

Quare rogo leniter manu noſtra canis caput demulcemus, atque feroci equo, compedes inijcimus, niſi vt animalia hæc, manſueta & domeſtica reddamus, & ſic magis eorum naturale reſplendeat, atque hominum vſui accõmodatiora ſint? Sic etiam non parui momenti negocium eſt, ad hoc vt hominem à ſua ferocitate deijciamus, eumq; ad res ſpirituales attrahamus, vt cum eo arte, elegantique in dicendo vta-

C

mur ſtylo, blandis, ſuauibuſq́;, & optime compoſitis vtentes verbis,

Mirũ cõcionatoris artificium.

quæ ſibi tanquam molis manus, per eius attracta inter ſcapulum deſeruiat, vt dulcibus verbis, id cum eo iam peragamus, quod cum duris & incultis minimè apud eum conſequi potuimus, aut ſi conſequimur, certè difficile admodum, quandoquidem durum hominem, & ex ſe ipſo beſtialem, quo verba duriora ſunt & cruda, eo ampliùs eum ad iram commouent, ſuperbumq́; reddunt, & in peius vertunt.

Simile.

Sicut in leone aut elephanto contingere videmus, atque alijs ferociſsimis brutis, quæ proculdubio animalia, flagellum aſperum & rigida verba, ferotiora reddunt.

Grego.

Et hoc eſt quod diuus Gregorius in paſtorali aſſerit, ait ſiquidem, quòd eſtò verum ſit, quòd homo ex ea parte qua brutum eſt torpeſcat: attamen quatenus rationis eſt compos, potiùs blande & ſuauiter virtus ſibi perſuadenda eſt,

Qualiter trahendus homo.

potiùs manſuetudine quàm ira ducendus eſt, potiùs lenitate quadam, quã terroribus & minis ſuadendus eſt, potiùs beneficijs quàm loris attrahendus eſt. Nam etſi virtus, eo ipſo quòd homo eſt, eius proprius exiſtat cibus, expedit tamen vt induſtria quadã, virtutem ipſam hominem deglutire compellamus.

Simile.

Nam quẽ admodum bruto, ordeum vel aqua ſibi naturalis eſt cibus, attamen vt aquam bibat, oris ſibilo eum prouocamus, & vt pabulum comedat, aliquo ipſum artificio vincimus ordeum in cribro cõmouentes: ſic omnino homo

A homò velut brutum animal, ſuauitatis artificio ducendus eſt, vt vel ſic virtutis cibum degluttiat, in quem profectò finem, nullum aliud accõmodatiùs reperitur medium, quod hominis naturæ dulcius exiſtat, & quo ſuauius in fidei rebus & virtutum deuincatur, quàm gratioſus dicendi modus, quo concionator veritates, quas chriſtiano populo proponit, optime conficit. Et quidem exiſtimare in hac parte, quòd vtcumq; concionator dixerit ſufficiet, certè ruſtici hominis eſt, & qui in concionandi arte parum vel nihil attingit, præterquam quòd hic talis, maximam prębet anſam, vt in concione, euangelicæ veritates paruipendantur, & vt auditores in ſuæ peruerſæ vitæ ſtercore inuoluti maneant. Nam quemadmodum cocus, qui cibum aliquem malè condit, in cauſa eſt, quòd huiuſmodi cibus in hominum contemptum veniat, & vt tandem à comedente proijciatur, quantumuis in ſe pretioſus exiſteret, ob hoc ſolùm, quia malè ab ipſo confectus eſt, & infirmus, qui cibum talem comeſturus erat, & quo ſalutem recuperare ſperabat, in ſuamet priſtina infirmitate maneret, quia illum nimirùm comedere non valuit: ad eum omnino modum, omnia hæc mala inſipidus & inſulſus concionator gignit, nam veritates catholicas, quas prædicat, in contemptum apud ipſos auditores venire facit, quæ aliàs de ſe excellentes & virtutis maximè exiſtebant, ob hoc ſolùm, quia ab ipſis malè conditæ ſunt, & barbare auditoribus apponuntur. Et hac eadem ratione eſt etiam cauſa, quòd audientes parum vel nihil cõmodi ex concionibus reportent, atque vt in ſuis peſsimis viuendi moribus ſedentes permaneant. A

Ruſtica reſponſio.

B

Simile.

Simile.

C

Inſipid' concionator.

## ¶CAPVT. IIII. QVOD concionatoris bonitas & religio, in concionãdi arte plurimũ conducit, quæ ſecunda cauſa eſt quę auditorem mouet.

B

SECVNDA cauſa, vnde auditores in concione moueri maximè poſſunt, bonitas & religio concionatoris eſt. Et quidem materia hæc, de bonitate ſcilicet, & concionatoris religione, digniſsima eſt, quæ aliquantulum à nobis prolixiùs tractetur, quandoquidem potiſsima inter omnes aliàs exiſtit partes, quæ ad hoc ſanctiſsimum concionandi munus exiguntur, & quæ diu profectò in hoc opere à nobis expectata eſt, vt eam pro noſtro poſſe (Deo dante) ediſſeramus. In qua nimirùm materia, duo nobis præcipuè tractanda ſunt.

Præcipua concionatoris pars, religio eſt.

C

A Primum erit in communi diſſerere, quantum in hac concionandi arte prædicatoris bonitas & religio conducat, Secũdum erit explicare, quemadmodum ipſamet concionatoris virtus & religio in cauſa ſit, vt diuini verbi auditores moueantur. Ad primum igitur deuenientes decet maximè ad hoc ſanctum prædicationis aſſumendum officium, vt ante omnia concionator, omnium virtutum in ſe ipſo decus ſit & exemplar, ita vt omnibus ſuis auditoribus, virtutis quoddam lucidiſsimum ſpeculum & imaginem ſe præbeat, vt recreatio & guſtus, quem ex ſua capiũt
B doctrina, ſapore & dulcedine, quam in ſuamet adinueniunt religioſa vita, confirmẽtur. Et hoc proculdubio aliquibus de cauſis, concionatoris officio ſubſtãtiale admodum & cõducens eſt.

1. ratio. ¶ Prima ratio eſt, vt Deus, ſcripturæ ſuæ tam ſacroſancta myſteria & ſacramenta, ſibi adaperire dignetur, ſicuti de ſe euangelij ſui prędicatio exigit. Quod tamen profectò difficile obtinere poterit, niſi priùs concionator per virtutis exercitium & religioſæ vitæ exemplum, eius ſe amicum conſtituat. Nam iuxta Senecę, Ariſtotelis, & Plutarchi, cæterorumq; humaniſtarũ ſen-
C tentiam, hæc ſemper fuit amicitiæ lex & conditio, quòd nullum ſibi ſecretum, quantumcumq; intimum excipit, ſed eo ipſo quòd duę ad ſe inuicem perſonæ amicitiæ vinculo annectũtur, taliter inter ſe omnia habent eſſe cõmunia, vt ſicut nulla inter eos diuitiarum debet eſſe partitio, ſic pariter nullum ſit pectoris inter eos reſeruatum archanum, ſed eos in omnibus vniformes eſſe oportet, quòd ſi ſecus fieret, infidelitatis & falſitatis nota taxarẽtur amici tales. Et quidem omiſſa in hac parte humaniſtarum auctoritate, qui in hoc caſu de amicitiæ legibus agunt, quæ infinitæ quodammodo ſunt, quæ omnes ante omnia hanc, velut præcipuam exigunt conditionem. Poſſumus etiã ex ſacrę ſcripturæ teſtimonijs hanc firmare
B veritatem, vbi aperte apparebit ſemper Dei hanc fuiſſe conditionem, videlicet cordis ſui archanũ bonis & religioſis viris (veluti ſuis amicis & priuatis) maximè communicaſſe.

Ariſtot. Seneca. Plutar.

Amicitię lex nullũ ſibi reſeruat ſecretum.

¶ Geneſis. 18. capite legitur, quòd cum Deus ciuitates Sodomæ & Gomorrę deſtruere decreuiſſet, hoc autem in ſuo pectore reconditum haberet, viſum ſibi fuit, cum Abraham tam intimus eius extitiſſet amicus, quòd ſi ab eo, hoc celaret myſterium, amicitiæ legi prorſus contrauenire videretur. Quare ſcriptura ſancta ipſiuſmet Dei aſsignans verba, ſic ait: Num celare potero
C Abraham quæ geſturus ſum cũ futurus ſit in gentem magnam ac robuſtiſsimam? nequaquam ſic

Expoſi. Gen. 18.

A ſic fieri decet (ait Deus) ſiquidem amicitiæ lex, quæ inter me & illum verſatur, hoc expoſcit. Iuſtum ergo eſt, vt quia in omnibus meum ſemper ſe exibuerit amicum, illi etiam cordis mei ſecretum communicem. Vnde continuo illum de omnibus quę in Sodomitis facturus erat, inſtruxit.

Expoſi. Exo. 33 ¶Similiter Exodi. 33. habetur, quòd cum propheta Moyſes tam verus Dei eſſet amicus, veluti de iuſtitia & ipſimet amicitiæ legi debitum, ſibi faciem oſtendi à Deo inſtanter petiuit, ac perconſequens, quòd in nullo ſibi ſui cordis celaret ſecretum, ſed quòd in omnibus ſibi ipſi ſe

B communicaret, cum iam ſe velut amicum ſuum Moyſes penitus dediſſet. Vnde (ſicut ex Ioannis capite. 15. conſtat) hãc vnam amicitiæ legem Christus cum diſcipulis ſeruaſſe dixit, videlicet ſua ſe illis manifeſtaſſe ſecreta, cum dixit: Iam non dicam vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius, vos autem dixi amicos, quia quecumq; audiui à patre meo nota feci vobis: Ac ſi clarius dixiſſet. Cum iam in amicorum numerum vos receptos habeam, nulla eſt, quæ exigat ratio, cur inter me & vos aliquid ſit, quod partitum penitus

Expoſi. Ioan. 15

C reperiatur, ſed amicitiam, quam erga vos hucuſque ſemper in alijs omnibus oſtendi, hanc eandem vobis in cordis mei ſecretis ſemper ſeruabo.

A

Expoſi. Ioan. 14 ¶Hoc idem iterum Ioannis, 14. capite confirmat Chriſtus, cum ait: Qui habet mãdata mea & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me, qui autem diligit me, diligetur à patre meo & ego diligam eũ, & manifeſtabo ei me ipſum. Ille (inquit Chriſtus) amicus meus eſt, qui mea ſeruat pręcepta quẽ tamen ego & pater meus pariter diligemus. Et hæc nimirũ amicitia in cauſa erit, ꝙ ei pectoris mei archana magnificentiſſime pateſaciã. Et hoc idem iterum repetit, ſicuti ex. 7. Ioannis capite conſtat, cum ait: Siquis voluerit voluntatem eius facere,

Expoſi. Ioan. 7.

B agnoſcet de doctrina mea vtrũ ex Deo ſit, an ego à me ipſo loquar. Quid rogo clarius dici poteſt, quã quod hoc Dei expreſſum teſtimonium affirmat? Vbi aperte aſſeritur, ꝙ qui bonus & religioſus extiterit vir, ille eſt qui ſcripturę ſanctæ doctrinam melius intelligat, & ꝙ ipſamet bonitas & religio in homine, vera ſit ianua, per quã ad ſcripturæ ſanctæ ingrediatur intelligentiam.

Grego. ¶Gregorius. 4. Moralium libro, capite. 1. ait, ꝙ in hoc concionator bonus, concionatorem malum excedit, ꝙ hic ſcripturę ſanctę corticem tenet, cæterum religioſus homo ipſius ſcripturę medullam attingit, quia illi Deus cordis ſui ſpiritũ aperit. Nam quemadmodum in humanis, ſic etiam in diuinis contingere videmus.

C

Simile.

 demus.

A demus. Eſt ergo in humanis ſic, ꝙ cum alicuius hominis ſolùm faciẽ exterius videmus, nihil de eo præter vultus ſuperficiem attingimus, quia interioris conditionis eius, bona ſit an mala, teſtimonium perhibere non poſſumus, neq; adhuc interiores proprietates, quas à ſua ſibi natura vẽdicat, dignoſcere valem⁹ attamen ſi multo tempore cum eo cõuerſationem gerimus, familiariter ei in omnibus adheremus, quouſq; eius iam penetremus & lucremur volũtatem, ſibiq; reddamur amici. Tunc temporis inquam, non ſolùm eius exteriorẽ attingemus vultum, ſed etiã con-
B ditionis ei⁹ proprietates omnes, vſque ad intima queq; & minutiſsima penetramus, atq; ad cordis eius ferè cogitationes pertingimus. Hæc eadem differentia eſt, quæ inter bonum & malũ vertitur concionatorem, malus ſiquidem, cum veritatibus ſcripturæ ſacræ, veluti cum extraneis, tractat & agit, quas nunquã aut cognouit aut vidit. Vnde ex eis parum præter vultus ſuperficiem agnoſcit, qui proculdubio vultus, nihil aliud quàm litteræ ſuperficies eſt. Bonus autem in ipſo virtutum exercitio, cũ Deo ipſo ſanctam quandam conuerſa-
C tionem texit, ac proinde amicitiam & familiaritatem intimam cum eo inijt, ex qua cõtinuo prouenit, vt eius cor intime penetret. Quod vtique eſt, ſcripturæ

Simile.

Concionator malus, ſcripturæ ſuperficiẽ attingit.

ſacræ ſenſus & ſubtilitates (quę ſub litterę cortice cõtinentur) attingere. Ex quo apertè colligitur, ſupra modum concionatori conducere, ad hoc vt Dei ſecretum in ſcriptura ſancta intelligere valeat, ꝙ prius virtutis lectioni, quàm librorum inſudet, ab iſta ſiquidem virtutis practica, ad illam doctrinæ ſpeculatiuam tranſire habet. A

A religioſa vita, ad verã tranſitur ſcripturæ intelligentiam.

¶ Hinc apparet, quòd omni tẽpore, quo inter Deum & homines hęc perdurauit amicitia, abſque velamine vllo Deus homini perſpicuũ apertiſsimumq; in omnibus ſe oſtẽdit, quemadmodum ex illo innocentię ſtatu conſtat. Vbi quamdiu primus homo hãc Dei amicitiam cum ſinceritate maxima & rectitudine ſeruauit, quàm plurima illi Deus beneficia contulit, eum vtique amicabiliter & familiariter tractans, cuius intellectum tam mira ditauit ſapientia, vt nõ ſolùm res naturales, verum & cæleſtes etiam dignoſcere poſſet. Cuius præterea animã, abundanti nimis gratiarum infuſione repleuit: cum autem per peccatum hanc Dei amicitiam amiſit, illico pectoris ſui archana De⁹ ab eo abſcõdit, ne amplius hominẽ veluti amicum, ſed tãquam extraneũ prorſus tractaret, vnde ſtatim ignorantiam, & intellectus hebetudinem incurrit. Ad eum modũ quo rex, ſi ſemel fidelem poſsideret ſeruum, cõtinuo cum illo amica- B C

Innocẽtię ſtat⁹.

Peccatũ Dei familiaritatẽ abſtulit.

Simile.

A amicabiliter & ſincerè familiaritatem quandam contrahit, ſi tamen in aliquo eum infidelem reperire cõtingerit, ab eo penitus ſe eximit, vt iam dinceps nihil cum eo familiaritatis vel amicitiæ tractet. Et hinc profectò eſt, quòd ab eo fœlicißimo tempore, quo noſtri primi parentes, à Dei obedientia ſubducti ſunt, in huius peccati pœnam, illico Deus quaſdam frontis creauit rugas, & quaſi velamine quodã vultũ ſuum hominibus coopertum demõſtrauit. Et hac de cauſa ab eodem etiam tempore veritates hæ omnes Euangelicæ, vſque ad hoc legis gratiæ tempus, ſub illis legis veteris figuris inuolutæ admodum & coopertæ deuenerunt, ſicuti animalium ſacrificia illa omnia & cęremoniarum extiterũt, ſub quibus tãquã ſub cortice, omnia legis gratiæ miſteria incluſa erant, & ſic etiam ſucceſsiue vſq; ad nos ſub fidei noſtrę articulis, Dei miſteria & ſacramenta cooperta manſerunt, in qua quidem gratię lege (noſtris demeritis) non ſatis adhuc velum hoc & Dei ſupercilium ablatum eſt, vt integre eorum ſpiritum dignoſcere valeamus, ſicut ex diuo Paulo conſtat dicente, quòd adhuc dum Moyſes legitur velamen inter inſipiens cor Iudæorum & ſcripturam illam poſitum eſt. Vbi aperte cauſam quare adhuc veritates iſtę obſcurę ſint, ne Iudæi ad verum illarum pertingerint ſpiritum, nullam aliam aſsignat apoſtolus, quàm ipſorum fuiſſe peccata, quouſq; verè cõuerſi fuerint. Sicut ergo Iudęis, quia non fuerant cõuerſi, quia adhuc Meſsiam expectant, velamen eſt poſitum ne veteris teſtamenti lectionem intelligãt, ſic & peccata noſtra in lege noua, ne veritatis ſpiritũ attingamus, velamen quoddam ſunt.

Simile.

B

Animalium ſacrificia & ceremonię.

C

Expoſi. 1.Cor.3.

A

Simile.

Itaque quemadmodum in beatitudine, vt Deum videre atque eo frui poſsimus, diuino quodam lumine hominis potentiam fortificari neceſſe eſt, vt inter Deũ ipſum & hominẽ proportio quędã ſit, qua eum recipere valeat, & quẽadmodum etiam vt Deus hominem, ad beatorum ſocietatem admittat, atque vt ibi à latere ſuo intimum & aſsiſtentem faciat, opus eſt corpus hoc carneũ penitus diſſolui, & conflari, atq; in nouã immortalitatis formã verti. Hoc idẽ igitur quod ibi ad vidẽdum Deum opus eſt, hoc inquam etiam ſuo modo, hic cõducit maxime, vt eum pro hoc ſtatu intelligere valeamus & vt in ſcriptura ſua ſancta Deus homini loqui poſsit, & vt ad cõuerſationem, quam in ſcriptura ſancta cũ eo gerit, ipſum admittat. Quod nempe eſt dicere, oportet nimis concionatorem à peccatis exui, atque ſpiritus ſancti lumine intellectũ eius à Deo adiuuari, & item ipſius animã Dei gra

Simile.

B

C

tia

A tia veſtiri, vt ſic dignetur Deus ſpiritum & verum ſenſum (qui in ſacris reconditur litteris) ſibi adaperire. Nã ſicut in domo regia accidere ſolet, ſic etiã hic euenire videmus. Quandoquidem etſi in atrium domus regię omnes indifferenter ingredi aſſueſcant, attamen in ſecretam regis manſionem & cubiculum vbi ipſamet regia perſona quieſcit nullus, niſi ipſius regis intimus extiterit, ingredi audet: ſic pariter ſcripturæ ſacræ littera, ipſius Dei domus atrium quoddam eſt in quod omnes tam boni quã mali, tum magiſtri & legis præceptores, tũ etiã concionatores, ſine vllo diſcrimine intrant. At vero ad litteræ huius ſpiritum, qui iam ſecreta manſio eius diuinæ perſonæ eſt, decet maxime, vt tanquam amici Dei gratia induti ſint, necnon quòd virtutis & religionis eius veſtimentum portent, quia nimirum ad Dei penetrandum cor & mẽtem ingredi habent, quod amicis ſuis detegere conſueuit.

Simile.

B

atriũ ſpiritus, littera eſt.

C

Curioſa quęſtio.

Eſt tamen hic non immerito à nobis indagandum, qualiter concionatoris virtus & religio in cauſa ſunt, vt intellectus eius in ſacræ ſcripturæ rebus illuminetur. Nam ſicuti proxime ex Ioannis cap. 7. diximus, ait ibi Chriſtus: Qui mei patris voluntatem fecerit, hic meæ doctrinæ ſecreta intelliget. Hinc ergo colligi videtur, ꝙ virtutis opera in concionatore, eius clarificãt intellectum, vt difficilẽ & obſcurum ſcripturę ſanctę ſenſum cõſequi poſsint. Ex alia parte videtur quidem impertinens eſſe ad modum, vt quia concionatoris recta eſt voluntas, rectus etiam ſit intellectus eius, cum apertè experientia teſte videamus, quã plurimos bonos eſſe ac religioſos viros, ingenio peſsimo atque intellectus hebetudine eſſe veſtitos, & econtrario peſsimos multos, qui optima ingenij ſorte veſtiuntur.

Expoſi. Ioan. 7.

A

Argum.

B

Ad hoc tamen reſpondeo, in concionatore magnam eſſe partem, operari de Deo, ad intelligẽdum de Deo. In ipſo namq; virtutis exercitio, ad cognoſcendũ virtutem ipſam intellectus aperitur, idemq; guſtus & recreatio quam homo in charitate ipſa & patientia, atque iuſtitia, & miſericordia, necnõ & in cæteris virtutibus recipit, idem inquam guſtus ad ipſarummet virtutũ proprietates & conditiones intelligendas intellectum homini præbet. Quia profecto tam germanę et inter ſe affines, hæ duæ potentię ſunt, ſcilicet voluntas et intellectus, ꝙ ex alicuius rei intelligentia, ad ipſius ſtatim opus vt in plurimum peruenitur, atque è conuerſo, ex ipſo virtutis opere, ad eiuſdem deuenimus intelligentiam. Et ſicut qui ſemel rẽ aliquam ſatis calet et intelligit hoc in cauſa eſt, vt ei ſummopere afficiatur,

Solutio.

C

A afficiatur,quouſq; intelligentiã illam,operis executioni demandet: ſic etiam qui ſemel virtutis opera exequutione ipſa proſequitur,ipſamet opera ad ipſorum intelligẽtiam hominem paulatim ducunt.

Simile. ¶Itaq; ſicut qui ſemel deguſtauit mel,rectiùs proprietates eius ediſſerit,quàm ille qui ex librorum lectione eius naturam calet,quia iam experiẽtia ipſa eius percipit intelligentiam ( nam differentia quæ inter practicam vertitur & ſpeculatiuam,eadem omnino eſt quæ inter videre & audire aliquid reperitur, ſpeculari enim aliquid, quaſi audire rem eſt,quod in librorum lectio

B ne conſiſtit:cæterum experientia rem illam tenere quę practica ſcientia eſt,eſt vtiq; iam oculis aperte rem illam intellectam comprehendere) ſic ergo mellis conditiones legere,eas quidẽ audire eſt,at verò guſtare eas, iam quaſi videre eſt. Experiẽtia nãq; fortior atque efficatior eruditio eſt,quàm alicuius rei nuda intelligentia. Pari ergo forma,qui bonus exiſtit,experientia ipſa iam Deum ſcit, atque viſu eum quodammodo tenere dicitur,qui tamen ſpeculatiue tantum in Deo

Experiẽtia rei intelligentiam excedit.

Guſtare rẽ quaſi videre eſt.

C ſapiens eſt, Deum ſolùm modo ex auditu ſcire dicitur. Itaque ſicut in ipſomet muſicæ vſu, dum videlicet liram vel citharam,ſiue organa quis pulſat in dies magis ac magis cithare di manus habilitantur,atq; ipſummet pulſandi exercitium muſici intellectum excitat,nouaq; illi muſicæ opera & puncta adminiſtrat,quãdoquidem ſeſe ad ſe inuicem muſicæ puncta aduocant. Et quemadmodum etiam in ędificãdi arte,in eodem ędificiorũ vſu, vnoquoq; die perficitur magis artifex nouaſq; domorũ & turrium, in lucem educit formas. Et ſicut præterea ſarcinator in officij ſui continuo exercitio, nouas adinuenit veſtimentorum formas, & quo plus ſuum exercet officium, eo plus in arte illa quotidie creſcit & perficitur. Et ſicut deniq; aurifex ſemper ſuam aſſuefaciens artem, delicatior & politior vnoquoq; die redditur, ita vt quod nunquam vidit aut legerit, iam operi demãdare ſciat: ad eum omnino modum ipſemet virtutis tractus, ſemperq; eam manibus euoluere, concionatorem habilitat,perfectiorẽq; &reſolutum magis in veritatum intelligẽtiam reddit. Ita vt cum iã ad legendas veritates in libro acceſſerit, in hoc cæteros antecellit, quia cum eiſdem veritatibus ( veluti cum iam ſibi cognita gente tractat ) at proinde earum cor & ſenſum penetrat. Itaque maximè ſibi conducit patientiæ guſtus,ad eandem intelligendam patientiam, atque iuſtitiæ ſapor, vt ipſius iuſtitię intellectum percipiat,& ſic de cæteris virtutibus, quarum continuum

Simile. Simile. Simile. Simile.

[library stamp: ...ALEXANDER ... FERDINANDVS ... VALENTINUS]

A nuum exercitium,ſemper hominis intellectum & ingenium acuit.

Figura, 1.Re.14

¶Legitur primo Regū libro, capite. 14. quòd cum Ionathas Saulis regis filius,in campo cum exercitu patris ſui incederet,virga quam manu tenebat, fauum mellis tetigit, qui cum mel iam deguſtaſſet,illico ſibi oculi aperti ſunt, vt omnia belli pericula intelligeret. Dignū profectò admiratione,hoc Ionathę opus apparet,in hoc ꝙ preciſè deguſtatio mellis,ad ea quę in bello agēda erant,Ionathæ intellectū

B

Virtutis cōditio.

apperuerit. Hæc ſemper fuit virtutis conditio, quòd eius intelligentia,ex ipſius operis guſtu dependet, ipſamq; deglutire virtutem,ad eam intelligendam, hominem perducit,atque ipſum de Deo guſtare, ad hoc quod eſt de Deo intelligere, hominē manu ducit.

Exposi. Pſal.33.

Quod expreſsè Dauid propheta Pſalmo. 33. aſſerit, cū ait: Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt dominus. Si vultis( inquit propheta ) pręcipuè intelligere & videre, quàm ſit ſuauis Deus veſter & dulcis, primitus ipſum operis exercitio guſtate,& ex illius experientia, ad eiuſdem deuenietis continuò agnitionem,

C

huiuſq; dulcedinis palatum,veſtros illicò adaperiet oculos.

Figura, Gen.3.

¶Legitur Geneſis capite. 3: ꝙ eo ipſo ꝙ prothoparentes noſtri Adam, ſcilicet & Eua arboris vetitæ pomum deguſtauerunt, continuò illorū aperti ſunt oculi,ita vt ſicuti Dij,bonum & malum ſcirēt. A

Mirabile ſacramētum.

Formidabile proculdubio factum, admirabileq; ſacramentum hoc eſt, quòd videlicet ex fructus illius deguſtatione,mali & boni intelligentia pēderet. Et quidem ita in rei veritate eſt,quòd peccator homo,nūquam in periculi & laborum cognitionem peruenit,quæ ſecum peccatum affert, neque adhuc vitij vultum attingere poteſt,quouſq; ipſa peccati experiētia hoc ſibi demōſtrat, quemadmodum B

Peccati experiētia, cognitionē peccati inducit. Exposi. Sap.5.

ex ſapientiæ capite. 5. cōſtat, vbi legitur quòd mali ex labore nimio & laſsitudine,quam in ſe ipſis iam diu peccata fecerant,atq; ex continua conuerſatione,germanaq; fraternitate, quàm cum ipſis tanto tempore duxerant,eorum apperti ſunt oculi, vt peccati faciem, ſuorumq; facinorū periculum agnoſcerēt. Vnde dicebant,laſſati ſumus in via iniquitatis,errauimus à via veritatis,& lumen iuſtitiæ non illuxit nobis. Eſt igitur concionatori conducens admodum ad hoc vt in diuinarum veritatū ſcripturæ ſanctæ intelligentiam ingredi valeat,eas prius virtutū exercitio & religione deguſtatas habere, & ꝙ in omnibus ſe quàm primum,virtutum exhibeat exēplar & Dei amicum, vt ſic eius in ſcripturis ſacris,poſsit pertingere cor. C

2.ratio.

¶Secūda ratio,quare concionatori

A natori conducat omni genere virtutum eſſe ornatum, & quòd auditores eũ, velut lucidiſsimũ virtutis ſpeculum reſpiciant eſt nempe propter auctoritatem doctrinę, quã in pulpito ediſſerit. Nam quemadmodum in homine nerui, aliorum membrorum robur ſunt, qui manibus, pedibus atque capiti fortitudinẽ pręſtant (nam oſſa ipſa adinuicem colligãt, in quibus totius corporis fortitudo conſiſtit: ſic etiam quod euangelicæ doctrinę, tanquam neruus vires ingerit, optima eſt profectò concionatoris vita. Nam hæc virtus eius, veritates omnes, quas in ſuggeſtu docet alligat & coadunat, atque ad muſicæ conſonantiam quãdam adducit, vt audientium auribus ſuauem generent melodiã. Itaq; ſicut dũ corporis oſſa, nerui minimè fortificarent, tunc ab inuicem diſtruncata manerent, neq; in homine membra ipſa ſic diſiuncta compaginem conſtituerent, neq; adhuc ad mouendum ſe, homo virtutem aliquam obtineret, crus namque & pes, atque brachia, necnon & caput, à ſe inuicem diſſoluerentur, & ſeorſum ſuis in locis diſiuncta manerẽt, vnum quodq; ab alio ſeparatũ: ſic etiam mali concionatoris veritates, non ſecus ſe habent, quã veluti ſine neruis membra, quæ in cõcione adunationem aliquã ſiue compoſitionem minime faciunt, ac perconſequẽs efficatiã

Simile.

Concionatoris bonitas, neruus veritatũ eſt.

B

Simile.

Simile.

C

Singularis lectio

nullam aut vires, in audientium animis cõſequuntur, quin potius ſicut diſiuncta à ſuo fine & propoſito membra, ſic vna quæque veritas ſeorſum demiſſa manet & diſtruncata.

Organa cum à capſa & ſede, in qua pulſabantur, extrahũtur, ſummam diſſonantiam faciunt, ita vt omnibus ridiculum admodum videatur, quia audientium auribus non muſicam, ſed moleſtiam generant. Nam cum organorum aliud paruum, aliud vero magnum ſit, inde eſt ꝙ aliud altè, aliud vero ſubmiſſè ſonet, quia cum ſeorſum ſeparata ſint, abſque conſonantia aliqua vnũquodq; ſuum emittit ſonitũ. Attamen dum in capſula ſuo ordine reponuntur, ibiq; à citharedo pulſantur, ſuauia nimis hominibus apparent, quia ipſis dulcem melodiam gignũt. Sic etiã mali concionatoris veritates in pulpito propoſitæ, quaſi ſine capſella organa ſunt, quæ conſonãtiam nullam ſiue melodiam hominibus generare vidẽtur quę inquam veritates, ſi ad concionatoris peſsimam conferantur vitam, atq; ex alia parte ſi ad illius ſanctiſsimi loci auctoritatẽ comparentur, deliramentũ profecto hominibus apparẽt. Nam ſedes & capſula, vbi omnes conſedere habebant, atq; vbi ſuum eſſe & vires in auditoribus conſequi deberent, vt in cõcione hominum auribus ſuaues redderẽtur

A

Simile.

Simile.

B

optimũ ſimile.

C

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A tur, eius vtique religio atque optimum vitę exemplum erat, quo deficiente omnis veritatum melodia ruit & artificium.

Simile.

Expoſi. ad tit. 2.

Hac eadem de cauſa, apoſtolus in epiſtola, quam ad Titum diſcipulum ſuum ſcripſit, capite ſecundo, vt eum in hac euangelica eruditione concionatorē exactum constitueret, & vt verba eius efficatiā in auditoribus conſequerentur, ac denique vt concionator ipſe in hac parte, tanquam pręceptor authoritatē & poteſtatem obtinens loqueretur, his verbis admonuit dicēs.

B In omnibus te ipſum præbe exēplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, verbum ſanum, irreprehenſibile, vt is, qui ex aduerſo eſt, vereatur nihil habens malum dicere de nobis. Hæc loquere & exortare, & argue, cum omni imperio, nemo te contemnat. Vbi intentum apoſtoli in his verbis C fuit religioſum & exemplarem admodum, Titum diſcipulum ſuum reddere, ſolum propter euangelicæ doctrinæ, quam prædicabat auctoritatem & quia etiam in pulpito imperium omne & dicendi vim, religioſa vita concionatori tribuit.

Expoſi. matt. 7. Expoſi. Mar. 1.

Confirmatur hæc eadem veritas ex verbis illis, quæ Matthęus capite ſeptimo refert. Item etiā ex euangeliſta Marco, capite, 1. vbi vtrobique aſſeritur, ꝙ cum Chriſtus ſemel concionis finem feciſſet, gentes omnes eius admirabantur doctrinam, quia grande in eo imperium & maieſtatē, in docēdi modo conſpiciebant, quippe qui tāquam poteſtatem habens potēter & audaciter cōcionabatur, & non ſicut Scribæ & Phariſæi, qui non niſi timidè legem populo ediſſerebant. Et eſtò verum ſit, quòd cum Deus eſſet, ex hac parte efficaciſsima ipſius poſſet eſſe doctrina, quia tunc ex vero & proprio fonte dimanabat. Et hac nimirum via dici poteſt, ꝙ tanquam verus illius veritatis dominus, eam docebat, & potēter proponebat. Eſtò inquam hoc verum ſit, veruntamen loci huius verus etiam, & proprius ſenſus eſt, quòd ex ea parte, qua Chriſtus bonus & religioſiſsimus erat, puriſsimus quidem, & non vtcumq; ſed ſicut verus Deus, vſque adeò, vt neq; vnus peccati apex ſibi poſſet impingi, hac via inquam efficaciſsime & audaciter nimis, tanquam poteſtatem habens loquebatur, ita vt euangelicas veritates inter bonos & malos diſſerere poſſet. Et ideò dicitur ipſum legem docuiſſe potenter, velut qui poteſtatem habebat, et non ſicut Scribæ et Phariſæi, quos ſua met præoccupabant peccata, vt non niſi timidè et verecundè, de legis præceptis loquerentur.

Poteſtatē docēdi, bonitas cōcionatoris parit.

B 1. Sēſus.

C

Et hæc profectò veritas, ꝙ videlicet peſsima malorum vita, libere et audaciter loquendi facultatem

Experiētia cōprobat.

A tatem, ab eis ſemper adimat, experiẽtia ipſa notiſsima eſt. Nam ſicut in factis ſuis, timidi & puſillanimes ſemper exiſtunt & cõfuſi, nec non verecundia detenti, ſemper in conuerſatione ſua incedunt, quam cũ cæteris ducunt hominibus: ſic etiam in omnib' quæ loquuntur, timidi & puſillanimes & quaſi trementes ſe gerunt, maximè cum de virtute inter homines ſermo eſt. Tunc enim ipſamet virtus eorũ occludit os, atque linguam mutam & balbutientem reddit, eisq; peccati culpam ob oculos ponit, ne tam libere de ea ſicuti decebat loquantur, quemadmodum de talibus per prophetã Dauid Pſalmo. 49. ſic dominus ait: Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas & aſſumis teſtamẽtum meum per os tuum. In quibus verbis concionatorẽ puſillanimem propheta reddere intendit, vt nimiam loquendi libertatem amittat, quam quotidie in ſuis garriẽdis veritatibus tenet. Et hac eadem ratione, ſicut ex Ioannis capite. 8. conſtat, cum phariſei mulierem quandã adulteram, ad Chriſtum lapidandam adduxiſſent, nequaquã permiſit vt eorum lingua in peccatricem, ſentẽtiam proferret, neq; adhuc eorum manus in eam lapides mitterent. Nam hanc iuſtitiæ executionem, ſua ipſorũ peccata intercludebant, ſicut ex verbis quæ Chriſtus continuo adiunxit, conſtat, cum dixit: Qui ſine peccato eſt veſtrũ, primus in illam lapidem mittat, qui cum ſe omnes peccato infectos conſpexiſſent illicò ab adulterę accuſatione ceſſarunt. Et hac eadẽ cauſa ſicut ex Matthæi. 7. capite, & Lucę. 6. habetur, acerrimè phariſeos & ſcribas Chriſtus reprehendit, quia in aliorum defectus tantum linguam extendiſſent, atque in annotandis proximorum culpis, oculos ſemper habuiſsẽt apertos, ſuis tamen prorſus defectibus, atque abominationibus oblitis, quandoquidem hoc nihil aliud erat, quàm in fratrum ſuorum oculis feſtucam contemplari, trabem tamen quæ in ſuis erant, non conſpicientes. Vnde ſi attentè ſacram inſpexerimus ſcripturam, reperiemus quidem vt in plurimum, peſsimos multos viros intercluſos & puſillanimes effectos, ne tam liberè de virtute loquantur, ac ſi bonis extitiſſent compoſiti moribus:

Simile. Expoſi. Pſal. 49. B Expoſi. Ioan. 8. C A Expoſi. Mat. 7. Expoſi. Lucę. 6. B

3. ratio ¶ Tertia ratio, quæ euangelicum præceptorem virum eſſe religioſum cogit, eſt nempe. Nam eius corrupta vita nociua admodum ipſi Dei euangelio eſt. Quare ipſęmet euangelicæ veritates in poſtremo iudicij die querellam formabunt, vindictamq; de cõcionatoribus à Deo expoſcẽt, ob damnum & nimium grauamen, quod ſibi ſua peſsima intulit vita. Nam quemadmodũ, qui alium in publico laudat, ſi poſt modum

C Simile.

A modum cum ſecreto dilacerat & occidit, infidelis & proditor eſt: pari forma eſt etiam concionator infidelis valde ac traditor, quia in ſuggeſtu conſtitutus, legem & fidem quam ibi laudat & honorat, poſtmodum velut proditor peſsimo viuendi exemplo, quaſi pugione quodam percutit & dilacerat, nec non à doctrina quam prædicat, vitam totam & actionem in auditorũ conſpectu adimit. Et hoc eſt quod ſapiēs aſſerit Eccleſiaſtici. 29. cum ait. Confirma verbum & fideliter age cum illo. Quæ profectò verbi fidelitas, ſiue veritatis confirmatio, ipſa eſt religioſi concionatoris optima vita, tunc ergo in B fideliter concionator cum veritate agit, dum quod verbo loquitur, opere contradicit. Grauamē maximum alicui aquæ & nocumentum inferret aliquis (ſi ſic loqui decet) quæ cum à fonte, puriſsima dimanaret, tenuiſsima, dulcis, atque ſana ſi eam luto & pedibus turbaſſet. Hæc ſacra euāgelij doctrina, aqua quædam eſt puriſsima, quidem & dulciſſima, atque ſalutifera nimis, quæ ab ipſo Dei pectore, velut à proprio ſemper dimanat fonte, ſicut ex Salomone Eccleſiaſtici. 15. capite habetur cum dicitur: Aqua ſapientię ſalutaris potabit illũ. C Hoc igitur mali perpetrat, & grāde facinus cōmittit concionator ille, qui cum peſsimus in ſe ipſo ſit, euangelicæ doctrinæ ſe præceptorem exhibet, quia puriſsimam, dulciſsimamque doctrinę aquam, ſuorum peccatorũ fœtore quaſi luto eam cōculcat, & in ſtercorem vertit. Quo fit vt ex quo auditores in concione labari deberent, ſi cōcionator bonus exiſteret, ſi malus eſt ſordeſcant magis. Et ex quo rerum mundanarum ſitim & ardorem in auditoribus extinguere habebat prędicator, quàm nimirùm ſitim intra ſe ipſos, iam diu peccata generarunt, maiorem earum rerum ſitim & apetitum in eis excitant. Et hæc querella eſt, quam Deus de ſimilibus format, per Ezechielem prophetā capite. 34 dicens: Cum puriſsimam aquam biberetis, reliquam pedibus veſtris turbaſtis, & oues meæ, quæ pedes veſtri turbauerāt bibebāt. Concionatores aquas puriſsimas bibunt, dum ſcripturam ſacram legentes, ab ea tanquam à verò fonte perlucidas eliciunt veritates, eo ſplendore & charitate veſtitas, qua ipſe Spiritus ſanctus ibi inſitas habet. Cum tamen iā ad concionem, peſsimo concionatoris exemplo indutæ veniũt, iam conculcatæ ac turbidæ ſuorum peccatorum luto, in concione apparent. Quo fit, vt auditores non aquam, ſed lutum iam bibere dicantur. Nam ſicut hominis inclinatio, dum in hac humana carnis groſitie perdurat, potiùs quod videt, quàm quod audit amplexatur, & quod carneũ eſt

Marginalia: Simile. — Expoſi. Eccl. 29. — Simile. — Expoſi. Eccl. 15. — Mali cōcionatoris infectio. — Expoſi. Eze. 34 — Simile.

A eſt & viſibile ſequitur, quia naturæ ſuæ conformius eſt, maiorem in eo impreſsionē facit, quia malum proculdubio, quod in vita eius eſt videt, bonum verò quod prædicat dumtaxat audit, ideoq; quod audit relinquit, qđ verò videt toto mētis affectu (velut brutum) amplectitur, quia hoc vltimum, carnali ſuo appetitui concordat: ſic mali concionatoris doctrinam relinquit, vitā verò peſsimam amplectitur.

Figura, Gen. 27.

¶ Geneſis capite. 27. legitur, ꝙ cum Iacob fratris ſui benedictionē furari decreuiſſet, manus ſuas hędorum pedibus inuoluit, quia cum Eſau piloſus admodum eſ-
B ſet, pater eius cum eum tangeret, Eſau filium ſuum ſe eſſe putaret, ſicq; benedictionem arriperet, qui tandem cum interrogatus à patre ſuo eſſet, an ipſe Eſau filius eius foret an nō, ſic ſe habere reſpondit. Et cum hoc pater diligentius examinare decreuiſſet, quia cum cęcus eſſet, eius nimirum dictis minime acquieuerat, manibus eum attrectare voluit, atque veritatem ſe dixiſſe cēſuit. Nam cum hędorum pellibus eſſent veſtitæ, manus quidem Eſau apparebant, quia frater eius Eſau piloſus erat valde. Attamen quia vox eius, Iacob filium ſuum eſſe oſtēdebat, hęſitauit an filiꝰ ſuus,
C Eſau eſſet nec ne, & cum manuū tactus, expreſsius eſſet veritatis ſignū, quàm vocis erat auditio, omiſſa voce, manibus fidem adhibuit. Hanc eandem falſitatem A
ſiue proditionem, concionator in pulpito poſitus circa auditores exercet, qui etſi Iacob vocem retineat, quia diuinas res, cæleſteſq; annuuntiat, quæ omnes veram docent veritatis viam & dignam, quæ ab omnibus totis viribus amplexetur: attamen auditoribus, nō niſi Eſau manus oſtēdit, peccatorum ſuorum aſperrimis inuolutas pellibus. Quæ nimirum peccata, hanc ſemper ſecum aſperitatem & amaritudinem afferunt, & cum populus, ſui ſenſualis appetitus, cupiditate captus, cæcus exiſtat: concionatoris manus, potius quàm vocem amplexatur, quia malam aſ- B
ſumit vitam, bonam verò relinquit doctrinam, & ex quo in concione auditores caſtigati, atque in ſuis reformati moribus exire deberent, non niſi triumphantes exeūt & gaudētes nimis, quia peccata ſua in concione honorificata valde cōſpexerunt, quia ea in tantę opinionis & auctoritatis viro, ſicuti concionator fuit ſculpta repererunt. Siquidē hominem, qui apoſtolico fungebatur officio, delictorū ſuorum ſocium inuenerunt. Vnde auditores nouum reſumunt animum & appetitum, vt deinceps magis ac magis in ſuiſmet procedant peccatis. C

Notandum maxime.

¶ Et hoc eſt quod diuus Gregorius. 1. Paſtoralis parte, capite. 2. amariſsimè deplorat dicēs.

Grego.

A Nemo quippe ampliùs in Eccleſia nocet, quàm qui peruerſe agens, nomen vel ordinem ſanctitatis retinet, quia in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis, peccator honoratur. Ecce ergo quemadmodum maximum Eccleſiæ nocumentum paratur, in hoc ꝙ concionator corruptis tenetur moribus, quia tunc temporis, cum ſibi ab hominibus reuerentia exhibetur, maximè in eo honorantur peccata. Et quod peius eſt, ꝙ in ore iſtorũ tam imminuta & conculcata manet veritas, vt quaſi ſuſpecta in audientium animis teneatur. Nam B videntes eos bene loquentes, & malè operãtes, inde ſtatim argumentũ ſumunt dicẽtes, impoſsibile eſſe, niſi quòd concionatores id quod dicunt minime credãt. Nam qui efficaciter alijs perſuadet beatitudinem, in paupertate ſitam eſſe, & auarus eſt, atque qui ieiunium eſſe ſanctũ dicit, & vorax exiſtit, orationẽq; religiſiſsimum eſſe Dei cultum prædicat, & ſemper in foro vagatur, nec nõ qui honeſtatem conducere maximè affirmat, & ſemper carnalibus intendit, & qui eleemoſinarum largitionem ſummopere co C mendat, & nihil pauperibus tribuit. Hoc inquam auditores cõturbat, atq; cõtinuo de eo tale iuditium formãt, aut ꝙ aperte ſuam velit damnationem acquirere, vel certe ꝙ doctrinæ, quam lingua profert, nequaquã fidem adhibet, & quia primum fatui hominis videretur opus, ſcilicet eos aperte velle in baratrũ detrudi. Ideo hoc ſecundum firmius tenent, videlicet id quod prædicant minime credere. Quod profectò nociuum nimis auditoribus exiſtit, nam eo ipſo in eis alicuius dubij cõtinuo oritur ſcrupulus, circa ipſius doctrinæ firmitatem & auctoritatem. Sicut ſi aliquis alicui alteri inſtanter ſuadere vellet, hac via in Romam proficiſcendum eſſe, & ꝙ nulla alia parte in Romam pateret aditus, ſi poſt modum eum alia via in Romã proficiſci conſpiceret, veriſimiliter ſuſpicandum eſſet, illum ſibi mentitum fuiſſe, nec ſibi illud, ſicuti aſſeruit pro comperto habuiſſe. Pari forma, concionator regni cęlorum viam auditoribus oſtendit, affirmans & proteſtans nullam aliam eſſe poſſe, qua ad cælum pergi poſsit, & cũ poſt modum per aliam eum pergere conſpiciant, veriſimiliter credunt, vel eum mentitum fuiſſe, aut certè, ꝙ non ita eſſe credat, ſicut cõcionando affirmauit.

Argumẽtũ auditorum erga malũ cõcionatorẽ.

Peſsima cõcionatoris vita auditores cõturbat.

Simile.

¶ Hac eadẽ de cauſa, cum Chriſtus redemptor, noſter, tanquam ſacrę huius doctrinæ pręceptor, in mundum aduenißet, prius coram ſe opera quàm verba adduxit, vt verbis ſuis eam firmitatem & auctoritatem conferret, quæ inter homines ad animæ ſalutem

Modus docendi in Chriſto.

A ſalutem neceſſaria erat. Et hoc eſt quod Iudęorum fragilitati, vel potius malitiæ reſpondit, ſicut ex Ioannis.10.capite conſtat dicens. Verba quæ ego loquor vobis, teſtimonium perhibent de me, quòd ſi mihi non creditis operibus credite, opera enim quæ ego facio in nomine patris mei, teſtimonium perhibent de me. Attendite (inquit Chriſtus) quàm valida ſit (quam vobis prædico) doctrina, nam operibus meis veluti neruis quibuſdam roborata manet, vt merito ab omnibus vniformiter recipi valeat. Et hac eadem ratione, dum in mundum Chriſtus quàm primum fuit ingreſſus, & ſi veluti omnium Deus & dominus ſibi delitioſam vitã eligere poſſet, non ſic fecit, ſed eam vtique à ſe prorſus abiecit, atque à frigore, lachrymis, laſsitudine, fame, ſiti, atque perſecutionibus, ſtatim incepit, vt cum harum virtutum concio poſt modum adueniſſet, priùs regni cæleſtis iter hominibus, operibus ipſis eſſet oſtenſus, quàm verbis, & quòd hæc eadem linguæ ſuæ adhiberetur firmitas & auctoritas, quã iam in ſe virtutum opera oſtendebant.

Expoſi. Ioan.10.

Simile.

B

Modus docendi in Chriſto.

C ¶ Et hæc eadem cauſa eſt, quã ſancti omnes vniformiter aſsignãt, quare videlicet antequam deſertum Chriſtus fuiſſet agreſſus hominibuſque beatitudinis notitiã prędicatione ſua pręſtare inciperet, per ſacratiſsimum illud, cęleſteq; baptiſmi lauacrũ, in Iordane fluuio tranſire decreuit, & quòd ibi Spiritus ſanctus viſibiliter ſupra ipſum deſcenderet, atque patris voce, ſuæ diuinæ perſonæ teſtimonium publicè perhiberetur. Hoc inquã factũ eſt (inquiunt ſancti) vt cũ eius poſteà adueniſſet prædicatio, tam in operibus ſuis quàm in diuina eius perſona, iam doctrinæ ſuæ, locus & ſedile paratum eſſet, & vt iam hanc vim & robur, eius tũc ſortiretur doctrina, quam eius, in ſe ipſis, habebant opera. Et hæc eadem reuerentia ſuis deferretur ſanctiſſimis veritatibus, quæ diuinæ ſuæ deferebatur perſonæ, quandoquidem ex ipſomet Dei ſpiritu, doctrina eius ſimul & opera procedebant. Quare oportebat, veritates quas prædicabat, vt ſanctas, veras, ac diuinas venerari, quia nimirùm Deus qui ipſas proferebat, ſanctus, & diuinus exiſtebat. Et hoc idem propoſitum & finem in Chriſto habuit, ſanctiſsimum illud ieiunium quadraginta dierum in Chriſto, quod eius euangelicam prædicationem præceſsit, nempe ad oſtendendum religioſam abſtinentiã, pœnitentiamq;, quam euangelicum concionatorem, in ſe ipſo ante concionis initium repoſitã habere oportet, ſicut homo qui tantæ auſteritatis & pœnitentię doctri-

Sãctorũ ratio.

A Figura baptiſmi Chriſti.

B

Figura ieiunij Chriſti.

C

A doctrinam, concionaturus eſt: Quapropter decet maximè, vt concionator cum hac eadem efficatia& ſpiritu,quam in ſuamet gerit perſona,cum hac inquam, veritatem,quam docet,hominibus præſentet.

¶Et quia tāti momenti negotium hoc eſt,ꝙ videlicet in concionatore, opera doctrinā ipſam præcedāt,ideo Actuum capite.1. diuus Lucas volens redemptoris noſtri Chriſti hiſtoriam texere, ſic exorſus eſt. Primum quidem ſermonē feci ò Theophile,ex omnibus,quæ cœpit Ieſus facere & docere. Vbi nō ſine myſterio ab euangeliſta ſcriptum eſſe exiſtimo, Chriſtum priùs feciſſe quā docuiſſe, ſed Spiritus ſanct⁹ qui euāgelicę eruditionis talē diſpoſuit ordinē,ꝙ priùs in opere ipſo quā in lingua verbi eruditio ſita ſit. Hic idē euāgeliſtę inſpirauit,vt ſic etiā ſcriberet,vt omnibus illis ſingularis eſſet lectio, qui futuris temporibus,eiuſdem doctrinæ futuri erant præceptores. Iuxta quod apoſtolus etiam Paulus, hunc eundem ordinem & conſonantiam,qui inter concionatoris vitam & doctrinam eſſe debet,prẹuidēs,ne ipſe Apoſtolus in cauſa eſſet,ꝙ euangelij auctoritas aliquam pateretur iacturam, prima ad Corinthios epiſtola, capite. 9. ſcribens ſic ait:Ego ſic pugno,non quaſi aërem verberans, ſed caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo,ne fortè cum alijs prædicauero ipſe reprobus efficiar. In quibus verbis apertè aſſerit, ſe corpus laboribus comprimere,atq; virtutū exercitio ornare,ob hoc ſolum, vt cum iam ad euangelicam deueniret prædicationē, edomatus diſciplinatuſq; exiſteret,ſicut tantæ doctrinæ præceptorem decebat.

Expoſi. Actuū. 1.c.

B

C

Expoſi. 1.cor.9.

A

¶Ex his quæ diximus apertè colligitur,ꝙ cōcionator qui nullo prẹmiſſo virtutis exercitio,ſed ſic peccator,& leuis,atq; mundanis alijs rebus immerſus, hanc ſanctiſsimam euangelij cathedram aſcendit,potius dicitur aërem verberare,quàm populo cōcionari,iuxta diui Pauli ſententiam.Nam ſicut aërem verberare,vanum quid eſt,quandoquidē flagella nihil ſolidū percutiunt, & poſtquā adhuc percuſſus fuerit aër,nullum in eo ſignum punitionis huius remanet,nec prętereà ex verberatione hac,correctio aliqua ſiue emēda elicitur: ſic etiam concionatoris mali cōminationes,ac perſuaſiones omnes in aërem vt in plurimum reſoluuntur.Nam cum apud auditores tam vilis extimetur ipſius cōcionatoris perſona,quia vtiq; vitæ ſuæ peſsimo exemplo ſcādalizati exiſtunt,nō alius ex reprehenſione ſua,finita cōcione educitur fructus,quā aërē verberaſſe. Nam etſi verba de ſe ſanctiſſima ſint,& aures, & intellectū inſtruant,ex mala tamen concionatoris

Corolarium.

B

Simile.

C

A toris vita, vacua reddũtur, quia à ſuo fruſtrantur fine, & cũ auditoris volũtas, mali pręceptoris verba refugiat, conſequitur ſtatim etiam ipſummet intellectum, eadem etiã verba & eruditionẽ refugere, à quo enim voluntas ſe retrahit, pariter ab eodẽ ſeſe retrahit etiam intellectus, quemadmodum ex illo Lucę. 18. cõſtat. Vbi cum Chriſtus redemptor noſter diſcipulis ſuis, quę paſſurus erat in Ieruſalẽ prędiceret, ait textus ꝙ ipſi nihil horum intellexerũt. Et non quidẽ quia obſcura erãt, quę à Chriſto proponebantur, apertè enim aſſerebat in Ieruſalem debere comprehendi, flagellari, crucifixi, & tertia die reſurgere, hæc enim omnia clariſsima erant, & apertiſsimis verbis propoſita. Dicitur ergo apoſtolos hęc nõ intellexiſſe, quia cum ea, volũtas abhorrebat, nec talia audire appetebãt, inde eſt ꝙ nec intelligere dicebantur. Nam dũ volũtas aliquid amare abhorret, tunc pariter intellectus illud met intelligere refugit. Hoc igitur nocumentum maximum, & grauamen eſt, quod malus concionator Dei legi atq; doctrinæ irrogat, ꝙ videlicet ipſius legis & doctrinæ auctoritatem & virtutem in vanum exercet, quia nihil propè ſemper, vel parum certè doctrinę fructus, in auditoribus accreſcit.

Expoſi. Luc. 18.

B

Quod volũtas abhorret, ãtel lectus etiã refugit.

C

¶ Et hoc idem eſt quod diuus Paulus confirmat, prima ad Corinthios epiſtola, capite. 13. cum ait. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cimbalum tiniens. Quod alijs verbis eſt dicere. Et ſi omnibus fidei & ſcientiæ, atque linguarum donis diues exiſtam, ſi tamen virtutis & bonorum operum ſubſtantia careã, omnia in me vana ſunt, neq; aliquid aliud entitatis in ſe habent, quàm cimbali cuiuſdã ſonitum. Ad eum igitur modũ peccatum tam vanam & inanẽ mali concionatoris prædicationẽ reddit, vt in pulpito nihil ſibi vt in plurimum pręter verborũ rugitũ & corporis geſtus relinquat. Et ſicut cimbalum nihil penitus diſtinctè loquitur, ſed merus ſonitus vox eius eſt: ſic etiam peruerſi concionatoris vox, vitæ & doctrinæ rugitus & confuſio quędam eſt, vbi verba cum operibus inter ſe inuicem contẽtionem perpetuam tenẽt, ſibi inuicem contradicentes & defendentes, vita ſiquidẽ doctrinæ cõtrauenit, & ècõtra doctrina vitã ipſam condemnat. Quo ſit vt auditor à cõcione perplexus egrediatur atq; cõfuſus, quid pro vitę ſuę reformatione ſibi accipiẽdum ſit, hæſitans. Ad eum modũ quo exercitus quidam inter duo bellica vexilla cõſtitutus, vtrum illorũ ſequendum ſit, ignorat. In hac eadẽ cõfuſione & perplexitate auditor eſt poſitus, nã ex vna

A Expoſi. 1. cor. 13.

B Simile.

Conten tio vitæ & doctrinæ, mali cõcionatoris.

Simile.

C



[library stamp]

A parte concionatoris vitia vexillum dæmonis in altum leuãt, ex alia verò, veritates quas prædicat, Chriſti vexillum pro ſe portant, & vnum quodq; ſeorſum ad ſe auditorem vocant, vt ſuã propriam inſequi velit parcialitatem. Et tandem in his omnibus, auditor quaſi inter duas poſitus vias, attonitus manet, vtram illarum eligere habeat perpẽdens. Et eſtò verum ſit ꝙ inter diuini verbi auditores, aliqui reperiuntur viri docti & prudentes, qui prædicatoris vitã repudiare, doctrinam verò eligere ſciant: attamen cum maior auditorum pars, ignorãtium hominum ſit, & ſenſualium, qui propè ſemper auidi ſunt aliquid audiendi, quod eorum vitioſo conducat appetitui, inde profectò eſt quòd potiùs peruerſam concionatoris ſequũtur vitam, quàm ſanam doctrinam.

Simile.

B

¶ Quarta ratio, quę concionatorem religioſum eſſe virũ expoſcit, eſt quidem. Nam concionator dum malus eſt, ſi legis pręceptor exiſtat, in hęreſim dılabẽdi ſeſe aperto periculo exponit. Itaque ſicut in ſęculari quodã homine accidere videmus, qui cum ſemel vitiorum viã ingreditur, indies ſemper in peius dilabitur eius vita, nam vitiũ vnum, alterum ad ſe acclamat, aliudq; pręterea, aliud inuitat, quouſq; tantam vitiorum cõgeriem adunat, vt fidem ipſam relinquere decernat.

4. ratio.

Simile.

C

Quod ita expreſsè Apoſtolus. 1. ad Timotheum capite. 1. de optima hominis conſcientia loquens affirmat cum ait: Quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt. Ac ſi diceret, qui ſemel atque iterum, à ſe optimum conſcientiæ impulſum abijcit, ſanctiſque, quas Deus ſibi immittit inſpirationibus cõtrauenit, hi tales denique, chriſtianam ipſam fidem perdendi naufragio exponunt. Sic etiam in præſentia contingit, nam concionator, qui delictorum culpis inuolutus, hoc concionandi officium ſuſtinere decernit, atque diuinas has veritates, peſsimis viuendi moribus admixtas ducere conſueuit, pro certo moraliter loquendo habeat, difficile forè, vt aliquando à fide non degeneret, atque vt à ſe doctrinam, quam ſuſtinet, quandoq; non procul à ſe abducat. Et ratio huius potiſsima eſt. Nam cum iam apud homines hoc verſetur tritiſsimum prouerbium, quòd ſcilicet veritas odium parit, quæ profectò ſententia, vſque adeò veriſsima eſt, & experientia ipſa comprobata, quòd etiam ſi alicui veritatem ipſam audire maximè conducat, & quòd adhuc catholicè & beneuole talis ſibi proponitur veritas, cum his omnibus, eum qui ſe in ſuis arguit delictis, propè ſemper abhorret. Ad eum igitur modum in malo cõcionatore fieri

A

Expoſ. 1. Ti. 1.

Notandum maxime.

B

Ratio.

Veritas odium parit.

C

A fieri etiam conſueuit. Nam cum ex vna parte adſint vitæ eius cor rupti mores, quibus ipſe maximè affectus exiſtit, ſiue, vt rectius dixerim, quibus tam infaſcinatus tenetur, ex altera verò, euangelicæ veritates, quas quotidie legit, & populo concionatur, eum paſsim accuſent, peſsimumque ſuum condemnent viuendi modum, hinc fieri debet, vt continuo eaſdem catholicas abhorreat veritates, atque vt contra eas malitiæ ſuæ iacula dirigat.

Simile. Nam quemadmodum brutum animal in aculeum, qui ſe pungit, ſtatim recalcitrat, & à ſe proijcit: pari forma etiam cum B diuinæ hæ euangelicæ veritates, aculeus quidam ſint, qui tam importune eius peruerſam vitam pungunt, nullum aliud aptius adinuenit remedium, quã

Notandum maxime. continuo contra eas inſurgere, & recalcitrare, quod vtique eſt, de eis malè ſentire, easq; peruerſe interpretari. Vnde etiam fit, vt concionator illico nouam apud ſeipſum creet ſententiam, nouaſq; gignat opiniones, apud ſe ipſum falſum reputans, quod in chriſtiana lege ſcriptum reperit, maiorem fidem ſuæmet ſenſualitati præbens, quàm ei, quod in ſancta reperit ſcriptu-C ra. Itaque ſicut puer cum pri-

Simile. mum à matre ſua flagellatus extiterit, continuo indignatus cõtra ipſummet matris flagellum inſurgit, illud vtique arripiens, mordens, & dilacerans. Et quem A

Simile. admodum canis contra ſibi pro iectum lapidem conſurgit & dẽ tibus conterit. Et quemadmodũ

Simile. homo, qui ad lapidis ictum, quo eius percurſus fuit pes, in eum ſtatim iraſci ſibi naturale eſt, talemq; à ſe lapidem pedibus conculcare velle, & ſicut, qui oculorum laborat egritudine, lucem abhorret, & à ſe, ne videat, conti nuo illam ſeparat, quandoquidẽ

Simile. tanta eſt oculorum eius debilitas, ꝙ minimè lumẽ ſuſtinere valet: ſic etiam in cõcionatore malo contingit, nam cum fidei veritates, quas quotidie manibus verſat, flagella quędam ſint, quæ eum feriunt, lapideſq; exiſtãt, qui proiecti ſint ſuæ ſenſualitati, & B paſsim infectam ipſius percutiũt conſcientiam. Tunc inquam ſuſtinere non valens conſcientiæ huius inquietudinem & punctionem, quam ſibi ſuamet generat doctrina, ſtatim cõtra eaſdẽ veritates, velut rabidus ſe vertit canis, ipſiſq; velut accerrimus inimicus cõtinuũ ingerit bellũ. Et hũc puto verborum Chriſti legitimũ fuiſſe ſenſum, dum per Mat

Expoſi. Mat. 7. thæum capite. 7. ait. Nolite ſanctum dare canibus, nec mittatis margaritas ante porcos, ne forte conculcent eas, & conuerſi dirũpant vos. Et ſicut in mundi hu- C ius bruti proprietas eſt, dum inter pedes margaritas lapideſque

Simile. pretioſos verſat, roſtro adamantem à ſe proijcere, ſtercorem

 verò

A verò & lutum quo ſe volutat eli gere: ſic pariter peruerſi præceptoris cōditio eſt, dum inter manus harum veritatum margaritas, lapideſq; pretioſos tractat, atque in ſuorum peccatorum luto inuolutas portat, à ſe penitus doctrinam proijcere atque vitiorum lutum deſumere. Vnde profectò moraliter loquendo difficile reputo ꝙ in cōcionatore malo, hipocriſis diu perdurare valeat, quin citius aut bonus, aut certè hæreticus euadat.

5. ratio. ¶ Quinta ratio, quę euangelicum concionatorem exemplar eſſe virtutum cogit, eſt quidē eadem obligatio, quam ſibi ſuummet officium imponit. B Hæc ſiquidem expoſcit, vt omnem illā linguæ harmoniam, quam in cōcione coram populo oſtentat, in anima atque vita ſua repoſitam habeat. Grego. Hæc ita eſt diui Gregorij ſententia, ſecunda Paſtoralis parte, capite. 3. Vbi aſſerit, ꝙ eadem loci maieſtas, quæ concionatorem grandia dicere cogit, hæc eadem magna operari compellit, & licet de hoc nullū aliud in euangelio habuiſſemus pręceptum, pręter legem ipſam naturalē, ſufficiebat quidē. Etenim in ea hoc compertiſsimum reperitur, abſque aliqua alia poſitiua lege, quæ nouam in hoc articulo C obligationem homini ingerat, ſi quidem in concionatore, moribus vitam non concordare, Monſtrū naturæ. monſtruum quoddā in lege naturali apparet, non ſolùm in hoc ſanctiſsimo cōcionandi officio, ſed etiam erga quoſcumq; hominū ſtatus & viuendi leges. Vbi omnes qui præceptorum officio fūguntur, atque ediſſerendi veritates, quæ aliorum cōcernunt mores ſeſe magiſtros exhibent, ipſamet naturalis ratio ab eiſdem nimirùm exigit, vt id quod verbo docent opere compleant, ſemetipſos in eis quæ alijs perſuadent; componentes, & quòd eorū præcepta, non ſolum ab eorum prodeant nuda lingua, ſed etiam ab optima viuendi forma & religione, & contrarium huius, deformitatem maximam vbicumq; vidētibus generat. (Simile.)

¶ Deformitas non mediocris appareret, ſi iuriſcōſultus qui viribus totis, litigantis iuſtitiā conatur defendere ſumma diligentia tractans, ne ſibi à iudice aliquod inferatur grauamen, ex ipſis legum ſtatutis & doctoribus quotidie ſcripta conficiens, quibus iudicem dirigat, vt litigantis iuſtitiam ſeruet. (Deformitas, mali iuriſcōſulti.) Deformitas inquam eſſet, ſi quam primum à iudicis tribunali exiret, omnia hæc iuſtitiæ & rectitudinis iura in ſe ipſo frangeret, quæ erga alterius ſeruauerat iuſtitiā, & qui iudicem dirigere conabatur, ipſemet in proprijs rebus, rectitudinis tramitē infringat. Et qui in alienis cauſis grauamen & iniuſtitiam abſtulit, in proprijs irrogaret negocijs, & qui in proximo

A ximo ſuo iuſtitiam defendit, in ſe ipſo contra eam inſurgeret.

deformitas iudicis.

Deforme admodum appareret ſi iudex qui latronem flagellat, eiuſq; abſcindit auriculas, quia furatus fuit, ipſe ſtatim alienam arriperet ſubſtantiã, & qui blaſfemantem punit, eius linguæ in caſtraturã imponẽs, ipſe Dei nomen paſsim blaſphemaret. Et qui dentes à peierante auulſit, ipſe primus extitiſſet, qui falſum affirmaret teſtimoniũ, & qui caput abſcidit, ab eo qui alienam vſurpauit vxorem, atque totius B reipublicę carnis vitia caſtigat ipſe primus ſit qui adulterium perpetrat, & in carnis vitijs ſe immergat.

deformitas doctoris.

Turpe prętereà eſſet, ſi doctor qui vno quoque die in cathedra Codicis & Digeſti leges docet, omni curioſitate ediſſerens, quẽ admodum vſura & ſimonia fugienda ſit, atque mala de alienis bonis præſcriptio, necnõ & alia omnia pręcepta tractet, quę optimam C reipublicæ directionem reſpiciunt, deforme inquam eſſet, ſi præceptor iſte acquiſitas pecunias in domo retineret. Et qui efficaciter titulum de reſcriptis auditoribus expoſuit, hominibus perſuadens malam fidẽ poſſeſsionem nemini vnquam dare, in eo, domos, vineas, atque fundũ, mala fide hęc omnia poſſeſſa reperirent: & qui ſemper de legibus agit, nullam intra domũ ſuã ſeruaret legem.

A

deformitas Scribę.

Turpe etiã eſſet nimis, ſi Scriba, cuius officium nimirum eſt, veritatis teſtimonium perhibere, atque fidelitatem in reipublicę cõtractibus ſeruare, ſi primus qui veritatem corrumperet, ipſemet extitiſſet, & qui fidelitatis depoſitum erga aliorum eſt negocia, circa propria, infidelis prorſus exiſteret, adulteratas apud ſe retinens ſcripturas.

deformitas principis.

¶ Item deforme eſſet valde ꝙ Principes, quorum munus vtiq; eſt leges condere, vt omni tranquilitate & rectitudine ſubditorũ vitã componant, ipſimet primi eſſent qui eas frangerent nullam in ſe ipſis virtutis rectitudinem retinentes. B Qua de cauſa diuus Thomas prima ſecundæ, quęſtione. 96. articulo. 5. in hac eadem cauſa loquens, principes ad legis obſeruantiam teneri aſſerit, etiam ſi ſupra legem exiſtant, ob hoc ſolum vt deformitas quæ hic videntibus generari poſſet, auferatur. S. Tho. Sicut etiam ridiculũ eſſet, quod rethoricus qui eloquentię pręcepta alijs præſtat, ipſe eſſet, qui primus barbare loqueretur. C

deformitas medici.

Nec ſolum hoc verum reperitur in grauibus officijs, vbi de litterarũ agitur eruditione, ſed adhuc in practicis et mechanicis, hæc eadem appareret deformitas. Nam ſi medicus qui egroto cum febri laborat paululum aquæ minimè concedit, vinũq; et cæteros prohibet cibos, nõne



ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A ridiculum eſſet, quòd cum ipſe febricitaret, egregie potaret, indifferenterque quocumque vteretur cibo. Et ſic naturalis hæc vniformitas & obligatio, qua in hominibus dictis facta concordari tenentur, & ꝙ verba manuſque ſimul in vnum in hominibus adunentur, in omnibus reipublicę officijs, quę alicuius ſũt eruditionis exigitur. Si ergo in mechanicis & humanis alijs officijs, turpe admodum exiſtit, à dictis facta diſcordare, quanto B potius in re tam ardua ſicuti eſt euangelicum eſſe pręceptorem, non ſolum turpe, ſed etiam abſurdum apparebit, vitam doctrinæ conformem non eſſe.

Simile.

¶ Plutarchus in moralibus, tractatu quodam, quem de auditoris officio edidit, exẽplũ quoddam certe in hac parte conſideratione dignum refert dicens, ꝙ iudices Lacedemonum orationẽ quandam ſingularem laudantes quam peruerſus quidam orator fecerat, penituit eos ꝙ tam eminens oratio, à tam peſsimi hominis ore prodiiſſet, quare alium C religioſis moribus ornatum virum, continuo inquirere decreuerunt, cui præceperunt vt eandem ſtuderet orationem, ſenatuique eiſdem verbis proponeret. Viſum namque ſibi fuit, rem tã prætioſam non niſi ab alio inſigniori in virtute viro, promanare debere. In hoc certe velut optimi rectores populum docẽtes, ꝙ potius in aliquo viuendi optimi mores imitandi eſſent, etiam ſi barbarus exiſteret, quàm in alio eloquentiſsimus dicendi modus, illamq; pulchrã eſſe orationem oſtendentes, quam optima dicentis vita illuſtrat, grandẽq; deformitatem eſſe cenſuerunt, ſi oratoris verba, ipſius factis minimè eſſent conſona. Quãdoquidem facile admodum eſt hominibus, ſolis verbis legis præcepta præſtare, furemq; flagellare atque aliorum errores accuſare. Cæterum hæc ipſa legis præcepta operibus aſſociare, & ꝙ lingua manuum opera in omnibus inſequatur. Hoc inquam difficile eſt & pulchrum nimis. Pſittacus enim & pica garrire optime ſciunt, at vero quod ore proferũt executioni demandare extra ipſorum naturam eſt. Vnde cũ prędicator ad ſola verba in dicẽdo peruenerit, pſittaci tantum & picæ naturam, ſe induiſſe ſciat. Quod enim in hac concionãdi arte proprium eſt & decorũ valde, eſt nempe verba quæ prædicator profert, in operibus ſculpta habere, hoc ſiquidem prędicationis euangelicæ, primus & præcipuus eſt intentus finis. A B C

Plutarc. Simile. Simile.

Si igitur oratio quædam rhetorica, quę vt in plurimum ſolũ verborum fuco conſiſtit, aut certe quæ ex Ariſtotelis Ethicis documento aliquo diteſcit, diſſonantiam in hominum auribus parit, cum eadem verba in orato

ris

A ris animo & operibus non inſe-
dent. Si in rebus inquam huma
nis & forenſibus cauſis, quæ ani
mæ ſalutem non vſque adeò re-
ſpiciunt, ſed potius ex directo de
temporalibus reipublicæ nego-
cijs agunt. Si in Ethicis Ariſto
telis quæ de Moralibus agũt vir
tutibus, vt homines in humana
vita rectè ſe gerant, ſi in his in
quam, nequaquam earũ ſeſe prę-
ceptores exhibere, hominibus
conducit, niſi priùs optimis ex-
titerint moribus præditi, qui eas
docere deſtinauerint, quanto ma
gis ab euangelico exigitur ora-
tore, cum tam ſupremarum, cęle-
ſtiumq; rerũ ſit magiſter, & vbi
tam ſerioſum negotium agit, ſi-
cut eſt homines ad beatorum pa
B triam perducere, & vbi paſsim
in tam delicatis virtutum pręce
ptis intellectum immerſum te-
net, & vbi in tam profunda my-
ſteriorum Dei, & ſacramẽtorum
doctrina, ſeſe exercet, & vbi ſem-
per linguam in virtutis laude, &
vitiorum vituperio occupatã te
net, & vbi bonos ac religioſos vi
ros, ad cælum vſque quotidie ſu-
blimat, malos verò ad inferos
vſque deprimit. Quãta inquam
maiori iuſtitia, ab huiuſmodi vi
ro & concionatore egregio, atq;
C euangelico oratore exigetur, vt
vitam doctrinæ conſonam oſten
dat, ita vt omnem illam linguæ
harmoniam atque prędicationis
ordinem, ab ea, quam in animo
habet virtute, procedat, ita vt ta

Ponderandum maxime

lis in omnibus bonus inter ma-
los eſſe, minimè contentus ſit, ſed
ꝙ inter bonos, melior ſemper fie
ri conetur:

¶ Quòd ſi homines curioſè &
attẽte, ad hoc quod dicimus ocu
los iniecerint, aperte cõſpiciũt,
contrarium huius monſtruoſita
tem quãdam & abſurditatem in
ter homines eſſe, videlicet, quòd
qui aliorum mores cõponere co-
natur, ſuos ſemper diſſolutos ha-
beat. Et ꝙ vorax, qui ferculorũ
& omnis generis ciborum ſepul
chrum quoddam exiſtit, abſtinẽ
tiam prædicet, & ꝙ leuis homo,
qui nihil in ſe ponderis & graui
tatis retinet, alios grauitate &
modeſtia veſtire curet, & ꝙ de-
tractor, qui tota die in ſui proxi-
mi cõtumelijs linguam exercet,
frænum aliorum linguis impo-
nere velit: & quòd inhoneſtus
homo, qui fœtore carnis ſemper
vitam corruptam ducit, de vi-
cinorum ſuorum mũditia & ho-
neſtate agat, & quòd qui curio-
ſus nimis in veſtimentorum or-
natu eſt, & qui mulam falleris
ornatam, maximoque apparatu
circumamictam aſcendens, vn-
di quaq; pompaticè à ſeruis cir-
cundatus ducitur, ſæculariq́ue
pompa inter ſæculares incedit,
quòd hic talis paupertatis virtu
tem predicetur. Et etiã abſurdiſ
ſimũ quòd honoris cupidus, qui
velut inſatiabilis canis aperto
ore ad regis latus ſemper ince-
dit, officia atque Eccleſiaſticas
digni-

A

cõcionator malus monſtruum quoddã.

Põderãdum maxime.

B

C

A dignitates anhelans, qui ſeſe per magnatum, ac principũ domos intromittens, inexquiſita perquirit media, inexcogitatosq; adinuenit modos, ad epiſcopatum, cæterosq; reipublicæ honorificos obtinẽdos titulos. Quòd igitur hic concionator talis, mundi cõtemptum alijs perſuadeat, ſi hoc deformitatem audientium oculis non generat, quid ſub orbe toto rogo, deforme aut turpe hominibus apparere valebit? Quod profectò diui Gregorij ſententia firmatur, qui in Paſtorali ſuo ait, qua frõte qui in facie vulnus portat, pro alijs intercedere infirmis audet.

Grego.

B ¶ Itaq; quemadmodũ opus naturę eſt, vniuſcuiuſq; rei, eſſe in genere ſuo integrũ perfectumq; producere, abſque eo ꝙ defectus aliquis, in ei⁹ natura ſignari poſſit, nam defectus hic monſtruoſitas quædam in tali eſſet natura. Veluti ſi dicamus homini datũ eſſe, omnia plenè ſortiri corporalia membra, ſcilicet, pedes, manus, oculos, os, nares, & aures, ſi tamen oculis careret, eſſet proculdubio monſtruum quoddam, quòd ſi oculos habens, ore priuaretur, horrorem videntibus generaret, ſi tamen oculos & os conſequeretur, nares tamen & auriculæ ſibi deficerent, prorſus ſe vidẽtes terreret. Sic etiam hoc docendi euangelium officium, integrum hominem, atque in omnibus perfectum expoſcit,

Simile. Simile. Simile. Simile. C

inter quæ omnia, quod maximè ad eius integritatem requiritur, tanquam potiſsima concionatoris pars, eius bonitas & religio eſt, & tam præcipua quidem, quòd ſi deficeret, monſtruoſitatem quandã auditoribus gigneret. Nam cum ſapiens eſſet & in vita peruerſus, oculos ſine ore obtineret, ſi autem bonus eſſet & ſapientia careret, oculi deficerent, & os ad loquendum haberet Quapropter vt verus exiſtat cõcionator vtrumq; amplecti debet. A

¶ Si videremus hominem cuius lingua vſque adeò eſſet lõga, vt ab ore eius exiens, per duas protenderetur vlnas, manus autem eius tã breues eſſent & brachia, vt vix ab humeris ipſis exirent, prodigium quoddam & ridiculoſum profectò, alijs videretur. Hæc eadem igitur eſt vitioſi concionatoris deformitas, habet ſiquidem linguam longam valde & protẽſam nimis, manus verò breuiſsimas, cum tamẽ iuxta naturę ordinem, vice verſa fieri deberet. Nam hominis brachia natura ipſa longa conſtituit, linguã verò breuem nimis, vt hominẽ inſtrueret, ꝙ extenſior in operibus quàm in verbis eſſe habet. Et in hoc diuini verbi concionator, hũc naturæ ordinẽ & proportionis pulchritudinem, imitari habet, quia paucis verbis, multis verò virtutũ operibus lucere debet, iuxta tritiſsimũ illud

Simile. B C

pr

A prouerbium, videant te homines pauca dicentem, & multa operantem. *Prouerbium.*

*Simile* ¶ Pictor, vt in depingendi arte exactus eſſe poſſit artifex in pictura membrorum proportionẽ ſemper ſeruare habet, vnũ quodque ſua proprietate & conditione delinians, naturam ipſam in depingendo ſemper imitans. Ad eum omnino modum, dum cõcionator euangelicam aſcendit cathedram, apud ſeipſum cogitare habet, quod in auditorũ præſentia, virtutis faciem depicturus B aſcẽdit, atque indecenti proportione omnia eius mẽbra formare debet, dum ergo concionatoris lingua nimis exiſteret longa quia multa đ virtute loquitur vita autẽ eius breuis, quia pauca operatur, iam proculdubio virtutis pictura à naturæ ordine deficeret, quandoquidẽ in ſe ipſo membrorum proportionem non ſeruat, quod ſi in ſe ipſo non ſeruat, male profecto alijs ſeruãdum præciperet.

*Simile.* ¶ Si fæminæ alicuius caput, margaritis, alijſque prætioſis monilibus ornatũ conſpiceremus C corpus vero non niſi pauperrima ac vili veſte eſſet indutum, ridiculum profecto eſſet ac deformitas maxima videntibus appareret, nã iuxta corporis indumẽtum, capitis etiam ornatus eſſe debet, vel ècontrario, ſecundum capitis decentiam, corporis eſſe debet veſtimentum. Hæc igitur mali concionatoris indecentia & deliramentum eſt, nam caput optime ornatum habet, corpus autẽ pauperrime veſtitũ, quia intellectum prætioſis admodum veritatum margaritis decoratũ tenet, quàm plurimis quę ſcripturæ ſacræ ſubtilitatibus imbutũ vitam autem veteribus, ruptiſq; peccatorum indumentis veſtitã tenet. Item ſi in fœmina illa, ſic *Simile.* ornari maxima eſſet deformitas quid fieret, ſi dum caput prætioſis monilibus decoratum haberet, corpus nudum penitus portaret? Ad hanc igitur abſurditatẽ vitioſi concionatoris cæcitas & B turpitudo peruenit, nam cũ intellectum veritatibus ditiſsimum teneat, non ſolum vitam aliquo virtutis tegumẽto ornatam non habet, quinimo nudam penitus ab omni virtutum genere portat quę profecto ignominioſa nimis contumelia eius eſt, atque auditoribus nõ mediocre in hoc, ſcandalum generatur, quandoquidẽ eum ex vna parte ſapientem reperiunt ex alia vero peccatorum vermibus ſcaturientem vident. C

*Figura Ezech. 1.* Legitur in Ezechiele propheta capite.1. de quatuor illis animalibus, (quorum ſuperius mentionem fecimus) vnum quodque illorum quatuor habuiſſe alas, quarum duabus volabant, alijs vero duab' corpora ſua tegebãt. Vbi iam concionatores, hæc vere eſſe animalia explicuimus. Sed tamẽ annotãdum nobis mo

do

A do eſt, quod duplicatas oportet eos ſortiri alas, alias quidem, quibus volent, quæ ipſius cõcionatoris intellectum & ſapientiã deſignant, aliæ vero quibus vitę ſuæ turpitudinem atque fœtorẽ cooperiant, vt vitam ſuam honeſtent, quod profecto charitatis opus eſt, atque beneviuendi exẽplum, ita vt ſic, ad hoc quod eſt docere populum, attentionem habeant, vt tamen eius quod bene viuere eſt, minime obliuiſcan B tur, vt ſaltim ignominioſum hoc negotium bene viuẽdi exemplo euitent.

Simile. ¶Si homo aliquis, deformis facie, niger vultu, in verbis, & cocles, vulnusque in facie portans fœtidusque corpore exiſtens, ſi hic in prominenti loco ſedens lucernam aſcenderet, vt omnes eum aperte conſpicere poſſent, inſanum profecto prorſus diceremus, nam eo ipſo quod deformis corpore exiſtit, in angulo recludi deberet, ne à quoquam videri poſſet, in hanc igitur eandem dementiam incurrit, qui cum malus ſit, euangelicam aſcẽdit, cathedram, nam doctrina ſua lu- C cernam quandam aſcendit, qua ipſius defectus & miſerias aperte homines conſpicere valeant. Ecce ergo quanta ſit in concionatoris mali vita, deformitas.

## ¶CAPVT. V. VBI veritas hæc, ſanctorum teſtimonijs firmatur.

ET quia negotium hoc de concionatoris bonitate, & religione, graue nimis & neceſſarium valde in hac concionandi arte eſt, ne mea ſolũ in hac parte exageratio videatur, ſanctorum etiam ſententia cõfirmabo, quorum auctoritate veritas hæc, roborata magis, ac ſolidior maneat. Et quidem in hac parte verè affirmare poſſumus, nullum eſſe eorum, qui ſupra ſcripturam ſacram ſcripſerunt, qui ante omnia has omnes (quas retulimus) conditiones, à prædicatore nõ exigat, vt in hoc tam ſanctum ingredi valeat officium. At tamẽ ne prolixitatem lectoribus B generare videar, paucos in hac parte ex his quos viderim adducam, & ſolum illos qui in pręſentia maiorem vim & auctoritatem noſtræ huic ſententię ingerant.

Diuus Auguſtinus ſecundo libro de doctrina chriſtiana, capite 41. & 42. mirabiliter charitatem, humilitatiſque virtutem depingit, quas euangelicus præceptor habere debet, maxime in 41 capitulo. Et quia totum hoc ca- C put in hoc eodem articulo cõſumitur, illud verbis allegare in præſentia nolo, ſed ſatis fuerit ad pręđictum locum diligentem lectorem remittere. Cæterum poſtrema quadrageſimi ſecundi capituli verba, hæc ſunt. Hac igitur inſtructione preditum, cum ſigna incognita lectorem nõ impedierint, mitem & humilẽ corde

A de,ſubiugatum leniter Chriſto, & oneratum ſarcina leui,fundatum,&radicatum,& ędificatum in charitate,qua in ſcientia inflari non poſsit accedat ad ambigua ſigna in ſcripturis conſideranda & diſcutienda. Vbi diuus Auguſtinus hęc virtutũ & charitatis pignora, à concionatore aperte exigit,antequam ad ſacrarum litterarum ſtudiũ accedat, & priuſquam concionandi officium aſſumat. Vbi annotanda ſunt maximè verba illa,ſubiugatũ leniter Chriſto. Nam niſi cõcionator,Chriſti iugum priùs ſupra ſe acceperit, malè profectò
B de eodem Chriſti iugo,chriſtianè ( ſicuti decet ) loqui poterit. Nam ſi ſermo de legis iugo formandus eſt, humilitate maxima & charitate,atque ſui ipſius abiectione indutũ eſſe oportet,hoc etenim Chriſti iugum ſonat,videlicet proximi & Dei amorem, ſuperbiæ deiectionem,atq; mundi & ſui ipſius contemptum.

Simile.

Quid Chriſti iugũ ſonat.

¶ Hanc eandem ſententiã,iterum amplectitur hic idem doctor,in.4.libro de doctrina chriſtiana,capite.15.cuius hæc ſunt verba. Agat itaq; iſte noſter eloquens,cũ & iuſta & ſancta & bona dicit,vt intelligenter,vt libẽter,vt obedienter audiatur, & ſe poſſe,ſi potuerit,& in quantũ po
C tuerit,pietate magis orationum, quàm oratorũ facultate non dubitet,vt orando pro ſe ac pro illis,quos eſt alloquuturus ſit orator antequam dictor. Ita vt ipſa A hora iã vt dicat accedens, priuſquam exerat proferẽtem linguã, ad Deum leuet animam ſitientem,vt ibi eructet,quod priùs biberit, vel quod iam impleuerit fundat, cum enim de vna quaq; re ſecundum fidem, delectationemq; tractãda ſunt, multa ſint quæ dicantur & multi modi quibus dicãtur,ab eis qui hoc ſciũt, quis nouit quid ad præſens tempus vel nobis dicere, vel per nos expediat audiri, niſi qui corda omniũ videtur. Et quis facit vt quod oportet & quemadmodum B oportet dicatur à nobis, niſi in cuius manu ſunt,& nos,& ſermones noſtri? Ac per hoc diſcat quidem omnia, quæ docenda ſunt, qui & noſſe vult & docere,facultatemq; docendi,vt decet virum Eccleſiaſticum cõparet. Vbi in his verbis perlucidè diuus Auguſtinus concionatorem admonet, quòd euangelica doctrina, quæ in ſuggeſtu auditoribus proficua eſſe debet,ea eſt,quam concionator eructat.Ideſt,quam ipſe Simile. priùs iam virtutum exercitio & oratione maſticauit,atque in animæ ſuæ ventrem traiecit,& quã à Deo inſtanter oratione continua, potius quã litterarũ ſtudio à Deo impetrauit.Nam quemad Simile. modum mater recẽti paruulo,ci C bum quẽ porrigit,priùs ore proprio maſticat:ſic etiam cum concionatores,velut matres auditorum ſe gerant, doctrinam,quam ſibi

August.

[library stamp]

A ſibi impartiuntur, prius ſanctæ virtutis dentibus, tanquam paruulis maſticare habent.

Auguſt. ¶ Hoc idem celeberrimus hic doctor, iterum videtur aſſerere, libro. 2. de Doctrina chriſtiana, capite. 4. dum ſic ait. Accedens ad tractatum librorum ſacrorũ, omnem intellectũ referat ad charitatem, de corde puro, & conſciẽtia bona & fide non ficta, quibus in verbis totius concionis radicem & verborum ſacrorum, non niſi ipſam cordis puritatem in concionatore eſſe dicit.

Ambroſius. ¶ Diuus Ambroſius. 2. libro de officijs, capite. 12. & 13. exagerat nimis bonitatem ac religionem B chriſtiani concionatoris, ſic dicens. Aduertimus igitur, ꝙ in acquirendis cõſilijs plurimum adiũgat vitę probitas, virtutũ pręrogatiua, beneuolentię vſus, frugalitatis gratia. Quis enim in Simile. cœno, fontẽ requirat? quis è turbida aqua, potum petat? Itaque vbi luxuria eſt, vbi intemperantia, vbi vitiorum confuſio, quis inde ſibi aliquid hauriẽdum exiſtimet? Quis non deſpiciat morum colluuionem? quis vtilẽ cauſę alienę iudicet, quẽ videt inutilem vitę ſuę? quis iterum improbum, maleuolũ, contumelioſum, non fugiat, & ad nocendum para C tum, quis non eum omni ſtudio declinet? Quis verò quamuis in Simile. ſtructũ ad cõſilij opem difficilẽ tamen acceſſu ambiat, in quo ſit illud, tanquam ſiquis aquę fontẽ pręcludat? Quid enim prodeſt A habere ſapientiam, ſi conſilium neges, ſi conſulendi intercludas copiam? Clauſiſti fontem, vt nec Simile. alijs influat, nec tibi proſit. Pulchre autẽ & de illo conuenit, qui habens prudentiam, cõmaculat eam vitiorũ ſordibus, eoq; aquæ exitum cõtaminet, degeneres animos vita arguit, quomodo enim eum poteſt iudicare conſilio ſuperiorem, quem vides inferiorẽ moribus, ſupra me debet eſſe, cui me cõmittere paro. An verò idoneum eum putabo, qui mihi det conſilium, quod non dat ſibi, & mihi eum vacare credam, qui ſibi non vacet? Cuius animum vo B luptates occupent, libido deuinciat, auaritia ſubiuget, cupiditas perturbet, quatiat metus, quomodo hic conſilij locus, vbi nullus quieti? Admirandus mihi & ſuſpiciendus conſiliarius, quẽ propitius dominus, patribus dedit, offenſus abſtulit. Huius imitator debet eſſe, qui poteſt conſiliũ dare, & alienam à vitijs cuſtodire prudentiã, quia nihil inquinatũ in illã incurrit. Hæc Ambroſius. Quid rogo clarius elegantiuſq;, aut efficatius de concionatoris requiſita bonitate dici poteſt, quàm quod egregius hic vir Ambroſius proloquitur?

C Grego. ¶ Diuus Gregorius ſuper Iob, capite. 31. libro. 23. moralium capite. 4. negotium hoc de concionatoris virtute, valde ponderat, his verbis dicens. Sanctæ vniuer-

A vniuerſalis Eccleſiæ, ſpiritualis quiſq; prędicator, in cunctis quę dicit, ſolerti cura ſe inſpiciat, ne in eo quod recta prædicat, vitiū ſe elationis extollat, ne vita à lingua diſcordet, ne pacem, quam in Eccleſia annuntiat, in ſe ipſo, dū benedicit & male viuit, amittat, ſed ſtudeat ſummopere cōtra maledicos rumores aduerſantiū, & defendere loquendo quod viuit, & honorare viuendo quod dicit, neq; in his omnibus ſuā ſed auctoris gloriā quęrat. Atq; omnem ſapientiæ gratiam, quā vt loqueretur accepit, non ſuis ſe extimet meritis, ſed eorum interceſſionibus, pro quibus loquitur ac

B cepiſſe. Sicq; dū ſe infra deijcit, ſupereſt, quia ſuæ nimirū magis mercedi proficit, eo ꝙ bona quæ exercere pręualet, alienis meritis reddit indignum ſe omnibus iudicet, etiam cum dignius cūctis viuat, ſcit enim ꝙ bona quę innoteſcūt hominib⁹, ſine periculo eſſe vix poſſunt. Et quāuis ſapiētem ſe eſſe ſentiat, velle tamē eſſe ſapiens non videri, atq; hoc ſibi omnimodo quod loquendo proditur, pertimeſcat, etſi liceat tacere appetit, dum eſſe multis tutius ſilentiū cernit, eoſq; ſe fœliciores putet, quos intra ſanctam Eccleſiā locus inferior per ſilen

C tiū occultat, & tamē vt ſanctam Eccleſiā defendat, quia ad loquēdum vi charitatis impellitur, ex neceſsitate quidē officiū loquutionis ſuſcepit, ſed ex magno deſiderio, otiū taciturnitatis quęrat, A hoc ſeruat voto, illud exercet miniſterio. Hanc autē dicendi formulam arrogātes ignorant, neq; enim loquūtur, quia cauſę loquēdi eueniūt, ſed cauſas euenire appetunt, vt loquantur, quorū nūc heliu ſpeciē ſignat, qui in loquutione ſua, immenſo ſe vitio elationis exaltat.

Ponderandum maxime

¶ Singulariſsima certè hęc lectio eſt, atq; cōcionatores docēdi ſingulariſsima forma, vt in ſemet ipſis ſubtilitatē (quā hoc pręſūptionis vitiū ſecum defert) attēdant. Quā profectò pręſumptionem, latēter & ſubtiliter euāgelica prędicatio creat. Nā cū plurima ſint vitia, quę affinitatē quādā & ſimilitudinē cum aliquib habeāt virtutibus, ita vt difficile ſit vitiū à virtute ſecernere: credo firmiſsimè, multos in hoc articulo deceptos eſſe viros & ꝙ feruor & zelus, quē in pulpito concionādi habēt, quē Dei zelū eſſe putāt, nō niſi appetitus quidam ſuæ vanæ oſtentationis ſit, neq; ibi medendi cauſa auditoribus loquuntur, ſed ꝙ vt loquantur, medicandi officium inquirunt. B

Singularis lectio

Falſus cōcionatorū zelus.

Quapropter, hortor omnes in Chriſto, vt quilibet ſeorſum attēte ſe ipſum perpendat, ſueq; ſenſualitatis pulſum diſquirat, & tādem intelligat & examinet, an C prædicandi auiditas, & inſatiabilis fames, anxiaq; cura, quam in ſe ipſis concionandi gerunt, verus ſit fidei zelus, an propria



ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A ſenſualitas. Nã dificile admodũ eſt, in pręſẽti negotio inter vtrũque diſtinguere, quòd ſi concionatoris vitium eſſet, vę illi, quia totum cõcionandi officiũ inane reddit. Ex quo profectò non fructum aut meritum, ſed terribilẽ ſibi damnationem acquiret.

Grego. ¶ De hoc iterum beatus Gregorius ſuam ſententiam profert 30. Moralium libro, capite. 21. his verbis. Sancti igitur viri, cum ſe ad prædicãdum parant, priùs ſe interiùs virtutibus innouant, vt ad hoc quod loquẽdo docent, viuendo concordent. Priùs ſua interna conſiderant, atq; à cunctis ſe vitiorum ſordibus emundant, B curantes ſummo opere, vt cõtra iram patientiæ luce reſplendeãt, contra carnis luxuriam, etiã cordis munditia fulgeſcant, contra torporem, zelo candeant, contra confuſos præcipitationis motus, ſerena grauitate rutilent, contra ſuperbiam, vera humilitate luceant, contra timorem, radijs auctoritatis clareſcant, & nunc in lachrymis ſeminant, vt poſtmodum ſegetem gaudiorum metãt. Ecce ergo quemadmodum egregius hic vir, non vt cũq; concionatorem prędicãdi officium accipere vult, ſed ꝙ priùs delicatiſſime in virtutũ examinatus exer C citio, euangelicæ prædicationis cathedram aſcendat.

Grego. ¶ Hoc idem inſignis hic doctor iterum repetit. 6. libro Moralium, capite. 25. de concionatoris perfectione loquens ſic dicens. A Quiſquis ergo iam in ſe cõtumelias carnis edomuit, ſupereſt vt mentem per ſtudia ſanctæ operationis exerceat, & quiſquis iam mentem per ſancta opera dilatat, ſupereſt vt hanc vſq; ad ſecreta intimæ contẽplationis ſtudia extendat. Neq; enim perfectus prædicator eſt, qui vel propter cõtemplationis ſtudiũ operanda negligit, vel propter operationis inſtantiam, contemplãda poſtponit. Hinc eſt enim quòd Abraham coniugem mortuã, in ſepulchro duplici ſepelit, quia nimirùm perfectus quiſq; prędicator, extinctam à pręſentis vitæ deſiderijs animam ſuam, ſub bo B næ operationis tegmine & contẽplationis abſcondit, vt à carnali concupiſcentia, ſub actiua contemplatiuaq; vita, quaſi inſenſibilis lateat, qui priùs mũdi deſideria ſentiens mortaliter viuebat. Hinc eſt ꝙ humani generis redẽptor, per diem miracula in vrbibus exhibet, & ad orationis ſtudiũ in nocte pernoctat, vt perfectis videlicet prædicatoribus innuat, quatenus nec actiuã amore ſpeculationis funditus deſerant, nec contemplationis gaudia, penitus operationis nimietate contemnãt, ſed quieti contemplantes ſorbeant, quod occupati erga proximos loquentes refundant, ſpeculando quippe in Dei C amorẽ ſurgitur. Vnde apud Moyſem dũ in ſacrificio vaca mactatur,

Figura, Gen. 23.

Figura, redẽptoris.

Figura, Gen. 15

A tur, offerri cũ hiſſopo lignoq; cedrino bis tinctus cocus præcipitur, vacã quippe mactamus, dum carnem à laſciuia ſuę voluntatis extinguimus, quã cum hiſſopo lignoq; cedrino ac coquo offerimus, quia cũ maceratione carnis ſacrificium fidei, ſpei & charitatis, adolem⁹. Hiſſopus quippe interna noſtra mũdare conſueuit, lignum cedrinum nulla putredine deficit, quia ſpem cęleſtiũ terminus non conſumit, cocus verò rubro colore flameſcit, quia quẽ implet charitas incẽdit, ſed bis tinctus cocus offerri pręcipitur, vt videlicet ante interni iudicis oculos, charitas noſtra, Dei & proximi dilectione coloretur.

B ¶ Depingit hic ſanctus doctor (prout ſemper in ſcriptura ſua conſueuit) res minutiſsimè vſq; ad medulam euiſcerans. Deſcribit inquã gradus, quos optimus quiſq; cõcionandi artifex, in vitæ ſuæ perfectione tenere debet, quorum primus eſt, ante omnia carnis ſuę paſsiones edomare. Secũdus eſt, ſtatim in omnibus virtutum & charitatis & religionis operibus ſe exercere, perſonam ſuam omni grauitate & virtutũ modeſtia adornans, tam in interioribus quàm exterioribus, quibus peractis, ad tertium gradum continuò aſcendendum reſtat,

Gradus bonitatis in cõcionatore. Primus gradus. 2. grad⁹. 3. grad⁹.

C qui nimirum ſuæ perfectionis culmen eſt, videlicet in contemplationis ſecretum intrare. Quę quidem contemplatio inter Deũ & ipſum, ſuauiſsima quædam cõuerſatio eſt, in qua totum officij ſui intentum & propoſitum innodatur, quãdoquidem exactus concionator non exiſtit, qui harum trium, partem aliquam omittit. Et doctrinam hãc his tribus partibus diſtinctam, confirmat ſanctus hic vir, duobus ſcripturæ ſacræ locis, ſcilicet ex ſpelunca duplici, quam Abraham vxori ſuę iam mortuæ prębuit. Cui quidem exemplo aliud non minus aptum adducit, videlicet ex diuo Paulo legis pręceptore inclito, qui mundo crucifixus erat, & ipſi mundus. Secũdus locus eſt, cærimoniarum quibus Moyſes vacã mactari diſponebat, quæ profectò doctrina, vtilis admodum atq; curioſa valde exiſtit. B

¶ Chriſoſtomus, nõ minus quã pręcedentes, hanc eandem veritatem ingenioſè põderat, in Mathæum, capite. 5. ſcribens, homilia. 10. in imperfecto vbi ſic ait: Quaſi interrogãtibus apoſtolis, ad quos ſit omnia iſta loquutus, vtrum generaliter ad populum, aut ad ipſos, volens oſtendere quoniam ad ipſos præcipuè hęc loquebatur, addit: Vos eſtis ſal terræ. Hoc quod dicit vos eſtis ſal terræ, ad illud reſpicit quod ſuperius dixerat, quia doctor omnibus virtutibus debet eſſe ornatus. Debet eſſe pauper, vt auaritiam libera voce caſtiget, debet eſſe ſemper ſuſpirans C

Chryſoſtomus. Expoſi. Mat. c. 5

A & lugens, ſiue ſua ſiue aliena delicta, vt confundat eos qui nec peccare dubitant priuſquã peccent, nec poſtquam peccauerũt, triſtantur quia peccauerũt, ideo ſuſpiret & plangat, vt per hoc oſtẽdat quia grauis & periculoſus eſt mũdus iſte fidelibus. Debet eſuriens & ſitiens eſſe iuſtitiam, vt pigros circa opera bona, vel lectione fiducialiter verbo Dei, aut increpationis flagello valeat exercitare, magis exemplo ſuo quàm voce. Debet eſſe manſuetus, vt magis indulgendo quàm vindicando regat Eccleſiam, vt magis ametur quàm timeatur. Debet eſſe miſericors B alijs, ſibi autem auſterus, vt ſibi quidem graue põdus iuſtitiæ ponat, alijs autem leue. Debet eſſe mundo corde, vt non ſolùm non ſe immiſceat circa negotia ſæcularia, ſed nec cogitet de mundo. Sicut enim oculus quanto mundior fuerit, tanto lõgiùs videt, ſic & anima quanto longiùs fuerit à ſolicitudine mundiali, tãto ampliùs Deo proximior eſt, quia cuius cordis oculus mundus aſpicit, illius mens non poteſt Deum videre. Sit autem pacificus, vt tota Eccleſia eius quaſi vna ſit anima, vbi autem con- C cordia non eſt, neque oratio illic exauditur, neque oblatio ſuſcipitur, quia neque ibi eſt Deus, vbi diſcordia nominatur. Debet autem & paratus ad paſsionem eſſe, non vana deſideria martyrij habens, ſed conſtantiam fidei martyribus dignam, nam quantũ ad ſapientes, & miles non ille paratus dicitur ad bellum, qui concupiſcit exire, ſed qui potens eſt exire. Si ergo omnibus his virtutibus fuerit ornatus, tũc eſt quaſi optimum ſal, & totus populus de illo cõditur, magis videndo eum quàm audiendo. Nam prima doctrina eſt videre bonum, ſecunda autem audire, priùs autem vocauit eos ſal, poſtea autem lux, quia priùs eſt bene viuere, ſecundo autem bene docere, nam per bonam conuerſationem aſcenditur ſine dubio ad ſcientiam, à ſcientia autem, neſcio ſi ad bonã conuerſationem omni modo veniatur, propterea ſcientes quidem ſine timore Dei, multos videmus, timentes autem Deum ſine ſcientia, nullum videmus. Ecce ergo quantum concionatoris officio ſecũdum hanc ſententiã conducat virum eſſe religioſum. Nam etſi plures harũ conditionum, quas hic Chryſoſtomus refert paſtori proprius adaptẽtur: attamen quia doctor legis, eſt cõcionator, & paſtoris præcipuum munus ſit, doctorem & pręceptorem ſui eſſe gregis, cõtinuam eis doctrinã impartiendo, inde profectò eſt, ꝙ propriè etiam cõcionatori euangelico, hæc Chryſoſtomi doctrina etiam adaptetur.

Simile.

Pondẽrãda ſententia.

¶ Hæc eadem ſententia eſt iterũ beati Chriſoſtomi, ſuper Matthæum, capite. 23. homilia. 73. his

Chryſoſtomus.

A his verbis. Non in Eccleſia ſolũ ſed vbiq; doctorẽ cæteris præſtare oportet. Nam quemadmodum homo vbicũq; fuerit, cæteris animantibus præſtat, ita doctorem decet, ſiue loquatur, ſiue ſileat, ſiue in conuiuijs, ſiue alibi ſit, cæteris hominibus excellere, adeò vt in inceſſu, aſpectu, & habitu, omnibusq; alijs, ſimpliciter alijs præſtantior eſſe videatur. (Simile.)

¶ Baſilius magnus, ad Gregorium Nazianzenum ſcribens, in tractatu quodam, quem de ſolitaria edidit vita, de hac eadẽ cõcionatoris perfectione loquens, ſic ait. Quemadmodũ in cera quis ſcribere non poteſt, niſi prius caracteres impreſſos deleuerit, ſic nec anima diuina dogmata degu ſtare, niſi priſtinos ex animo mores penitus extinxerit. Hæc Baſilius. Ad eum igitur modũ ait Baſilius, ſcripturæ ſanctæ veritates, minimè in concionatorum animis imprimere poterũt, vt alios docere valeant, ſi primitus vetera ſcripta, quæ in eorum animabus mundus impreſsit, non abraſerint. (Baſilius.) (Simile.) B

¶ Gregorius Nazianzenus, primo libro, ſuæ theologiæ, in hac eadẽ materia loquens, ſic ait. Nõ cuiuſuis eſt, ò chriſtiani de Deo diſputare, non adeò hæc res eſt vilis, & eorum etiam qui humi ſerpentes, terrenis ſtudijs occupantur. Quoniam eorum tãtum eſt, qui inter multos habitu delectu, ad tantum munus videantur idonei, quiq; contemplandi acumine cæteris antecellũt, qui iam ante & corpus & animũ, ab affectuum ſordibus purgarint. (Nazianzenus.) C A

¶ Dioniſius antiquiſsimus legis doctor, in ſuo Eccleſiaſticæ hierarchiæ libro, parte. 1. cap. 2. ſic ait: Diuina nõ capit, qui Dei mandata non ſeruat. Hæc ille: Quibus in verbis, concionatorem malum ad diuinas intelligẽdas veritates, ineptum quodammodo declarat, quas poſtmodum concionaturus eſt, ſi in Dei mãdatis non ſe prius exercuerit. Et annotãdum eſt quod ait, diuina non capit qui Dei mandata non ſeruat. Nam quemadmodum dũ plenum eſt vas, quicquam aliud capere nõ poteſt: ſic pariter dum aliquis Dei non ſeruat mandata, reb' mũdialibus plenus exiſtit, & inde ſequitur eum diuina capere non poſſe, quia mundo plenus eſt. Quapropter concionator peſsimus, qui rebus mũdi & peccatis abundat, velut vas plenum diuina quæ prædicat male capere poteſt. (Dioniſius.) (Simile.) B

¶ Diuus Thomas etiam, qui ſicut in alijs omnibus catholicè & ſapientiſsimè ſemper loquutus fuit, ſic etiam iuxta materiam hanc, in quamplurimis ſcripturæ ſuæ locis non minus zelum ſuum, quem erga euangelicam eruditionẽ geſsit, oſtendit, ſed præcipuè in tertia parte, quæſtione. 41. articulo. 3. ad primum reſpondens argumen- (S. Tho.) C

 tum,

A tum, paucisſimis verbis quicquid hucuſq; diximus comprehendit, ait namq;: Nullus debet aſſumere prædicationis officiũ, niſi prius fuerit purgatus, & in virtute perfectus, ſicut & de Chriſto dicitur actuum primo, quòd cœpit Ieſus facere & docere, & ideo Chriſtus ſtatim poſt baptiſmum auſteritatem vitæ aſſumpſit, vt doceret poſt carnem domatam, oportere alios ad prædicationis officium tranſire, ſecundum illud Apoſtoli: Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne fortè cum alijs prædicauero, ipſe reprobus efficiar. Patet ergo, ex his que ex ſanctorum adduximus teſtimonijs, quàm ſit concionatori neceſſarium, omnibus ſe virtutum exemplar præbere.

Expoſi. 1. cor. 9.

B

¶ CAPVT. VI. DE cominationibus, malo cõcionatori in ſacra ſcriptura irrogatis.

QVOD ſi rationes à nobis ſupra adductę, & tot ſanctorũ teſtimonia, malos concionatores non terrent, terreant ſaltem cominationes, & reprehenſiones legere, quas Christus in prædicatione ſua talibus dedit. Si enim attentè ſcripturam ſacram inſpexerimus, reperiemus quidem nihil acrius inter homines Chriſtum reprehẽdiſſe, magiſq; deturpaſſe, quã ma-

C

A los concionatores, qui cum peſſimis exiſtant moribus, chriſtianæ legis ſe pręceptores exhibere audent, quemadmodum ex Matthęi. 23. capite conſtat, vbi totius capituli doctrina in deturpandis malorum concionatorum moribus abſumitur; quibus contumelioſos nimis, atque horrendos titulos imponit. Ait ſiquidẽ concionatores tales, ſcribas illos & phariſeos eſſe, qui in Moyſi cathedra conſiſtentes, dicunt & non faciunt. Hi ſunt qui intolerabilia legis onera, ſuorũ proximorum humeris imponunt, ipſi autem nec digito volunt tangere. Hi ſunt, qui omnia opera ſua, vt ab hominibus videantur faciunt, & docendi cathedra, ob ſolam humanam oſtentationem vtuntur. Hi ſunt, qui filaterias ſuas dilatant, fimbriaſque ſuas in audientium conſpectu magnificant. Hi ſunt qui primos accubitus atque primas inquirunt cathedras in templis, primaſque ſalutationes in foro appetunt, atque vocari ab hominibus rabi deſiderant. Hi ſunt qui alijs regnum cælorum claudunt, beatitudinis viam eis arctiſsimã reddentes, ſibi ipſis autem amplam nimis accipientes. Hi ſunt, qui nec ipſi in cælorum regnum intrant, neq; alios intrare permittunt. Hi ſunt qui nauſeã patiuntur, in abijciẽdo culicem à proximi ſui cibo, ipſi autem camelũ deglutiẽtes ſunt. Hi

Cõtumelioſi, mali cõcionatoris tituli.

Primus.

2

3

B 4

5

6

7

C 8

A Hi curioſi ſunt, calicem foris e-
9 mundantes, cum tamen ipſi in-
tus ſordidiſsimi ſint. Hi ſunt ſe-
10 pulchra fortis deaurata, titulisq;
honorificis ſignatà, intus autem
mortuorum fœtidiſsimis oſsi-
bus plena exiſtunt, quia ſuorum
peccatorum, & abominationum
fœtore ſunt pleni, Hi ſunt, qui le
11 gis mandata in pileis ſcripta de-
ferunt, à ſuis autem beni viuen-
12 di moribùs, ea proijciunt. Hi
ſunt infatuatum ſal, quod ad ni-
13 hilùm valet vltra, niſi vt ab ho-
minibus conculcari poſsit. Hi
14 cæci ſunt, aliorumque cæcorum
duces, qui omnes ſimul in fouean
cadunt. Hi ſunt, qui nimio ze-
B lo accenſi, à vicini ſui oculo fœ
ſtucam extrahunt, in ſuo autem
repoſitam trahem minimè con-
15 ſpiciunt. Hi ſunt quinque infa-
tuatæ virgines, qui doctrinæ lã-
16 pades in intellectu accenſas ha-
bentes, in manibus ſuis mor-
tuas deferunt. Hi ſunt aridorum
17 oſsium campum, quod Ezecheel
vidit propheta, quæ intus nul-
lum penitus vitæ ſpiritum reti-
nebant. Hi ſunt ficus, multis ple-
na folijs, cui maledixit. Deus,
18 quia verbis dumtaxat & virtu-
tis folijs abundant quia virtu-
tis fucum & apparentiam por-
C tantes, bonorum operum ficu-
bus vacui reperiuntur· Hi ſunt
quos Chriſtus redemptor noſter
Mathæi·5. capite, vſque a deo de
primit & anihilat, vt dicat, quod
poſtquam de legis præceptis in
hoc mundo garrierint, ſubtiliſ- A
ſima quęque hominibus ediſſe-
rentes, minimi ad cælorum re- 19
gnum prorſus remanent. Et hi
tandem cimbalum tiniens ſunt
quod diuus Paulus memorat,
quod poſtquam acclamauerit,
alioſque ad templum perduxe- Simil.
tit, ibſum à cimbalaria turri peñ
dens remanet. Nam poſtquam
cæteros ad ſue animę ſalutem ad
uocauerint, ipſi vacui remanent,
ſolo verborum rugitu & geſto-
rum ſtrepitu concrepantes, atq;
ad perpetuam ſuam domnatio-
nem ſuſpenſi· Hæ ſunt commi- B
nationes, malu concionatori,
in ſcriptura ſacra irrogatæ, quæ
proculdubio ſi bene perpendan
tur, trementem & confuſum pe-
nitus concionatorē reddere ha-
berent.

## ¶ CAPVT· VII. DE verecundia maxima & cõtumelia, quam peſsimus concionator, in iudicij die pati debet.

QVOD ſi redemptoris noſtri, tam terribiles ſupradictæ comminationes, malum
concionatorem adhuc non ter- C
rent, perhorreſcant ſaltem, verecundiam maximam & horrendam nimis, quam in illo poſtremo iudicij die, in conſpectu Dei & totius mundi & angelorum eius patientur, quia

A ſanctiſsimum hoc concionandi officiũ tam infideliter & inutiliter exercuerũt. Legitur Geneſis capite. 48. ꝙ cum Ioſeph duos ſecum deferet filios Effraim videlicet & Manaſſem vt, pater eius Iacob ante mortẽ eis benedictionem pręſtaret & cum Manaſſem qui maior erat, ad patris dexterã collocaſſet, vt prius ei veluti primogenito benediceret( ſic enim inter Iudęos mos erat ) minorem verò qui Effraim erat, ad ſiniſtrã reponeret, tũc ſenex Effraim minorem filium, fœl tiorem in omnibus conſtituere volens, manus vice verſa conmutans, dèxterã ſuper minorem, ſiniſtram verò ſuper maiorem impoſuit. Quod videns Ioſeph, exiſtimans patrem ſuũ iam caligare, & propterea in imdoſitione manuum apertaſſe, uolens manus eius aliter diſponere, dexit: Non ſic pater mi, non ſic. Nã dextera ſuper maiorem ſiniſtra verò ſuper minorem imponenda eſt. Cui ſenex reſdondit ſine me fili mi. Scio enim quid egerim. Mam manus iſtæ, ſecus quàm tu exiſtimas diſponendæ ſunt, quandoquidem minor maior eſſe debet, maior verò, nõ niſi minor conſtituetur.

Figura, gen.48.

B

¶ Hoc igitur eſt, quod in horrenda iudicij die ac tremẽda valde, cum dominus ſęculũ per ignẽ iudicaturus aduenerit, cum perverſis concionatoribus fiet. Nam cum ipſi maiores principaliores〈q〉; , ſicut Manaſſes, eſſe deberent, quibus tanquam primogenitis, Dei imponẽda erat dextera quia ipſis nimirũ cæli maioricatus ac legitima hæręditas debita erant, Deus ibi manus vice verſa commutabit, atque ſuper eos non niſi ſiniſtram imponet. Quod profectò ignominioſum nimis, atque contumelioſum ſibi negotium erit, qui antea in totius mũdi conſpectu, tanta reputatione atque honore maximo ab omnibus ſemper habiti ſunt, & qui pręterea tam honorifico & cæleſti, inter homines functi fuerunt officio, quibus itidem tã honorificos nominum titulos, ſibi Deus inpoſuerit, ꝙ iſti inquã tam eminentes & illuſtres viri, ibi velut infimi & viles coram omnibus proijciendi ſint, horrendũ profectò maximè eſt, & pertimeſcendũ nimis. Quandoquidem iſti erant Manaſſes ille primogenitus, quibus cæleſtis illa patris debebatur benedictio, & qui primi honorandi erant. Nam iſti ſunt qui à Deo ipſo in ſacris litteris, mirificis nominibus denominati ſũt Iſti ſunt reges, qui vniuerſum orbem regere habebant, legesq; & ſtatuta ad optimam hominum directionem condere. Hi conſules ſunt, quorum conſilio & cenſura, omnium gentium, negotia diſponenda erant. Hi, cæli ſunt. qui vniuerſam habebant circuire terram, quorum doctrinæ influentia & virtute, chriſtianorum animæ( veluti nouellæ

C

Singularissima lectio.

Manaſſes.

Reges.

Conſules.

Cæli.

Simile.

A nouellæ plantæ) creſcere & con ſeruari habebant. Hic ſtellæ cęleſtes ſunt, quorum vitæ & doctrinæ claritate, qui in peccatorũ nocte dormiebant, exitandi & illuminandi erant. Hi ſol ſunt, cuius luce & ſplendore, mundus totus lætari & illuminari debebat. Hi ſanctæ Dei eccleſiæ maxilla ſunt qua vallidiſsimus ille Sāſon philiſteos proſtrauit, nam doctrinæ ſuæ reprehenſionibus, peccatorũ duritiem frengere, atq; conterere debebant. Hi torrentes atque impetuoſi fluuij ſunt, qui doctrinæ ſuæ euentu & furia, homines à terra euellere, atque in cœlum perducere habebant. Hi nubes ſunt qui doctrinæ & vitę ſuæ eruditione ſemper ſupra terram eleuati eſſe deberent & poſtmodum in ſuaues prędicationis pluuias ſemetipſos reſoluere tenebantur, ſancta ſemper pro animarum ſalute conſilia præſtantes. Hi aquilę ſunt, que ſupremo alarũ ſuarũ volatu, omnes alias mundi nationes ſuperare deberẽt. Nam optimæ vitę ſuę & ſapientiæ alis, veluti mundi reges & domini, erecti ſemper ſupra omnia hæc mũdi caduca incedere habebant. C omnia ſæculi huius vilia & infima ſpernentes, atque nidum ſuũ ſupra riparum altitudinem, quæ Deus eſt, reponentes. Hi, portę Sion ſunt, quia pereorũ exemplũ & ſapientiam in beatorum patriā homines ingredi habebant. Hi dentes eccleſiæ ſunt, qui filiorum ſeculi huius duritiam & ſuperbiam, terrere debebant, atque malorum hominum pertinatiam deuincere & dura corda maſticare. Hi, ſeptem eccleſiarum angeli ſũt, euangeliſtę Ioāni in apocalypſi reuelati cui Deus profundiſſima illa miſteria ſcribere iuſſit, vt gentes omnes à peruerſa ſua excitarẽtur vita cautique & pręuiſi, in ſaluationis ſuæ periculo redderentur. Hi, canes ſunt, qui prædicationis ſuę latratibus, lupos ab eccleſię grege arcere deberent. Hi, cherubines ſunt qui ſemper coram teſtamẽti arca aſſidua cōtemplatione pręſentes eſſe habebant vt à Deo ſuis pręci us B pro alijs delictorum ſuorum veniam impetrarent. Hi, ſpinæ ſunt quæ pungere, atque malorum cōſcientias inquietare debebant, vt quouſque in Deum conuerterẽtur, inquieti prorſus in mundi huius reb9 & negotijs manerent. Iſti igitur illuſtres viri veri erant futuri Manaſſes quibus veluti primogenitis, in beatitudine manus dextera debita erat. Hi proprietate maxima, gẽs ſancta erat atque regale ſacerpotium, populuſque acquiſitionis, ac demum illuſtres viri diuino ſanguine nati quibus tanquam mundi huius C magnatibus, in cœleſti curia in regis præſentia ſedes erant concedendæ. Atque hi celebres erãt præceptores, qui cum iam in hac vita dicere & facere ſimul in vnũ coadunaſſen, eminenter in illo iuditij

Marginalia: Stelle. Sol. Eccleſię maxilla. Fluuij. B Nubes. Aquilæ. Portæ Sion. Dẽtes eccleſiæ. Septem eccleſiarũ angeli. Canes. Cherubines. Gẽs ſancta. celebres pceptores.

A iudicij concilio ſupra omnes alios erãt paemiandi. Et vt deniq; noſtris verbis imponamus finẽ, ij Dei iudicaturæ aſsiſtentes eſſe deberent, quorum authoritate & cenſura terribilis illa erat proferenda ſententia, illudque malorum iam finiendum litigium.

Aſsiſtẽtes.

¶Res igitur verecũda & ignominioſa ſupra modum erit, quanto nuſquam in orbe fuit, quod homines in vniuerſo mundo tanto ſemper habiti pretio, tamque honorificis conſignati nominibus: quibus in beatitudene, tã pręeminẽs correſpõdebat ſtatus, quibus B præterea iuxta officij ſui dignitatem, in tam publico diuinæ maieſtatis trono, dextera manus conducebat, quibus itidem applauſus tantus & reuerentia, in totius mundi conſpectu iu tremẽda illa iuditij die, defferendus erat, quòd iſti inquam ſupradicti excellentes viri, ibi damnati appareant, ꝙ doctores & legis magiſtri, atque euangelij Dei concionatores, in tam publico tribunali, tam ignominioſe in baratrum detrudantur. Pauperculi vero, qui hic diuini verbi extiterunt humiles auditores, glorificati exeant, quod oues ſolutę, & paſtores captiui appareant, quòd auditores honorificati, & præceptores ibi contume C lia affecti exiſtant, quòd diſcipuli ſublimati, & magiſtri opreſsi & conculcati ibi ſint, maxime proculdubio hominibus formidabile & horrendum eſt. Nam

Grauiſsimũ maium.

Pauperculi.

nullum eſt inquiſitionis tam aſperum tribunal, neque adhuc latronis tam crudum patibulum, ſiue furca, neque ſpectaculum aliud mũdanum, vbi tanta ſit ignominia & vituperium, quantũ in his miſerijs hominibus tunc ibi exercebitur. A

Simile.

Ores ſummopere flenda?, maximaq; apud cõcionatores conſideratione digna. Quandoquidem qnid nam rogo erit videre in illa tremenda die, Dei manus tã commutatas, dum maiores ad ſiniſtrã minores vero ad dexteram conſedentes inſpexerimus? Reges videre ſubditos & captiuos illuſtres & nobiles, videre ruſticos & deiectos, reipublicæ conſules, videre ignorantes & male prouidos, cælos videre in terram conuerſos, ſtellas ſine ſplendore obſcuratas aſpicere, ſol obtenebratum, nubes aridas, abſque aliqua conſolationis aqua contemplari Eccleſiæ maxillas cõminutas, omnino regales aquilas fractis alis per terram reptantes, perpetuiſq; tormentis & opprobrijs deputatas, portas Sion cofractas, angelos in dęmones conuerſos, canes mutos iam exiſtentes, atque peccatorum ſuorum cõfuſione & verecundia clauſa habentes ora. Qui anteà tantum in pulpitis quotidie garriebant, magna flumina in vilijũ rerum et humanarum miſeriarũ riuulos conuerſa. B C

Manus. Dei cõmutatæ.

¶ Que obſecro tam ſcelleratę mitræ, atque ignominioſę, in vniuerſo

Simile.

A uerſo orbe eſſe poterunt, quàm illę ſunt, quas iſti ibi in ſuis portabunt capitibus? Quis nunquã riſus vel ſibilus, ſiue calamitoſa vociferatio, agitato tauro in hac vita pręſtita eſt, qualis iſtis in die illa dabitur. Quanta iuſtitia natos non fuiſſe appetẽt, & quòd cælum deſcendens ignominiam ſuam cooperiret, & quòd dies illa, vbi tot creaturarum & angelorum agminibus apparere habẽt, in denſiſsimas tenebras verteretur.

Simile.

Iudę maledictio.

¶Si Chriſtus redemptor noſter, talem Iudæ proditori maledictionem intulit, quia apoſtolatus officium peruertit, dicens ꝙ melius illi foret, ſi natus nõ fuiſſet homo ille: ſimiliter iſtis, qui B in eius proditionem ſucceſſerũt ſiquidem peruerſi fuerunt Chriſti Eccleſiæ, & animarum traditores, quia hoc tam altum & ſanctiſsimum prædicationis euangelicæ officium, falſa vita adulterarunt, in chriſtianorum quidem & euangelij detrimentum, atque in ipſiuſmet Dei dedecus & contemptum. His ergo quanto ſatius ſibi foret natos non fuiſſe, ſed quòd in matrum ſuarũ ventre ſuffocati & penitus conſumpti remanſiſſent. Quàm fœlicior iſtorum fuiſſet pars, ſi inter C plebeios homines, vulgarem quandam & mediocrem viuendi ſortem, fuiſſent ſortiti, quantuncumq; infimam, quàm pręceptorũ legis ſtatũ tenuiſſe. Quia in die illo ob negligẽtiæ ſuę cauſam, hominum multitudinem in baratrũ deſcendere conſpicient. A Quæ aures? qui oculi? aut certè quale cor, eorũ clamores ibi ſuſtinere poterit? qui ad Deum de ipſis querellam formabunt vindictam de ipſis expoſcentes, eo ꝙ totius ſuę perditionis extiterunt cauſa. Salubrius certè ſibi foret negotium, ſub laborum ſæcularium onere, vitam exhalaſſe, ac per totam vitam ligone deſumpto, ex manuum ſuarum ſudore vixiſſe, etiam ſi inde damnatio eius ſubſequuta fuiſſet, quàm ſub honore & euangelicæ prædicationis dignitate ſpiraſſe. Nam in caſu primo, pro ſe tãtum luiſſent pœnas, hic autem, non niſi pro ſe & pro multis flagella perſoluent. B

¶Quòd ſi miſera hæc gẽs (ait diuus Gregorius, prima Paſtoralis parte, capite. 2) aliquantulam ad terribilem Chriſti ſententiã, quæ in ſacris litteris cõtinetur, hic dum viuunt attentionem habuiſſent, qua Matthæi. 18. capite dicitur, circa eos qui alijs ſcandali cauſa fuerunt, quòd melius illi fuiſſet, aſinariam molam ad eius collum miſiſſe, atq; in maris profundum fuiſſe demerſum, nulla amplius de eo habita memoria, quàm proximo ſuo ſcandali fuiſſe cauſam. Si hanc inquã tam terribilem comminationem cõcionatores prædicti ſatis perpendiſſent, liberati fuiſſent C (ait

Grego.

Expoſi. Mat. 18.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A ( ait ibi diuus Gregorius ) à tam horrendo inferni voragine. Quod exponens diuus Gregorius ait, quòd qui ſanctitatis ac perfectionis statũ aſſumpſit, ſi ſuo peſsimo viuendi exemplo, cæteros ſcandalizauit, ſatius ſibi foret ad mortem vſque ſub habitu ſeculari perueniſſe, atque ad collum eius, ſæcularium laborũ mollam & curam miſiſſe, etiam ſi inde damnatus exire deberet, quàm ſacrarum rerum exiſtente magiſtro, alijs culpas ſuas, vt eas immittentur, demonſtrare. Nam primis leuior erit infernus, quia in proprium ſolùm redundauit B damnum. Huius autem ſecundi hominis, terribilis admodum, quia damnum quod inde ſubſequutum fuerit, vniuerſale fuit, quia aliorum omnium fuit ſcandalum.

Grego.

¶ Quapropter, per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, & per pretioſiſsimum eius, quem pro nobis in cruce ſanguinem fudit, exoro, vt concionatores, ad honorificos nominum titulos ſignanter attentionem habeant, quos ſibi ſuum concionandi officium impoſuit, atque ad fiduciam, quam de eis Chriſtus habet, attendant, quia diuinæ ſuę perſonæ laudem in ore eorum C repoſuit, nec non ad Eccleſiæ & fidei chriſtianæ, auctoritatem reſpiciant, quam Deus ſuæ linguæ fidit, ac denique ad nocumentum maximum & damnum reſpiciant, quod in audientium animis, ex corrupto vitæ ſuæ exemplo generatur, & ad ignominioſam contumeliã oculos inijciant, quam in mundi publico foro, in iuditij die perpeti debent. Et quòd intra ſemetipſos tota mente perpendãt, quantum ſibi hoc conducat negotium, atque attentè conſiderent, quam anxia debeat eſſe cura & attentio, quam de concionandi officio habere debeant, ac perconſequens quanti ſit ponderis & momenti attendant, ꝙ doctrinę vitã conforment, & ꝙ auctoritatem quã ſe habere iactãt, quia ſapientes, magiſtri, ac legis prædicatores ſunt, optimæ vitæ grauitate & põdere corroborẽt, & ꝙ in omnibus illis, que temporaliter ſuas concernunt perſonas, ſiue in domo ſit concionator, vel menſa, lecto, victu, & veſtitu, aut familiari ſua & quotidiana collocutione & conuerſatione, ſemper in omnibus his, concionatorum imaginem ſeruent. Nam etſi in hoc, Ioannis Baptiſtæ aſperitatem non teneant, ſaltem talis ſit formæ eorum viuendi modus, vt pœnitẽtium virorum imaginem & ſpeciem hominibus oſtendant, & ꝙ in omnibus pro ſuo poſſe tã graue ſanctumque officium ſapiant, ſicuti eſt euangelij & fidei chriſtianæ cõcionatores eſſe, & ſicut illos decet homines, quorum munus ſemper eſt, animas in

Exortatio.

FERDINANDVS ... VALENT ... ALEXANDER PP VI

A in cælorum regno collocare. Et cum in pulpito, de paupertate & abſtinentia, honeſtate, modeſtia, lachrymis, & ieiunio, oratione, & eleemoſina, atque patiētia tractauerint, auditores qui præſentes ſunt, ſi non totum, ſaltem horum omnium partem aliquā in ſuiſmet perſonis plantatam videant, & quòd ſi cōcionator grauitatem in concione exagerauerit, cum auditores leuē omnino
B minimè conſpiciant, ꝙ ſi honeſtatem, cordiſque puritatem perſuaſerit, ad minus huius vitij verecūdia in illo reluceat. Et ſic in omnibus alijs, talis ordo ſemper & proportio inter vitam ſuā & doctrinā ſeruetur, quòd ſeſe mutuo reſpiciant, quemadmodum duo illi cherubim, qui coram teſtamenti arca aſsiſtentes erant, qui verſis ad ſe vultibus, ſemper ſeſe mutuo reſpiciebant. Ita vt doctrina vitam illuminet, vita verò doctrinam confirmet, illiq; vires & authoritatem tribuat,
C nec taliter occipitia ad ſe verſa teneant, vt nec vita doctrinæ cō cordet, nec doctrina vitam eius dirigat: ſed diſſoluta potius, nullo ſeruato ordine, inter ſe maneant. Quòd ſi concionator ad hoc ſanctæ prædicationis feſtū, nuptiali veſte indutus, non fuerit ingreſſus, quod profectò ſic ſemper fieri deberet, ad minus non tam indecens ibi interſit, ꝙ dilaceratis veſtibus prorſus appareat, in tantumq; fœtidis &

Figura Exo. 25.

corruptis moribus, quòd aſsiſtētes auditores ad nauſeam prouocet. A

Quòd ſi tale ꝑ ſe adduxerint argumentum, quo ſeſe defendere velint, quia videlicet homines & non angeli ſunt, quibus ſemper de ſe annexum eſt, in quocumq; ſtatu defectus & humanas alias ſecum deferre miſerias. Reſpondeo, quòd etſi hoc verum ſit, ratio tamen ipſa officij exigit, vt attentè cōſiderent, quòd etſi angeli non ſint, officium tamen angelorum aſſumpſerunt, & ꝙ fidē ſuam aſtrinxerunt, ſi non adeſſe B angelos, ſaltem ad hoc, vt angeli pro ſuo poſſe appareant. Et quòd ad hoc deniq; obligati ſunt, eo ipſo ꝙ diuini verbi concionatores fiunt, vt ſi defectus à natura ſua duxerint, ad minus quòd publici non ſint: & ꝙ ſi ex fragilitate ceciderint, vitia talia non ſint, in quibus habenas (ſicut effrenes equi) ex toto relaxent, ea libertate & licentia atque raſa fronte, qua perditiſsimi ſæculares facere conſueuerunt Sed ꝙ ſi ſua permittente miſeria & fragilitate deliquerint, ad officij C ſanctitatem, quam præ manibus quotidie deferunt, continuo conſiderationem habentes tota ſolicitudine curent, ad Deum quàm citius redire, ſuamq; perſonam omni religione et optimo vitæ exemplo componere. hoc vnum ſemper ob oculos habētes, quod nimirum cordi ſuo dolorem nō medio

Argum.

Solutio.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDO

A mediocrem incutiet deformitatem, ſcilicet maximam & corruptionem, quæ in vulgo ex cõtraria viuendi forma generatur. Quãdoquidem certiſsimum eſt, quod quàm primum pulpitum aſcendunt, prius in conſpectum omnium auditorum, prodijt eorum corrupta vita, quàm concionis thema, ita vt cum verbis ſuis auditores medicari volunt, iam ſuis peſsimis moribus corruptos tenent, & dum bono doctrinæ ſuæ odore eos reficere & recreare volunt, iam ſuorum pec-
B catorum fætore, auditorum aures infectas habent.

## CAPVT. VII. VBI RAtiones continentur, quare concionatoris bonitas, auditores maximè mouet.

HAEC igitur bonitas & cõcionatoris religio, quam hucuſque tam diffuſè tractauimus, ſecūda cauſa eſt & potiſsima, quæ auditores in concione mouere habet, vt id quod prædi-
C cator lingua diſerte & elegãter profert, cum iam vitæ optimæ exemplo roboratum extiterit, diuini verbi auditores ad id opere complendum efficaciter moueãtur. Rationes autem quibus hęc innititur veritas hæ ſunt quæ ſequuntur. Curioſum namque eſt, ſimul atque conducens maxime inquirere, quid nam in cauſa ſit, quod concionatoris religio auditorem maxime moueat. A

¶ Prima ergo ratio, quare concionatoris bonitas auditorē mouet, eſt quidem. Nam cum bonitas & concionatoris religio ſuæ adiũguntur doctrinæ, maximã in auditoribus vim & efficatiã imprimit, ſic enim verius, virtutis & regni cælorum viam eos docet. Si viator aliquis de via qua incedere habet ab aliquo inquireret, vt eam vtique ſibi oſtenderet, ſi ſolo verbo ille alius ſibi viam indicaret, hoc inquam ſufficiens eſſet vt viator ipſe recto itinere incedere inciperet. Hæc tamen non vſque adeò, efficax ſibi recti itineris eſſet oſtenſio, vt poſtmodum à recta tramitis via deuiare non poſſet. Nã ſolis verbis minimè, qui eum in itinere inſtruxit, ſemitas omnes quę poſtea in via ſeſe offerrent, comprehendere poteſt. Si tamē iſte, poſt quam verbis ſuis de itineris rectitudine informauerit, manum ipſius itinerãtis apprehenderit, & cum eo ſimul vſque ad locum quo progeditur inceſſiſſet, ita vt non ſolum verbis, ſed opere ipſo ſibi viam oſtenderet, hic inquã ſecundus, multo magis ſibi eſſet proficuus, quã ille alius, qui verbis dumtaxat de itinere inſtruxit, quia viatorem ab omnibus errandi periculis in via eripuit. Neque hoc ſolum ſibi commodi confert, ſed etiam ab ipſius itineris pondere & faſtidio exonerat, quando

1. Ratio.
Simile.
B
C

A quandoquidem eius familiaritate & conuerſatione, non mediocre in itinere aſſumit animi leuamen & ſolatium. Hæc igitur differentia eſt, quę inter malum & religioſum vertitur concionatorem. Nam qui peſsimus eſt, ſolum verbis, regni cęlorum viam auditori oſtendit, quę quidē eruditio, non vſque adeò ſufficiens exiſtit, vt poſtmodum verbi auditor in multis, ab ipſa virtutis & recta beatitudinis via deuiare non poſsit, iuxta varias virtutis ſemitas, quę in hoc itinere ad regnum cælorum paſsim occurrunt. Attamen concionator qui B religioſè viuit, & id quod prædicat opere complet, poſtquam auditorem de beatitudinis patria verbis inſtruxit, manu propria ipſum apprehendit, atque in ſalutis viam ſuomet religioſo viuendi exemplo ſecum ducit, quouſq; ipſum in cælorum regnū introducit, & quod auditori grauamen eſſet & oneroſum valde, ſi ſolis verbis virtutis viam eſſet ingreſſus, nunc conſolatio maxima, & animi refugium eſt, dū ex cōuerſatione optima, & ſuaui cōcionatoris familiaritate, quam ex eius religioſa vita aſſumit, ad C cælum pergit. Nā doctrina eius operibus virtutum adiuncta, nihil aliud eſt, quàm quędam dul- (Simile.) cis familiaritas & ſocietas, quæ ſuauem quandam conuerſationem, ipſi auditori in virtutis via pergenti ingerit. Siquidem viatoris ſemper conditio eſt, recreationem ſummam & leuamem aſſumere, dum alijs in itinere occurrit, qui ſecum ſimul, eandem quam ipſe ducit, viam pergant. Qua de cauſa cum redēptor noſter Christus, in hoc viſibile mū- (Chriſt' operæ docuit.) dum deueniſſet, vt homines virtutis viā doceret, ſicut optimus officij huius pręceptor, ſolis verbis minime contentus eſt, ſed illico opera ipſa adiecit, & hoc fuit ignorātem quidem peccatorem & fragilem, manu propria apprehendere, quouſque eum in cælorum regnum penitus introduxit, quem docendi modum, ſcilicet verbis & operib', ex quo Chriſtus in mundum ingreſſus fuit, vſque ad exitum ſuum, nūquam dereliquit, vbi ſemper manu operum ſuorum oſtēdebat, quod lingua aſſerebat. Quinimo vt rectiùs dixerim, priùs opera ipſa (Expoſi. Actuū. 1. c.) hominibus oſtendit quàm verba, vt ſic efficatior eſſet eius doctrinæ eruditio, quemadmodum ex primo Actuum apoſtolorū capite conſtat, vbi de ipſo habetur, quòd cœpit Ieſus facere & docere, vt perfectè hęc regni cęlorū via hominibus diſſerta maneret.

¶ Et hac eadem ratione, excellentiſsimus ille vir, & tam pręcipuus diuini verbi concionator Ioannes Baptiſta, cum in mun- (Ioannes Baptiſta) dum aduenisſet, vt homines hāc beatitudinis viā doceret, priùs ſeſe in religione & aſperrima pœniten-

A nitentia compoſuit, acerrimam viuendi formam in heremo aſſumẽs, vt ſic ad virtutis opera manus ipſa quàm primum adhibita; faciliùs eſſet poſteà hominem per verba in regnum cęlorũ ducere, quia iã virtutis via, per opera ipſa, perſpicua manebat. Et

Sanctorum conditio.

hæc fuit ſemper ſanctorum conditio, qui in hac euangelica prędicatione ſeſe integerrimos pręceptores exhibuerunt, quia ſemper priùs ad virtutis opus manus iniecerunt, quàm ad linguã.

Potiſsima ratio.

Et quidem potiſsima ratio, quare ſolis verbis minime contenti fuerũt, fuit nempe ne in hoc caſu negotium proprium egiſſe viderentur, quia ſi ſolis verbis auditores docuiſſent, in ſui ipſorũ B ſolum oſtentationem, officiũ prędicandi direxiſſe viderentur. Sicut fortaſſe in multis, aut certè in pluribus noſtrę huius tempeſtatis concionatoribus, accidere poſſet, ſed eorum principale intẽtum fuit quidem, doctrina ſua homines efficaciter mouere, vt eos à ſua peruerſa viuendi euellerent conſuetudine, ſicut gentes quæ Deo fidelitatem ſeruarunt, in hoc quòd officij huius rectam Deo reddere haberent rationem, iuxta euangelicam ſentẽ

Expoſi. Mat. 24.

tiam, qua dicitur. Quis putas fidelis erit ſeruus & prudens, quẽ C conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore ſuo. Tunc enim cibus à fideli ſeruo auditoribus præſtatur, cum non ſolis verbis doctrina porrigitur, ſed operibus adiũctis. Nã tunc concionatoris doctrina panis comedendus efficitur, quia nimirum optima cõcionatoris vita, ſal quoddã eſt, quo doctrina conficitur & dulcis panis auditori redditur. Hinc igitur eſt ꝙ non ſolis verbis, in hoc concionãdi officio cõtenti ſunt ſancti, ſed verba ipſa, virtutum operibus aſſotiarunt, nam hoc certius & efficatius mediũ erat, vt in regni cælorum viam homines inducerentur. A

Simile.

¶ Legitur Ieremiæ capite. 38. ꝙ cum Sedechias rex, Ieremiam prophetam in puteum quẽdam proijci iuſiſſet, vt ibi vitam finiret, cum iam in putei limo ſediſſet, volentes eum à profundo ipſius putei extrahere, funiculum quendã miſerunt, panniculis veteribus inſertum, vt in eis ipſius prophetæ manus inniterẽtur, ne ipſius funiculi aſperitate, manus abſcinderentur, & ſic facilius à puteo exire poſſet. Pari forma cũ prædicator peccatori homini in ſuis concionibus ſuadet, vt bonus exiſtat, qui tũc temporis in profundo peccatorũ ſuorũ limo immerſus iacet, quaſi in obſcuro culparum ſuarũ & tenebroſo loco ſepultus, tũc inquã, vt eum inde extrahere poſsit cõcionator, euangelicã doctrinã quaſi funiculũ quendam ad ſe proijcit, vt eam manibus apprehẽdens à putei profundo exire valeat. Attamen

Expoſi. Figuræ, Iere. 38.

B

C

A men quia funiculus hic aſper admodũ eſt, propter legis chriſtianę aſperitatem & rigorẽ, quẽ in ſe chriſtiana continet doctrina, quia penitẽtiam & ſenſualitatis reſiſtentiã, atq; virtutũ difficilia opera pręcipit, ne hoc funiculo auditoris manus abſcindãtur, expedit quidẽ vt non ita nudã ſibi doctrinam hanc proponat cõcionator, ſed ꝙ in ea, aliqua ſibi cõcionatoris virtutum exempla, tã quã veteres pannos inſerat, vt eis peccator homo innixus, doctrinæ rigore, auditoris manus non abſcindantur, ſed ꝙ eius optimo B viuendi exẽplo adiutus, à peccatorum ſuorũ profundo exire valeat, facilius quidem & ſuauius, quã per ſola cõcionatoris verba. Et hęc ita eſt diui Gregorij expreſſa ſententia. 25. Moralium libro. capite. 8. vbi ingenioſè admodum hiſtoriam hanc Ieremię prophetę proſequitur, huic dumtaxat propoſito, de quo in pręſentia agimus, doctrinã applicans:

Grego.

Figura, Leui. 6.

¶ Leuitici capite. 6. legis pręceptum erat, vt in altari ſemper ignis arderet, ad quod inſtãter ſacerdoti præcipiebatur, vt ligna ardẽti igni adminiſtrare tota ſolicitudine curaret, ne quãdoque ignis ille extingueretur. Ignis C hic, qui ſemper in diuina pręſentia ardere habet, ipſamet eſt euãgelica doctrina. Hæc namq; eſt, quę hominum intellectũ & mentes illuminat, & quæ eorum accẽdit corda, & quæ etiam ſuæ peſſimæ vitæ ſpurcitias adurit & A conſumit, quæ tres ipſius ignis proprietates ſũt. Huic ergo igni Deus concionatori præcipit ligna ſubminiſtrare, vt ſemper ardeat. Quæ ligna nihil aliud profectò ſunt, quàm ipſius concionatoris optimum viuẽdi exemplũ, atque virtutum opera, quę in doctrina ipſa inſerta, eam in ardentes flãmas accendunt. Et hoc eſt doctrinam ardere, quãdo cum religioſa concionatoris vita, ſicut cum lignis, doctrina ipſa aſſotiatur. Et hęc fuit euangelici cõcionatoris excellẽtia maxima, quam ſecum attulit, diuinus ille homo B Ioannes Baptiſta, de quo Ioãnes, 5. capite legitur, ꝙ lucerna erat ardens & lucens. Nam doctrinã euangelicam quam prædicabat, ſuorum operum exemplo aſſotiabat, quæ tanquam ligna doctrinæ ipſi applicata, ardentem excitabant flammam, qua citius peccatores homines comburi poſſent, & tandem à ſuis ſceleribus mundarẽtur omnino. Et hæc differẽtia eſt, quæ inter religioſum & peſſimum vertitur concionatorem, ꝙ malus concionator lucet ſolum, bonus verò & lucet & ardet.

Ignis ꝓprietates.

Quid ſit doctrinã ardere.

Expoſi. Ioan. 5.

¶ Maximè differt inter ignem, qui ſolũ in prunis exiſtit, & ignẽ qui iam flãma eſt, qui vtiq; iam ardet. Primus quippe ſemiſopitus ignis eſt, qui non tanta virtute & efficatia cõburere valet, cæterũ ignis, qui iam flãma exiſtit, C

Differẽtia.

Simile.

Yy multo

A multo magis illuminat, atq; vir tutem maiorem conſequitur, vt quod apprehēderit, efficatius & in temporis momento cōſumere poſsit. Hoc igitur inter malū & bonū cōcionatorem diſtat: nā in malo, doctrina eius prunę incēſę ſunt, neq; adeò lucet, neq; adhuc eam habet virtutē & efficatiam, vt auditorem accendere, & tandem cōſumere poſsit. At verò in concionatore optimo, & qui religioſus eſt vir, doctrina ipſius ardens flāma eſt, ſuis namq; bonis ardet operibus, atq; magis ipſius audiētis intellectum illuminat, maioremq; obtinet virtutem, vt

B efficatius ipſius ſenſualitatis vitioſum, abſumere valeat.

Simile. ¶Hinc ꝓuenit, ꝙ ſicut in prunarum igne, vigor quidam eſt & calor, qui vltra non procedit, ſed in ipſis manet impreſſus carbonibus, & paulatim magis ac magis mortificatur, quouſq; tandem in cineres & fauillam vertitur: ſic etiā peſſimi cōcionatoris doctrina, quę in ſolis verbis impreſſa manet, & ad virtutum opera minime tranſit, ignis quidam mortificatus eſt, qui in ipſiſmet verbis (velut in carbonibus) ſolū impreſſus remanet, abſq; eo ꝙ in audiētes aliquid eius trāſeat, qui parūper indies mortificatur, vſquequo ſola verba in ore cōcio-

C natoris relinquūtur, ita quidē arida ac ſine effectu, ac ſi nihil in

Expoſi. Pſalm. cōcione penit⁹ dixiſſet. De quib⁹ ꝓpriè Dauid ꝓpheta aſſerit: Adhęſit lingua mea faucibus meis. A Nam cum euangelicū concionatorē, eius peſsima cōfundit vita, tūc tēporis lingua eius, ipſius nimirū palato adhęret, quia vitæ confuſione detētus, nihil efficaciter in auditoribus operatur. Itaq; etiā ſi vox eius in audiētes, ab ipſo ore videatur exiſſe, minime tamē ita eſt, quin potius magis propriè aſſeri poteſt, ꝙ ad ipſummet concionatorem cōuertitur, quia eius cōcio, potius turdi cuiuſdā garrulitas quędā eſt, qui intra ipſius guttur, cātici melodiam totā formās, nihil exterius diſtinctè pronunciat. De quo in B quam cōcionatore dici poteſt, ꝙ ore clauſo audiētibus loquitur, quia totius eius cōcionis muſica intra ipſius guttur omnino incluſa manet, quia profectò doctrina ei⁹ nulla exēplaris vitę efficatia, ad auditores ipſos peruenit, vt inde aliquid emolumēti capere poſsint. De quibus propriè diuina ſcripturæ ſententia ait: Os habent & nō loquētur. Expoſi. Pſal.113. Nam etſi exterior ſit verborū pronunciatio, cum tamen de ſe nihil boni operis fructus in auditoribus pariāt, quia quod verbis prædicāt, moribus conculcant, inde eſt ꝙ nihil ſe fuiſſe loquutos dicūtur.

¶Secūda ratio, quare cōcionatoris bonitas maximè ad mouen 2. ratio. dum auditorem cōducit, eſt nēpe. C Nam eadē euangelij verba à viro religioſo prolata, & optimis compoſito moribus, maiorē vim effi-

A & efficatiā in ſe habēt, quàm ſi à malo proferrentur. Pro cuius intelligentia preſupponēdū eſt, velut iſtius veritatis precipuū fundamentum, ꝙ euangelica verba, ex eo virtutem habent auditorē mouendi, atq; vitā illi preſtādi, quia ꝑfectò Dei ſunt verba, hinc enim ſibi omnis eorum virtus & efficatia prouenit, vt hominis cor mouere valeant, quemadmodū ex illo Matthæi capite. 4. cōſtat. Vbi cū Chriſtus demoni reſpōdiſſet, cur lapides in panē nō verteret, dixit, quia virtus & animæ vita, ſolum in materiali hoc pane minime conſiſtebat, ſed in verbis, quę ex Dei ore procedebāt. Itaq; ſicut omnibus alijs rebus, quę ſuæ diuinę perſonę cōiūctę erāt, hęc eadē vita cōmunicabatur, & inde in homines poſtea dimanabat. Sicut de veſtimēto eius cōſtat, cuius preciſè tactꝰ hominū ſanabat infirmitates, ſic enim in muliere, quę ſanguinis fluxū patiebatur apparet, quę ſolū ad fimbrię eius tactū, illicò ſanata extitit. Item ſi aliquē, ipſius Chriſti manus tāgebant, ſanabatur etiā, & oculorum præterea viſu, ſalutē præſtabat, & adhuc oris ſputo, cęcis reſtituebat viſum, quia nimirū omnia hæc, ſuę diuinę perſonę cōiūcta erāt. Ad eum ergo modū verba eius, virtutē etiā continebant, ad præ C ſtandā hominibus vitā, quia ab ipſius Dei ore promanātia erāt.

Funda-metum.

Expoſi. Matth. 4. c.

B

Simile.

¶ Hinc igitur eſt, ꝙ quanto magis euangelij verba ori Dei propinquiora ſunt, tāto maiorē virtutem atq; saporē in audiente generant. Itaq; ſicut lac in ipſomet matris pectore acceptum, efficatiorē virtutem retinet, ſuauiorque pueri palato redditur, quàm ſi in ſcultella ſeorſum acciperetur. Et aqua etiam, cum in proprio fonte bibitur, alium homini guſtū generat, quàm ſi in vaſe deſumeretur, nec non & mel in ipſomet fauo deſumptum, maiorem guſtum obtinet, quā cum in vaſe aliquo acciperetur: ſic etiā verba ex ipſomet Dei ore accepta, lac quoddā erat in ipſomet matris pectore deguſtatum, & aqua in ipſo potata fōte, atq; mel in fauo comeſtum. Et hinc eſt ꝙ diuina verba, tā fortia & valida à Chriſto prodierūt, ꝙ vniuerſum orbem commouere ſuffecerunt.

A

Simile.

Simile.

Simile.

B

¶ Hoc igitur iacto fundamento, ſequitur inde quòd dum concionator religioſus eſt vir, & optimis exiſtit compoſitus moribus, ad ipſius Dei eſſe & naturam proprius accedit, quia quo melior extiterit, eo magis ad diuinę naturę ſimilitudinē appropinquat, & etiam plus diuinum eſſe participat, ſicut ex illo Mathęi capite. 6. aperte cōſtat. Quo in loco Deus nos omnes incitat & prouocat, vt vitam noſtrā vſque adeò ad perfectionis culmē deducamus, vt tādem ſicut ipſe fuit, ita & nos perfecti ſimus, cū dixit: ſtote perfecti ſicut pater

Expoſi. Mat. 6.

C

A veſter cæleſtis perfectus eſt. Itaq; gratia Dei hominem Dei filium conſtituit, eumque patrem noſtrum reddit, atq; hominem quodammodo à ruſticitate & craſſo carnis et ſanguinis eſſe denudat, delicatiſsimumque eſſe in ipſo homine ſpiritus conſtituit. Cum igitur ita ſe habeat, quòd bonus et religioſus concionator ex ea parte qua virtutis rectitudinem cõſequitur, ad ipſius Dei eſſe nimium accedat: hinc oritur, quòd eius verba, maiorem obtinebũt virtutem et efficatiam, quàm mali concionatoris verba quia nimirũ magis Deo ipſi appropinquat, quàm ille alius. Itaq; B Dei gratia quæ eum meliorẽ reddit, ipſa eadem maioris efficatiæ & virtutis ſua conſtituit verba. Simile. Sicut in alicuius riuuli aqua contingit, quę quãto magis ipſius fõtis origini propinquior extiterit tanto purior & maioris extitet virtutis, & ècontra, quo lõgius à fonte dictauerit, minoris exiſtet profectò puritatis & virtutis: ſic etiã cum boni prædicatoris verba, ab eius dimanauerint intellectu ſimul cum bonitate & religione, quę Dei amicitiam cõſtituit, inde profectò tanquã ab homine Deo propinquiori, fortiorem conſequuntur virtutẽ, quia exeunt quidem à riuulo Deo ipſi C propinquiori, Deus ſiquidẽ bonitas ipſa, & totius virtutis origo eſt, cui cum bonus concionator propinquior, ſit & coniunctior, inde eſt quòd verba eius efficatiorem ſortiuntur virtutem. A

¶ Ezechielis capite. 1. adducitur mirabilis quędã viſio, quam ipſemet ꝓpheta Ezechiel vidit, quatuor videlicet animaliũ, quæ rotas quaſdam circumferebant, quarũ motus iuxta prophetę hiſtoriam, ſic formabatur. Quãdo enim animalia eleuabantur, aſcẽdebant etiam & ipſę rotę, cũ autem animalia deſcendebant, deſcendebãt pariter & rotæ. Rotæ iſtę, iuxta diui Gregorij ſententiam, ſacra ipſa ſcriptura ſunt. Namquemadmodum rota in ſuo motu ad omnes deuoluitur partes, neq; locus ibi aliquis eſt, ad B quem non ſe cõuertat, ſiquidem iam ſurſum eſt, iam deorſum, iã verò in latera ſe conuertit: ad eum omnino modũ ſancta ſcriptura, omnia ſuis documentis, & ſanctiſsimis ſanctionibus reſpicit. Cuius vtiq; pręcepta (velut ſalutifera docũmẽta) omni morborũ generi applicatur, tam gentibus quã chriſtianis, regibus & principibus, pauperibus & diuitibus, lętis & triſtibus, ſanis & infirmis, & deniq; bonis & malis. Ad omnes inquã in diſciplina ſua ſe conuertit, & omnibus eorum infirmitatibus medicatur, eorum reparans defectus, & debilitates fortificãs. Habet pręC tereà rota ſecundam proprietatem, quod à profundo ciſternæ aquam educit, qua irrigantur & creſcunt plantæ, quæ dum per totum

Figura, Eze. 1.

Grego.

Simile.

Scriptura omnibus proficua.

Simile.

A totum diffunditur pratum,mil-
le florum genera prodire facit.
Hac eadem forma ſancta ſcriptu
ra rota quędam eſt,quia ab ipſo
Dei pectore aquam educit, qua
variæ hominum virtutes irrigã
tur, quæ quidem aqua per ani-
mam noſtram( velut per pratum
quoddã effuſa) varijs virtutum
generibus eam impregnat, qua
ſemper viridis atque florida exi-
ſtit. Animalia autem, quæ hanc
ducunt rotam, euangelici con-
cionatores ſunt, atque chriſtia-
næ legis præceptores, quando-
quidem ipſi lingua ſua eandem
mouent rotã,quia chriſtiano po-
pulo ſacram proponunt, & de-
clarant doctrinam, atque ſen-
B ſum & ſpiritum, quem in ſe clau
ſum habent, ex ea educunt. Eſt
igitur ſic,quòd cum prædicato-
res iſti ac legis doctores,ad cul-
men perfectionis aſcendunt,aſcẽ
dit etiam & ſancta ipſa ſcriptu-
ra, & dum ipſi in virtutis opere
creſcunt, creſcunt etiam verita-
tes quas populo concionantur,
nam calor ille & vigor quem ſto
machus religioſi viri in ſe reti-
net,eiſdem etiam communicatur
veritatibus. Itaq; ignis ille, qui
ipſum incendit concionatorem,
quia Dei amicus exiſtit, ille idẽ
eſt,qui eius etiam accendit ver-
ba,atq; vita illa & ſpiritus,quam
C ſibi diuinus tribuit ſpiritus, vt
efficaciter virtutẽ operetur,hæc
eadem eſt,quæ verbis eius effica
tiã & viuum quid prẽſtat,vt ho-

Creſcẽte cõcionatoris virtute creſcit, & ſãcta ſcriptura.

minũ corda viuificet. Itaq; ſicut
ferrum,& ſi à natura ſua frigidũ
ſit,quia tamẽ igni adhęret,ipſius
ignis calorẽ aſſumit, quod tamẽ
cũ antea frigidũ de ſe eſſet,poſt-
modum non ſolùm calefacit,ſed
comburit: ſimiliter euangelica
verba,quæ in malo concionato-
re frigida erant, dum à bono &
religioſo exeũt cõcionatore,quia
Deo ipſi tanquam verò igni cõ-
iuncta ſunt,velut ab igne incen-
ſa prodeunt,atq; ipſos auditores
accẽdunt,& in virtutis via arde-
re faciunt. Et hoc eſt quod apo-
ſtolus Paulus aſſerit, cum di-
cit, qui adheret Deo vnus ſpi-
ritus fit cum eo, quod idem eſt
ac ſi apertius dixiſſet, quòd ho-
mo bonus, ex ea familiaritate &
commertio, quod cum Deo ha-
bet, ſuuſmet diuinus ſpiritus
tam intimè in eo imbibitur, vt
iam idem cum Deo ipſo videa-
tur eſſe. Qui nempe ſpiritus,nõ
ſolùm concionatoris adhęret,&
communicatur perſonæ,ſed ſuis
etiam verbis. Nam ſicut in Chri
ſto, omnia quæ ipſi adhęrebant
diuinitati, vitã hominibus præ-
ſtabant, quia vtique ſuæ diui-
næ perſonæ inſtrumenta quæ-
dam erant, vnde eius veſtimen-
tum, & viſus, verba, atque oris
ſputum vitam hominibus tri-
buebant: ſic pariter ex ea par-
te qua concionator bonus eſt,pa
rentellã quandam cum Deo ipſo
contrahit,quia per gratiam eius
diuinum eſſe participat, vnde

A Simile.

Expoſi. 1.cor. 6.

B

Simile.

C

A oritur quòd eius verba, vigorē & viuum quid ſpirituale, homini præſtent. Sic ergo intelligitur quòd euangelica doctrina aſcendit & creſcit, quando qui eam prædicat, in virtute etiam aſcendit & creſcit.

3. ratio. ¶Tertia ratio, quare concionatoris bonitas & religio maximè ad mouendum auditorem cōducit, eſt quidem quia tunc temporis fortior à concionatore doctrina ipſa procedit. Promanat enim tunc tanquā à proprio fonte & loco, ſiquidē procedit quodāmodo velut naturalis ipſi concionatori. Differētia. Hęc ſiquidem inter ea quæ homini naturalia & artificialia ſunt, differentia eſt, quòd B hæc tanquam homini propria, vigorem & calorem ſecum ducūt, illa autem velut compoſita & artificio condita, tepiditatem quādam & frigiditatem ſortiuntur. Hæc eadem eſt diſtātia inter bonum & vitioſum concionatorem, quòd qui bonus eſt, ea quæ prædicat, quaſi ex proprijs loquitur, cæterum qui malus eſt, dum concionatur, non niſi artificio quodam loqui videtur, quia non tanquam ex proprijs ſed alienis concionatur, vnde optimi prædicatoris verba, fortiorem in audientium cordibus C virtutem imprimūt quàm mali, quod profectò, ab exemplo clarū eſſe comprobabimus.

Simile. ¶Cibus enim qui ſemel ab homine comeſtus & digeſt⁹ eſt, virtutem atq; animi vigorē ipſi comedenti præſtat, vnde efficatius A poſtmodū ſuas proſequitur actiones, nam poſtquàm iam deglutitus eſt, atque in hominis ſtomacho digeſtus, cōtinuò in carnem & oſſa vertitur, & hinc vires & neruos ipſi comedenti ingerit, vt viriliter opera ſua exerceat. Itaq; virtus ipſa cibi, iam velut propria ab ipſo comedente exit, at vero cibus, qui ſolùm olfactus eſt, hoc neutiq; habere poteſt. Non enim tanta eſt virtus, Differētia. quam pomum olfatum, homini præſtat, ſicut dum iam comeſtū eſt. In hoc igitur differt bonus à malo concionatore, nam qui malus eſt, veritates ſolùm olfacit, B Nam nihil ex eis præter earum intelligentiam retinet, quia intellectu ſolùm (veluti naribus) eas odoratus eſt. Bonus autem concionator, veritates, quas prædicat comedit, easque proprium ſibi cibum conſtituit, nam poſtquam eas in intellectu repoſuit, operis executione deglutit, atque Dei amore & calore digerit, ac demum ineſſe & animæ ſuæ ſubſtantiam conuertit, & hinc calorem maximum & vim conſequitur, cum poſtmodum eas ore pronuntiat. Nam hæc eadem verba, quæ ſibi appetitum & voluntatem generant, vt propriam ipſiuſmet vitā C reformet, hæc eadem in proximorum ſuorum vitæ zelum etiam accendunt, necnon & vim eandē

& ef-

A & efficatiam, quam in ſuæ propriç vitç reformatione apponit, in proximi ſui etiam apponit reformatione, ſiquidem ab vna, altera promanat, iuxta ꝓphetç Dauid ſententiã, qua ait. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcit ignis. Nam ex proprio cordis calore, ignis ad incendēdum alios, ſtatim oritur. Semper enim ſic eſſe conſueuit, ꝙ ſi ſemel in Deo, cor hominis in ſe ipſo accēſus fuerit, ad ea omnia quç ad Deum ipſum attinēt, etiam accenſus manet. Nam quemadmodũ ignis, priùs lignũ illud accendit, quod ſibi propinquius eſt, poſtmodum autē ad ea

Expoſi. Pſal. 38.

Simile.

B quç in circuitu eius ſunt ſe extēdit: pariforma etiam contingit, videlicet ꝙ amor Dei, poſtquam domini ſui incēderit cor, eiusq; res proprias combuſerit, ad comburendas etiam alienas, illicò ſe extendit. Nam ſicut ignis conditio eſt, nullo modo quieſcere, ſed ebulire & ſemper aliqua, quç comburat inquirere: ſic calor, qui ſemel proprium hominis cõbuſerit cor, ne ocioſus maneat, tanquam flamma ebuliens alios ſtatim, quos comburat quærere habet.

Simile.

¶Et hoc eſt quod Salomõ, optimum legis preceptorē admonet, 5. Prouerbiorũ capite, vbi ſic ait.

Expoſi. Prouer. 5. c.

C Bibe aquã de ciſterna, & deriuētur fõtes tui. Vt ꝓpriè (inquit) legis prçceptor, & ſapiens vir appellari poſsis, bibe priùs hãc ſapientiæ aquã, de ſcripturç ſacræ ciſterna, & tũc tēporis à temeptipſo, riuuli quidã velut à proprio iam fonte promanabũt, vt cçteri bibãt, pariter & ſatiētur. In ſcriptura ſacra, aqua appellatur ipſamet ſapiētia diuina, ſicut ex Eccleſiaſtico cap. 15. cõſtat dicenti, in medio Eccleſiæ aperuit os eiꝰ & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et merito quidem ſapientia, aqua denominatur, nam ſicut aqua bibentis guſtum recreat, eiusq; ſitim ſedat, & ſatiatum omnino relinquit: ſic etiam ſola ſapientia, in hac vita hominis appetitum ſatiat, & recreat, quia ex hac parte qua homo eſt & nõ brutum, eius natura & verus appetitus, in ſapiētia ſolum poſita eſt, quæ principalior eſt actio, in ipſo hominis eſſe, quandoquidē ſola ratione à bruto differt. Hanc ergo ſapiētiam Deus illi bibendam præſtat, vt in ſe ipſo iam comeſta atq; digeſta, ab eo tanta fortitudine efficatia, & feruore exeat, quanta ad mouendum auditorem exigitur. Et hec eſt quæ propriè in concionatore ſapientia appellatur, nam ſecundum diui Thomç ſententiam, in hoc ſcientia à ſapientia differt, nam ſcientia in ſolo hominis intellectu manet, ſapientia autē ab intellectu ad hominis guſtum deſcendit. Quod vtiq; eſt cũ homo doctus minime cõtentus eſt, ex eo ſolũ ꝙ veritates quas tractat intelligit, ſed cũ ex eis cibũ

Expoſi. Eccle. c. 15.

Simile.

Triplex aquç cõditio.

S Tho.

Sapiētia differt a ſcientia.

A ſuum atq; potum conficit, & cũ eas, ex virtutum exercitio quem habet, iam in palato & guſtu reponit, ex quo nimirum exercitio eandem omnino recreationẽ & guſtum accipit, ac ſi in ore ſuo dulciſsimum quendam maſticaret cibũ. Vnde ſanctus Thomas ait, ꝙ vocabulum hoc ſapiẽtia iuxta ſuum nomen ſortitur etiam naturam & conditionem. Idem enim ſapientia eſt, quod ſapida ſcientia, ac ſi apertius dixiſſet, ſapientia, cognitio illa rerum eſt, quæ iam ipſi ſcienti ſaporem ingerit, quod tunc tẽporis accidit, cum videlicet, ſapientiam, quam habet homo, bene viuendi exercitio aſſotiat, in hoc enim ſapor eius totus conſiſtit. (S.Tho.) B

¶ Huic ſententiæ concordat, quod Ezechielis. 3. capite adducitur. Vbi cum Deus prophetã ipſum, in legis ſuæ pręceptorem aſſumere decreuiſſet, dum librũ quendam in manibus propheta haberet, vt os ſuum aperiret, atque vt librum comederet, Deus illi præcepit, vt hinc intelligeret, quòd tota prædicationis ſuæ vis in hoc maximè conſiſtebat, ꝙ veritates, quas prædicaturus erat, iam comeſtas ac digeſtas habere deberet. Et quidem legis librum comedere perſpicuũ eſt, nihil aliud eſſe, niſi concionatorem priùs in ſe ipſo complere debere, quod oris verbo ab ipſo alijs ediſſerendũ fuerit. Nam quẽ admodum aliquem comedere cibum, eſt nempe ipſum primo dẽtibus terere, & poſtea deglutire, ac deniq; poſtremo in ſtomachũ traijcere, vbi tandem, ſtomachi calore digeſtus, in comedentis ſubſtantiam vertitur. Sic etiã veritates concionatorẽ comedere, eſt quippe eas priùs intellectus actione maſticare, attamẽ eas deglutire, eſt cum iam eiſdem veritatibus affectus, volũtate & amore amplexatur, & inde poſtmodum in anima, velut in ſtomacho reponuntur, vbi tandẽ amoris Dei calore, & fidei zelo digeruntur, cum autem vltimo iam opere ipſo complentur, ineſſe & ſubſtantiam ſpiritualis viri conuerti dicuntur. Quo fit vt dum cõcionator harum veritatum lacte fuerit nutritus, ſicuti cibo quidem iam ſibi connaturali, loquitur de ipſis, nõ vtcumq;, ſed ac ſi cum ipſis à ſuis in cunabulis extitiſſet educatus, & quaſi homo, qui illud pronuntiat exteriùs, quod intus retinet. Et hac de cauſa tam efficaciter auditorem mouet, quia ibi iam cõcionator ardenter & ex animo doctrinam auditoribus proponit. (Figura, Eze. 3.) C (Simile.) A B (Simile.)

¶ Confirmatur etiam ſententia hæc noſtra, ex illa Ezechielis hiſtoria, capite. 10. vbi dicitur, ꝙ dum quatuor illa volarent animalia, ſub eorũ alis manus quędam carneæ ſuppoſitæ erãt, quæ quidem manus, alas ipſas animalium ſuſtinebant, quæ pręterea manus, (Figura Eze. 10.) C

A manus, animalium volatui vires & fortitudinem conferebāt. Alę iſtę & animalium volatus ipſa eſt concionatorum ſapientia. Nam quemadmodum aquila, alijs ſuis ſupra terram eleuatur, ſic etiam ſapientia hominē ipſum ſupra creata omnia extollit, & mirabiliter in altum ſublimat, & in tantum, rerum naturas tranſcendit, vt tanquā omnium rex & potentiſſimus dominus, ſupra omnia huius mundi caduca volitet, omnia parui pendens & pro nihilo ducens, quicquid in orbe toto cōtinetur, Nā cum per hanc ſapientiam, miſeram rerum omnium conditionē homo intelligat, & cōtinuo ſupremas bonorum cæleſtium diuitias, ſimul agnoſcat, inde ſtatim hęc ſuprema bona, cum illis caducis & infimis confert. Vnde profectò prouenit, vt illico quicquid in orbe toto eſt temporale, ſibi vileſcat & deſpectui habeat, atque vt omnia tanquā ſtercora pedibus cōculcet, Attamen huiuſmodi concionatoris alæ, manus quaſdam ſub ſe portare habent, quæ proculdubio manus, opera ipſa virtutis ſunt quæ per hominū manus in ſcriptura ſacra intelligūtur, vt his manibus doctrina quā concionator prædicat, ſemper fulciatur & conſolidetur. Nam dum concionatoris doctrinæ, hoc virtutis fulcimentum deeſſet, mirum profectò eſſet ſi tūc temporis totum concionandi officium non rueret, ſicut domus cum fundamento careret quod ruinam minetur neceſſe eſt, nam quemadmodum lac ipſius infantis eſſe ſuſtentat, coloremq́ue & viuum quid atque ſpiritum illi indidit vnde videntibus, infantulus ille pulcher apparet, cui tamē ſi quādoque matris lac deſſiceret, continuò debilitaretur, ac mortis exponeretur periculo: ſic etiam religioſa concionatoris vita, ipſius doctrinæ lac quoddā ſingulare eſt, quod illi eſſe & viuum quoddam atque ſpiritum, in his quæ dicit, præſtat, pulcherrimosq́ue ſibi colores tribuit, quibus vſq; adeò auditores ipſos afficit & gratos reddit, vt doctrinam ſtatim velut chariſſimam amplexātur ſponſam, eamq́ue ſibi in vitæ ſuę reformationem, atque animi, ſolatium aſſumunt.

*Simile.* (B) *Mirum artificiū* (C) *Simile.* (A) *Simile.*

¶ Hęc igitur eſt illius concionatoris conditio, qui bene viuendi exemplo doctrinā ſuam corroborat, quod videlicet doctrinam ipſam comedere dicitur. At vero malus prædicator, qui virtutum moribus caret, & doctrinam quam prædicat in intellectu dumtaxat repoſitā habet neque in aliquo virtutis opere ad eius dēſcendit palatum, illā profectò non comedere, ſed ſolum odoraſſe dicitur. Et hac de cauſa parum in audientium animis, vtilitatis affert. Nam quēadmodum odor ei qui odoratur

*Bon' cōcionator doctrinā comedit.* *Malus olfacit.* *Simile.*

A vitam & vires vt inde viuat tribuere non ſufficit: ſic etiam doctrinæ odor, parum vitæ & ſubſtantiæ concionatori cōcedere poteſt. Qua de cauſa ipſe etiam in ſe concionator vim paruam & eficaciam ſortitur, vt audientes mouere poſsit, nā qui ſibi debilis eſt, debilis etiam pro alijs exiſtet.

5 Ratio. Quarta ratio, quare concionatoris bonitas conducens maximè eſt, vt auditores in concione B moueantur, eſt vtiq; quia cōcionatoris vita ipſius eſt doctrinæ vires & fortitudo. Nā ſicut nerui in cōpoſitione hominis, oſſa ipſa conſolidant & innodant, & hinc vires & robur, ipſiſmet prę ſtantur membris, quæ de ſe anteà laxa & diſiuncta erant: ad eū modum concionatoris doctrina, cum ſeorſum nuda ſine bene viuēdi exemplo aſſumitur, debilis admodum eſt & remiſſa, atque ſine neruis quodammodo vſque adeò, vt parum fructus in auditoribus parere poſsit. Nam dum C concionatorem auditores bene loquentem, & male operantem vident, intra ſemetipſos hæſitantes manēt: & inde fit, vt id quod audiunt libenter non recipiant, exiſtimantes talem concionandi modum, potius ipſius concionatoris oſtentationem quandā eſſe, quàm veram prædicandi formā & animarum zelū. Quòd ſi optima vita eius adiungatur doctrinæ, nerui ſunt qui eam vtiq; adunant & conſolidant, vt in auditorum mentibus imprimat, nam A videntes eū opere ipſo, quod loquitur adimplere, videtur ſibi ꝙ predicatoris lingua, iam verum ex animo loquantur, & quod ibi ex cōſulto rem animarum agat. Et hac de cauſa preſumūt de eo, quod ſui ipſorum zelum & verā curam gerat, & veluti virū, qui vita iam & doctrina integer exiſtit, libenter audiunt, & tandem fidem omnes, ſicut vero & catholico cōcionatori exhibent, ac demum ea, quæ ſibi concionatur efficaciter exequuntur.

Simile.

¶ Hanc igitur inter malum & religioſum cōcionatorē, differētiam eſſe conſtat, quod boni con- B cionatoris doctrina, vires habet & neruos, mali autem debilis admodum exiſtit. Et hanc differentiā aſſignauit Chriſtus Matthęi 7. capite dicens, quod homo ille, qui id quod audit operibus confirmat, ſimilis eſt ſapienti viro qui fortem ædificauit domum, quia eam ſupra ſolidiſsimum lapidum firmamentum cōſtituit, quam neque venti neque pluuiarum incurſus euertere valuerūt. Cęterum ille, qui poſtquam euāgelicam doctrinam audierit, rectè viuendi exemplo minimè aſ- C ſociat: ſimilis quidem eſt ſtulto viro, qui domum ſuam ſupra arenam fundauit, quam cum venti & pluuiæ aduenirent, eam penitus euerterunt. Sicut ergo hoc in auditoribus accidit, ſic pariter

Expoſi. Matt. 7.

A ter in concionatore contingit, quia cum doctrinæ ſuæ religioſos adiũgit mores, tam validam reddit doctrinam, ſicut domum ſupra firmiſsimam petram fundatam. Nam optima concionatoris vita, verè & propriè ſaxum quoddã eſt, quod ſedem & firmitatem, doctrinæ ipſi prȩſtat, quia cum hæc duo ad ſe inuicem ſic coniuncta fuerint, pluuijs atque ſȩculi huius tempeſtatibus maximè reſiſtunt, tantamq; doctrina virtutem in ſe ipſa ſortitur, vt in audientiũ mentibus maximè imprimat. Et hac de cauſa Apoſtolorum prȩdicatio, mundum totum proſtrauit, quia nimirũ ab B apoſtolicis illis viris, doctrina & moribus veſtitis, concio dimanabat. Cæterum mali concionatoris eruditio ſupra arenam ȩdificium eſt, nam cum fundamento quo innitatur careat, facile ruit, quia ſibi firmamentum deficit. Et eſtò verùm ſit quòd euangelica diſciplina, validiſsima de ſe ſit, atque virtutis maximè: attamen ex debili concionatoris vita, in audientium animis debilis admodum manet etiam doctrina ipſa, ne in ipſis auditoribus eam vim & efficatiã habeat, quæ ad eorum exigitur ſalutem. Nam quemadmodũ lignum, quod in C ȩdificio ponitur, eſtò de ſe bonũ ſit, parui tamẽ valoris exiſtit, ex debili parietis loco in quo ab artifice collocatum eſt, nam ſi paries ipſe tener exiſtit & recenter confectus, ſtatim cum ligno A vel trabe, in terram proſternitur: ed eum ergo modum veritas euangelica, in mali concionatoris ore poſita, quantum de ſe eſt virtutem ſemper in ſe ipſa habet, attamen quia ſupra peſsimã concionatoris vitam collocatur dum vita ruit, ꝙ etiam doctrina quodammodo ruat neceſſe eſt, ex hac igitur parte non vſque adeò in audientium animis, eius virtus relucet.

Simile. Apoſtolorũ prædicatio. Argu. Solutio. Simile.

## ¶CAPVT. VIII. DE tertia principali cauſa, ex qua auditores moueri poſſunt, quȩ ipſius concionatoris ſpiritus eſt.

B

TERTIA & potiſsima cauſa, ex qua diuini verbi auditores in concionibus mouentur, ob quam verè & efficaciter à peſsima morum conſuetudine euelluntur, ſpiritus quidem eſt, quo prædicator euãgelicam doctrinam illuſtrat, in quo potiſsimè vis & totius doctrinæ vires conſiſtunt, ſine quo quantumuis dicendi ſtylus optimus eſſet, maximaq; concionatoris eruditio, frigida admodum eius maneret doctrina, neq; adeò ſufficiens ad finẽ, qui in concionibus intẽditur, qui nimirum finis & intentum, eſt nempe ante C omnia auditorem in concionibus mouere. Et hinc eſt, ꝙ raró in litteris ſacris huius nominis

ſapientia

A ſapientia mentio fiat, quin etiam de eius ſpiritu habeatur ſimul mentio, vt hinc intelligamus, quàm parum ipſius hominis ſapiētia pręſtat, quę ſpiritu caret. Eſſet enim tunc temporis ſapiētia eius exanimis & remiſſa nimis, & quaſi ſine anima corpus quod quidem corpus, etſi organizatum ſit, & membris diſtinctū, abſque actione tamen aliqua & efficatia ſine anima maneret. Sic etiam ſpiritus, humanæ ſapientiæ anima eſt, qui ſibi vitam pręſtat & vires, vt alijs vitam hanc poſtmodū impartiri poſsit. Vnde fit, quòd ſi ſpiritus hic in concionatore deficit, eius proculdubio cōcio quaſi corpus quoddā ſine anima ſit, quę vitam nullam aut certè remiſſam nimis audiētibus tribuit, quia quod non habet, nequaquam alijs donare poteſt. Et hac de cauſa præuidens Deus ſapientia ſua maxima, quātum ſapientiæ huic diuinæ, ſpiritus ipſe conducat, propè ſemper ꝙ ſacræ litteræ de hac ſapientia loquuntur, de eius etiam ſpiritu ſimul mentio fit.

Simile.

Spiritus cōcionatoris, doctrinę anima eſt

B

Primus locus.

¶ Et hoc profectò apertè conſtat, ſi aliqua ſcripturæ ſacræ loca contemplemur, ſicuti locus ille eſt Eccleſiaſtici. 15. capite, vbi Salomon de optimo legis præceptore loquens, ſic ait. Impleuit eum dominus ſpiritu ſapientiæ & intellectus, vbi non ſolum ſapientiam illi præſtitiſſe aſſerit, ſed etiam ſpiritum eius, quo talis conſolidaretur ſapiētia tribuiſſe dicit.

Expoſi. Eccle. 15. c.

C

¶ Hoc idē per Iſaiam prophetam Deus aſſerit, capite. 11. vbi de ſapientia ſermonem texens, quam Chriſtus redēptor noſter in mundum veniens habiturus erat, ſic ait: Egredietur virga de radice Ieſſe, & requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, ſpiritus ſapientię & intellectus. Nā ad virtutem & efficaciam quam habiturus erat, vt vniuerſum orbem ad ſe conuerteret, atq; vt à vitijs ſuis, malos efficaciter erradicaret, eoſq; in delicatiſsimam ſpiritus vitam immutaret, fuit quidē illi conducens admodum negotium, non ſolū ſapientiam ipſam ſed ipſius etiam ſapientiæ ſpiritum poſsidere. Vnde potiſsimū inter cætera, in quo Ieſu Chriſti prædicationis fructus reſplenduit, fuit quidem feruentiſsimus ſpiritus, quem eius in ſe continebat doctrina. Qua de cauſa tantę extitit virtutis & efficatiæ doctrina eius, quòd vniuerſum orbem ad ſe conuertere ſufficiens fuit. Et hinc eſt ꝙ in ſacro euangelio de Chriſto domino aſſeritur, ꝙ tanquam poteſtatē habens homines docebat. Hoc inquam ex eo erat, quòd grandem nimis in doctrina ſua demōſtrabat ſpiritum. Nam ſicut illi ſapientia naturalis erat, ſic etiam ipſius ſapientiæ ſpiritus connaturalis fuit. Itaq; & litteræ ipſę, & earum ſpiritus ab ipſo tanquam à vero

A

2. locus.

Expoſi. Iſai. 11. c.

B

Prædicatio Chriſti ſpiritu reſplēduit.

Expoſitio.

C

A à vero fonte promanabant,& ve
Simile. lut margaritæ & diuitię, à vero
eius domino oriebantur, & hic
ſpiritus fuit qui imperium & do
minium illi pręſtabat, vt doctri
nam potenter& efficaciter homi
nibus perſuaderet,ſicut in homi
num cordibus imprimi dece-
bat.

5.Locus ¶Item ſapientię.7.capite lo
quens Salomon de ſapientia,quã
Deus homini pręſtat,vt ſibi ipſi
& alijs prodeſſe poſſit ſic ait.
Expoſi. ſapiẽ. 7. Optaui & datus eſt mihi ſenſus.
inuocaui & venit in me ſpiritus
ſapientiæ. Vbi non ſolum ſapiẽ
tiam ſe poſtulaſſe dicit, ſed etiã
ſapientiæ ſpiritum, vt eius do-
ctrina vires ac neruos habere
poſſet,vt ſic ad Deum,hominum
corda efficaciter poſſet leuare.

4.Locus ¶Item hanc eandem ſpiritus
mentionẽ Iſaias facit,capite.59.
Expoſi. Iſaiæ.59 dicens. Spiritus meus qui eſt in
te, & verba mea quæ poſui in
ore tuo,non recedent de ore tuo.
Vbi prius de ſapientiæ ſpiritu
quàm de ipſa ſapientia ſermonẽ
fecit, quia ſapientia ſine ſpiritu
eius, ſine viribus omnino ma-
net. Quare neceſſarium admo-
dum eſt, vt hæc duo pariter in
vnum adunentur,ſcilicet ſapien
Simile. tia & ſpiritus eius. Sicut enim
animam & corpus eius, ſimul in
homine vt viuat exiſtere opor-
tet,ſic ſapientiam cum ſpiritu
eius pariter eſſe conuenit, vt ho-
mo ſpiritualiter viuat. Eſt enim
ſpiritus, ipſiusmet ſapientiæ ani
ma, quę illi vitam & actionem A
præſtat, ſine quo velut quoddam
corpus mortuum iacet, omniſq;
concionatoris doctrina atq; eru
ditio, mortificata exiſtit. Hac
igitur de cauſa ait Deus, ꝙ ſa-
pientiã nudam homini præſta-
re noluit niſi dicendi ſpiritu eã Simile.
etiam veſtiret, ne tanquã corpus
ſine anima, in cõcionatore eius
verba remanſiſſent.

¶Item, hæc eadem ſententia 5.Locus
eſt iterum eiuſdem Iſaiæ prophe
tæ de Ieſu Chriſti redẽptoris no Expoſi.
ſtri perſona loquens capite. 42. Iſaiæ.42
cum ait. Ecce puer meus quẽ ele
gi, poſui ſuper eum ſpũm meũ. B
Loquitur hic propheta de ſapiẽ
tia, quam Chriſtus in mundum
introducere habebat, vt legis
pręceptor exiſteret,& ad hoc vt
ſapientia hęc in hominum cordi
bus imprimeret, neceſſariũ erat
viuum quoddã & efficatiam in
ſe habere. Ideoq; expediens valde
illi fuit cum in mundum ventu-
rus eſſet, non ſolum ſapientiam
ipſam ſecum adducere,ſed ſpiri C
tum etiam eius. Vnde ait: Ecce
puer meus, dilectuſq; admodum Simile
filius, ſuper quem ſpiritum meũ
poſui, vt eruditioni, quam in mũ
do facturus erat neruos & vires
præſtaret,& vt non ſolum in cæ
leſtibus veritatibus, quas ſuo ore
pronuntiaturus erat Deus oſtẽ-
deretur, ſed etiam in admirando
& efficaciſsimo ſpiritu, quem in
eis docẽdis erat habiturus. Itaq;
ſicut diuinæ Chriſti naturę &
eſſe

[library stamp: ... ALEXANDER ... FERDINANDVS ... VALENTINVS ...]

A eſſe, maximè conducebat, has tã-quam admirabiles cõcionari veritates, & tales, quales nunquam hominum ingenium attigiſſet: ſic ipſi met naturę diuinę datum etiam erat, tãta vi & efficatia eas differere, vt in hoc etiam inter homines Deus appareret, itaque ſicut in eius poteſtate ſitum erat, diuinas ſupercæleſteſq; promere veritates: ita etiam earum ſpiritus, in eius eſſet poſitus voluntate, vt in audientibus, non vtcũ B que, ſed tanquam à Deo eius imprimerentur verba.

Simile.

Præterea, hæc eadem ſunt apoſtoli Pauli verba, in hoc eodem propoſito loquens, prima ad Corinthios epiſtola, capite. 2. dum ait. Sermo meus & prædicatio mea, nõ in perſuaſibilibus humanę ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus. Ego (inquit) fratres, cum ad vos venirem, vt euãgelij verba vobis præſtarem, intentum meum & finis non vtiq; fuit, in ſolis humanis rhetoricæ verbis tempus conſumere, verborum tantum ornatum & fucum in concione mea prętendens, ſed C meus prædicationis præcipuus finis, fuit nempe in verbis ipſis potius Dei ſpiritum vobis aperire, vt in cordibus veſtris, euangelij huius diſciplina imprimeret. Probauimus igitur ex ſacris litteris, quemadmodum in eis rarò de ſapientia fiat mentio, quin etiam de ipſiuſmet ſapientiæ ſpiritu pariter ſermo ſit, vt hinc intelligamus, quantum concionatori optimo conducat vim & efficatiam in ſuis ducere concionibus. Et ſicut huic propoſito, aliqua adduximus ex ſacra ſcriptura deſeruientia loca: ſic erũt multa alia etiam ex eadem ſcriptura patentiſsima, ei qui diligẽter inquirere decreuerit, vt hinc optimus euangelij concionator perpendat, quòd parum in pulpito veritates loqui præſtat, niſi ſpiritum habeant, quo audiẽtium animos mouere valeant, cum hic ſit pręcipuus euangelicæ prædi B cationis officio ſcopus, & ſtudij concionatoris, & laborum intentus finis.

6. Locus

Expoſi. 1. ad. Corin. 2.

Prędicatio Pauli.

¶CAPVT. IX. QVID nam ſit in concionatore, ſpiritus hic.

HABITO iam quantum ponderet ſpiritus dicendi, in euangelico concionatore, vt auditores, à tenaci vitiorum conſuetudine erradicare valeat. Vt hoc C inquam melius intelligatur, neceſſarium ſtatim duximus, quid nam ſpiritus hic ſit, declarare: Quæritur igitur an ſpiritus hic in concionatore, voces ipſę ſint, & validi clamores, quos in concione dum prędicat emittit? aut ſi vis & efficatia illa ſit, quam in motibus et corporis geſtibus oſtendit? aut certe ſi ſpiritus ſit, veritatibus inſudare, gemere, et ſeſe vehe

Quid ſit ſpiritus concionatoris.

A vehementer in pulpito affligere, in ſuadenda auditoribus doctrina, an verò ſit, cum veritates ſuadet, ſeſe velut ardentem ignem incendere, & rubicundam, velut ignis flammam auditoribus faciem commoſtrare. Ad hoc tamen reſpondetur, nullum horum eſſe. Nam multi ſunt concionatores, qui concionem clamoribus implent, poſt quorum tamen clamores, tam frigidi ipſi & auditores remanent, ac ſi nullam protuliſſent vocem. Eſt prætereà notiſsimum, quàm plurimos eſſe corporis geſtus & motus, quos prædicator ſine vllo penitus propoſito in concione fingit, qui potius meri ſtrepitus & rugitus ſunt, quàm ipſius B doctrinæ vis aut efficatia aliqua, ex quibus profectò auditores, potius ad riſum, quàm ad deuotionem ſæpè mouentur. Eſt etiam veriſsimum, quòd ſeſe cõcionatorem affligere, & vehementer inſudare, atque faciem rubicundam & incenſam velut ardentem flammam reddere, ſæpenumero hic labor in vanum aſſumptus eſt, & quòd minori labore & anxietate, maiorẽ poſſet in audiẽtibus producere fructum.

Reſponſio.

¶Vt igitur ſatis percipiamus C quidnam ſit in concionatore ſpiritus hic, operepręcium erit prius videre, quidnam in rebus alijs naturalibus, earum ſit ſpiritus, & inde perſpicuum remanebit, quid in euangelico A præceptore eius etiam denominetur ſpiritus. Si igitur ad res ipſas naturales attente inſpiciamus, reperiemus quidem quòd earum ſpiritus, nihil aliud quã viuum quoddam, ſiue (vt ſic dixerim) earum viuacitas ſit, qua res ipſæ in ſuo eſſe reſplendent. Quod profectò in imagine ipſa, quam pictor depingit apparet. Nam poſtquàm depicta eſt, dicimus imaginem illam optimũ ſortiri ſpiritum, vbi compertum eſt, minime ibi nos ſpiritum appellare, quia videlicet imago loquatur, aut quia ſe moueat, quandoquidẽ mortua quędam tabula eſt, cuius eſſe ex coloribus, terra confectis conſurgit, quæ omnia mortuum quoddam eſſe imagini præſtant, ex B rebus dumtaxat corruptibilibus compoſitum. Spiritum ergo in hac imagine appellamus, viuum ipſum, ſiue viuacitatem, aut ſplendorem, ſiue nitorem, quem ſibi exterius indidit pictor. Illum ergo coloris ſplendorem aut nitorem, quem in imaginis facie pictor conſtituit, ſpiritum appellamus, qui eſtò nec loquatur, nec moueatur, ipſius tamen videntis imaginem oculos alterat, ex cuius contemplatione, adhuc capilli capitis eius horreſcunt. Quæ quidem imago, eſtò ex rebus mortuis eſſe ac- C quirat, tam propriè ex eis delineata conſiſtit, vt quaſi viua ſit vox,

Spiritus rerũ naturaliũ.

Simile.

Simile.

A vox, quæ videntes homines intra ſe ipſos alterat & cõmouet. Hanc igitur viuacitatem & ſplẽdorem in imagine, ſpiritum appellamus. Conſueuimus prætereà dicere roſam, optimum in ſe ſortiri ſpiritum, propter viuum illud, quod in coloris habet ſuperficie, quod ſua ſibi pręſtitit natura. Qui profectò ſpiritus (ſicuti de imagine diximus) eſtò nec loquatur, nec in partem aliquam ſe moueat, videntis potentias omnes excitat & mouet. atque roſæ huius hic viuus color, in roſa ipſa lingua quædam eſt, quæ ad ipſius hominis cor B quodammodo loquitur, illumq́; intra ſe ipſum lætificat, & denique afficit, vt ſtatim homo ſibi affectus, in eam manum inijciat, & naribus applicet, eamq́ue maximo habeat prætio. Sic etiam aſſerere cõſueuimus, dum purpura iam perfectum aſſequitur colorem, dicimus enim quòd egregium obtinet ſpiritum, propter viuum illud, quod in ſe oſtẽdit, & ad hunc modum in rebus alijs naturalibus, dum earum eſſe ad hoc ſplendoris punctum, & coloris ſpeciem & viuum, deueniunt, ſpiritum habere dicuntur. Et hinc eſt, quòd alio nomine cuiuſcumq; rei vis C & efficacia, ſpiritus eius appelletur, vnum ſiquidẽ ab alio oritur. Nam ex quo res aliqua viuã & naturalem effigiem refert, atque viuacitatem hanc & integritatem in ſuo eſſe conſequitur, inde continuo vigoroſa & efficax in ſuis etiam actionibus conſiſtit: ſicuti de equo diceremus, quia ex eo quòd viuaciſsimum eſſe ſortitur, inde ferox, fortiſsimuſq́; redditur. Nã virtus illa, quæ ſibi vitam præſtat, hæc eadem ſibi fortitudinem & efficaciam tribuit, & hanc eandem in eo, ſpiritum vocamus.

Simile. Simile. Spiritus roſæ, eius eſt lingua. Simile. Simile.

¶ Hinc dignoſcitur clare, aliud eſſe in re aliqua, eius eſſe & vita, aliud verò ipſiuſmet eſſe & vitę ſpiritus, ideſt hęc duo inter ſe differunt, videlicet, vitam habere, & ſpiritum illius vitæ ſortiri. Quod aperte ex eo quod Chriſtus Ioãnis 6. capite aſſeruit oſtẽditur, cum dixit: Verba quæ ego loquor vobis, ſpiritus & vita ſũt. Vbi aperte inter vitam & ſpiritum vitę diſtinguit. Aliud enim vitam eſſe oſtendit, aliud verò eiuſdem vitæ ſpiritũ, quia aliud eſt viuere & eſſe in ſe habere, aliud verò illius eſſe vires & neruos obtinere. Quod manifeſtè in duobus hominibus videre eſt, quorum vnus ethicus debiliſsimuſq́; exiſtit, alter verò craſſus & rubicundus. De primo enim, qui languidus eſt, dicimus verè, quòd vitam habeat, etſi in eo cutis, oſsibus eius adhęreat, quia viuit vtiq; & operationes vitæ ipſi, annexas habet, ſicuti eſt comedere, dormire, ambulare, loqui, attamen deficit ſibi illius vitæ ſpiritus, quia nitore & ſplendore

A Simile. Vita & ſpirit⁹ vitæ differunt. B Expoſi. Ioan. 6. Simile. C

A dore vitæ caret. Item deficit ſibi ſpiritus illius vitæ, quia fortitudo & efficatia ſibi deficit, qua vigoroſè ſuas poſsit proſequi operationes. Nam etſi vitam & eſſe hominis conſequatur, eſſe quoddã mortificatum eſt, quaſi iam mortui & conſepulti hominis, quãdoquidem talis hic homo exanimis effectus, & ſine calore aliquo incedit, & abſque aliqua vitę efficaci operatione, prę ter illam dũtaxat, quę ad ſuſtentandum męram vitam ne moriatur exigitur. Cæterum ſecundus homo, habet non ſolùm vitã, ſed ſpiritum illius vitæ, quia eiuſdẽ B vitæ vires & viuum quid obtinet, in quo quidem viuo & efficaci virtute, ipſius vitę ſpiritus cõſiſtit. Nam ſic viuit, quòd ſimul etiam pinguis, rubicundus, & formoſus apparet, vnde fortitudo tota & efficacia ſibi promanat. Sicut ergo, in his duobus hominibus accidit, ad eum modum in rebus alijs naturalibus contingere videmus, ſiquidem aliæ ſunt res, quę eſſe ſuum obtinent, attamẽ deficit ſibi illius eſſe ſpiritus, nam ad illius viuum & vitæ ſplendorem, minime pertigerunt. Alię verò res ſunt, quę omnia ſimul habent, videlicet eſſe, & illius eſſe ſpiritum.

Simile.

¶ Hoc igitur ſuppoſito fundamẽto, annotandũ nobis eſt ſecundo, ꝙ pretium & rerum omnium valor, in earum viuo & ſpiritu cõſiſtit. Inde enim imago aliqua

[ma]r. funda mentũ.

C

in pretio habetur, quia talẽ ſibi pictor prȩſtitit ſpiritum & viuũ, & hac eadẽ ratione, equum excellentem eſſe dicimus, propter viuum & ferocitatẽ, quam in ſe habet, quia totus quidem intra ſe metipſum viuacitate quadã ebuliens exiſtit & inquietus, & vſq; adeò velox eſt, vt manus pedesq; in vnũ adunare velit, oculũ prȩ tereà tam viuacẽ & fulminãtem tenet, vt extra ipſius caput iã exilire appareat. Hunc inquã talem equum, valoris maximi & pretij eſſe dicimus, nõ quidem propter corporis magnitudinem, ſed propter animi vigorẽ & fortitudinẽ. Illãq; pulcherrimam appellamꝰ roſam, quę viuatiorẽ colorẽ obtinet, atq; ſimul eam excellentem dicimus purpuram, quę ſplendiorem colorem ſortitur.

A Valor rei in eiꝰ conſiſtit ſpiritu.

Simile.

Simile. B

Simile.

¶ Iuxta hęc igitur, quę ſupra diximus, dignoſci poterit quid in concionatore euãgelico, ſpiritus dici valeat. Nihil aliud quippe in eo ſpiritus eſt, quã viuũ quid, quod in eius doctrina & dicendi modo includitur, quo audientiũ animos commouet & alterat, in quo ſolo, tota vis & concionis fructus conſiſtit. Ad quod, ſæpe numero impertinentiſsimũ negotium eſt, concionatorum clamores, aut corporis geſtus & motus, neque adhuc animi anxietas, ſiue ſudor corporis, aut vultus rubicunditas & inflammatio. Nam ſæpe ſub blandis & modeſtis verbis, ſpiritus hic &

Spiritus cõcionatoris.

Concionatoris clamores.

C



ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A verborum efficacia includitur, ſicut in pilulla, ſub ipſius deaurata ſuperficie, amarum & inſipidũ reubarbi inuoluitur, quod infirmo ſalutem tribuit. Et multoties moderati & decẽtes ipſius concionatoris motus & geſtus, grandem in ſe ſpiritum retinẽt, quia fortius quãdoq; auditorem mouent, quàm alterius cõcionatoris motus, qui ſeſe nimis affligeret, & qui vehementibus corporis motibus brachia ipſa frangeret. Itaq; in hac parte nullam poſſumus certã deſumere regulam, à qua tãquam à fonte & vero origine, ſpiritus hic in cõcionatore procedat. Apertè namq; B videmus, quandoq; ab vna, quandoque verò ab alia procedere radice, ſiquidem variæ ſunt ipſius ſpiritus dimanationis cauſæ, in hoc aut in alio concionatore.

Simile.

¶CAPVT. X. QVOD ſpiritus hic, minime in cõcionatoris poteſtate ſitus ſit, ſed ꝙ à Deo euãgelicis concionatoribus ſit tribuendus.

EX hisquę ſupra diximus apparet, quòd etſi in cõcionatoris poteſtate ſitũ C ſit, libros conſulere, atque veritates ipſas euangelicas, quas cõcionaturus eſt ſolicite inquirere, ſũmaq; vigilantia inſudare in indaganda optima cõcionis cõpoſitione: hoc tamen vnum in eius A poteſtate minime ſitũ eſt, atque extra eius ingenium omnino & capacitatem ſit, ſcilicet ſpiritum atque ipſius doctrinæ vim & efficaciam habere, quãdoquidem hoc donum Dei eſt, quod Deus ipſe libenter aliquibus pro ſuo beneplacito præſtat, alijs verò denegat. Maximus enim Deꝰ in ſuæ legis organa & pręceptores atque euangelij ſui concionatores eligit, quos gratiarum eius, canales & fiſtulas quaſdã dignatur efficere, vt inde ſui ſancti no B minis honor & gloria reſplendeat, qui pro ſuo beneplacito hominibus vtitur, prout vult. Itaq; cum diuina maieſtas in Eccleſia ſua, aliquem in ſuæ legis præceptorem eligere decernit, quemadmodum illi gratis, linguę donum, & ingenij, necnon ſuauem dicendi ſtylum tribuit, ſic etiam ſpiritus donum, quo efficaciter doctrinam ipſam auditoribus perſuadat, condonat, vt in audientium animis eius imprimatur doctrina. Quod ita expreſsè Eccleſiaſtici. 15. his verbis Salomon fatetur dicens: In medio Eccleſiæ aperuit os eius, & impleuit eum dominus ſpiritu ſapientiæ & intellectus. In duobus (inquit) euangelico præceptori Deus magnificè prouidit, quorum alterum ſapientia C eſt, qua erudite euangelicam poſsit proponere doctrinam, alterum verò, ipſius ſapientiæ ſpiritus,

Expoſi. Eccl. 15.

Sapientię ſpũs in cõcionatore Dei eſt donum.

A ſpiritus, quo potenter eandem valeat hominibus perſuadere doctrinam. Itaq; vtrumq; & ſapientia & ipſius etiam ſapientiæ ſpiritus, Dei ſunt dona, ab eius diuina manu procedentia. Itaq; quẽadmodum miraculoſè Deus aſinæ Balaam aperuit os, ſimul atque vires & efficaciã illi tribuit, quæ ad confundendum inſedentem dominum neceſſariæ erant: ſic etiam euangelici concionatoris, velut bruti cuiuſdã Deus, aperit os, cui nõ ſolum ſuę legis linguam tribuit, ſed etiam ſpiritum & vires, quibus eam efficaciter docere valeat. Et hoc eſt quod per Iſaiam prophetã capite. 42. his verbis aſſerit: Ecce puer me' quem elegi, poſui ſuper eum ſpiritum meum. Loquitur hic propheta de Chriſto redẽptore noſtro, ac perconſequens de eis omnibus, qui eius habituri erãt ſanctiſsimum hoc prædicationis officium, quibus ait. Ecce dilectiſſimum & vnicum filium meum, quem in legis meę doctorem & pręceptorem elegi, omniumq; ſacramẽtorum & myſteriorũ, quæ in eadẽ includũtur lege. In quo quidem non ſolum eam ſapientiam eſſe deſtinaui, quę ad effectum hũc neceſſaria erat, ſed ſpiritum etiam illius, illi ſimul præſtiti, vt in doctrina, quam homines erat docturus, illum haberet vigorem & calorem, qui ad incendendum eorum corda exigebatur. Et hoc idem eſt quod

Simile.

Figura. Numeri. 22.

B

Expoſi. Iſa. 42.

C

Iſaias, capite. 59. ait: Spiritus meus qui eſt in te, & verba mea quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, nam diuina ſunt dona à me ipſo tibi præſtita, quæ ad perfectam meę legis eruditionem, ſemper in te perſeuerabunt. Quo in loco aperte videmus, quòd tam concionatoris verba, quàm etiam ipſorum verborum ſpiritus & vis, omnia inquam ipſius Dei ſunt dona: Itaque ſolus hic concionatoris ſpiritus, extra ipſius manum & facultatẽ exiſtit, eſtò omnia alia quæ ad ipſius eruditionem & cõcionandi officium concernunt, in eius ſint poſita facultate, ſicuti labor eſt & diligentia, atque libroru̅m aſsiduum ſtudium.

A Expoſi. Iſa. 59.

B

¶ Hinc colligitur, ꝙ vt ſpiritum hunc cõcionator impetrare poſsit, ad Deum maximè accurrendum ſibi eſt, & præcipuè orationi inſiſtendũ. Ipſa quippe oratio efficaciſsimum inter omnia alia mediũ eſt, quo à Deo huiuſmodi ſpiritum obtinere valeat. Nam etſi concionator de ſe ad hũc habẽdum ſpiritum minime ſufficiens ſit, ad petendum tamẽ adeò ſufficiens vtiq; eſt, quia id quod per ſe obtinere nõ valebat, in ſuaui orationis cõuerſatione, cum Deo poſitus obtinebit. Ibi enim hic calor & feruor ſpiritus, in animo eius accenditur, à quo ſtatim calore & feruore, non ſolum ardentem animam concionator poſsidet, ſed eius etiam

Corolarium.

Mediũ ad conſequendũ ſpiritũ.

C



BIBLIOTECA ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A incenſa verba exeunt, vt cum il
Simile. lis velut ardētibus ſcintillis, au
dientium animos potenter inflā
met. Itaq; hic vigor & inflamma
tio ſpiritus, raro aut nūquā niſi
petitus concionatori adeſt Nam
eſtò verum ſit quòd induſtria ſua
& ingenio, veritates quas con-
cionaturus eſt, prędicator inda-
Simile. gare poſsit: attamen earum ſpi-
ritum, ſibi ſoli Deus velut pri-
Simile. mogenituram reſeruauit, & ve-
lut pręcioſiſsimam margaritam,
quam non niſi inſtanter & hu-
militer petentibus dare decer-
nit. Quæ profectò ita eſt Salo-
Expoſi. monis ſententia, ſapientię. 7. ca-
Sap. 7. pite, cum ait. Optaui & datus eſt
mihi ſenſus, inuocaui & venit
B in me ſpiritus ſapientiæ. Loqui-
tur hic Solomō, de ſapientia quā
à Deo mirabiliter obtinuerat,
& fatetur quidem ꝙ ad obtinen
dum à diuina liberalitate, ſen-
ſum & rerum omniū mundi co-
Erudi- gnitionē & prudētiam, ſatis illi
tio Salo fuerit illud optaſſe, animiq; deſi
monis. derium & mentem appoſuiſſe. Il-
lico enim Deus omnia hęc ſibi
liberaliter pręſtitit, illum in re-
rum omnium naturalium cogni
tione, pleniſsimè erudiens. Cęte-
rum ſpiritum ſapiētię huius, qui
viuum quoddam, & robur illius
erat, minime ſe obtinuiſſe fate-
C tur, quouſq; à Deo ſibi peculiari
impetrauit oratione, atque fami
liaritate maxima, quam cum Deo
ipſo in ipſa oratione contraxit.
Et hoc eſt quod ait, inuocaui &
venit in me ſpiritus ſapientiæ: A
Apperui (inquit) os meum, cla-
maui ad Deum, & tunc temporis
venit in me hic ſapientię ſpiri-
tus. Itaq; ſicut ad hoc vt ferrum
incendatur, opus eſt vt igni apli Simile.
cetur, ſecus enim nullo pacto il-
lius calorem ſiue ſplēdorem par
ticipabit: ſic etiam vt conciona
tor (qui de ſe frigidus ac durus
exiſtit) hunc ſpiritus calorem
conſequatur, orationi inſtanter
inhęreat opus eſt, per hanc quip
pe ipſi Deo tanquam ardenti
igni adhęret, à quo incenſus to-
tus, atque ſplendeſcens exijt, vt
doctrinę quam poſtmodum præ
dicat, nitorem quendam ac vi-
res prębeat. Et hoc eſt quod Pau B
lus apoſtolus, prima ad Corin- Expoſi.
thios. 6. capite aſſerit cū ait, qui 1. cor. 6.
adhęret Deo vnus ſpiritus fit cū
eo. Ex eo ſiquidem ꝙ aliquis ipſi
Deo cōiungitur, hoc acquirit lu
crum. Nam cum carnalis antea
ingreſſus fuerit, ſpiritualis eua-
dit, frigidus acceſsit, & ignitus
carbo procedit, ingreſſus eſt ho-
mo, & angelus apparet, ingreſſus
eſt terrenus, & cęleſtis exiit, ac
deniq; ſeruꝰ ingreſſus eſt, & Dei
filius formatur. Nā in huius ſpi
ritꝰ cōmunicatione, Deꝰ illi per
gratiā quā illi impartitur, ex cō
ſequēti p̄fectiones ſuas atq; excel
lentias ſuo modo trāsfundit. Nā
cum hic per amicitiā Dei filius C
cōſtituatur, quemadmodū carna
lis pater per ſanguinem quem in Simile.
filiū per genrationē tranſmittit,
condi-

A conditiones ſuas ac perfectiones illi communicat: ſic pariter in hac intima familiaritate, quã in oratione & virtutum exercitio atq; contẽplatione, cõcionator cum Deo contrahit, ibi inquam velut filio ſuo per gratiã adoptiuo, ſuo etiam modo perfectiones ſuas & cõditiones trãſmittit. Et hoc eſt quod Apoſtolus ait, qui adheret Deo vnus ſpiritus fit cũ eo. Et hinc eſt ꝙ ſpiritum ſuum Deus, et ſpiritus huius viuum et efficatiã ſibi prȩſtat, vt hac ſibi prȩſtita vita, omnibus, quas concionatus fuerit veritatibus, vitã et robur tribuat.

Expoſi.

¶ Et hoc eſt quod David ipſe propheta, pſalmo. 118. fatetur dicens. Os meum aperui & attraxi ſpiritum. Ac ſi dixiſſet apertiùs, clamoribus multis nimiaq; oratione à Deo diuinum hũc impetraui ſpiritũ, quæ proculdubio apertiſsima veritas eſt, ſi de hoc egregio viro prȩexcellentiq; rege loquamur, in quo ſemper tam in ſe ipſo quàm in ſuis omnibus rebus, hoc ſpiritus donum illuxit, tum in regni ſui gubernatione, tum etiam à iuuentute ſua in maximis de inimicis ſuis quotidie in bellis obtentis victorijs: Namq; in his omnibus ſemper ſpiritus huius, mirum quid oſtẽdebat viuum & vigorem, vſque adeo vt nũquam de regibus, qui illum præceſſerunt & ſequuti ſunt, ſimilem in eis eluxiſſe ſpiritum legatur, ſicuti in hoc ſolo

Expoſi. Pſal. 118.

B

Dauid ſpiritus.

C

Excellẽtia Dauid regis.

fuiſſe memoratur. Cuius præcipua ratio eſt, quia ſemper egregius hic vir, cæleſtium ac diuinarum rerum meditationi & cõtemplationi peculiariter fuit deditus. Qua de cauſa citharȩ muſicȩ maximè fuit affectus, quandoquidem genus quoddam muſicæ eſt, quȩ de ſe ſpiritum leuat, atque in diuinis rebus hominis animũ liquefacit, & tenerrimũ reddit. Et hac etiam de cauſa in tantum Pſalmorum dilexit melodiam, ꝙ ex eis varia & dulciſſima compoſuerit cantica; quibus diu noctuque cum Deo ſpiritum ſuum recreabat. Itaq; omnis ſpiritus huius dimanatio & influentia, quàm Deus excellenti huic viro præſtitit, fuit quidem oratio aſsidua, ac nimia contemplationis familiaritas, quàm erga ipſum habuit.

A Præcipua ratio.

Muſica citharæ.

B

¶ Et hoc idem confirmare valebimus, ex ea forma quàm redẽptor noſter Chriſtus, in communicandis myſterijs & ſacramentis, cum ſuis ſeruauit diſcipulis, quæ à patre ſuo ſibi impartiẽda detulerat, quib⁹ in hac vita, quicquid ad euangelicam attinebat eruditionem, magnificè imparti tus eſt. Hic namq;, omnium, quas prædicaturi erant veritatum, notitiam præbuit, modumque & formam, quam in eis edocendis erant obſeruaturi, pariter præſtitit. Hic prætereà oſtendit religioſum & apoſtolicum habitũ, quem in ſe ipſis gerere habebãt,

Forma Chriſti, cõmunicãdi erga diſcipulos, in oratione & familiaritate.

C

Pōderāda Christi eruditio erga diſcipulos.

A necnō ſanctam & grauiſsimā cōuerſationem, christianamq; familiaritatem, quam ſicut apoſtolici & excellentes viri, in eis locis in quibus concionaturi erāt, ſeruare deberent. Hic itē docuit eos, omnem virtutum plenitudinem, quæ ſuum concernebant Apoſtolicum officiū. Hic regni cęlorum notitiam pariter dedit, illiuſq; beatæ ac ſupremæ vitæ iter aperuit, in qua perpetuo homines cū Deo ipſo creatore ſuo ſunt regnaturi. Hic eis, patris ſui & ſui ipſius cognitionē tribuit, omniumq; trium diuinarū perſonarum. Hic ſeptem ſacramentorum, quæ ſibi in Eccleſia, in B totius mundi vtilitatem & ſolatium inſtituit, comendata reliquit, eorumq; ſcientiā pleniſsimè pręſtitit. Hic etiam velut veris & intimis amicis ſuis, pectoris ſui archana detegit, & tandem eorum omnium, quæ ad veram & Apoſtolicam integritatem officij ſui attinebant, ſapientiam & claritatem præbuit, ad hoc vt ſufficientes paſtores, atq; totius orbis præceptores eſſe poſſent. Cum igitur hęc omnia tam ad plenum ſibi præſtiterit, hoc vnum tamē ſibi reſeruauit, quod minime inter alia ſibi ſtatim C communicare decreuit, ſcilicet ſpiritum, qui viuum quid, & ſuæ prædicationis efficatia erat, nam eo tempore, quo in terra apoſtolici hi viri cum Christo cōmorati ſunt, ſemper debiles & timidi remanſerunt, ſicut imperfecta gens, quæ nondum illum animi vigorem & audatiam obtinuerant, qui ad tam altum prædicationis munus exigebatur. Hunc ergo ſpiritum & doctrinæ vigorem, nequaquaquam eis Christus in terra donare voluit, quouſq; cęlos aſcendit, & inde ſupra eos hūc diuinū ſpiritū, qui eis omnia ſuggereret cęlitus miſit, vt ſic intelligerent hoc ſpiritus donum, tam diuinum & ſupremum eſſe ꝙ in terra minime attingi poſſet, niſi ꝙ diuinitus ac mirabiliter, de cęlo ſpiritus talis eſſet venturus, & vſque dum, in medio illo tempore, ipſimet apoſtoli maxima ſe orationis virtute & clauſura munirent. Vnde expreſsè præcepit eis (ſicut ex Luca, Actuum. 1. capite conſtat) ne ab Ieruſalem diſcederēt, ſed ibi incluſi & quieti manerent, quouſq; huius diuini ſpiritus virtus, quę de cęlis ventura erat, ſibi animum & vires pręſtaret, vt intrepidi in euangelicam prædicationem poſſent viriliter prorumpere. Vnde Actuum apoſtolorum capite. 2. de eiſdem legitur apoſtolis, quòd vſque ad ſpiritus huius aduentum, erant omnes pariter cum Deipara virgine vnanimiter in oratione in Ieruſalem ciuitate perſeuerātes, vt ex hoc homines intelligerent, quòd ad obtinendū hoc ſpiritus donum, & fortitudinem, erat vtique neceſſaria hæc

Quādo ſpiritus apoſtolis dat⁹.

Expoſi. Act. 1. c.

Expoſi. Act. 2. c.

magna

A magna orationis virtus & animi pręparatio, ita vt ſimul in vnum hominis os, & genua, ſupplicesq́ue manus, ad hoc orationis opus concurrant. Quæ profectò, Deo gratioſa admodum atq; humilis eſt hominis poſitio. Per eam namq; agnoſcit & proteſtatur homo, nullam in ſe ad tã ſublimem ſpiritum eſſe ſufficientiã, ſed quòd omnia à diuina manu ſunt impetranda. Eſt pręterea tam humilis & religioſa in oratione hęc corporis poſitio, vt per eam homo, Deo ipſi ſe totũ ſubdat, vt diuinum hunc ſpiritũ obtinere poſsit. Neceſſarium igitur eſt, ad hoc vt cõcionator hoc

Poſitio hõis ad orandũ.

B ſpiritus viuum & efficatiam cõſequatur, vt prius intelligat, quã ſit ſingulare & præexcellens donum hoc, quamq; mirabile, cum in terra minime illud Chriſtus apoſtolis ſuis condonare voluerit, quouſque cælos aſcendit, & quouſq; etiam eos oratione munitos & religione maxima paratos, inueniret.

¶ Decet igitur valde, ꝙ euangelicus pręceptor, apud ſe ipſum perpendat, ꝙ ad obtinendã hanc ſpiritus virtutem & efficatiam, & vt ſermo eius hac ſpiritus fortitudine illuſtretur, oportere omnino, vt apoſtolicos hos viros imitetur, in hoc ꝙ grandi

C præmiſſa oratione, à Deo illũ expoſcere debet. Nam hæc in apoſtolos tam inſignis Spiritus ſancti deſcenſio, fuit quidem & ſibi proficua primum, ſecundo autẽ A viua atque efficax, omnibus illis lectio, qui eruditionis euangelicæ Apoſtolicum officium, in poſterum exercere habebant. Et hoc iterum ex Chriſti redemptoris opere alio confirmatur, ſicut patet Lucæ. 11. vbi cum nobis præcepiſſet, ne in petitione eorum, quibus egemus, ſimus parci, ſed quòd abundanter copioſam Dei miſericordiam imploremus iuxta eius nimirum generoſam conditionem: quòd etiam ſpiritum hunc fiducialiter petamus admonet dicens. Si vos cum ſitis mali, noſtis bona data filijs veſtris dare, quanto potius pater veſter cæleſtis, dabit ſpiritum bonum petentibus ſe, B vbi nobis apertè oſtendit, quòd ad pręſtandum nobis ſpiritum hunc, priùs eum precibus petere oportet. Quod præterea apertius oſtẽditur ex eo quod paulò anteà in eodem euãgelij loco dixerat, vbi expreſsius docet, ꝙ ſi aliquid à diuina manu impetrare decreuerimus, illud precibus poſtulemus. Et quidẽ inter alia diuina dona, quod maximè nobis tanquam pretioſius exagerat & proponit, hic ſpiritus eſt. Ex eo namq; omnis vita noſtra, ſuum eſſe & ſplendorem deſumit. Item ex eo, omnia virtutum opera viuum quid & vigorem accipiunt, vt in diuina pręſentia religioſi homines, abũdatiſsimis floreant meritis. Nam C

Expoſi. Luc. 11.

Expoſi. Luc. 11.

A quemadmodum aqua dum per pratum diffunditur, herbas omnes, quæ intra terram immerſas habebant radices, in flores prodire cogit, & mille colorum formis rutilantes reddit, & tam viuas ac virides conſtituit, vt videntium oculis recreationē maximam ingerant: pari forma ſpiritus hic, quem concionator in euangelica concione auditoribus oſtendit, irriguum quoddā eſt, quod per auditorum animos, tanquam per viride quoddā herbarum pratum diffunditur, quos in diuerſa virtutū germina prodire facit, quibus itidem viriditatem ac viuacitatem quandam B tribuit, vt deinceps animo virili & conſtanti, virtutem ipſam complectantur. Et quouſque concionator, hunc ex labore ſuo viderit conſequi fructum, minime contentus eſſe debet. Nam ſicut pictor, eſtò imagini quam depingit, diſtincta iam aſsignauerit membra, minime quieſcit, quouſque poſtremam ſibi tribuerit delineationem, quæ profectò viuum eſt & ſplēdor quidam, in quo imaginis ipſius eſſe & perfectio conſiſtit. Et ſarcinator adhuc, etſi veſtem ſcindat, atque in particulari eam diſtinxerit, non ibi ſiſtit, quouſque conſutam, & C ſua arte elaboratam atq; decentem, & pulchram nimis talē reddiderit veſtem: ſic pariter quantumuis concionator, auditorem doctrinæ ſuæ eruditione inſtruxerit & perfecerit, niſi poſtmodum ſibi hoc ſpiritus viuum ſuperinduxerit, atq; tali doctrinæ, vires & nitorem præſtiterit, imago ſolum eſt, membrorum lineatione depicta; & informis, veſtiſq; tantummodo inciſa, quia illa forma & calore caret, quæ ipſius auditoris eſſe, & perfectio eſſe debet. Et ideo quamuis Chriſtus redemptor noſter apoſtolos ſuos, omnē iam in terra docuiſſet veritatem, ne vtiq; contentus fuit, quouſq; hoc ſpiritus viuum & nitorem ſibi de cælo ſuper induxit, quo ipſius doctrinæ ſplendor & virtus, in lucem exiret. Vnde continuo apoſtoli omnes, animum & vires reſumpſerunt, vt inter gentes euangelicā doctrinam fiducialiter & conſtanter prædicarent.

Simile. Simile. Simile. Chriſt⁹.

## ¶ CAPVT. XI. VBI ea quę ſupra diximus, ſacræ ſcripturæ teſtimonijs comprobantur.

ET vt concionator aperte conſpiciat, quāti momenti in euangelica cōcione, hic ſit doctrinæ ſpirit⁹, ex illo Ioānis. 10. cap. primū omniū colligere poterit. Vbi Chriſtus ſic ait: Ego veni vt vitā habeant & abūdantius habeāt. Veni (inquit Chriſtus) vt meam hominibus præſtarem gratiam, in qua animæ ſuæ vita conſiſtit. Neque hoc ſolum contentus ſum, ſed

Expoſi. Ioan. 10

vltra

A vltra hoc, pgredi decreui, vt ſcilicet plusquam gratiā homines conſequantur, quod nimirum eſt dictu, vt plusquam vitam conſequantur. Quod profecto nihil aliud eſt niſi vt dum homines virtutis ſubſtātiam operati fuerint, ad ipſius virtutis viuum & efficaciam tranſeant. Sicut enim hortulanus nequaquam ſiſtit, etiam ſi lactuca quam cultam tenet vtcūque naſcatur, ſed eā nimis adauctā & abundanter excreſcere exoptat., & qui ſementem in terram iacit, nō ſatis illi fuerit, quòd in herbā creſcat, niſi ad tritici fructum peruenerit, pari forma, minime Deo vſque adeò ſatiſſit, ſi virtus in homine (vtcunq; naſcatur) quo vſq; perfectionis ſplēdore illuſtretur, quod vtique fit cum ad hoc ſpiritus viuū & ſplēdorem pertingit, interdū enim quod ad hunc ſpiritus ſplendorē peruenerit, vua eſt quodāmodo imperfecta, & triticum quod in herbam creuit. Nam vbi virtus ipſa perfecta vua & cōpleta fit ſpica, eſt nempe cum adhoc ſpiritus viuum deuenerit. Vnde exiſtimare habet cōcionator, quod nullam in auditoribus virtutis vindemiam aut meſſem perfectè peregit, quo vſq; auditores ipſos ad hoc ſpiritus punctum perduxerit. Eſt ergo conducens maxime quod Redēptor Chriſtus ait. Ego veni vt vitam habeāt, & abūdātius habeant. Ideſt nō ſolum vitam gratiæ ab hominibus expoſco, ſed vt inde ad gratiæ augmentum & florem, atque ſpiritus nitorem tranſeant.

Simile.

Simile

B

C

¶ Legitur Ezechielis. 37. capite, Deum ſibi campū aridis oſſibus plenum oſtendiſſe, cui præcepit etiam vt vocem magnam ad eos emitteret, vt ſic oſſa arida, ſtatim reuiuiſcerent. Quæ quidem oſſa illico poſt vocis emiſſionem inter ſe cōmoueri cœperūt. Forma autē quā in recuperanda vita tenuerūt, hęc fuit. Primo ſiquidē ad ſe inuicem iuncta ſunt oſſa. Ibi enim digiti ſuis adhęſerunt manibus, atq; manus ſutſimet ſuerūt cōiūctæ brachijs & humeris ſuis brachia ſunt compaginata, nec non & cruribus ſui coadunati ſunt pedes. Cum igitur vnius cuiuſque corporis armatura ſic eſſet formata, nondum adhuc ipſis corporum membris aduenerat vita, ſed cōtinuo ſecundo gradu nerui ſuccreſcētes, ipſa corroborauerunt corporū oſſa, ſed neque in hoc aderat vita, ſed ſtatim tertio gradu, ſuper inducta eſt oſſibus caro, & neque hic etiā vita apparuit. Quarto autē gradu, corium carnem totam cooperuit, & honeſtauit nec tamen vita adhuc apparuerat, ſed quinto denique loco aduenit ſpiritus, qui frigidis & carne iam veſtitis membris, vitam infudit. Hęc profecto mirabilis quædam figura eſt, quam ſemper cōcionator ob oculos habere debet velut ſingulariſſimum exemplar, vt recte

A

Figura Eze. 37.

B

C

Inſignis figura.

A in ſuæ prędicationis officio pro cedere valeat. Item proderit, vt attente etiam perpendat, quanti ſit momẽti auditoribus ſpiritus hic, quẽ in doctrina ſua ſemper ducere habet. Itaque contemplari habet concionator, quòd diuini verbi auditores in ipſius præſentia conſtituti, cãpum quoddã ſunt aridis oſsibus plenum. Nã
Simile. propter demerita noſtra, etſi in republica chriſtiana aliqui reperiantur religioſi viri, plures tamen,
B qui peccatis infecti ſunt quàm boni inueniuntur, neque vtcũque mali, ſed aridi & penitus à virtutis medulla vacui iam remãſerunt, ſolis oſsibus & chriſtianitatis exteriori armaturę innitentes. Quare animaduertere oportet, quòd ille hominũ cumulus, qui euangelicæ adeſt concioni, homines ſunt aridi & velut nuda oſſa à virtute ipſa prorſus denudati, & quòd oſſa quædam ſunt, quæ à peccato ipſo iam corroſa, dilaniataque exiſtunt. Hoc
C igitur ſuppoſito, conſiderare habet cõcionator, quòd oſsibus his voce ſua in concione vitam præſtare habet, qua reuiuiſcere omnia debent.

1. Gradus. Primus ergo gradus, in quo auditores formare habet, eſt nempe, vt oſſa ipſa ad ſe inuicem adiungantur. Quæ quidem iunctura, nihil aliud eſt, quàm vnitas & pacis tranquilitas & concordia, ad quam ante omnia auditores inducendi ſunt. Inimicitias & diſcordias à ſe procul expellẽ A tes, quæ pręcipue chriſtiani hominis vitam & eſſe totum corrũpunt. Secundo ſtatim loco, ad ſe
2. Gradus. cundum gradum ſunt auditores à concionatore transferẽdi, quia eis virtutis neruos præſtare debet, qui hanc pacis vnionem & Simile. amorem corroborent & conſolident, qui quidem nerui, ipſa eſt fortitudinis virtus & perſeuerãtia, quę homines fortes reddit vt vitia viriliter rũpere poſsint, atque omnibus mundi controuerſijs reſiſtere, necnon vt in virtute ſeſe valeant conſeruare. De
3. Gradus. inde auditorem ad tertium gradum transferat oportet, vbi eum B carne veſtire habet, quod eſt proximorum calamitatibus compati, quia in carne, miſeriæ alterius compaſsio denotatur, quia cum caro à natura ſua tenera ſenſibiliſque exiſtat, inde profectò eſt ꝙ hominem carne indui, in alienis miſerijs, miſericordẽ eſſe de- Quid, caro deſignet. bere inſinuat. Eſt igitur dicere, ꝙ euangelicus prędicator, ſummo opere tractet, quemadmodũ auditorem, tenerum atque dolentem, in proximorum ſuorum miſerijs & calamitatibus reddat. Ita vt proximi ſui infirmitas, pau C pertas, iniuria, mors, cę teraq; malorum infortunia, animum eius feriant & cõmoueant. Ita vt non tãquam inſenſibile brutum, per ipſius mala, indigentiaſque tran Simile. ſeat, abſq; vllo animi dolore, non ſecus quàm ſi duriſsimũ quoddã

eſſet

A eſſet ſaxum, hoc inquam eſt illũ carneum & humanum facere. Quartus gradus, ad quẽ ſtatim conferendus eſt à concionatore diuini verbi auditor, eſt nempe, vt carnem ipſam cutis veſtiat & honeſtet, quod nimirùm eſt, vt honeſtatis virtute eum induat, velut angelum puriſsimè viuere faciens, atque omni religione ſuammet perſonam decorans, in omnibus quę agit verecundiam quandam & honeſtatem oſtendẽs, ita vt malum perpetrare verecũdetur, & ſupra omnia, ſe mõſtrare laſciuum, auarum, mendacem, atque nociuum, fugiat, ita vt in ſuis rebus omnium virtutum honeſtiſsimũ ſeſe exhibeat exemplar, hoc vnum ſemper ma-

Simile. 4. grad⁹. Simile. Cõcionatoris forma.

B gnifaciens & prę oculos habens, quòd videlicet omnibus ſe benefactorem, pium, & beneuolũ oſtẽdere conetur. Et ꝙ deniq; ſic vitam in omniũ vtilitatem et exẽplum dirigat, vt omnibus amabilis reddatur, et inter omnes ſine querella vitam degat, et hoc eſt cutem ſibi deſuper extenſum habere, quo omnis eius honeſtatur vita. Sed adhuc homini ſic compacto et diſpoſito, ſupereſt vt adueniat ille vitę ſpiritus, qui Ezechielis oſsibus ſuperuenit.

5. grad⁹.

C Quare neceſſarium eſt ad hoc vt hęc omnia, vitę viuum et ſplẽdorem habeant, aduocare ſpiritum hunc, qui corpori huic ſic formato et diſpoſito, neruos et feruorem præſtet. Et ſic textus illius loci ait, quòd ad attrahendum ſpiritũ illum, vt in oſſa illa ingrederetur, et ea penetraret, vitamq́; tribueret, iuſsit dominus prophetę, vt peculiarem ſuper hoc diligentiam apponeret, magnas ſuper hoc ad ſpiritum emittendo voces, & peculiariter de ſpiritu vaticinaretur. Quod cum feciſſet, cõtinuò ſpiritus venit, & in corporum illam armaturam ingreſſus eſt, eisq; vitam & vires præbuit, cum tamen vſque ad id temporis nuda quędã oſsium eſſet pręciſè compago. Vbi ſignanter in hac figura duo habet aduertere euãgelicus prę-ceptor. A

Forma attrahẽdi ſpiritum.

¶ Primum eſt, quòd quantumcumq; naturalium virtutũ multitudinẽ auditores in ſe habeãt, & naturalibus donis, ingenij videlicet, & pulchritudinis, atque eloquentiæ, cæteriſq́; humanis veſtiatur gratijs, hęc armatura quędam & compago dumtaxat ſicca & nuda eſt, quouſq; eos hoc ſpiritus viuum induerit, quandoquidem in hoc præcipuè, omnis eorum vis & verum eſſe chriſtianum conſiſtit, iuxta Apoſtoli ſententiam, qua ait, littera occidit, ſpiritus autem viuificat, in quo ſpiritu maximè vitam hanc Apoſtolus conſtituit. Item hoc iterum Apoſtolus confirmat cũ dicit: Veni ad vos non in ſublimitate ſermonis, ſed in oſtenſione ſpiritus. Vbi quod præcipuè Apoſtolus in ſua prædicatione inten-

Duo ad uertẽda. B Primũ. Expoſitio. C Expoſitio.

A intendebat, erat quidem auditores hoc ſpiritus viuo induere. Itẽ hoc expreſsius ad Romanos. 8. capite confirmat cum dicit, qui ſpiritu Dei aguntur hi filij Dei ſunt, in quo præcipuè ſpiritu, Dei filiationem Apoſtolus reponit. Hoc idem prætereà ad Galatas. 5. aſſerit dicens. Qui Chriſti ſpiritũ nõ habet hic nõ eſt eius. Ecce ergo queẽadmodũ ſine hoc Dei ſpiritu in fructifera manet, corporea hæc omnis creatura. Secundum quod hic animaduertere habet cõcionator eſt, ꝙ ſpiritus ille, minime in oſſa illa arida eſt ingreſſus, niſi cũ priùs peculiarem propheta, de hoc pręparationẽ fecit, ad hoc vt ſpiritum il B lum attraheret. Vnde colligitur apertè, concionatorem oportere quidem maxima priùs indui oratione, magnoſq; ad Deum mittere clamores, vt ab eo ſpiritum hunc educat, quo aridis auditorum oſsibus, vitam eſt præſtaturus.

Expoſi. Rom. 8.

Expoſi. Gala. 5.

Secũdũ animad uertendum.

¶In hoc igitur articulo eius debet eſſe circa auditores peculiaris cura, omnis nãq; vitæ chriſtianæ feruor in hoc reſidet ſpiritu. Nam quemadmodum ignis cum ollæ ipſi adhęret, quàm plurimos operatur effectus, primò ſiquidem carnes, quæ intra ipſam continentur ollam, conquo C quit, ſecundò aquam ipſius ollę aſcendere cogit, quouſque extra ollam diffunditur, tertio, ſpumam & quidquid aliud ſordidum & immundum, intra ipſam incluſum erat extra mittit: hos igitur eoſdem tres ſingulares effectus operatur in auditorum animis ſpiritus, quem concionator in doctrina ſua illis oſtendit. Primò quippe, quia tanquam ignis auditorem feruere facit, eum à tepiditate frigiditateque animi, in qua primitus iacebat educendo, quo nimirùm feruore eius decoquuntur carnes, quia iã virtutes non crudas, ſed teneras & digeſtas ſatis habere facit, ſiquidem auditoris conditio, quæ antea, velut ferociſsimi tigri, cruda erat & dura, hoc ſpiritus feruore tenera & molis admodum redditur, & humana B nimis, atque hominibus amabilis, quandoquidem ſe tractabilem, omnibusq; ſuauem reddit. Et quemadmodum caro cum nimis fuerit decocta, ab oſſe ſtatim euellitur & demittitur: ſic etiam auditor, cum hoc fuerit diuino ſpiritu decoctus, à ſe omnino durum vitij atque peccati ruſticitatem explodit, necnon beſtialem conditionis ſuæ proprietatem, quam antea retinebat penitus amittit. Secundus effectus quem in aqua ignis operatur eſt quidem: quia ex feruore quem in aqua operatur aquam creſcere atque aſcendere ſurſum cogit vſque dum extra ollam in qua eſt, diffunditur. C Hunc etiam excellentem effectũ in auditore, hic concionatoris

Simile.

Tres ignis effectus.

Tres ſpiritus effectus.

Primus.

Simile.

Simile.

Secũdus effectus.

Simile.

operatur

A operatur ſpiritus, eum ſi quidem adauget atq; creſcere facit. Nam cum antea quaſi congelatus intra ſe ipſum maneret, iam ad plura alia virtutis exercitia ſeſe extendere facit: quam ea erant, quę ipſe à ſe ipſo operari poſſe exiſtimabat. Nam feruor hic, quem ſibi ſpiritus ille tribuit, illũ nõ ſolum ad ea virtutis opera, quę facere tenetur, exire facit, ſed etiam ad maiora perfectionis opera cōpellit, quandoquidẽ ſi ratio amicos diligere poſcebat vltra iã progreditur, nam inimicos etiã diligit. ꝙ ſi Christiana lex de ſuperfluo, eleemoſinã elargiri ſibi pręcipit, non ſolũ hęc, ſed de neceſſarijs ſibi, pauperibus tribuit quia non ſolum de theſaurizatis pecunijs eleemoſinam egentibus confert, ſed ab ipſo proprio ore bucellam quandoque aufert vt pauperi condonet. Quod ſi lex pręcipit ne proximi ſubſtantiam furetur, nevtique hoc ſolum contentus eſt ſed iam vltra procedit, nã non ſolum alienum non rapit, ſed quod ſibi propriũ eſt egẽtibus tribuit. Quod ſi lex iubet ne odio proximũ habeat, nõ ſolũ non odit, ſed eum ſummo amore proſequitur. Itaque hic feruor ſpiritus qui in illo eſt, eum ad maiora virtutum opera extendere facit, quam ſint illa, quæ lex ipſa exigit. Tertius effectus, quẽ calor in aqua operatur eſt, quòd feruor ille ſpumã & quicquid latet intra ollã ipſam inmundũ, foras mittit. Cum enim ebullit aqua, omnia hæc per ipſius ollę os exire facit. Pari forma ſpiritus huius feruor, in audiẽte omnia inmunda, atque ipſius cõſcientiæ ſpurcitiam foras expellit. Nam cum eum in Dei amorẽ accendit, virtutis amicum, & cupidum conſtituit: quod minime conſequi poteſt, niſi prius foras peccata abijciat. Et hoc ſpirituali viro ſemper datum eſt: quòd videlicet, dum cum virtutibus rẽ agit, ſimul etiam cum peccatis rẽ agere oportet, ſicut enim hortulanus, vt optima atque ſalutifera plantet olera, neceſſe habet peſſimas prius & nociuas, a terra euellere herbas: ſic etiã vt in religioſi viri conſcientia, ſalutiferæ ſeminentur virtutes, expedit prius vt peccatorum ſpinas erradicare conetur. eſt igitur maximi momẽti ſpiritus hic in concionatore, ad veram & perfectam auditorũ vitam.

B / C (margin letters); 3. Effectus. — Simile. — Simile.

## ¶CAPVT. XII. VBI hæc omnia, per alia ſacræ ſcripturæ loca confirmantur.

ET vt plenius concionator, ſpiritus huius vim & efficatiam percipiat, & quanti ſit vigoris intelligat, vt prædicatio eius vires & neruos in auditoribus obtineat, et quàm itidem obligatus ipſe maneat, ad hunc impetrandum ſpiritum, nec adhuc quieſcat, quo- C

vſque

A vſq; doctrinam quam prædicat, hoc diuino ſpiritu veſtiat & illuſtret. Ad hoc inquam plenius & diſtinctius intelligendum, adducemus in præſentia alia ſcripturæ ſactę loca, pręter illa quę huc uſque adduximus, quæ aperte oſtendant omnem florem, & ſermonis optimi vigorē, in eius optimo ſpiritu ſitum eſſe. Et in primis hoc ita fatetur, qui excellentior in orbe toto fuit concionator, de quo ſatis negotium hoc intellexiſſe creditur, apoſtolus Paulus, qui prima ad Corinthios epiſtola capite. 2. vim & euāgelij virtutem dilucidans, ſic ait. Ego cū veniſſem ad vos fratres, veni nō in ſublimitate ſermonis aut ſapiētiæ, ſermo enim meus & prædicatio mea, nō in perſuaſibilibus humanæ ſapientię verbis, ſed in oſtēſione ſpiritus & virtutis. Fuit ſiquidem intētum meum & propoſitum (ait Apoſtolus) in hac mea euangelicæ prædicationis eruditione, ſpiritum & Dei virtutem vobis oſtendere: vt vos in C Ieſu Chriſti amore incenderem & viuificarem, atq; in regni cælorum deſiderium excitarē. Quibus in verbis aperte nobis cōmoſtrat Apoſtolus, quòd præcipuus prædicationis ſuæ ſcopus, in quem omnem ſuam dirigebat doctrinam, hic erat ſpiritus, quādoquidem reliqua omnia, videlicet multiplicata verba, delicata puncta, atque dicēdi eloquentiā, abſque hoc ſpiritus feruore & affectione, parui eſſe momenti iudicabat, dum tamen prædicationis verba, hoc ſpiritus feruore non arderent.

Expoſi. 1. Cor. 2 — B

Hæc eadem eſt etiam ſententia eius, cum ad Romanos ſcribit capite. 12. vbi chriſtianę vitæ formam hominibus deſcribens, ſic ait. Obſecro vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuētem odientes malum adhærentes bono, charitatem fraternitatis diligentes, domino ſeruientes, ſpiritu feruētes. Siquidem ſacrificiū hoc (ait Paulus) pręcipue in ſpiritus feruore cōſiſtit. Hic nāque vos ſolicitos atque feruentes reddet, atque ſtomachum præbebit, vt malum vere odire poſsitis, atque vt bono adhærere valeatis. Et adhuc faciet vt inter vos etiā amorem & charitatis vinculum conſeruare poſsitis, quod velut amantiſsimi fratres, adinuicem ſeruare tenemini. Hic ſpiritus, gaudentes, atque in regni cælorū ſpe firmatos vos reddet, nam cum animæ veſtræ viuum ſit & vigor, vigurose etiam vos & efficaciter ad omnia virtutum opera mouebit.

A — Expoſi. Rō. 12. — B — C

Hoc idē iterū exaggerat idem Apoſtolus, prima ad Theſalonicenſes epiſtola, cap. 5. cū ait, ſpiritum, qui in vobis eſt nolite extinguere. Filij mei chariſsimi (ait Apoſtolus) neſcio quod aliud vobis poſsim ſalubrius præſtare conſilium, vt rectius in hac ſpirituali

Expoſi. 1. the. 5.

ſpirituali

A rituali vita conſeruari poſsitis, quã vos animaduertere, ne eum extingatis ſpiritũ, qui intra vos latet. Nam ſpiritus huius vigore à moto & feruore, manent tũc in vobis, quaſi mortuæ & conſepultæ virtutes omnes, ſicut quã primum in igne extinguitur flamma, extincta etiam manet ipſius ignis lux, atque minoratus valde ipſius ignis calor, quia prunę quæ incenſæ remanent, parumper magis ac magis mortificantur: quouſque in fauillam & cineres penitus vertũtur. Sic etiã vitæ hominis flamma, quæ eum ardere facit, hic ſpiritus eſt: ꝙ ſi feruor eius quandoque mitigatur & deprimitur, homo ipſe, quaſi ſine luce ſub tenebris conſtitutus manet, quia omnes virtutes ſuboſcuræ & vmbraticæ manent, non ſecus quàm pictura nocturna, cuius effigiem difficilè percipies. Et eſtò verum ſit, quòd mortua ſpiritus huius flãma, hominis vita quodãmodo accenſa maneat, & ſicut ignis prunæ, calorem in ſe retineat, minime tamen diu conſeruari poterit, quandoquidem vno quoque die magis ac magis mortificabitur: vſque dum in cinerem conuertatur. Nam tepiditas & vitæ demiſsio, que ſine ſpiritus feruore cum gratia manet, parumper hominem ad peccati mortem inducit. Qua de cauſa tam efficaciter diuus Paulus christiano homini perſuadet, vt attente perpendat, ne hunc extinguat ſpiritus feruorem.

Simile. B Simile. Simile. C

¶Et quidem annotandũ maximè eſt in verbis his, quod Apoſtolus aſſerit, dũ ait: Spiritũ nolite extinguere. Aliud ſiquidem eſt ſpiritũ extiguere, aliud verò ſpiritum ſuffocare. Quemadmodum in igne videre hoc eſt, nam ille dicitur extinctus ignis, quẽ aqua ex toto interemit. Cæterum ignem ſuffocari, eſt quidem eius flammã opprimi & cooperiri, ne ardeat, & ne eius ſplendor exterius prodeat. Sic omnino in ſpiritu dicendum eſt. Nam illi ſpiritum (quem ſibi Deus præſtitit) extingunt, qui mortaliter vtique peccant. Nam quemadmodum aqua ignẽ penitus extinguit, ſic peccata mortalia, aqua ſunt, quæ penitus diuinum ſpiritum, quẽ anima in ſe habebat extingunt: nam cum gratiam ab ea auferunt, eius etiam ſpiritum abijciunt. Alij verò ſunt qui ſpiritum non extingunt, ſed ſuffocant illum & opprimunt. Hij autem ſunt, qui venialibus offenſis & negligentijs abundant, nam veniales culpæ etſi non extinguant, detinent tamen & cooperiunt ſpiritum hunc, ne eius calor lux, & ſplẽdor, foris exeat. Et ſic eſt quòd qui has vitæ negligentias communiter in ſe creat, parum profectò lucidam vitam ſortitur, nam etſi ſubſtan-

A Differẽtia. Simile. B Simile. Spiritũ ſuffocare. C

tialiter

A tialiter bonus exiſtat, deficit tamen ſibi virtutis ſplendor: ſiquidem vitam obnubilatam, & velut mortificatam gerit. Non immerito ergo Apoſtolus nos admonet, quòd ſemper viuum & ſplendentẽ hunc habeamus ſpiritum, ab eo enim totus vitę noſtræ, oritur ſplendor & vigor.

Expoſi. Numer. 11.c.

¶Præterea numerorum.11.capite habetur, quod cum Deus Moyſem populo ſuo præſidentem conſtituiſſet, atque eum in legis ſuæ præceptorem ſignaret, tandem aſsiduis populi cauſis & litigijs, faſtidio affectus eſt, & laſſatus valde, ita vt iam in tã importuno & moleſtò quotidiano labore deficeret. B Cùm ergo iam his populi moleſtijs plenus extitiſſet, Deum maxima inſtantia precatus eſt, vt ſocium alium ſibi præſtare dignaretur, qui populi labores vna ſecum portare poſſet, minime enim iam tot populi illius litigia, moleſtiaſque tolerare poterat. Deus autem ſuper hoc indignatus valde, reſpõdit illi adiutorem alium ſe dare velle, hac tamen lege: ꝙ maximam ſpiritus partem, quam ſibi ad populi directionem pręſtiterat, ab eo eſſet ablaturus. Ex quo clarè colligitur quòd præcipuum, quod propheta ille conſequutus fuerat donum, C vt rectè populum domini dirigeret, atq; eum legem doceret, Deiq; cultui eundem adunaret populum: fuit quidem non ſolum ſapientia, quàm à Deo obtinuerat. A De quo in ſacra legitur ſcriptura, quòd ſupra Egyptios omnes ſapientiſsimus erat, ſed ſapientiæ huius ſpiritus. Erat enim tum in factis, tum etiam in dictis ſuis vſque adeò efficax, quòd non ſolum homines efficaciter mouebat, ſed eos verbis ſuis tremẽtes reddebat. Vnde veriſsimum reperitur, quòd officij ſui præcipuum negotium, hic erat ſpiritus. Vnde in eo, quod ſibi præcipuum erat & ſubſtantiale admodum, Deus illum punire decreuit, cum ab eo talem ſpiritum abſtulit. Hinc ergo poterit ſatis concionator intelligere, quàm ſit potiſsima officij huius pars, B ſpiritus hic. Quòd ſi quandoq; hoc ſpiritu ſe carentem conſpexerit concionator, veriſimiliter credendum eſt, ꝙ iuſto Dei iuditio in hoc à domino punitur, atque ex conſequenti exiſtimandum, quòd concionatorem in hoc ſimul cum populo flagellet: dum ab eo huiuſmodi ſpiritum adimit. Ita vt concionatoris culpa in cauſa ſit, quòd talem ab eo auferat ſpiritũ, in quo totius populi commodum repoſitum erat. Quare tunc temporis, diligenter habet concionator talis, ſuæ vitæ reformationi attendere, C & ſupra omnia ad orationem accurrere, vt ſic Deum placare valeat, vt ſibi priſtinum ſpiritum reddere dignetur, quo auditorum mentes excitare,

Mirus Moyſi ſpirit⁹.

Priuatur concionator ſpiritu quandoq;.

Concionatoris forma, cũ ſpiritu priuatur.

[library stamp]

A citare, atque in Dei amorem accendere poſsit.

Expoſi. 1. reg. 16. ¶ Et hoc quidem confirmari poterit, ex hiſtoria illa, quæ primi Regum capite. 16. adducitur, vbi legitur, quòd cum dominus Saulem in populi ſui Regem conſtituiſſet, dum poſtmodum peſsimis viuendi moribus eſſet infectus, atque extra Dei omnipotentis manum & obedientiam, ſe ſubduxiſſet, ait diuina ſcriptura, Deum illum puniſſe, in hoc quòd ſpiritum, quem ſibi cõdonauerat abſtulit, tanquàm in
B re, quæ ſuo regiminis officio, ſubſtantialis admodum erat. Poſtquam autem ab eo ſpiritus hic receſsit, ſemper deinceps in peiora delapſus eſt, quouſque regno ipſo à Deo priuatus fuit. Vbi põderãdum maximè accedit, quòd ſpiritus ille, non ſolum Regi ad populi regimen, & ſubditorum profectum, cõducebat, ſed etiam ad ipſiusmet perſonę virtutem & perfectionem conſeruandam.

Quapropter ſpiritus hic, concionatori conducit, non ſolum vt eius doctrina in auditorum ani-
C mis imprimat, ſed vt ipſemet etiam in virtute, & religione per duret. Et hoc profectò ſatis perſpicuum erit, ei qui negotium hoc attente comtemplari decreuerit. Nam dum quis in vita ſua hoc viuum & ſpiritus feruorem ducit, ori ſuo frenum quoddam impoſitum defert, quo, quid
Simile. quid in Dei offenſam ſe offert, ſtatim comprimit: Quòd ſi hoc A
ſpiritus viuum & vigorem ſemel amiſerit, experientia comprobatur, eius vitam paulatim corrumpi.

¶ Item iudicum capite. 15. legitur, quòd tota vis & Sanſonis Figura. Iudi. 15.
præſtantia, qua tot deuincebat bella, atque hæroica nimis proſequebatur opera, hæc inquam vis, in eius erat ſpiritu repoſita, quem ſibi Deus infuderat. At verò hic ſpiritus ab eius dependebat capillis, quos cum eius amica Dalida, ab eius ca- B
pite raſiſſet, continuo ſpiritus ab eo receſsit, ac perconſequens, vires omnes & potentiam illico perdidit. Ita vt ex ferociſsimo viro, in tantum debilis & exanimis effectus eſt, quòd inimici eius ab eo oculos eruerunt, eumque irridere & contemnere cæperunt, quaſi viliſsimum quendam & prorſus deiectum hominem. Sic etiam veriſsimum eſt, quòd vis omnis & valor, quem concionator habet, vt doctrina ſua peccato- C
rem deuincere valeat, in ſpiritu, quem ſibi Deus præſtat, poſitus eſt, quo vno, maiora nimirum opera, quàm validiſsimus ille peragit Sanſon. Etenim Fortis viri eſt cũ peccatis agere.
fortioris animi eſt cum peccatis quàm cum inimicis in bello luctari. Quod nimirum concionator facit, nam cum hoc ſpiritu rebelles auditorum animos & in peccatis immerſos

a deuin-

A deuincit. At verò ſpiritum hunc in capillis repoſitum habet, qui nimirum capilli, nihil aliud quã ipſius virtutis perfectionem & tenuitatem quandam deſignãt quam certe in ſeipſo concionator ſemper ſeruare debet, etenim ſpiritus hic, vbicunque reſidet, de ſe capillos generat, qui ipſa ſunt virtutis delicatiſsima opera. Cùm autem concionatori capillos hos mundus totonderit, ſpiritum ſe amiſiſſe vere exiſtimare habet, ac perconſequens, id quod in concionãdi officio pręcipuum erat, ſe perdidiſſe putet.

Spũs in capillis

B

Expoſi. Apoc. 2.

¶Item Apocalypſis. 2. capite legitur, quòd cùm vni ſeptem ecclesiarum Deus loqueretur, de ea quęrellam formans, ſic ait ſcio quòd tenes nomen meũ, & quòd non negaſti fidem meam, & ꝙ vere mihi inſeruias, veruntamẽ habeo aduerſum te pauca, quòd ſcilicet primam charitatem reliquiſti, & ꝙ omnis vitæ tuæ diſcurſus ſecunda ſolũ modo veſtiatur charitate. Dictum profectò annotatu dignum, ſed vt quærellã hanc ſatis percipiamus, operæ pretium erit prius videre, quid nam prima, ſecundaue dicatur charitas. Et quia res corporales, rerum ſpiritualium, potiſsimum ſunt ſpeculum & lumen, dilucidabimus hoc per quoddam in naturalibus appoſitiſsimum exemplum, quod affinitatẽ maximam & ſimilitudinẽ gerit, cum hac diuina, quã

1 Charitas et. 2. charitas.

C

modo tractamus veritate. Namq; ſi arboris fructum contemplemur, ſicuti prunum eſt, dicimus quòd prima & ſecunda habet pruna. Primum ergo quod in illo appellamus prunum, eſt nempe illud, quod cùm in arbore iam ad maturitatem peruenerit, ab arbore ipſa cum flore colligimus, & ſtatim ori comedendum apponimus, vocaturque primus fructus ſiue primum prunum, quia cum flore & omni ſua integritate colligitur, peculiaremq́ue hominis guſtui ſuauitatem ingerit. Cæterum ſecũdum dicimus prunum, quod iam in foro vendendum hominibus apponitur, quod profectò manibus attrectantium, iam compreſſum eſt, atque à muſcis vndequaque infectum, qui quidem fructus, iam ſuum amiſit florem ſaporiſque integritatem. Nam etſi pruni eſſe & ſubſtantiam habeat: attamen nimium decidit ab eo ſapore & flore, quem in arbore conſequebatur. Pari ergo forma vita hæc noſtra, velut arbor, duo virtutum opera producere poteſt, quorũ alterum, prima vocatur virtus, alterum verò opus, ſecunda denominatur virtus. Quando igitur hominis virtus, hoc ſpiritus viuum & feruorem atque candorẽ, quod ſupra diximus, conſequitur, ideſt cum virtus calore, & deuotionis zelo & feruore veſtitur, tunc temporis inquam prunũ

A Simile,

B

Notãdũ maxime

Simile.

C

A prunum ſuo viget flore, peculiaremque conſequitur ſaporē, & guſtum, & tunc primum vocatur prunum, & tunc etiam prima vocatur charitas, ſiquidem eam homo tota ſua fortitudine producit, atque in ipſa, omnem ſuam produxit virtutem, calorem illi atque odorem & ſaporē pręſtans. Secunda tamen virtus & charitas vocatur, cum dato ſubſtantialiter, opus illud virtutis bonum ſit. Deficit tamen B ſibi viuum & decor ille candoris quem de ſe ſpiritus ducit, quia vtique debilis, laxa, & exanimis, virtus illa & charitas effecta eſt. Sic igitur ea virtutis opera, quæ à gratia Dei procedunt & ab hac ſimul ſpiritus viuacitate & nitore, quia non ſolum virtutes vtcunque ſunt, ſed ſpiritus nitore reſplēdent, talis hæc virtus, prima dicitur charitas, quia huiuſmodi charitas florentes de ſe producit virtutes. Cæterum virtutes illæ, quæ etſi à Dei gratia promanent, florem tamen amiſerunt, nam etſi charitas à venialibus non minuatur, quia intacta permanet, dicitur tamen florem amittere, quia feruor charitatis remittitur, quia venialibus C ipſa & virtutes inuoluuntur peccatis, atque negligētijs plurimis ſcaturiunt, hæc ſiquidē venialia peccata, muſcę quædam importunę ſunt, quę ſuauitatem & decorē, floremq; virtutis denigrāt. Hę inquā virtutes ſic diſpoſitę, &

[2. Charitas.]

à venialibus contrectatæ culpis, A iam in foro à vendente conſtituta ſunt pruna, nam ſicut forum locus quidam publicus eſt, vbi omnium viget tumultus, & negotiatio: ſic pariter qui virtutem exercet, amiſſa clauſura illa, & attentione, atque contemplatione: quam ipſum eſſe virtutis requirit: quia ipſis mundi negotiationibus virtus inuoluta exiſtit, quæ quidem negotiationes de ſe male aptæ ſunt, vt inter eas homo virtutem cum flore producere poſsit. Hic talis inquam B vir, virtutem hanc in foro repoſitam habet, & ibi ſecundum vacatur prunum, ibique ſecunda appellatur charitas, quia homo non efficaciter cum flore: ſed debilem & languidam virtutē ipſam producit.

[Simile.]

¶ Si igitur Deus minimè contentus eſt, quòd homo ſimpliciter bonus exiſtat, imo de eo non mediocrem quęrellam format, dum eius virtutum opera, ad hoc ſpiritus viuum & feruorem non pertingunt. Hinc apertè colligere poterit concionator, quanti ſit ponderis & momēti, in hac euāgelicę prędicationis arte, hūc conſequi ſpiritum, vt quod dixerit, in auditoribus imprimat. Cū iuxta diuinam hanc ſententiam, C minimè contentus eſſe debet, ſi auditores, vtcūque bonos faciat, niſi eos ad hunc ſpiritus gradum perduxerit, eos nempe ſpirituales viros conſtituens, quorū vita

[Attētio cōcionatoris.]

A non exanimis ſiue laxa ſit, ſed ea fortitudine & calore veſtita, quã prima exigit charitas, eos omnes (Simile.) tam fructiferas arbores reddens, quæ prima de ſe producant pruna, ſiue priores fructus, & quę Dei guſtui gratioſa & ſuauiſsima fiant.

Simile. Nauis quantumcunque omnibus neceſſarijs ſit munita, atque pleniſsime eis omnibus abundet quæ ad eius nauigationẽ exiguntur, ſcilicet optimis velis, malo validiſsimo, atq; funibus & multa etiam alimentorum copia, panis videlicet, vini, carnium, & a-
B quæ dulcis, & grandi etiam armorum munitione, machinarum & militum. Attamen cum his omnibus in ipſo littore in portu immota ſemper manebit, nec nauigare poterit, ſi aer qui vela cõcutiat, ſibi deficiat, ſic etiam homo nauis quædam eſt ab ipſa Dei omnipotentis manu ſupra modum ornata, quia optimo ingenio diteſcit, tenaciq́ue memoria munitur, in qua velut in arca eorum omnium quæ ſcit, theſaurum claudat. Abundat prætereà voluntatis potentia, vt ea quæ intelligit, & velle & amare poſsit.
C Dedit item illi mirificum illum quinque ſenſuum ordinẽ & melodiam, cum alijs omnibus naturalibus & ſupra naturalibus donis, quibus Deus tam magnificè illum ditauit, vt per turbidas mũdi huius procellas nauigare valeat. Et iuxta hanc ſententiam à ſapientiſsimo Salomone, religioſus vir nauis appellatur, quemadmodum ex Prouerbiorum. 25. cap. conſtat cum ait. (Expoſi. Prouer. 25) Facta eſt quaſi nauis inſtitoris, de longe portans panem ſuum. De longe (inquit) panem ſuum portat. Nam (Simile.) quęadmodum mercatoris nauis in patria ſua vilib' oneratur mercibus, cum autem ad longinqua perducta fuerit regna, alijs pretioſiſsimis, delicatiſq́ue adducitur onerata mercibus, ſic pariter homo, qui cum Deo virtutum negotiationem gerit, animæ ſuæ nauẽ in hac miſerrima vita, viliſsimis & amariſsimis mercibus onerat, quemadmodum lachrimę ſunt, B paupertas, infirmitas, iniurię & perſecutiones, labores & erumnę plurimæ. Cæterum à Deo ipſo nauis hæc dum poſtmodum reddit oneratur quidem non laboribus aut vilibus, ſed lętitia & animi ſolatio, atque alijs multis iocundiſſimis, & animi diuitijs nec non & corporis atque animę ſalute honore, gaudio & quiete. Hæc igitur nauis tam magnifice prouiſa, & omnibus neceſſarijs præmunita et ſic in hoc mũdo ex- C tenſis velis præparata, ad maritimam aquę oram, ſiue ad aquæ litus, immota permanet, quæ minime nauigare valet, quo vſque ſpi- (Simile) ritus hic adueniat, qui tanquam validiſſimus vẽtus, eius vela percutit, & ad Deum creatorem ſuum

A ſuum nauigare cõpellit, per omneſq; mundi huius tempeſtates & infortunia tranſire viriliter facit. Tanta ſiquidem eſt efficatia & fortitudo, quam homini diuinus hic ſpiritus præſtat, vt per omnia tranſeat, neq; aliquid ſit in orbe toto, quod ſibi difficultatem ingerat. Quandoquidem impetuoſus quidam diuinus aër eſt, qui in homine, nauis pupin tam fortiter concutit, ꝙ per omnia mundi pericula eum magnanimiter atque celebriter nauigare cogat.

Similitudo.

¶ Ex his igitur, quæ hucuſque diximus, poterit quidem intelligere euangelicus preceptor, quã ſit ſpiritus hic neceſſarius, vt auditorem à ſua peccatorum ſarcina erradicare valeat, cum ſpiritus hic, impulſus quidam diuinus ſit, qui eum nauigare eſt cõpulſurus. Nam etſi auditorem B ipſum, concionator optima & ſana induat doctrina, ipſeq; optimum ſortiatur ingenium, quo eam intelligere valeat, & præterea optimum intra ſe creet affectum & animi deſideriũ ad eam opere complendam. Omnia hæc quidem inſtrumẽta ſunt, quę in ipſa naui immota remanẽt, neq; aliquod illorum lucet, vſq; dum hic flatus, ſpiritus huius aduenerit, qui omnia mouet, omnia illuſtrat, & omnia deniq; perficit. Et C concionator qui in doctrina ſua ſpiritum hunc non ſortitur, intelligat oportet, quòd illa auditorum multitudo, quæ in concione, eius aſsiſtit præſentiæ, vas quoddam ad nauigandum ſine remis & velis eſt, atque nauis quędam ſine vento, quæ ad maris Oram ſiue aquæ portum ſpiritualibus mercibus onuſta, im mota permanebit. Et hoc eſt quod egregius Dauid propheta aſſerit, Pſalmo. 142. dicens. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Tuus (inquit) ſpiritus, velut validus ventus in me inſuflabit, atque ad beatorum patriam nauigare me coget. Nam quouſque hic repentinus ſpiritus adueniat & diuinus adueniat flatus, vita mea frigida admodum & infructifera, immobiliſq;, velut nauis in malachia permanebit. Eſt igitur verùm, quòd cum ſpiritus hic aër quidam cæleſtis, & impulſus diuinus ſit, qui auditores mouere habet, conducit maximè concionatori euangelico, quòd in hac concionandi arte, pręcipua eius cura ſit, hunc ſcilicet acquirere ſpiritum, quibus modis & vijs, ſibi poſsibile duxerit, cum eius præcipuum ſit intentum & finis auditorem in cõcione mouere.

A Simile. Expoſi. Pſal. 142 B

¶ Habemus igitur iam quanti ſit pretij diuinus hic ſpiritus, vt cõcionator in ſermone ab auditoribus fructũ aliquem acquirere poſsit. Habemus item quòd C potiſsima concionatoris induſtria, vt ſpiritum hunc conſequi

 valeat,

ALEXANDER PP VI VALENTINUS

A valeat, oratio ipſa & intima contemplatio eſſe debet, quandoquidem donum quoddam Dei eſt, quod ipſe non niſi, cui complacet, impartitur.

¶CAPVT. XIII. QVOD ſpiritus in concionatore, quandoq; homini naturalis ſit.

ALIO modo poteſt concionatori tribui ſpiritus non quidem ex oratione, ſiue contemplatione, aut ex eius bonitate, quaſi ipſe hũc mereatur ſpiritum, neq; quia Deus
B peculiariter velit illum in ſuæ legis concionatorem ſuſcitare, qui tres ſunt modi, quos iam ſupra memorauimus: ſed quòd in eo donum quoddam linguæ naturale ſit ad hoc, vt ea, quæ dicit ſpiritu & efficatia quadam proferre queat. Et quidem volo in hac parte dicere, quòd vis hæc & efficatia in dicendo, ſæpenumero in ipſa hominis natura ſita eſt. Itaque multi à natiuitate ſua hoc dicendi efficaciter, naturale donum ſortiuntur, vt id quod proferunt, vi quadam & humana efficatia alijs ediſſerant: Itaque inter alia naturalia dona, quæ Deus quandoque
C à natiuitate hominibus prouidet ſicuti ſunt pulchritudo, diſſerta lingua ingenium optimum, dicendi ſuauitas, ſic etiam ſibi prouidet de hac efficaci

Tres modi ac quirẽdi ſpiritũ.

A actione & vigore in dicendo, vt in audientium animis, id quod profert, imprimat. Itaque in ipſamet hominis natura, hoc linguæ viuum imbibitum eſt. Et huius conditionis, quàm plurimi fuerunt humani oratores, quemadmodum, Cicero, Demoſthenes, & Seneca extiterunt cum cæteris his ſimilibus, qui non ſolùm humanam cõſequuti ſunt ſapientiam atque linguæ donum, vt eam ſapientiam diſſertè & ſuauiter loqui poſſent, ſed etiam oratores fuerunt, qui in oratione ſua vim maximam, & indicendo efficatiam auditoribus oſtenderunt, in quibus
B compertiſsimum eſt, cum aliàs Gentiles eſſent, quòd hic indicendo ſpiritus, à gratia, quaſi donum eſſet ſupra naturale ſibi præſtitum, nevtique fuit, ſed ꝙ in ipſamet ipſorum natura imbibita erat eloquentia, & illius ſpiritus humana quædam efficatia: Et de hac hominum cõditione ait Iſaias propheta, capite. 2. quieſcite ab homine, cuius ſpiritus eſt in naribus eius, quaſi dicere velit, talem ſibi ſpiritum cõnaturalem forè, qua de cauſa, aliquem furibundum quãdoq; & iracundum vocamus, & cuius facilè nares inflãtur, quia
C viuum illud ſpiritus, quod à ſuo dimanat naturali, ſicut ignitus titio eſt, qui ſtatim fumigat, atque in furibunda verba, efficaceſque actiones, & difformes geſtus

Cicero. Demoſthenes. Seneca.

Expoſi. Iſa. 2.

Simile.

A ſtus prodit. Quę nimirum ſententia alteri etiam eiuſdem Salomonis conformis eſt, Prouerbiorum, capite. 29. cum ait: Stultus profert totum ſpiritum ſuum ſimul. Nam cũ hic ſpiritus vigor & efficatia, in eius ſit ſita natura, & ex alia parte nullam aliam apponat induſtriam ſiue diſciplinã, vt in ſeipſo ſubitaneã reſcindat iram, quaſi brutũ quoddam in ſuis actionibus remanet recalcitrans, quid in hoc faciat minime attendens. Nam gemitus & furia, quæ ab eo promanant, à ſua propria oriuntur natura. Quò fit vt ſpiritum ſuum non ſucceſsiue, aut ſuo oportuno tempore, ſed ſubito totum proferat. Ecce ergo quemadmodum B naturalis alicui, hic ſpiritus & vigor ſit.

Expoſi. Prouer. c. 29.

Simile.

¶ Legitur de Sanſone, iudicũ capite. 14. quòd in eo excitauerit Deus ſpiritum fortitudinis, quo potenter inimicos ſuos deuincere poſſet, aliaq; multa prodigioſa opera peragere, quę quidem fortitudo, donũ quoddam erat, quod à Deo à iuuentute ſua ſortitus fuerat, qua heroyca quotidie operabatur facta. Sicut etiã de Dauid rege habetur, quòd à pueritia ſua, hoc idem fortitudinis donum & ſpiritus obtinuerit. C Cũ enim paſtor eſſet ouium, leones ad ſe venientes dilacerabat, vrſoſq; validiſsimos apprehendens ſuffocabat. Qui prætereà cum adhuc iuuenis eſſet, ſolo fundæ lapide, quam manu gere- A bat, immanem illam Philiſtęi beſtiam proſtrauit, & pari forma in humanis alijs legitur cõtigiſſe hiſtorijs, ſcilicet validiſsimos fuiſſe ſemper viros aliquos, qui multa heroyca opera tractarunt, & vſque adeò potentiſsima, ꝙ hominibus incredibilia extiterint.

Expoſi. Iudicũ. c. 14.

Dauid rex.

¶ Pręterea. 2. Paralipomenon libro habetur, quòd ſpiritum fortitudinis qui in rege Perſarum latebat, Deus excitauit, vt contra ſuos debellaret inimicos. Vnde colligendum eſt, quòd cum viri huius ſpiritum dominus excitauerit, nec de nouo aſſerit ſpiritum hunc in eo poſuiſſe, quòd anteà iam hoc naturale fortitudi- B nis donum in ſe habebat. Simili etiam modo in ſacris legitur litteris, hũc fortitudinis ſpiritum ad deuincenda bella, in multis alijs ſuſcitaſſe viris, ad ſuorũ populorum defenſam, in quibus quaſi ſopitus antea latebat. Cùm igitur verũ ſit multos olim fuiſſe viros, qui à natiuitate in ſe ipſis incluſum habuerint hũc fortitudinis ſpiritum, verùm profectò apparet quod dicimus, multos videlicet eſſe qui à natiuitate ſua hoc ſortiuntur in dicẽdo ſpiritus donum, vt potenter vigore magno & efficatia, ea quæ loquũtur proferant. C

Expoſi. 2. Paral.

¶ Eſt tamen quæſtio, quæ ſeſe in præſentia offert, vt iam radicitus hãc ſpiritus difficultatem

Quæſtio.

 finia-

A ſiniamus. An videlicet naturalis hæc efficatia & dicendi ſpiritus in cõcionatore aliquid agat, ad mouendum auditorem ad res diuinas & cæleſtes, & ad hoc vt à peccatorum ſarcina auditor cõſurgere, atque ad Deum conuerti valeat, an ergo in hoc tam mirabili & diuino opere, naturalis concionatoris ſpiritus, & in dicendo efficatia, aliquid peragat. Nam etſi verùm ſit, quòd ad peragendas res humanas, hic in homine ſufficiat ſpiritus, cum tamen diuinæ omnino, & extra hominis ingenium & vires ſint, nõ videtur eandem eſſe de vtriſque rationem.

¶ Et quidem videtur, ꝙ hic naturalis concionatoris ſpiritus, B quem ſibi, velut naturale donũ, à natura ſua vẽdicat nihil agat, ad hoc vt auditor ad cęleſtia moueri poſsit, neq; ad ea quę animę ſuę ſalutẽ concernũt. Nam Matthæi. 10. c. legitur, ꝙ cum redemptor noſter Chriſtus apoſtolos ſuos ad euãgelicam miſiſſet prędicationẽ, vt hominibus regni cęlorum notitiã pręſtarẽt, eoſq; à peſsima viuendi forma auerterent, dixit ſic. Cum ſteteritis ante reges & pręſides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini, nõ enim vos C eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Non eſt (inquit) vobis datũ, cum de rebus fidei cum hominibus agendũ ſit, pręmeditari, quẽ admodũ hominibus loquẽdum ſit. Sunt enim hæc omnia vſque adeo ſuperna & diuina, ꝙ tã ſciẽtia, quàm etiam illius ſpiritus & efficatia, veſtrum omnino ingenium & naturam excedũt. Qua de cauſa vobis à patre luminum cælitus ſunt præbenda. Et ratio quam euãgelium aſſignat, ſatis hoc idem confirmat. Quia vos (inquit) nõ eſtis qui loquimini (etiam ſi os, per quem verba promitis, veſter ſit) ſed ſpiritus patris veſtri qui in vobis loquitur. In quibus verbis aperte ait diſcipulis ſuis Chriſtus, ꝙ ad docendum homines euangelium, atque vt ad regni cælorum moueatur brauium, parum ſuus efficiebat ſpiritus; ſed quòd omne hoc negotium, ſpiritui à patre cęleſti pręſtito tribuendum ſit, & quòd vis & efficatia, quam hominibus in ſua oſtendebant prędicatione, nevtique ex illis erat, ſed à patre ſuo cæleſti, qui intus in ipſis loquebatur.

Expoſi. Mat. 10.

1. ratio.

¶ Item credendum eſt, in omni apoſtolorum collegio, & diſcipulorum Chriſti ſchola, aliquos reperiri poſſe, qui hunc naturalem loquendi ſpiritum habuiſſent, & qui efficaciter alijs res ipſas proponerent: attamen in ſignum, quòd hęc eorum vis & efficatia naturalis, parum ad tam arduum negotium præſtabat, ſicut Chriſti expoſcebat euangelium. Cum iam aſcenſurus eſſet

2. ratio.

A esſet in cœlũ, præcepit eis quòd ab Ieroſolimis in euangelicã prædicationem ne diſcederent, quo vſque cœlitus ſpiritus ſancti donum ſibi præſtitũ fuiſſet, qui eis eam virtutem & vires daturus erat, quæ ad tam ſublime exigebantur opus, quaſi minime in eis ad hoc tam altum munus, ſpiritus ille aliquid præſtaret, quem antea de ſe apoſtoli habebant.

Expoſi. Actu. 1.

¶ Item apoſtolus Paulus in prima, quam ad corinthios ſcripſit epiſtola, eius ſapientiæ, quam de euangelio ſuo imbiberat, rationẽ B aſſignans, ſic ait. Sapientiam loquimur inter perfectos, quam nemo principum huius ſæculi cognouit, ſed nos qui ſpiritum Dei accepimus, vt ſciamus quę a Deo donata ſunt nobis. Vbi clare fatetur apoſtolus, quòd nullus de ſe ex naturę ſuæ ſapientia virtute ad euangelij huius ſapientiam & eruditionem pertingere poteſt, niſi eo ſpiritus dono fuerit munitus, qui cœlitus à diuina manu nobis conceditur. Ex his ergo C rationibus videtur, quòd ſpiritus & efficatia, quem homo à natura ſua in dicendo conſequitur parum prorſus prędſtet, vt auditorem ad diuina & cœleſtia mouere poſſit, ac per conſequens, ꝙ alius ſit expectandus ſpiritus, qui concionatoris animum induat, & qui nouum ſit donum à patre luminum deſcendens, quo efficaciter (ſicuti decet) auditorũ inflãmet corda.

Expoſi. 1. ad Corinth.

¶ Ad hoc tamen primum reſpõdeo, quòd ſpiritus qui hominis naturę inditus eſt, qui quidẽ ea eſt efficatia humana & in dicẽdo vigor, quem homo à ſua ſortitur natura, ſufficiens quidem eſt ad humanas res naturales pſuadendas, atque vt hominũ animos ad earum executionem mouere valeat. A

Reſpõſio.

Hoc primum probatur, nam aſſeri non poteſt, quòd hoc ſpiritus naturale donum, in ipſa hominis natura vacuum ſit & ocioſum, ſecus enim fruſtra ſibi pręſtitum eſſet, nam iuxta Ariſt. ſententiam, nullũ rei naturalis eſſe ſuo fine caret, neque in mũdo res aliqua exiſtit, quantumcunq; minima, quæ ocioſa abſque propoſito maneat. Quod ſecundum diui Auguſtini ſententiam, vſque ad minimum terrę vermem verũ habet, quantumuis minimæ ſit entitatis, quia ſuum ſemper in mũdo propoſitum conſequitur & finem. Attamen ait egregius hic doctor, ꝙ quandiu in carne poſiti ſumus, & in hac ruſtica mundi huius patria cõſtituti, nequaquã harum rerum finem & propoſitũ in quod Deus ea inſtituit & creauit, attingimus, quouſque in illã deueniamus beatorum patriam, interim enim videtur nobis res iſtę omnes, velut organa extra capſellam diſperſa, quę cũ ſeorſum diuiſim pulſantur, diſſonantiam maximam hominum auribus generant. Ad eum omnino modum ſi res

1. Ratio

B Ariſto.

Simile.

C

A ſi res omnes quæ in mundo ſũt ſeorſum quælibet perſe ab homine contemplentur, organa extra capſellam apparent, quia vnius ad alteram, ordinem nequaquã attingit, certum tamen eſt, nullã rem, quantumcunque minimam in orbe fine & propoſito carere quia res omnes naturales, tanquã cathena vna ſibi inuicẽ annectũtur & ſibi inuicem deſeruiunt, atque inter ſe melodiam quandã faciunt. Si ergo hoc verum reperitur, quòd in tam minimis & infimis rebus, ſicuti putridus eſt vermiculus, nequaquam ocioſus in orbe manet, quanto magis verũ habebit, quòd ſpiritus in homine naturalis, & dicendi efficatia nullo pacto in eo vacuus erit abſq; fine & propoſito aliquo? Si ergo ſibi finem aliquem præfigere debemus, certum eſt nullũ alium eſſe debere, quam vt ipſe homo actiones ſuas efficaciter exerceat, atque vt auditorem mouere poſſit, vt ad res humanas & negotia proſequenda moueat. Nam ſicut reliquæ hominis potentiæ, res ipſas naturales pro fine ſuo & obiecto, in quod tendũt habent oculi quippe pro obiecto ſuo colorem tenent, aures muſicam, nares odorem, palatum ſaporem, ſic ſpiritus & dicendi efficatia, quã natura ipſa homini præſtitit, tanquam ſcopum & finem, habebit etiam homines ad rerũ humanarum impletionem inducere, ſicuti eſt ad ſuæ reipublicæ pacem, ad proximi naturalẽ dilectionem, ad cõmunis boni zelũ, atque ad cæteras naturales virtutes.

Simile. (margin, beside "attingit")

B (margin, beside "ritur")

C (margin, beside "negotia") — Simile.

Item probatur hoc. Nam humani oratores, quemadmodum Cicero fuit, Demoſthenes & Seneca, cum alijs his ſimilibus, naturali hoc ſpiritu valde nimis hominum affectus & animos mouerunt, vt grãdia quæq; pro ſuæ reipublicæ commodo attentarent. Et quidẽ tantus in hac parte fuit vigor & efficatia, quòd nõ ſolum eos, qui eorum viuam audierunt vocem induxerunt, ſed eos etiam qui hodierna die eorũ legunt ſcripta efficaciſsimè attrahunt. Nam ſpiritum, quẽ verbis conſequuti ſunt, hunc eundẽ in ſcribendo etiam ſunt adepti, quãdoquidem ſic vt in plurimũ in auctorum operibus reperitur ꝙ eloquentiæ ſpiritum, quem in ore dum viuerent, hominibus oſtenderunt, hunc eundem in calamo dum ſcriberent, ſculpſerũt Eodemq; habitu & complexione naturali, qua intus ipſimet veſtiuntur, eodem omnino veſtiuntur etiam eorũ ſcripturæ, et qui ſanguineam ſortiuntur in dicendo complexionẽ, ſanguineã etiã reddunt ſcripturam, ſicut et colerici colericam, et flegmatici flegmaticam, atque melãcolici melancolicam. Qua ratione verum eſt, quòd qui ſpiritum et viuum in verbis ſuis habet, viuam et efficacem ſuam reddit ſcripturã.

A — 2. Ratio. — Cicero. Demoſt. Seneca. — B — Scribẽdi ſpiritus. — ſpũs ſcripturæ. — C — Simile.

Quod

A Quod profectò in ſanctorum lectione apertiſsimum reperitur, quorum quilibet ſuammet naturalem complexionem in ſcriptura ſua ſpuit. Alius quippe, qui ad pietatem natura ſua procliuis erat, de eleemoſina, & charitatis operibus, atque de Dei clementia pręcipuè egit, ſicuti Chryſoſtomus fuit. Alius qui natura ſua accerrimus & aſper exiſtebat, de aſperitate vitæ & pœnitētia pręcipuè ſcripſit, ſicut Hieronymus fuit. Et ſic de cęteris, qui legerit inueniet, ꝙ videlicet quilibet cōditionis propiè ſpiritum, in ſcriptura ſua ſculptum reliquit.

Diuerſus ſāctorū, ſpiritus.

Spūs clementiæ, in Chryſoſtomo

Spūs accerrim', in Hieronymo.

2. propoſitio.

¶ Secunda in hac parte cōcluſio eſt, ꝙ hic naturalis hominis B ſpiritus, hæc inquam efficatia in dicendo & vigor, quem homo à ſua ſortitur natura, aliud ſpiritus donum, quod Deus deſuper cōcionatori pręſtat, maximè adiuuat & perficit. Et quidem volo in hac parte dicere, ꝙ quādo donum hoc ſpiritus (qui à diuina manu deſcendit) ſupra hominis naturalem ſpiritum ſedet maiorem conſequitur vim & efficatiam, atque doctrinæ ſplendorē, & ille ſpiritus & naturalis dicendi vigor, qui anteà in concionatore non tantam conſequebatur virtutem, vt auditorem mouere C poſſet, cum poſtmodum diuino adiūgitur ſpiritui, eius calorem & vim participat, atque tunc tēporis ad maiorem virtutē & vigorem aſcendit, quàm anteà de ſe habebat. Sicut enim emblema auro ipſi ſplendorem & pulchritudinem tribuit, aurum verò decorem quendam emblemati præbet: pari forma diuinus hic ſpiritus, ad maiorem perfectionem, & vigorem humanum & naturalem hominis ſpiritum perducit, & ècontra humanus, gratioſum nimis diuinum reddit: alter enim ab altero adiuuatur & lucidatur. Itaq; ſicut in pictoris officio contingere videmus, nam cū vltima delineatio, in qua ipſius imaginis perfectio conſiſtebat, ſupra colores alios ſuperponitur, perfectius eſſe & ſplēdidiorem ſpeciem acquirit. Nam primæ picturæ colores, velut lectulus quidam fuerunt, in B quo appoſitiſsimè poſtremus iacet imaginis color, necnō diſpoſitio quędam fuerunt, ex qua ipſius imaginis vultus, clarior & ſplēdidior redditus eſt. Sic pariter naturalis hominis ſpiritus, lectus quidam eſt, in quo apte, diuinus ipſe (cum aduenit) iacet ſpiritus, atque color quidam picturæ eſt & diſpoſitio, ſuper quē oportunè admodum Dei ſpiritus fundatur, & ex quo magis diuinus ſpiritus relucet & clareſcit. Siquidem res ſpirituales cū ſupra res naturales fundantur, maiorem ſemper gratiam atque C decorem & ſuauitatem ſortiuntur. Et hac de cauſa, homines qui à natiuitate ſua naturalibus ſunt induti gratijs, maximam itineris

A Simile.

Simile.

Simile.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A neris partem in virtute peractã tenent, dum poſtmodum, ſupra naturales iam ſuperueniunt gratiæ. Iſti nãq; alios omnes in virtute ipſa antecellunt, quia natura ſua, naturalibus donis priuati exiſtunt. Et hac eadem ratione, concionator qui hos duos amplexaretur ſpiritus, naturalem ſcilicet & diuinum, excellentior in concionandi arte euaderet proculdubio artifex, quàm ille qui vno tantum eſſet indutus.

Donis naturalibus veſtiti.

3. propoſitio.

¶Tertia concluſio eſt, vt concionator integrè apud auditores, ſaluationis ipſorum negotiũ peragat, ſicuti eſt eos à ſua peccatorum ſarcina euellere, carniſque oblectamenta à ſe procul

B abijcere, atque ſuę carnis & ſanguinis ſuffocare appetitum, nec non & verę virtutis exercitium proſequi, ac deniq; vt regni cęlorum vere cupidum reddat, atque ad Deum conuertatur, ad hoc inquam, Dei eget gratia, ac proinde Dei ſpiritu & auxilio.

¶Hoc primum probatur, tribus illis rationibus ſupra poſitis, quæ videri meo in hoc articulo malè ſolui poſſent. Secũdo probo hãc ſententiã. Nam opus hoc erradicandi hominem à mũdi oblectamentis, ad cæleſteſq;, & ſupernaturales diuitias perducere, atque eis quæ ſibi in terra naturalia ſunt renuntiare, vſque adeò mirabile opus exiſtit ꝙ ſolius Dei eſt, ergo ad hoc peragendum Dei ſpiritu opus eſt.

2. probatio.

C

¶Item probatur hoc ex illa redemptoris noſtri ſententia, Ioannis. 6. capite dicentis: Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meꝰ traxerit eum. Quod idẽ profectò eſt ac ſi diceret, ꝙ etſi concionator omnes ſuas exerceat naturales vires & potentiam, in perducendis hominibus ad cælorum regna, minime ſufficit (inquit Christus) niſi peculiariter pater meus cæleſtis, ſuam peccatori liberaliter præſtiterit manũ & auxilium. Cõſtat autẽ ꝙ verba hęc non ſic intelligenda veniunt, ꝙ miraculo fieri oporteat, ita vt Deꝰ per ſe ſolũ & immediate hominẽ ad ſe attrahere velit, ſine aliqua alia hominũ actione, ſed ꝙ per prædicatores & miniſtros ſuos, illud eſt operaturus, præſtans illis ad hoc opus, eum vigorem, efficatiam, & ſpiritum, qui ad tam ſupremũ exigitur opus. Igitur ſicut patris eſt opus, hominem ad ſe attrahere, ita etiam patris eſt opus in motione auditoris, concionatorem adiuuare. B

A Expoſi. Ioan. 6.

¶Item Matthæi. 16. legitur, ꝙ cum Chriſtus redemptor noſter ſuos eſſet percũctatus apoſtolos, quid de ipſo homines tractarẽt, inter alios omnes Petrus ſic reſpondit: Ego dico quòd tu es Chriſtus filius Dei viui. Cui cõtinuo Chriſtus ipſe reſpondit. Beatus es Simõ Bariona, quia caro & ſanguinis non reuelauit tibi, ſed ſpiritus patris mei qui in cęlis C

Expoſi. Mat. 16.

[library stamp]

A cælis eſt. Si ergo ad hanc fidei cõfeſsionem habendã, hominis natura tam inſufficiens erat, ꝙ Dei ſpiritus & auxilium neceſſarium fuit, qui eius leuaret atque illuſtraret intellectum, ſi inquam ad ſimplices fidei res fatendas, tanto eſt opus auxilio: quanto magis erit in concionatore neceſſarium, vt Deus illi ſpiritum ſuum & vigorem præſtet, vt tã mirabile conſequatur opus, ſicuti eſt hominem mouere, vt à ſtatu pecca-

B ti inſurgat, & extra naturalem carnis & ſanguinis appetitum fiat, necnon vt ab honorum temporaliũ cupiditate abſoluatur, ad quæ inquam temporalia bona & carnis delectamenta, ſuamet hominis natura inclinabat. Eſt enim hoc tam arduum opus, quòd in terra nihil homini difficilius euenire poteſt. Nam opus hoc genus quoddam naſcendi in Deo eſt. Vbi concionator ſuæ doctrinæ vigore, ex filio huius ſeculi Dei operante gratia, in Dei filium leuat. Quanta ergo maiori iuſtitia

Arduũ opus.

C aſſerere valebimus, quod minimè in naturali carnis & ſanguinis ſpiritu, poſitum ſit, in tam altum finem hominem mouere poſſe, niſi eum deus prius ſuo induerit diuino ſpiritu, à quo vigor ille & efficatia promanet, quę ad tam ſupercęleſte opus exigitur.

Expoſi. Act. 9.

Item confirmatur hoc clarius, ex illo admirabili atque formidabili admodum Chriſti opere, quod cum Apoſtolo Paulo operatus eſt, ſicut in apoſtolorum actis capite nono refertur. Vbi vt deus eum in prædicatorem & legis ſuę organum ſuſcitaret, eum in terra proſtrauit, atque eius penitus obcæcauit oculos, omnemque vim atque naturalem eius ſpiritum exuit, vt ſic intelligeret quòd prædicationis Apoſtolicæ ſuæ finis, qui vtique erat homines in deũ inducere, nullo pacto ſuæ carnis viribus conſequi poterat, ſed quòd naturale illius eſſe, velut metallũ quoddam cõflandũ

B erat, atq; in nouam reſonantem euangelij tubam vertendum, & nouum fieret cimbalum, quod viguroſe nimis, homines ad cælorum regnum vocaret. Et ad hoc opus eum ab equo, quo inſedebat, deus præcipitare voluit, quod profecto erat, ab ingenij ſui, & litterarum (qua tenebatur inſolentia) deijcere, eumque à ſuæ ſententiæ crinibus euellere: Ad hoc igitur, opus fuit eius excæcare oculos, quod nihil

Simile.

C aliud fuit, quàm ingenij eius naturalem acutiem & viuum obnubilare. Et tandem ad hoc conducens admodum fuit, eum humi proſtrare, vt intelligeret, quòd quidquid à ſua promanabat natura & ingenio, terrenum quid & miſerabile erat. Vnde poſtquam ſic proſtratus, & à ſuo penitus naturali ſpiritu exutus fuit (quem profectò antea in humanis efficacem nimis habebat) tunc

A tunc inquam induit illum dominus, non ſolum nouam quamdam ſapientiam, ſed etiam illius nouum ſapientiæ ſpiritum, quo mirabiliter totius mundi conuerſionem peregit.

## ¶CAPVT. XIIII. DE modo quô concionatoris ſpiritus in ſe ipſo excitãdus ſit, cum ſe frigidum ſentit.

SVppoſito ergo, quod iam de concionatoris ſpiritu hucvſque diximus, vt tandem iam materię huic finem imponamus, vnum aliud hic tractandum B reſtat. Nam etſi concionator efficaciter dicendi ſpiritum habeat, vel à natura ſua, aut ex Dei dono non tamen quocumque tempore quo iſto ſpiritu eget concionator, ſpiritus hic excitatus ſiue paratus adeſt, vt ſtatim prædicator eo vti poſsit, ſæpe enim in eo quaſi ſopitus & conſepultus, atque imminutus nimis iacet, vſque adeò, vt dum concionator in prædicatione ſua, eo vti quandoque C attentat, ſe penitus frigidum inueniat, & exanimem, & quaſi ineptum, vt aliquid apud auditores calore & efficatia proſequi valeat. Vnde neceſſarium ſibi eſt, aliũde medium aliquod, ſiue induſtriam inquirere, quo ſpiritũ hũc excitare valeat, quem in ſe ſopitum & mortificatum tenet. Quæritur igitur in præſentia, dum cõcionator ſe frigidũ ſiue tepidum A inuenit, & extra calorem illum & vim: qui ad euangelicam exigitur prædicationem, quis ſibi erit habendus modus, ſiue induſtria ad talem excitandum ſpiritum, vt doctrina quã prædicat vires & neruos habeat, & in audiẽtium animis efficaciter imprimat. [Quæſtio]

Vt igitur in materia hac rectius procedamus, ex ſcriptura ſacra fundamentum quoddam nobis præſuponendum eſt: videlicet, quòd ſæpe in veteri teſtamẽto aliquibus Deus ſpiritum ſuum præſtiterat, quo tamen, vt vti poſſent, opus erat artificio aliquo eũ excitare, quaſi res quæ in eis ſopita quidem & mortificata iam B extiſteret. Itaque ſicut verum eſt, quòd etſi taurus in ſe fœrocitatem & vigorem habeat, non tamen quocumque tempore furorem hunc excitatum habet, quovſque in foro, hominum ſibillis & lanceis agitatur, & pũgitur, vbi compertum eſt, quòd ſibillorum ſonitus, & virgarum punctiones in cauſa ſunt, eam excitandi fœrocitatem, quam antea in ſe taurus mortificatam habebat. Et C quemadmodum etiam equus, cũ in bellum eſt ingreſſurus, etiamſi in ſe ipſo velocitatem atque fortitudinem quandam, & animi vigorem obtineat. Attamen ea fortitudine & motus velocitate minime vtitur, quouſque latera eius calcaribus & virga contunduntur,

[Fũdamẽtum.] [Simile] [Simile.]

A tur, et vſquequo eum reſonās alterat tuba. Vbi aperte conſpicimus hæc omnia, inſtrumēta quædam eſſe, quæ in tauro & equo, ſpiritum) quem in ſe latentē & mortificatum habent) excitant. Et quemadmodum fumus etiam dormiētis naribus appoſitus, ſtornutare facit, atque à ſomno quo tenebatur excitat: ſic etiam ſæpe in concionatore induſtria aliqua opus eſt, quæ velut ſibillus quidā tauro ſit & calcaria, vel tuba, equo & dormienti fumus, quæ concionatorem ipſum pungant, excitent, & alterent, vt in eo ſpiritum & dicendi efficatiam leuēt quem quidem in ſe ipſo antea velut mortuum & conſepultum tenebat.

Simile.

B

¶ Et ad hunc modum legitur in ſacris litteris, prophetis quandoque accidiſſe, qui & ſi tanquā Dei donum, prophetię ſpiritum in ſe haberent, vt res hominibus occultas prophetare poſſent, non tamen ſępe apti reperiebantur, vt hoc prophetandi ſpiritu vti poſſent quin prius aliquo exteriori, ſpiritum ipſum excitarent artificio. Et ſic legitur. 4. regum libro capite. 3. de Heliſęo propheta, quòd vt quibuſdam regibus belli euentum annuntiarent muſicum quendam vocari iuſſit qui liram coram eo pulſaret, qua illico prophetandi ſpiritum, in eo muſicus ſuſcitauit, & tunc belli ſucceſſum, quem habituri erant eis denuntiauit. Item primo paralipomenon libro, capite. 25. de Dauid Rege legitur, quòd tres muſicos in templi miniſterium ſegregauit, vt ibi ſua inſtrumentorum melodia, quę ventura erant Prophetaſſent. Sic præterea habetur iudicum capite. 14. de Sanſone, qui & ſi fortitudinis ſpiritum haberet, ſæpe eum velut ſopitum habebat, vſque, dū aliquo exteriori excitabatur artificio, ſicuti cum in Dalidę amicæ ſuæ gremio ligatis manibus iaceret, qui cum audiſſet ſuper eum philiſtæos aduenire, ſtatim fotitudinis ſpiritum, in eo excitatū fuiſſe legitur, manuum quæ ligamenta rupit, atque inimicos ſuos viriliter deuicit. Et hac eadem forma, multoties hūc eundem fortitudinis ſuſcitauit ſpiritum, quo velut færociſsimus leo, heroica multa peregit opera. Sic ergo multoties expedit, vt cōcionator aliquos inquirat modos, atque exteriores induſtrias, vt hunc dicendi ſpiritum ſuſcitare valeat, quem in ſe ipſo tepidū & remiſſum nimis, fortaſsis retinebit.

Prophetarū ſpiritus excitatus.

C

Expoſi. 4. reg. 3.

A

Expoſi. 1. parali. 25.

Expoſi. Iud. 14.

B

Simile.

Primus ergo modus, vel (vt rectius dixerim) prima & pręcipua in dicendo induſtria & artificiū quam concionator habere debet ad excitādum in ſe ſpiritum hūc dicendi viuum, quotieſcumque in hac parte frigidum ſe ſenſerit eſt quidem ad orationem accurrere, nam illemet ſpiritus, qui ſibi per eandem orationem datus fuit

C

A fuit, per illam etiam in eo ſuſcitabitur. Et ſic legitur quòd ſpiritum fortitudinis, quem Moyſes in ſe habebat, ad deuincendos in bello inimicos, fratris ſui Aaron oratione excitabatur, ita vt cũ Aarõ eleuatas tenebat manus, ipſe etiã eleuatũ ad victoriã tenebat ſpiritum & vincebat. Cum autem manus ſubmittebat omnis belli euẽtus infœliciter ſuccedebat. Qua de cauſa duo ſemper ſupponebãtur homines, ipſis Aaron cubitis, qui velut duæ firmiſsimæ colũnę eius ſuſtinebant brachia, vt ſic ſemper Aaron manus ſurſum extenſæ eſſent, et Moyſes ſẽper in bello vinceret. Legitur etiam de eodem Moyſe, quòd postquam eam tam familiarem cum Deo in monte habuiſſet contemplationem, inde ſtatim maximo fortitudinis & furiæ ſpiritu deſcenderit, vt acriter fratrem ſuum Aaron reprehenderet, cęteroſque idolatras, & vt gladio pariter omnes, qui vitulum conflauerant, exponeret.

Moyſi ſpũs excitatus.

B

¶ Pari forma legitur etiam de eodem Moyſe, quòd multoties domini ingrediebatur tabernaculum: vbi cum deo ipſo familiarem quandam contrahebat collocutionem, à quo ſtatim maximo feruoris ſpiritu incenſus exibat, ac perconſequens magno zelo & efficacia, illico populi cauſas agebat, omniaque populi illius conponebat ſolicitè litigia. Sic pariter legitur de apoſtolo Paulo quòd poſtquam vſque ad tertiũ cœlum raptus fuit, vbi mirabilia vidit, illiq́ue archana ſua Deus impartitus eſt, inde continuo ſummo feruoris ſpiritu accenſus in omnia charitatis opera feruẽtiſsime prorupit, ex quo inquã tam ardenti ſpiritus feruore, vim magnam ſuæ contulit doctrinæ vt vniuerſum commoueret orbem.

C

pauli ſpiritus excitatus.

A

Ecce ergo quemadmodum ex familiaritate, & diuina conuerſatione, quam cum Deo homo in oratione contrahit, feruentiſsimus in eodem homine ſpiritus dimanat. Hoc præterea probatur, ex eo quod Redemptor noſter Chriſtus, Luc. 11. diſcipulis ſuis, alijsq́; iudeorum turbis dixit. Si ergo vos cum mali ſitis, noſtis bona, data dare filijs veſtris, quanto magis Deus dabit ſpiritum bonum petentibus ſe. Quibus in verbis aperte Deus ſpiritum ſuum bonũ promittit: attamen eis maxime, qui in oratione conſtituti petierint. Qua propter petendũ eſſe à Deo ſpiritum, hęc verba docẽt ad orationem ergo accurrendũ eſt.

B

Expoſi. Luc. 11.

¶ Probatur etiam hęc eadem veritas, ex verbis illis Regis Dauid prophetæ, pſalmo. 118. dicentis. Os meum aperui & attraxi ſpiritum vbi per apertionem oris, quæ in oratione fit, ſe ſpiritum impetraſſe Propheta fatetur, ibi enim homo Deo per contemplationem coniungitur, &

C

Expoſi. pſal. 118.

adhæret,

A & adhęret, vnde Dei ſpiritum ſugit. Patet ergo ꝙ præcipuus & certior modus, quo concionator hunc vigoris ſpiritum in ſe excitare poteſt, vt in concione efficaciter euangelicam proponat doctrinam, eſt quippe ad orationem accurrere, atq; ad illam optimam familiaremq;, quã cum Deo contrahit conuerſationem accedere, quandoquidem inde excitatus exit, vt efficaciter quicquid Dei cultum concernit, pertractet, ac perconſequens vt ſpiritum & viuum quid, doctrinæ quàm prędicat pręſtet. Nõ ſecus

Simile.

B quàm cum rex alicui ſuo ſeruo, amicitiam & familiaritatẽ oſtendit, tam ingens inde animum & vigorem ſeruus ille recuperat, vt inde feruentiſsimus, maximoque vigore exeat indutus, vt omnia quæ deinceps, eius reſpiciunt obſequium, efficaciter cõpleat.

2. mod⁹ excitãdi ſpiritũ.

¶ Quandoq; etiam ſuſcitatur ſpiritus hic, ex optima veritatum electione, quas concionator prædicare habet, itaque ex hoc quòd optimum ſermonis ordinem, veritatumq́; diſtinctionem & vtilitatem ſe habere intelligit, inde inquam eius erigitur animus, & excitatur ſpiritus (vt efficaciter quàm proponit) doctrinã auditoribus dicere queat.

C Nam nulla eſt in hominum voluntate maior audacia, quàm veritatibus diuitem habere intellectum. Cùm enim intellectus eius veritatibus diteſcit, continuo hominis voluntas animoſa, viguroſaque redditur, quia animaduertit, ſe veritatũ copia abũdare, quibus ſe iam velut margaritis quibuſdam ornare poſsit. A

Simile.

Sicut mulier cum arculam margaritis, alijſq; pretioſis monilibus plenam ſe habere conſpicit, inde animum & audaciam aſſumit, vt inter nobiles aliàs fœminas, ſeſe etiam tanquam dominã & nobilem oſtentare audeat, illiſq; ſe equiparare, etiam ſi ſe, de vili ſanguine progenitam videat, ex hoc ſolum, quia tam pretioſam veſtimentorum & ornamẽtorum obtinet copiã. Ex hoc B enim ita ſuperbit, vt cum regina ipſa ſeſe conferre audeat, & cum antea infima vulgariſq́; eſſet mulier, iam deinceps inter alias, illuſtrem ſeſe commonſtrare attẽtat. Dum autem nihil horum veſtimentorũ poſsidebat, quia paupercula exiſtebat mulier, inueteratumq́; atque dilaceratum obtinebat veſtimentum, & capitis velamen, quo vix corpus, nec caput operire poſſet. Hic inquã malus veſtimẽtorum apparatus, animũ deprimebat, puſillanimẽq; atq; deiectã nimis reddebat, vt corã alijs apparere nullatenus auderet, ſed in domus angulo incluſa maneret. Sic omnino in diuini verbi cõcionatore contingit, nã C cum intellectũ ſuũ (velut cophinum) veritatũ gẽmis & margaritis plenum conſpicit, quas grãdi

b dili-

FERDINANDI ALEXANDER PP VI VALENTINUS

A diligentia ex ſacrę ſcripturę theſauro (quaſi ex terræ venis) atq; ſanctorũ lectione eduxit. Ex hoc inquam quòd veritates has tanto ordine cõtexuit, & intellectus eius tot veritatum copia diues redditur, inde profectò audax nimis fit, vt grandi libertatis imperio, eas populo concionari audeat. Exiſtimat enim apud ſe, quòd tantis tamq; mirificis ornatus veritatibus, poteſt quidem etiam coram ſæculi potentioribus & ſapientioribus, quantumuis illuſtres habileſque exiſtant, apparere. Et hoc vnum eſt, quod apoſtolis vigorem magnũ valoremq; præſtitit, vt tam potenter Dei euangelium, coram B vniuerſo orbe, tam ad plebeios homines, quàm ad principes, & totius mundi potentiores homines auderent prædicare. Hoc ſiquidem proceſsit, ex maxima illa ſapientia, & doctrinæ ordine, atque veritatum compoſitione, quibus intellectum ſuum, ab ſpiritu ſancto ditatum conſpiciebant. Et hoc idem animum & vires prophetis tribuit, vt omni excluſo timore, regibus & cæteris mundi potentioribus, aperta & raſa fronte, voluntatis diuinæ & regni cælorum viam auderent intimare, atque vt illis vitæ ſuæ euentus, quos erant habituri prę C dicerent.

Apoſtolorũ vigor.

Prophetarũ vigor.

¶Hoc idem prætereà, maximam ſanctis omnibus præbuit efficatiam & dicendi ſpiritum,

Sãctorũ vigor.

vt chriſtianis tanta dexteritate A & vigore, Chriſti prædicarent euãgelium, quia videlicet, priùs ſe, tam diuinis veritatibus diuites ſe repererunt, tantoque ſtudio acquiſitis, tam digeſtis, & tanto ordine diſtinctis, quandoquidem in harum ſtudio ſummo opere inſudarunt, in tantum vt in earum ſtudio oculorum ſuorum combuſerunt ſupercilia, ob hoc ſolum vt ad ſanctiſsimũ hunc prædicationis locum, ſaltim veritatem vnam bene intellectam & limatam ſatis, ac fundatam adducerent. Qui vſque adeò in hoc litterarum ſtudio ſe ſe ſtudioſos & politos exhibuerunt, ꝙ in eo penitus vitam totam conſumpſerunt. Siquidem B in ipſomet veritatum ſtudio, vſque ad animã vitam exhalarunt, nam propter aſsidui ſtudij laborem, cibo, & potui, atq; ſomno renuntiarunt, quouſq; imminutas iam & deiectas vires, ſub litteris reddiderunt. Studium namq; velut ſurda lima, eorum ſecuit vitam. Et ratio quare hoc ſanctum litterarum ſtudium, tam importunè & ex animo aſſumpſerũt fuit nempe. Quia maximum ſacro Dei euangelio nocumentum parari exiſtimabant, ſi illius ſe præceptores exhiberent, quin in eodem euangelio, priùs C ex continuo & importuno nimis ſtudio, Dei voluntatem intellexiſſent, & quia ſimul grandem in ſe ipſis infidelitatem cõmittere

Sãctorũ ſtudiũ.

Simile.

Studiũ ſurda lima.

A mittere putabant, necnon & falſos ſuę legis ſe exhibere teſtes & relatores agnoſcebāt, ſi in pulpito, chriſtiano populo aliquid referrent, quod non ſatis à domino conſignatum & certum tenebāt. Et hæc eſt quàm de ignaris concionatoribus quęrellā Deus format, per Ieremiam. 2. capite, qui ſanctiſsimum hunc concionandi locū, ſine tali pręuiſo ſtudio, ſibi vſurpant, cum dicit. Tenentes legem neſcierunt me. Hi ſunt (inquit Deus) peruerſi meę legis præceptores, de quibus iuſtiſsimè conquęror, quia legem meam tenentes, illius ſe pręceptores, & prædicatores conſtituerunt, abſq; eius priùs pręuiſo ſtu B dio, quod ad eiuſdem legis exigebatur intelligentiam, & abſq; eo etiā, ꝙ in ſacris litteris, quę mea fuerit voluntas calerent. Sic inquam in pręuiſi & ignari, hoc ſibi prædicationis munus vſurparunt, quod profectò, magnum eſt temeritatis genus.

Expoſi. Ierem. 2. c.

Concionatorū temeritas.

¶ Et hac de cauſa diuus Hieronymus, tam exactus & conſūmatus in litterarum extitit exercitio, ꝙ in eo minime cōtentus fuit ſi veritatum dumtaxat attingeret ſuperficiem, ſed tam radicitus eas apud ſe ſtatuit penetrare, quòd in omni linguarum genere, earum voluit firmitatem in C dagare, tam Latina, quàm Hebręa, quàm etiā Caldayca & Gręca, ob hoc ſolum, ne in tam graui & ſancto litterarum negotio, falſitatis aliquid, vel improprietatis quandoq; protuliſſet, vſq; A adeò, ꝙ dentes ipſos ſerra limauerit, vt exactè & propriè cuiuſq; linguæ vocabula, ſatis dearticulare valeret. Cenſebat enim officij ſui integritatem, & perfectionem, non ſolum in optima rerum cognitione conſiſtere, ſed in earum etiam rectò dicendi ſtylo, & verborum proprietate. Et hæc fuit ſemper ſanctorum aliorum & Eccleſię doctorum conditio, fuerunt ſiquidem in litterarum ſtudio excellentes, & maximi veritatū indagatores, ſi à ſęculo vnquam reperti ſunt. Ex hoc igitur tam exercitato & importuno ſtudio, & quia ſe tāta doctrina diuites inuenerunt, tantus ſibi indicendo ſpiritus & audatia conti- B nuo orta eſt, ꝙ potentiſsimè, vniuerſum orbem ad Deum conuerterūt. Ad eum omnino modum, quo dum miles, qui bellum eſt ingreſſurus, ex hoc quòd ſe optimo inſidentem equo videt, fortiſsimaq; munitum lancea, atque lucidiſsimis indutum armis, alijſque belli inſtrumentis omnibus, quæ ad hoc debellādi negotium exiguntur. Hinc inquam ſibi animus & vires oriuntur, vt audacter bellum ipſum aggrediatur, atque vt inimicorū ſtragem magnam faciat, & tandem C vt eos validiſsimè oppugnet & vincat. Econtrario autem, dum equus, quo inſidet debilis eſſet, tenuiſq; lancea, atque carioſa

Hiero.

Sāctorū cōditio.

Simile.

b 2 nimis,

A nimis, necnon & cætera armorum inſtrumenta inueterata exiſterent, hæc inquam peſsima ad debellandũ arma, animum prorſus aggrediendi bellum, ab eo adimerent: Ad eum igitur modum in cõcionandi arte fit, nam ſpiritus concionatoris, vis & efficatia, ex optima veritatum pręparatione, quas iam diligenter ſtuduit quandoq; excitatur, hæc ſiquidem lancea, & galea, atque ferrea armatura ſunt, in quorum virtute, bellum ipſum, quod in prædicatione ſua cum auditoribus aſſumit, ingreſſurus eſt, vt de eis victoriam obtinere valeat. Cæterum cenſere, quòd remiſſo veritatum ſtudio, indigeſtiſque veritatibus, & barbare prolatis, aliquid in ſermone operari poteſt concionator, aut hominis dementis eſt, aut certè hominis, qui officij ſui pulſum non attigerit. Quòd ſi attingit, proculdubio temerarij hominis eſt, qui ob ſtudendi deſidiã & ignauiam, non euãgelicam doctrinã, ſed quãdoq; ſomnia ſua chriſtiano populo concionari decernit. Et quidẽ certiſsimum eſt, ꝙ ſpiritus quẽ concionator habere poteſt, dum ſupra veritatum ſtudiũ non fundatur, & à doctrina vacuus exiſtit, eiuſdem eſt formæ cum aquariæ molę, ſiue molendini rugitu, dum frumentũ quod terebat iam defecit, quia tunc tẽporis nihil aliud præter ſiccũ ipſius & nudum ſonitum intra ſe retinet, abſque eo quòd fariñam aliquam extra ſe mittat. Et ſic verè eſt, ꝙ ab huiuſmodi concione, nihil aliud cõmodi vt in plurimum auditores reportant, niſi plenas dumtaxat aures, multorum verborum ſonitu & rugitu quodam, ſine aliquo doctrinæ grano, quod auditoris animum poſsit erudire.

Ignari hominis cenſura. B

C Simile.

## ¶CAPVT. XV. QVOD quandoque concionatoris ſpiritus excitatur, ex eo ꝙ reipublicę peccata & mala conſiderat.

3. mod' excitãdi ſpiritũ.

ALIQVANDO hic concionandi ſpiritus in prędicatore ſuſcitatur, ex eo ꝙ reipublicę mala & delicta contemplatur. Nam ſi concionator eſt, qui aliquem erga Eccleſię profectum, & Dei honorem, & gloriam zelum gerit, perpẽdens magnas atq; innumeras, quas homines quotidie offenſas irrogãt & facinora, inde inquã totus in ſe ipſo accenditur, vigoremq; & indignationẽ quandã apud ſe ipſum aſſumit, vt efficaciter & feruenter, quę concionaturus eſt in pulpito proferat. Veluti fidelis ſeruus, qui quam primum de domini ſui ſubſtantię & honoris iactura dolet, illico de eodẽ honore & ſubſtãtię iactura, maximo accenſus zelo & indignatione, tractat. Sic etiam concionator qui Dei honoris iacturã cõſpicit, cõtinuo

Simile. B C

A tinuò feruentiſsimè de illius augmēto agit. Et hui' formę Elias extitit propheta & conditionis, de quo. 3. Regū libro, cap. 19. habetur, ꝙ cum mala atq; immania conſpexiſſet facinora, quę cōtra Deum in Ieruſalem ciuitate gētes perpetrabant, templi altaria deſtruentes, atque ſacra omnia & diuina prophanantes vaſa, ac deniq; ſanctam Dei legem varijs Dei offenſis conculcantes, tanta eum ſpiritus indignatio, atq; animi arripuit furia, feruentiſsimuſque zeli ſpiritus, ꝙ ſtatim in deſertum egreſſus, & ſub arboris vmbra conſtitutus, cogitabundus totus atq; amaritudine plenus, animæ ſuę vt moreretur

Eliç excitat' ſpiritus.
Expoſi. 3. Reg. 9

B petēs, hæc protulerit verba. Sufficit mihi domine, tolle animam meam, neque enim melior ſum quàm patres mei, proiecitq; ſe, & obdormiuit ſubter vnam iuniperum. Ac ſi ſi apertius dixiſſet. Tolle à me domine vitam meā, ne amplius meis oculis tot mala diuinæ tuæ maieſtati & offenſas irrogatas videam, ſiquidem hominum malitia ad culmen iam malignitatis peruenit, vſq; adeò, ꝙ diuina omnia atq; ſacroſancta tēpli tui vaſa, gentes prophanauerint. Quare iā amplius viuere ſuper terram nolo, quan-

C doquidem paucos admodum virtutis amatores conſpicio, neque adhuc me anteceſſoribus meis meliorem reperio. Qui cum hęc dixiſſet, ſubter ipſam iuniperi arborē mœſtitia plenus obdormiuit. Vbi apertè in ſancti huius, prophetę opere conſpicimus, ꝙ zelus & ſpiritus, quē hic de Deo gerebat, peccatorum contemplatione, atque abominationum ſuę reipublicę excitatus eſt. A

¶ Sic etiam de Chriſto redemptore noſtro Ioannis. 2. capite legitur, ꝙ cum Ieruſalem templū fuiſſet ingreſſus, vidēs illud emētium & vendentium contractationibus, menſiſq; numulariorū prophanatū, ſubito in eo ſpirit' quidā indignationis excitat' eſt, ita vt indignatus maximè, de funiculis flagellū quoddā fecerit, quo vendentes omnes & emētes percuſsit, quorū pariter menſas euertit, & pecuniarum arcas fregit, necnō fructus vēdentium in terrā deiecit, voce magna dicēs. Egredimini in malum à templo ſancto meo, quandoquidem non ſine cauſa ſcriptum eſt. Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis eam ſpeluncā latronum. Itaq; ſpiritus hic atq; zelus maximus, quem hic Chriſtus exhibuit, totus inquā ex offenſarum cōtemplatione & abominationū, quas quotidie in ſancto Dei templo perpetrabant, in ſurrexit. B

Chriſti ſpirit'.
Expoſi.
Ioan. 2.

Expoſi.
Ioan. 2.

¶ Legitur pręterea Matthęi capite. 23. quòd dum Chriſtus multa & enormia ſcribarum & phariſeorum peccata perpendiſſet, inde vſque adeò in iram accenſus eſt, ꝙ acriter & grauiſsimè C

Expoſi.
Mat. 23.



ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A eos reprehendit, ipſos nempe hipocritas appellans, quia virtutis exercitium ſupra falſum ducebant fundamentum, cuius nimirum virtutis, non niſi imaginem dumtaxat præ ſe ferebant. Vnde illos dealbatos appellauit parietes, qui foris lucidam tenẽt ſuperficiem, intus tamen ex terra putrida, dumtaxat eſſe ſortiuntur. Quos præterea deaurata exterius denominauit ſepulchra, quę tamen fœtidiſsimis oſsibus, intus plena exiſtebant. Et quos deniq; tũ diabolos, tum etiã diaboli filios vocauit, & ꝙ in ſuis eſſent morituri peccatis. Habetur præterea de Chriſto, ꝙ cum iterum Ieruſalem ciuitatẽ ingreſſurus eſſet, videns ciuitatem, fleuit ſuper illam, dicens. Si cognouiſſes & tu, in hac die quæ ad pacem tibi. Vbi apparet ꝙ ex contemplatione peccatorum & abominationum, quas cõmorantes in ciuitate perpetrarant, hic pietatis atque lachrymarum ſpiritus, in Chriſto redemptore noſtro inſurrexit. Igitur ex exemplis hucuſque adductis, atque ex multis alijs his ſimilibus, quę in ſcriptura ſacra legenti comperta erũt perſpicuè videmus, quòd ſpiritus & zelus efficaciter in pulpito concionandi, ſæpenumero ex conſideratione peccatorum, quæ homines perpetrãt, excitatur, & accenditur.

Simile. Simile. Simile. Expoſi. Luc. 19. B C

4. mod^9 excitãdi ſpiritũ.

¶ Aliquando etiam excitatur in concionatore efficaciter loquẽdi ſpiritus, ex contẽplatione fructus, quem in auditoribus ſua germinat doctrina, inde inquam animęquior fit cõcionator, inde lętatur, inde vires reſumit, ac deniq; inde feruentior redditur, & ſpiritum ardentẽ aſſumit, vt efficaciter quę dicenda ſunt cõcionetur, & vt ſerena facie patienterq;, labores omnes concionãdi officio annexos, equanimiter tolleret. Ad eum omnino modum, quo agricola facit, qui poſtquã ſemen totum ſupra terram ſparſit, ſi poſtea veris tẽpore videt vtiq; ꝙ proſpere abundanterq; naſcitur, & ſic ſucceſsiuè vſq; ad ęſtatem, in ſpicam proſpere ſemper creſcere videt, gaudet maximè atque libenter labores omnes ſuſcipit, quos in ſeminatione tritici perpeſſus eſt, nouumq; recuperat animum & ſpiritum, multo plures deinceps in agrorum cultura tollerãdi labores, ob hoc ſolum quia vberrimum atque ſementis proſperum videt ſucceſſum. Et hoc eſt quod ita expreſſè Chriſtus ſuis oſtendit apoſtolis, ſicut ex Ioannis capite. 4. conſtat. Vbi ſaluator præuidens profectum maximum, qui ſequendus erat ex confabulatione & cõmertio, quod cum muliere illa Samaritana, circa puteum duxerat. Nam ex hoc totus Samariæ populus cõmouendus erat, atq; venturus, vt eum tanquam ſuum verum dominum & Deum agnoſcerent. Intelligẽs ergo Chriſtus velut

A Simile. B Expoſi. Ioã. 4. c. C

A velut verus Deus proſperũ hunc venturum ſucceſſum, qui ex doctrina ſua ſequendus erat, continuo ſuos excitauit diſcipulos, ſic dicens: Leuate oculos veſtros, quia iam ſegetes ad meſſem albę fiunt, atq; vberrimum quem in ſe continent fructum, oſtendũt, necnõ & ſignũ, ꝙ propè ſit ęſtas ad mettẽdas pręſtant. In hoc eis inſinuare volẽs, quòd ſicut meſſis iam, ad hoc vt mettatur, ſicca eſt & albeſcit, omnemq; herbæ viriditatem amiſit: ſic etiam apoſtolorum eius collegium, gaudere maximè debere voluit, atque vt nouum recuperarẽt animum & ſpiritum, ad mundi huius tollerandas erumnas, quas in euangelij ſeminatione patiebantur, (Simile.)

B cum fructus qui inde ſequendus erat, tantus vtique eſſet & tam proximus, quòd iam homines diſpoſiti admodum erant, & maturi, vt ex eis prædicationis ſuæ fructum colligere poſſent: quia ſicut triticum ſeminatum exiſtebant, dum iam ad eum colligẽdum albeſcit. Voluit ergo hic redemptor noſter oſtendere, ꝙ quemadmodum agricola ſecum ipſe gaudet, maximoque lætitiæ tenetur affectu, cum ad colligendam meſſem, ęſtatem appropinquare videt, ſic etiam ipſi Apoſtoli lætari maximè haberent, ex (Simile.) (Simile.)

C eo ꝙ tantus euangelij fructus demonſtrabatur, ſicut ex Samaritanorum gente, iam iam colligendus erat.

¶ Et hoc idem firmatur, ex illo Ieſu Chriſti redemptoris noſtri facto, quod Lucas. 10. capite refert. Vbi habetur, ꝙ cum Chriſtus apoſtolos ſuos in doctrina ſua inſtructos, & iam illuminatos videret, atque adauctos in virtute valde, & quòd euangelij atque ſuæ prædicationis fructus indies creſceret, ſimul atque Spiritus ſancti gratia eos plenos conſpexiſſet, necnon & maximo fidei zelo eos teneri, virtutibuſque plenos contemplaretur. Ait ſacra lectio, ꝙ tunc temporis, ſubito Chriſtus ſecum ipſe ſupra modum gauiſus eſt, maximumq; in ſe ipſo lętitiæ ſignum oſtendit, atque grandi ſpiritus feruore totus accenſus fuit, quia nimirum in eis, fidei augmentũ & doctrinæ ſuæ perpẽdebat fructum. Vnde cõtinuo flexis genibus, manibusq; ad cælum leuatis, immẽſas ſuo ęterno patri gratias detulit dicẽs. Gratias tibi ago pater, quia ſacramenta & myſteria omnia, quę ex tuo diuino pectore (ſicuti ex vero fonte) in agnitionẽ & totius mũdi vtilitatẽ adduxi, à ſapiẽtibus & prudẽtibus abſcõdiſti, atq; his qui meę ſunt ſcholæ paruulis diſcipulis meis reuelaſti, ſic pater quoniam ſic placitum fuit ante te. Ex tua ſiquidem mera voluntate proceſſit, nullis eorum pręcedentibus meritis. Itaq; ex eo quòd Chriſtus maximum hunc, doctrinæ, gratiæ, & profectum virtutis in (A) (Expoſ. Luc. 10.) (B) (Simile.) (C)

A ſuis conſpexit diſcipulis, inde inquam in hunc tam grandem lætitiæ ſpiritũ excitatus eſt, vt pro hoc, ſummas Deo patri gratias referret.

Chryſoſtomus.

¶Et hoc eſt quod de diuo legitur Chryſoſtomo, concionatore quidem celebri. Qui cum quadã die ad populũ eſſet concionaturus, & in tẽplo magnam gẽtium multitudinem adeſſe conſpexiſſet, tam immenſo tunc temporis affectus eſt gaudio, vt hoc, nouum ei ſpiritum & animum ingeſſerit, vt poſtmodum ardentius in eorum commodum ſe totum daret, efficatiuſq; euangelij doctrinã eis impenderet. Vnde
B ſtatim in ipſo ſermonis exordio, ſic eis loquutus eſt. Tantã fratres mei cordi meo pręſtitiſtis lętitiam, in hoc ꝙ vos ad euangelicam hãc concionem, prompto animo concurrere viderim, vt me cupidum, promptum, atque feruentiſsimum reddideritis, ita vt iam deinceps maiori animo & efficatiori voluntate, quàm hucuſq; vobis, euangelicam impartiar doctrinam. Nam quemadmodum equus, dum in campo ſolutus exiſtit, ex quo illum tam
C amplum atque viridem conſpicit, nouam quandam induit animi ferocitatem, atque laſciuire, & vndiquaque ſaltare incipit, per totum agrum hac & illac diſcurrens: ſic etiam quia hunc auditorum tam amplum coram me campum conſpicio, atque doctrina mea virides & floridos, nec non & euangelicæ doctrinæ auidos, ac denique ad virtutis exercitium tam promptos & ſolicitos. Hoc inquam in me ſpiritum excitat, nouaſque mihi vires & animum ingerit, vt lætitiæ ſaltus dem, atq; vt deinceps nouo animi gaudio, vos euangelicam hanc doceam doctrinam. Habemus ergo, quòd concionatoris ſpiritus, ſæpenumero excitatur ex contemplatione, quam de auditorum ſuorum profectu habet, & in hoc materiæ huic de concionatoris ſpiritu, finem imponimus, quæ præcipua in hac concionandi arte exiſtit pars. B

## ¶CAPVT. XVI. DE quarta cauſa, quæ auditorem mouet, quæ vitiorum reprehenſio eſt.

QVARTAM & poſtremam cauſam, quã euangelicus concionator præuiſam habere debet, & quæ nimis ad mouendum auditorem conducit, vitiorum reprehenſio eſt. Dum videlicet materiam aliquam eligit quę ad vitiorum audiẽtium correctionem attinet, hinc etenim diuini verbi auditores maximè C mouẽtur, vt peccata deſerãt, vitãque meliorẽt. Nã etſi homines vt in plurimũ, ſeorſum ſuos audire defectus aborreant, & humanas fragili-

fragilitates, atque carnis miſe- A rias intelligere, quãdoquidẽ nullus eſt, qui vicino ſuo non ſe meliorẽ exiſtimet, et in hac parte ſẽper ab hominibus veritas fuit odio habita. Attamen hoc non obſtante, dum in ſanctiſſima euãgelij concione homines conſtituti ſunt, veritatem audire, vtcũque ſit, maxime gaudent: atque de ſceleribus ſuis reprehendi appetunt, tum quia ſic concionator ibi omnibus loquitur, vt nulli ſeorſum loquatur, et cum hæc B verborum correctio in cõmuni fiat, neque auditorum aliquẽ peculiariter ſignet, iocundum ſibi admodum eſt, vtcumque ſit, hominum ibi defectus audire. Tũ etiam quia cum detractio hominibus de ſe delectationem generet, quia alienorum defectuum ſuſurratio eſt, hac via etiam auditoribus delectabile admodum fit, alienorum defectuum reprehenſionem audire, quandoquidem in concione, vnuſquiſque exiſtimat concionatorẽ, non ſuos ſed vicini ſui defectus coarguere. Itaq; alter alteri in pulpito, correctionis notã ſemper impingit. Quo fit vt ſæpenumero concionatorem, velut excellẽtem in cõcionandi arte artificem laudent, C quia animum & audatiam ſortitus eſt, ad clare & diſtincte auditoribus euangelicas proponendas veritates. Quòd ſi pro ſe aliquis, concionatoris reprehenſionem factam eſſe intellixerit, illico eum ignarum & mentecaptũ A facit, atque balbucientem hominem, & nouitium, qui ea quæ in ſuggeſtu profert, minime attẽdit. Quemadmodum ego de viro quodam vere aſſerere potero, qui cũ mihi aliquos vicinorum ſuorum defectus retuliſſet, vt eos in concione coarguerem, feci quidem, ſicut ipſe mihi retulerat, vnde maximo ipſe gaudio affectus, ſemper concionem illam ſummis extollẽs laudibus, quòd recte & eloquenter dixiſſem. Cæterum cũ alio die, defectum quendam in pulpito reprehenderem, qui nimirũ defectus, ipſummet concernebat auditorem, vſque adeò mo- B leſte tulit, vt nunquam amplius mihi loquutus fuerit. Hac igitur de cauſa auditoribus ipſis dulcis eſt valde in concione peccatorũ correctio.

*Detractio delectationem parit.*

*Authoris exẽplum.*

¶ Attamen vtcumque ſit, negari non poteſt, quam plurimos eſſe chriſtianorum timoratos viros, quia peccatorum ſuorum ſarcina exire cupientes, atque virtutum ornamentum indui anhelãtes media adinuenire appetunt C quibus hunc ſanctiſſimum ſaluationis ſuę finem conſequi valeãt. Et hi tales concionatoris correctionem tam libenti animo ſuſcipiunt, ac ſi ipſemet eſſet Deus, qui eam ſibi præſtitiſſet. Nam cum optimo ſint alioqui ingenio prædit, atque ſanæ intentionis, & ſi mali aliàs & peccatores valde exiſtant, meliorem habent in his omnibus

*Optimi chriſtiani.*

[library stamp]

A mnibus cenſuram,quā illi, quos ſupra proxime memorauimus, quia ſemper peccata quæ in concionibus aggrauari audiunt,pro ſe ipſis accipiunt,virtutes autem quas a concionatore laudari vident,non niſi proximis ſuis attribuunt.

Figura Luc. 18

¶Hæc duo audientium genera,egregie deſignata ſunt per duos illos homines,quos diuus Lucas capite.18. refert,qui cum ad templum ad effundendas preces B veniſſent,eorum alter erecto collo ſuas confeſſus fuit virtutes, Deoque immenſas referebat gratias,quia eum tam rectum & ſanctum feciſſet. Alter vero verecūdus totus & capite demiſſo,atque in templi angulo flexis genibus conſtitutus, & oculis in terram defixis, ſua dumtaxat peccata coram Deo humiliter confeſſus eſt. Exiſtimabat enim grande ſibi à Deò, beneficium fuiſſe impēſum, ꝙ pro ſuis ſceleribus à terra penitus non fuiſſet abſortus. C Primæ conditionis ſunt etiam auditores aliqui,qui dum cōcionator in pulpito aliquid de virtutibus agit,gratias Deo referūt ꝙ eos in religioſorum virorum numero aggregare voluerit, bonum quod in pulpito dicitur, ꝓ ſe ipſis aſſumentes. Qui profecto non ſunt qui meliori ſunt ingenio prædití, quandoquidem tam ſtolidi ſunt, ſicut phariſæus ille. Veruntamen alij ſunt tam prudentes & humiles viri, ꝙ peccatorum à concionatore pręſtitam A reprehenſionem,ſemper pro ſe factam intelligāt exiſtimantes ſemper ipſoſmet ſolos in republica tota, malos ac peccatores exiſtere,& ꝙ vitiorum ibi facta correctio,pro nullo alio quàm pro ſe fieri poſsit. Itaque defectus ſuos ſemper eſſe reputant,virtutes autē,nō niſi proximo ſuo tribuūt. Et hæc proculdubio hominum conditio eſt,quā Deus inter omnes mundi homines,ſub toto cælo libentius diligit. Cuius formę famoſus ille extitit rex Dauid,de quo.2.regum libro cap.24. habetur,quòd cum Deus propter peccata ſua, populū atrociſsima quadam percuſsiſſet peſtis plaga,mediū ſe corā Deo oppoſuit, dicens. Ego ſum dn̄e ego ſum qui peccaui,quapropter immēſam tuæ maieſtatis clementiam exoro, vt furoris tui flagella in me vertātur. Cum enim ego ipſe fecerim,iuſtum eſt quòd ego ipſe perſoluā. Nam ſubditi mei oues innocentiſsimæ ſunt,qui in hac parte nihil mali patrarunt. Inſignis profectò regis conditio atque illuſtris nimis,necnon pro omnibus alijs ſingulariſsima lectio. Eſt igitur verum, quod vtcunq; ſit ſuauiſsima ſemper auditoribus eſt vitiorum reprehenſio, malis quidem, quia proximorum ſuorum ſemper correctionē eſſe exiſtimant,bonis vero, quia cū virtutis ſint amatores,pro ſe libenter correctionem factam eſſe inte-

Dauid egregia coditio. B

Expoſi. 2.re.24.

C

te.li-

A telligunt, & recipiunt.

¶Sciēdum igitur eſt, maximè conducens eſſe pro vitę hominū reformatione, peccatorum correctionem, in tantum, vt potiſſimum, quod pro chriſtianorum ſalute Deus in Eccleſia, prouidentia ſua reliquit, necnon & pro eiuſdem Eccleſiæ optima directione, proculdubio peccatorum proximi correctio fuit. Quàm ſi homines eo zelo & charitatis amore, adinuicem exercerent, quem erga fratris ſui bonū & cōmodū gerere tenentur, maximus in Eccleſia accreſceret virtutis fructus, atq; multorum malorum abſcinderetur occaſio. Sed proh dolor, quia propter

Fraterna correctio, iam ſpreta.

B demerita noſtra, nullus reperitur iam, qui alium corrigere audeat, nec adhuc qui correctionē ſuſtinere velit, quia nimirum in corrigente amor & zelus ad corrigendū deficit, corrigendus verò ad tollerandum, patientia caret, maioremque zelum gerunt, ad ſui proximi materialem ouē perditam, quam ruſticus paſtor in deſerto paſcit, quàm ad fratris ſui animę ſalutem. Nam cum illam lupus rapit, omnes quàm citiſsimè exeūt, vt eam ab ore eius eripiant, at verò cum quotidie apertè homines perſpiciant, dęmonē in ore ſuo, proximum ſuū

Simile.

C tam cruenter portare, riſum ex hoc, & lętitię applauſum faciūt, & quaſi inſenſati, perditionem eius, nulla conſideratione prætereunt. Oportet igitur vt concionator, huius fraternæ correctionis defectum, quia hodierna die in proximis deeſt, ſua reprehenſione in pulpito ſuppleat, & cum in chriſtianis tam perditam & humi proſtratam correctionem hanc videamus, oportet vt totis viribus materiam hanc, de vitiorum correctione, concionator in pulpito tractet. Atque velut principale chriſtianæ concionis ſcopum & brauium aſſumat, cum qua præcipuè, perditiſsimorum hominū vitam redimere & curare habet, eos acriter multotiens reprehendens, ac terribiliter inferni, & mortis periculo deterrens. Secus autem agendum eſt,

Ad quos habēda correctio.

Correctionis forma.

B de eis qui circa virtutis exercitium ſolicitudinem gerunt, atq; cum Deo ipſo præmeditati & vrbani exiſtunt chriſtiani, quandoquidem iſti, ne vtiq; reprehenſionibus aut terroribus ducendi ſunt, ſiquidem in his lenia & ſuauia verba, potius ſibi ad virtutem aculei ſunt, quàm aſpera & dura, quæ in reprehenſionibus adduci poſſent. Nam cum ad virtutem ipſam ex amore, quem erga Deū gerunt moueantur, ipſimet voluntariè & libenter Deo occurrunt, atque gratioſè in Dei cultum & obedientiam ingrediuntur. Alij autem,

C cum in hac parte veluti ſeruos ſe habeant, qui preciſè Deo timore ſeruiunt, egent quidem inferni

ALEXANDER PP VI VALENTINUS SANCTUS FERDINANDUS

A inferni atque Dei iuſtitiæ comminationibus, vt in virtutis opera moueantur. Et hoc eſt quod redemptor noſter Chriſtus ſignificare voluit, ſicut ex Luca capite. 18. conſtat, ex conuiuio illo, quod pater familias fecit. Quod cum iam paratum eſſet, atque ad conuocandos conuiuas ſeruos ſuos miſiſſet, alij voluntariè & libenter venerunt, cæterum alij, non niſi violenter attracti & compulſi. Pari ergo forma, ad hoc regni cælorum conuiuium, quod pro omnibus iam diu paratum exiſtit, homines inducuntur. Vbi qui ad cōuiuium vocat, concionator nimirum eſt, conuiuę autem diuini verbi auditores exiſtunt. Sũt B ergo aliqui, qui cum cordati viri ſint, atque Deo obedientes, libenter & gratioſè, ſolo Dei amore mouentur, atque vltrò ſeſe in conuiuium ingerunt, alij verò ſunt, quos velut ruſticos & barbaros, compulſos trahere oportet, eos peccatorum ſuorum reprehenſione comprimentes, atque Dei iuſtitia, inferniq; ęternis penis deterrentes. Et ad hoc oportet vt concionator, ſemper velut gregis ferociſsimus canis, in pulpito hos tales ſuis latratibus mordeat & conturbet. Et cum permittentibus noſtris demeritis, C ex hominibus plures ſint, qui vitioſè & perditiſsimè viuant, quàm qui virtutis curam & Dei zelum teneant, hinc proculdubio oritur expedire magis, vt cōcionator potius in pulpito de peccatorum reprehenſionibus agat, quàm de virtutũ perfectione. A

Expoſi. Luc. 18.

Concio, cōuiuiũ quoddá eſt.

Simile.

Simile.

## ¶CAPVT. XVII. DE moderamine, quod concionator habere debet, cũ de vitiorum agit correctione.

ATTAMEN, cum officium hoc, corrigendi in cōcione hominum vitia, de ſe aptum ſit, vt quandoq; concionatoris bilem & furiam exceſsiue mouere poſsit, prudentia & moderamine, in vitiorum correctione opus eſt. B Nam in reprehēſione multoties excedere poſſet, niſi ſeſe prudenter temperare ſciret, quia nimirum fieri poſſet, quòd optimo virtutis zelo ductus, reprehenſionem in concione inciperet, & tandem eam, non niſi ſtomachatus & iam paſsione ductus finiret. Vnde id quod diuinum & ſanctum in reprehenſione futurum erat humanum nimis & fragile fieret, & ſacer ille concionandi locus, qui ad proximi correctionem inſtitutus fuit, deſeruiret vtique, vt concionator inde, inimicorum ſuorum vindictā C ſumeret, & tādem quod Dei erat negotium, dęmon ſibi prorſus vſur-

Prudentia ī correctione neceſſaria.

vſurparet. Ideo inquam oportet
A de moderamine, quod in hac par
te concionator, ſe gerere debet
tractare. Et vt melius hoc intelli
gamus, cōducit maxime, ſingula
rem quādam diui Gregorij anno
tare doctrinam, in libro.23. mora
lium, capite.11. vbi ingenioſiſſi
me ait quòd ſæpenumero vitia ſe
virtutes fingunt. Vnde id quod
virtutem eſſe quandoque exiſti
mabamus, realiter vitium eſt,
ipſius, tamen virtutis imagine
veſtitum, quòd ſi in hac parte ho
B mo attētus valde non eſt, ſubito
degeneratam & corruptam pe-
nitus, in ſe ipſo virtutē reperiet.
Veluti ſi diceremus, quòd tri-
ſtitia, quam homo pro ſuis aſſu
mit peccatis, virtus quidem eſt,
nam religioſus quidam eſt actus
in quo de Dei offenſa homo dolet
veruntamen tam inaduertenter
& indiſcrete eā aſſumere poſſet
quòd ſubito in eo deſperatio fie-
ret. Item gaudium, quod mulier
de filio ſibi a Deo præſtito reci-
pit, virtus vtique eſt, quia gau-
det de quodam dono, quod à diui
na manu ſibi liberaliter eſt im-
penſum, at vero tam effrænate
C & exceſſiue gaudere, de filio po
teſt, quòd ipſamet, quæ prius chri
ſtiana lætitia erat, in animi le-
uitatem & diſſolutionem verta-
Simile. tur. Item grauitas etiam in homi
ne virtus eſt, cum ea ſiquidem,
perſonæ ſuæ decentiam homo
conſeruat, atque eſſe totum & pō
dus, quod ratio ipſa in homine
exigit, retinet. At vero tam nimi A
us poteſt eſſe grauitatis conſer-
uator, vt iam non grauitas, ſed in
tollerabilis moleſtia & grauamē
alijs fiat. De quorū numero mul
ti reperiūtur, qui grauitatis no-
men ſibi inter homines vſurpa-
runt, quia graues ab hominibus
reputati ſunt, cum tamen non
niſi moleſti & oneroſi penitus
ſint. Ad hunc igitur, modum in Notan-
concionatore accidere poſſet, dū valde
dū pulpitum, vitia reprehenſu-
rus aſcendit, niſi maxima ſit attē B
tione præmunitus. Nam zelus
quem ad deturpanda & coargu-
enda aliorum vitia gerit, proxi-
mitatem & affinitatem maximā
cum propria ira & paſſione ha-
bet. Vnde fieri poſſet, vt tam in
diſcrete & exceſſiue, hanc vitio-
rum reprehenſionem in concio
ne aſſumeret, vt id quod in repre
henſionis initio, ſanctus fuit
zelus, colorem penitus mutaret,
atque in proximi odium quē cor C
rigit, & paſſionem propriam ver
teretur. Et quod antea chriſtianā
erat vitiorū correctio, quia dei
erant offenſæ, auditorum poſtea
diabolicum fieret odium. Et ve-
lut contra exoſſos inimicos perſe
cutio. Et quod prius charitatis
exiſtebat opus, poſtmodum vin-
dicta de auditoribus exiſteret,
ac demum ex concionatore, in
tirannum hominem proſiliret.

¶ At vero potiſſima ratio, quę Potiſsi-
concionatorem, in vitiorum re- ma cau-
prehenſione, moderatum & pru- ſa.
dentem

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A dentem reddet, eſt nempe antequàm in concione de alienis agat defectibus, ſuos proprios attente prius conſiderare. Itaq; primitus, quod ipſe eſt perpendat, vt ex propria ſua infirmitate & miſeria, ordinem eliciat, quem in deturpanda aliena vita tenere debeat. Conſiderare namque apud ſe ipſum habet, ꝙ tam miſer & peccator exiſtit, ſicuti ille eſt, quē corrigere intendit, ꝙ ſi modo rectum & virtutis amatorem ſe repererit, ſaltim hoc perpendat, ꝙ B quandoque peccator ac defectuoſus nimis extiterit. Quę profecto conſideratio frænum erit, quo ſe in aliorum reprehenſionem non præcipitet, & vt pietatem, quam in ſuamet fragilitate expoſceret, hanc eadem erga proximum ſuū exerceat. Quòd ſi contingerit ꝙ in hac ſancta conſideratione, minime ſe ſicut auditorem, peccatorem inuenerit, neque adhuc præterito tempore malus extiterit, quia ſemper à diuina manu fuerit protectus. Tunc temporis in C quam bona illius (quem reprehendere intendit) & virtutes in memoriam reducat, ſiquidem nō continget, vt auditorem penitus exutum à virtute reperiat, quin in aliquo bonus exiſtat, & fieri nimirum poſſet, ꝙ ex hac parte tot inueniet fortaſsis proximi ſui bona, ꝙ in eius reprehēdēdis malis moderamen tenendū eſſe ceſeat.

Concionator ſe ipſū perpēdat.

Expoſi. Ioan. 8.

Hac eadem forma Chriſtus redēptor noſter (ſicut Ioan. cap. 8. habetur) phariſæorū furiā mitigauit, dū ad ſe mulierē in adulterio deprehenſam, puniendā adducebāt, quia ſic legis diſponebat mandatum. Vt enim frænum irę eorum & furori apponeret, reſpōdit, vt illorum quilibet ſeipſum inſpiceret, atque in vitæ ſuæ deformitatem oculos inijcerent, ꝙ ſi aliquis à peccato immunem ſe inueniret, ille primus eſſet, qui in adulteram primum mitteret lapidem. Qui cum ſe tam ſordidos & peccatis ſcaturientes inuenirent, verecundia occupati & cōfuſi, ne de ſua etiam ageretur correctione, mulieris cauſam deſerētes penitus receſſerūt. Ecce ergo quemadmodum ex cōtemplatione ſuorū peccatorum, à mulieris huius correctione ceſſarunt. A B

Expoſi. Gala. 6.

Et hoc eſt quod apoſtolus Paulus expreſſè hominibus ad Galatas. 6. capite perſuadet, dum ait. Fratres, etſi præoccupatus fuerit homo aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderās te ipſum, ne & tu tenteris. Loquebatur hic apoſtolus ad legis præceptores, atq; ad cæteros eiuſdē legis miniſtros, quibus chriſtianæ reipub. gubernatio incumbebat, eiuſq; coarguere defectus, & ait. Si aliquē ex fratribus veſtris delicto detentum inueneritis, eū clementiæ ſpiritu & manſuetudinis corripite, voſmetipſos prius cōſiderantes, quòd fragiles et in peccatis labiles, ſicut et ille eſtis. C

Et

A ¶Et hæc potiſsima ratio fuit, quare cum Chriſtus Eccleſię ſuę in paſtorem & pręceptorem eius Petrum prouidere deſtinaſſet, priùs eum à peccatis impulſum & cõculcatum accepit, vt ex fragilitate ſua, aliorum etiam in corripiendo metiretur culpam, & ſic in hoc caſu patrem ſe exhiberet, ꝙ priùs ſuarum nariũ proprios mucos perpendens, filiorum ſuorũ nares emungere non aborreret. Et hac eadem ratione, cum Deus diuum Paulum in Eccleſiæ ſuæ prædicatorem eſſet ſignaturus, priùs eum legis ſuæ perſecutorem eſſe permiſit, & quòd palia diuum Stephanũ lapidantium ſeruaſſet, vt poſtmo B dum, tam graues in ſe ipſo conſiderans culpas, prudẽter & moderate alienas corrigere ſciret. Et hoc idem eſt quod per Ezechielem prophetam, capite. 3. deſignatur. Vbi cum Deus ad reprehendendum populi delicta, eum eſſet miſſurus, hanc eandem erga eum induſtriam ſeruauit, priùs ſiquidem ad eum vocem quandam emiſit. Filium hominis eum appellans, ſecundo eum in terram proſtrauit, vt hinc ſeſe in vitiorum correctione temperaret, quam in prædicatione alijs daturus erat. In hoc enim quòd filium hominis C illũ denominauit, eum animaduertere voluit, vt fragilitatem & miſeriam, quam ſuaptè natura ſibi vendicabat, intelligeret. Et quia hoc idem hoc nomen homo ſignificat, ſcilicet terram, putredinem & vermes, idcirco hominis filium illum denonominauit, vt ſe tam miſerum & caducum perpendens, proximi ſui defectus minime admiraretur.

Potiſsima ratio

Occaſus Petri.

Simile.

Occaſus Pauli.

Figura, Ezec 3.

A ¶Et in hunc eundem finem, illum prætereà ſuper faciem ſuã in terram deiecit, vt inde intelligeret, quòd nullum aliud eſſe & firmitatem haberet, præter illam quàm ſibi Deus præſtare dignabatur, et quòd quàm citius ſe erectum et ſuper pedes ſuos ſtantem reſpiciebat, eo citius etiam in terram deiectus eſſe poſſet, & ab eo eſſe, quod antea conſequebatur, prorſus deciſus. Item ſuper faciem ſuam cadere decreuit, & non ſupra occipitium. Nam qui retrorſum cadit, locum in quo iacet minime *conſpicit*, at verò dum ſupra faciem cadit, aperte locum vbi cecidit agnoſcit. Ad hoc igitur eum ſupra faciem in terram proiecit, vt attenderet, quòd locus eius proprius, quatenus homo, nullus alius præter terram erat, quia à terra vtique ortus eſt, & in terram denique poſtmodum reuerſurus erat, vt perpendens hic propheta grandem fragilitatem, quàm ſibi, à ſua vendicabat natura, tũ quia hominis filius erat, tum etiam, quòd ex tam vili opidulo eſſet ortus, ſicuti miſerrimus hic erat B C

In faciẽ cadere.

2. ſenſus.

Simile.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A erat mundus. Hoc inquam eum domaret, atque iræ ſuæ furorem mitigaret, quem in corripiendis alienis vitijs habere poterat. Et hinc vitiorum temperaret reprehenſionem, volens nimirum proximis ſuis, eam clementiam & lenitatem, quàm ſibi ipſi erogari cupiebat. Et ſic ex proprijs culpis prudentia dimanaret & modus, quemadmodum ſcilicet in alienis ſe gerere deberet.

¶Iuxta hanc igitur doctrinã, quàm hucuſque diſſeruimus, prima prudentiæ pars, quàm concionator in hac parte ſeruare de- B bet, vt hominum vitia chriſtianè & prudẽter corripere valeat, (Varijs hominũ ſtatus attẽdendi.) eſt quidem varios hominum ſtatus, atque viuendi modos in hominibus attendere. Quandoquidem nõ omnibus eadem adaptatur doctrina, neq; omnes diuini verbi auditores, ęqualiter eadem ſunt feriendi correctione. Nam (Simile.) quemadmodum in cythara, extentę cordæ, non ęqualiter pulſantur, quędam enim leniter, alię verò aſperè à cytharedo feriuntur: ſic pariter diuini verbi auditores, dum in ſermone conſiſtunt, quędam extentæ cordæ ſunt, quas velut cytharedo concionator pulſare habet. Vnde quòd ab eo diuerſimode pulſen- C tur neceſſarium eſt, alij quippe ſunt, qui graui peccatorum ſarcina onerati exiſtunt, & ex alia parte tam ſuauem ſortiũtur animi conditionem, vt eos in re- A prehenſione acriter ferire, tollerari poſsit, qui cum reprehenſi fuerint, ſuauiorem virtutis leuant melodiam, quàm ſi à concionatore laudarẽtur. Nam eſtò mali ſint & peccatores, ſunt tamen alioqui optimo præditi ingenio, & agnoſcunt eam eſſe veram culparum ſuarum, ſibi requiſitam medicinam. (Simile.) Nam quẽadmodum vlcus, qui intra ſe putredinem creat, nullum aliud remedium habet, niſi illum aperire & ſcalpello rumpere, vt putredo, quæ intus latet, foris exeat: ſic etiam prædicti auditores apud ſe ipſos præuiſum habent, quòd ferrum, quo animæ B ſuæ vulnus aperiendus eſt, ipſa eſt concionatoris reprehenſio, vt per eam ſuorum exeat putredo peccatorum. Et hinc eſt ꝙ lætantes & gratiſsimo animo, concionatoris correctionem vltrò recipiunt. At verò alij ſunt, qui etſi culpas habeant, vel non tam graues ſunt, aut ſi graues exiſtunt, non eam animi tollerantiam ſortiuntur, vt concionatoris correctionem equo animo tollerare valeant, dum eos acriter reprehendit. Nam ex cõditione ſua tam debiles ac delicati ſunt, (Simile.) ſicut prima cytharæ corda, quę ſi tantiſper aſpere pul- C ſetur illico frangitur.

¶Item videmus quòd ſibillus, (Simile.) qui tenuis eſt, taurum alterat, (Simile.) equum verò mitigat, atque panis,

A nis, qui hominis ſtomacho vitam præſtat, puero recenter nato mortem ingerit. Et ſic de cæteris accidit corporalibus cibis, nam qui alicui, ſani & vtiles ſunt, alteri peſsimi redduntur & nociui: pari modo etiam reperiuntur veritates, ſiquidem non omnibus omnes ęqualiter diſtribuendæ veniunt. Et potiſsima induſtria, quàm diuus Gregorius in ſcriptura ſua oſtendit, vt concionatorem in concionandi arte egregium redderet artificem, & in qua doctor hic egregius ingenij ſui talentum aperuit, fuit quidem, quàm in ſecunda Paſtoralis parte oſtendit. Vbi ſingularisſimam quandam lectionem tractat, quemadmodum ſcilicet prædicator, diuerſimodè auditorum qualitati & conditioni, doctrinam adaptare habeat. Nam aliter erudiendi ſunt prælati, aliter verò ſubditi, aliter domini, & aliter ſerui, aliter coniugati, & aliter continentes, aliter ſuperbi, & aliter humiles, & ſic ſucceſsiuè omnes hominum ſtatus & conditiones diſtinguit, quouſque medulitus omnes perſcrutatur virtutes & defectus. Quæ profectò potiſsima lectio eſt, quàm aſsiduè concionator quilibet legere habet, vt in ſuo concionandi officio rectè procedere valeat. In cuius veritatis confirmationem, qualiter videlicet

Gregorij potiſsima induſtria.

B

C

iuxta qualitatem audiētium ſermonem formare debeat concionator, adducit ibi diuus Gregorius exemplum quoddam de gallo gallinacco, qui iuxta varias noctis horas, diuerſos format cantus. Nam media noctis hora raucam quodammodo habet vocem atque craſsiorem, ſed tamen iuxta auroram, cum magis ſit iam à ſomno excitatus, delicatius ſuauiusq; vocem format. Ad eum igitur modum gallus, qui diuini verbi concionator eſt, diuerſimode in concione auditorum reprehenſionem formare debet, ſiquidem eis qui media ſunt nocte conſtituti, videlicet, qui in peccatorum ſuorum profūdo ſomno ſopiti ſunt, veluti ſomnolentis hominibus & morionibus, quorum ingenium, peccata ſua obtuſum nimis & hebetem penitus reddiderunt, hos inquam acriter in concione corrigere habet, fumum naribus eius apponens, vt à ſomno excitentur, eos vtique iuſtitia Dei, & inferni timore, mortisque periculo deterrens, vt hac doctrinæ reprehenſione conterriti, à ſuorum peccatorum ſomnolentia excitentur. At verò alij ſunt auditores, qui ſecus auroram iam conſtituti exiſtunt, qui eſtò quòd aliquarum culparum ſomnolentia detineantur, attamen non tam graue in eis ſomnus exiſtit, vt ab

A

Simile.

Forma corrigendi.

B

Simile.

Simile.

C



[library stamp]

A eo facilè ſuſcitari non poſsint, abſque tam cruda peccatorum ſuorum reprehenſione. Nam cũ iſti intellectum ſuum attenuatum magis, excitatumq; teneant, quia nimirum eorum offenſæ tam graues non reperiuntur, ſicut aliorum exiſtunt culpę: conducit maximè vt hos tales alia via concionator dirigat, in pulpito eorum correctionem leuiorem faciens, ſemper eam, aliqua verborum dulcedine admiſcens, vt ſic auditor, ex vna parte acerrimam iuſtitiæ Dei doctrinam conſpiciens, ex alia verò miſericordiæ ſuæ dulcedinem contemplans,

Lenis correctio cui debetur.

B concionantis correctionem velut à ſapiente præceptore libenter amplectatur, vt ſic auditor, nullam concionatori ignorantiæ ſiue inſipientiæ, culpam impingere valeat, dicens quòd tam leuibus culpis, tam rigidam appoſuerit medicinam. Itaque ſicut chirurgus, vt infirmi vulnus ſuauius rumpere valeat, priùs illud aliquibus vnctionibus moleſcit, vt cum iam maturior extiterit, minori dolore eius eliciat putredinem: ad eum omnino modum, cum huiuſmodi auditoribus à concionatore agendum eſt, in hoc quòd peccatorum

Simile.

C ſuorum correctio nuda penitus non ſit & tam aſpera, quòd alicuius doctrinæ dulcedine nõ admiſceatur, quia poſtquàm in eis peccati vulnus, non vſque adeò graue reperitur, eius putredinem, leuius quàm fieri poteſt, extramittere debet. Quòd ſi aliquando cum huiuſmodi auditoribus, eo potuerit vti remedio, quod chirurgus quandoq; his infirmis apponit, ſalubre admodum erit, ſiquidem cum vulnus leuius eſt, nec multa intumeſcit incluſa putredine, tunc temporis inquam aliquo circũpoſito cathaplaſmate, tumorem ipſum reſoluere curat, & quantum in ſe eſt, tale aperire vulnus refugit. Nam tunc, plus ponderaret in aperiendo doloris grauitas, quàm ſalus quàm inde ſibi pręſtare poſſet. Et iuſte quidem tunc temporis de huiuſmodi chirurgo, infirmus quęrellam formaret, quia nulla exigente neceſsitate, tam acriter eum curaſſet. Hac eadem iuſtitia auditor, de concionatore cõquęri etiam poſſet, quia cum dulciter culparum ſuarum putredinem reſoluere poſſet, alicuius dulcis doctrinæ lenitate, neutique ſic fecit, ſed quòd ſtatim acerrimæ reprehenſionis ferramento, eius ruperit vulnus. Hinc enim mirum non eſſet, ꝙ peior quàm antea exiſtebat, euaderet, veluti cum apoſtema à chirurgo priuſquã matureſcat aperitur, potius aggrauatur, quã ſanat.

A Simile. B C Simile.

¶Ca-

A ¶CAPVT. XVIII. DE forma, quàm concionator, in magnatum reprehenſione, obſeruare habet.

SVPPOSITO ergo velut totius reprehenſionis fundamento, quòd euangelicus concionator pro conditione & qualitate audientium, reprehenſionem, quàm in concione intendit, formare debet: præcipuum, in quo ſtatim prudentiam ſuam, maximè oſtendere habet, eſt nempe in magnatum, aliorumq; procerum reprehenſione, veluti ſunt, reges, principes, prælati, & alij ſimiles, qui tanquam totius reipublicæ capita curam gerunt, quibus omni tempore & loco reuerentia debetur & reſpectus. Et hæc nimirum ſingularis lectio eſt, atque præcipuum documentum, quod diuus Gregorius concionatoribus, in prima Paſtoralis parte admonitione quinta præſtat, vbi maximè concionatorem animaduertit, quemadmodum cũ huiuſmodi magnatibus, mundiq; potentioribus ſe gerere debeat. Ita vt ne ponens os in cælo, aliquid proferat, quod ſcandalum pariat in terra, & vnde fructum aliquem in auditoribus ſe producere exiſtimabat, inde maius in eis damnum ingerat & nocumentum, & quod doctrina ſua in auditoribus lucratum iam eſſe putabat, non niſi deperditum maneat. Nam cum huiuſmodi auditores in republica potentiores & illuſtres ſint, facilè à ſe doctrinam expellent, ſi in concionatore prudentia abeſt, vt eam ſibi ſapienter proponere ſciat.

Magnatũ correctio. B

Grego.

C

¶ Piſcator, dum in fluuium hamum proijcit, illumq́ue magnus aliquis piſcis deglutit, non illico ſetam, ſiue lineam vbi hamus pendet, celeriter & aſpere ad ſe attrahit. Nam cum ſeta tenuis ſit & delicata valde, piſciſq́ue validus nimis, totum rumpet piſcandi artificium, atque immiſſum hamum in ore piſcis, ſecum ipſe piſcis portabit, ac demum omnis piſcatoris labor deperiret. Sed tunc temporis piſcator hac induſtria vti conſueuit, quàm primum enim magnum aliquem, validumq́ue piſcem eſſe ſentit, lineam ſiue ſetam, in qua hamus pendet, laxat, quouſque piſcis ipſe paulatim ſanguine deſluit, ac debilis reddatur, & ſic tandem dulciter illum ad fluminis oram adducit. Hæc ſingularis induſtria eſt, quàm concionator erga ſæculi huius potentiores ſeruare debet, cum in ſermone ſuo eos habere cõtingerit, quàm primum enim, doctrinæ hamum in eorum os immittere curare habet, quod quidem eſt ſapienter admodum atque

Simile. B C

A prudenter, intellectui ſuo talem proponere doctrinam, dulciſsimis prætereà, amicabilibuſque verbis eos exortans, vt ſic ipſimet magnates, de culpis ſuis iuditium proferant, atque ſuamet damnentur cenſura. Quòd ſi eos beneuolos, ſalutiſq; ſuæ auidos conſpexerit, quod vtiq; eſt iam doctrinę hamum in ore ſuo accepiſſe, ſetam ſiue lineam doctrinę, tunc temporis laxet. Quod eſt dicere, vt contra eos aſperę doctrinæ reprehenſionem non ſoluat, eorum culpas nimium exagerans & deturpans. Nam cum va-

Magnates piſces validi.

lidiſsimi piſces ſint, facilè omnia rumpent, atque concionatoris doctrinam furioſè à ſe pro- B ijcient, & quod tandem ex hoc concionatoris labore tunc temporis manebit, erit quidem concionatorem inſipientem & nouitium appellare, & cum potentes ſint, & opinionem auctoritatemq; apud populum conſequātur, non deerunt aliqui, qui eis fidem adhibeant, & ita eſſe credant, ſicuti magnates ipſi diiudicant. Qua de cauſa euangelica concio in dedecus ipſiuſmet redundauit doctrinæ, & in parū profectò audientium fructū, nec non & in magnum concionatoris detrimentum.

Figura, 2. Re. 12.

C ¶ Legitur. 2. Regum libro, capite. 12. quòd cum propheta Natan ex mandato Dei, ad corrigendum regem Dauid eſſet ingreſſus, de facinore, quem in accipiendo Vriæ vxore patrarat, A ſingulari quadā induſtria vſus eſt, vt regem ipſum conuinceret, eumq; ad Deum conuerteret, quod profectò artificium pōderatione admodum dignum eſt. Nam ſingulariſsima eſt lectio, ex qua concionatores omnes chriſtianam formam educere poſſunt, quàm in magnatum reprehenſione obſeruare habent. Conſtat ſiquidem prophetam hunc, cum ad regem ingreſſus fuit, non ea vſum fuiſſe libertate & licentia, in corrigendo regis delicto, ſicut hodierna die, multi concionatorum, qui prophetæ non ſunt, vti conſueuerunt, quandoquidem minime crudis & aſperrimis verbis eum fuit alloquutus, ſicuti eſſet dicere. Peſsime rex, tyranne, B & crudelis, adulter, homicida, ſuperbe, atque alia id genus multa, dic obſecro crudeliſsimè hominum, quod homicidium? quoduè adulterium eſt, quod modo tam atrociter cōmiſiſti? quod ſcandalum, quod toti regno pręſtitiſti? Erubeſce peruerſe, confundere, & lamentare, quia turpiter regiam fœdaſti perſonam, in hoc quòd proximi tui vxorem abſtuliſti, cum qua immane adulterium conſumaſti. Et ſuper hæc omnia, virum eius in bello crudeliter mori deſtinaſti, vbi execrabile ſcelus & infidelitatem maximam aggreſſus eſt, quia fideliſsimum ſer- C

Singularis lectio.

A ſeruum,qui tibi tam libenter obſequebatur occidiſti, para animam tuam ſcelerate rex, quia Deus maximum tibi pro peccato tuo infligere flagellum eſt paratus. Hęc inquam omnia & plura his ſimilia, noſtri tēporis concionatorum aliqui, in pulpito & adhuc grauiora loqui conſueuerunt, & qui adhuc licentius linguam ſoluere, in ſimilibus aſſueti ſunt. At verò nihil horum ad regem, propheta Natan exorſus eſt, cum tamen tantam fuiſſet auctoritatem apud omnes ſortitus, quia profectò ex Dei mandato miſſus erat, ſed modeſtus, atq; in regis præſentia compoſitus valde, propter reuerentiam & ho-

Licentia concionatorū.

B norem maximum, qui regiæ debebatur perſonæ, eum vrbaniſſimè ac modeſtè admodum alloquutus eſt, tali induſtria, ei culpam ſuam præſentans, vt & peccatum ſuum agnoſceret, & de concionatoris exceſſu minime conquęreretur. Vnde his verbis, peccati ſui pondus proponens dixit. Potentiſsime atque excellentiſsime rex, conducit maximè, vt mihi quæſtionis huius difficultatem diluas, vt tanquam iudex & rex, quem Deus ſupra populum ſuum conſtituit, vt ſimiles diiudices & agas cauſas. Tu inquam dubij huius ſen-

C tentiam proferas, neque alia in hoc caſu, præpter tuam ſit expectanda cenſura, caſus ergo iſte eſt. Duo erant homines, quorū alter diues erat nimis ac prępotens, cui maxima erat ouium multitudo, & abſque aliqua prorſus indigentia, alter verò pauper erat, qui vnam dumtaxat poſsidebat ouem, quàm in ſinu ſuo fouebat, & cum qua delectabatur maximè, quàm prætereà in lectulo ſuo dormire faciebat, & cuius denique contemplationę, animo ſuo non modicum præſtabat ſolatium & leuamen. Cùm igitur hæc ita ſeſe haberent, ille alius qui diues erat & multis abundabat ouibus, ab hoc pauperrimo homine, hanc vnicam arripuit ouem. Rogo ergo te rex, quid de hoc viro agendum ſit, iudices. Cui continuo rex indignatus maximè, grandique ira commotus dixit. Viuit Deus, peruerſum hunc virum dignum eſſe morte, & *quòd in quadruplo* ouis ablatæ valorem reddat. Cui illico propheta ipſi regi ſic reſpondit. Iuſtè quidem ſententiam protuliſti, ò rex. Tu enim ipſe es, qui hanc à paupere ouem abſtuliſti, nam cum te, Deus in regem, atque populi ſui caput præfixerit, ſtatumque tuum & regnum, vſque adeò proſperum indies reddiderit, ab Vria fideliſsimo duce tuo, vxorem abſtuliſti, quæ animi ſui, ſolatium vnicum & recreatio erat, ab eoq; ſimul & vitam ademiſti. Ex quibus verbis, ſtatim rex vſque adeò victus, & confuſus

 de

A prudenter, intellectui ſuo talem proponere doctrinam, dulciſsimis prætereà, amicabilibusque verbis eos exortans, vt ſic ipſimet magnates, de culpis ſuis iuditium proferant, atque ſuamet damnentur cenſura. Quòd ſi eos beneuolos, ſalutisq; ſuæ auidos conſpexerit, quod vtiq; eſt iam doctrinę hamum in ore ſuo accepiſſe, ſetam ſiue lineam doctrinę, tunc temporis laxet. Quod eſt dicere, vt contra eos aſperę doctrinæ reprehenſionem non ſoluat, eorum culpas nimium exagerans & deturpans. Nam cum validiſsimi piſces ſint, facilè omnia rumpent, atque concionatoris doctrinam furioſè à ſe proijcient, & quod tandem ex hoc concionatoris labore tunc temporis manebit, erit quidem concionatorem inſipientem & nouitium appellare, & cum potentes ſint, & opinionem auctoritatemq; apud populum conſequãtur, non deerunt aliqui, qui eis fidem adhibeant, & ita eſſe credant, ſicuti magnates ipſi diiudicant. Qua de cauſa euangelica concio in dedecus ipſiuſmet redundauit doctrinæ, & in parũ profectò audientium fructũ, nec non & in magnum concionatoris detrimentum.

Magnates piſces validi.

B

C

Figura, 2. Re. 12.

¶ Legitur. 2. Regum libro, capite. 12. quòd cum propheta Natan ex mandato Dei, ad corrigendum regem Dauid eſſet ingreſſus, de facinore, quem in accipiendo Vriæ vxore patrarat, ſingulari quadã induſtria vſus eſt, vt regem ipſum conuinceret, eumq; ad Deum conuerteret, quod profectò artificium põderatione admodum dignum eſt. Nam ſingulariſsima eſt lectio, ex qua concionatores omnes chriſtianam formam educere poſſunt, quàm in magnatum reprehenſione obſeruare habent. Conſtat ſiquidem prophetam hunc, cum ad regem ingreſſus fuit, non ea vſum fuiſſe libertate & licentia, in corrigendo regis delicto, ſicut hodierna die, multi concionatorum, qui prophetæ non ſunt, vti conſueuerunt, quandoquidem minime crudis & aſperrimis verbis eum fuit alloquutus, ſicuti eſſet dicere. Peſsime rex, tyranne, & crudelis, adulter, homicida, ſuperbe, atque alia id genus multa, dic obſecro crudeliſsimè hominum, quod homicidium? quodue adulterium eſt, quod modo tam atrociter cõmiſiſti? quod ſcandalum, quod toti regno pręſtitiſti? Erubeſce peruerſe, confundere, & lamentare, quia turpiter regiam fœdaſti perſonam, in hoc quòd proximi tui vxorem abſtuliſti, cum qua immane adulterium conſumaſti. Et ſuper hæc omnia, virum eius in bello crudeliter mori deſtinaſti, vbi execrabile ſcelus & infidelitatem maximam aggreſſus eſt, quia fideliſsimum ſer-

A

Singularis lectio.

B

C

[library stamp: ... FERDINANDVS ...]

A ſeruum, qui tibi tam libenter obſequebatur occidiſti, para animam tuam ſcelerate rex, quia Deus maximum tibi pro peccato tuo infligere flagellum eſt paratus. Hęc inquam omnia & plura his ſimilia, noſtri tẽporis concionatorum aliqui, in pulpito & adhuc grauiora loqui conſueuerunt, & qui adhuc licentius linguam ſoluere, in ſimilibus aſſueti ſunt. At verò nihil horum ad regem, propheta Natan exorſus eſt, cum tamen tantam fuiſſet auctoritatem apud omnes ſortitus, quia profectò ex Dei mandato miſſus erat, ſed modeſtus, atq; in regis præſentia compoſitus valde, propter reuerentiam & ho-

*Licentia concionatorũ.*

B norem maximum, qui regiæ debebatur perſonæ, eum vrbaniſſimè ac modeſtè admodum alloquutus eſt, tali induſtria, ei culpam ſuam præſentans, vt & peccatum ſuum agnoſceret, & de concionatoris exceſſu minime conquęreretur. Vnde his verbis, peccati ſui pondus proponens dixit. Potentiſsime atque excellentiſsime rex, conducit maximè, vt mihi quæſtionis huius difficultatem diluas, vt tanquam iudex & rex, quem Deus ſupra populum ſuum conſtituit, vt ſimiles diiudices & agas cauſas. Tu inquam dubij huius ſen-

C tentiam proferas, neque alia in hoc caſu, præpter tuam ſit expectanda cenſura, caſus ergo iſte eſt. Duo erant homines, quorũ alter diues erat nimis ac prępotens, cui maxima erat ouium multitudo, & abſque aliqua prorſus indigentia, alter verò pauper erat, qui vnam dumtaxat poſsidebat ouem, quàm in ſinu ſuo fouebat, & cum qua delectabatur maximè, quàm præterea in lectulo ſuo dormire faciebat, & cuius denique contemplatione, animo ſuo non modicum præſtabat ſolatium & leuamen. Cùm igitur hæc ita ſeſe haberent, ille alius qui diues erat & multis abundabat ouibus, ab hoc pauperrimo homine, hanc vnicam arripuit ouem. Rogo ergo te rex, quid de hoc viro agendum ſit, iudices. Cui continuo rex indignatus maxi-

B mè, grandiq́ue ira commotus dixit. Viuit Deus, peruerſum hunc virum dignum eſſe morte, & quòd in quadruplo ouis ablatæ valorem reddat. Cui illico propheta ipſi regi ſic reſpondit. Iuſtè quidem ſententiam protuliſti, ò rex. Tu enim ipſe es, qui hanc à paupere ouem abſtuliſti, nam cum te, Deus in regem, atque populi ſui caput præfixerit, ſtatumq́ue tuum & regnum, vſque adeò proſperum indies reddiderit, ab Vria fideliſsimo duce tuo, vxorem abſtuliſti, quæ animi ſui, ſo-

C latium vnicum & recreatio erat, ab eoq; ſimul & vitam ademiſti. Ex quibus verbis, ſtatim rex vſque adeò victus, & confuſus

A de peccato ſuo manſit, vt illico ſeſe in terram proſtrauerit, maximis obortis lachrymis, à Deo ſui ſceleris veniam deprecans.

¶Hæc igitur eſt optimi & prudentis concionatoris induſtria, quàm erga reipublicæ primates ſeruare debet, quod quidem eſt, optimo dicendi ſtylo, eorum defectus, quadam pietatis imagine veſtire, atque vrbanitate & reuerentia quadam, quæ ſibi ſemper debetur ſeruata, in tertia alia perſona, ſuos exemplificet defectus & peccata, ita vt non quaſi ſuos, ſed quaſi alie-
B nos eſſe intelligant, quemadmodum cum Dauid Natan propheta fecit. Vt ſicut Dauid fecit, ſic etiam ipſimet, de ſe ipſis ſententiam proferant, & inde fructus, qui in concione intenditur, aſſequatur, ac tandem de concionatoris imprudentia minime cõqueri valeant. Nam ſi in hoc caſu nihil aliud attendendum eſt, quàm in concione auditorum defectus coarguere, & riguroſè (vtcumq; ſit) reprehendere, atque in pulpito quicquid in bucam venerit euomere hoc inquam facilè admodum eſt, & ad quod nullo eget prædicator, litterarum ſtudio, prȩterquàm quòd concionator ſtomachi ſui
C bilem ſoluat. Et tandem ſic incaute in pulpito reprehendere, tale negotium eſt, quòd illud inſanus quidam & mente captus homo, melius quàm ſapiens exercebit. A

Imitanda correctio.

Notãdũ valde.

Simile.

¶Et confirmatur hoc, ex illa notiſsima hiſtoria, quæ inter Dauid & Saulem regem verſata eſt, quemadmodum primo Regum libro, capite. 24. habetur. Vbi legitur, quòd cum Dauid in antro quoddam eſſet incluſus, quia à facie regis Saul fugiẽs deuenerat, eum ſiquidem velut inimicum crudeliter perſequebatur, rex Saul in eandem etiam ſpeluncam, ad purgandum ventrem ingreſſus fuit, de quo rex Dauid pro ſuo beneplacito vindictam ibi, iuxta culparum exigentiam ſumere facilè poterat, quandoquidem iam in manus ſuas erat traditus. Attamen non B ſic fecit, ſed velut timoratus vir, & Dei fideliſsimus ſeruus, nec non & prudentiſsimus homo, attente regis Saul ſtatum perpendens atque auctoritatem, regiamq́ue illius maieſtatem, clanculum, ea reuerentia ſeruata, quæ regiæ debebatur perſonæ, oram clamydis abſcidit. Ob hoc ſolùm vt poſtmodum conſtaret, eum in manibus ſuis traditum tenuiſſe, & quòd vindictam de eo ſumere poſſet, ſi voluiſſet. De quo adhuc poſteà penitens, pectus ſuum humiliter percuſsit, veniam ſuppliciter à Deo expoſcens, quia hæc C clamydis abſciſio, quantuncumque minima, irreuerentiam maximam, in regis perſonam irro-

Figura, 1. Re. 24

A irrogatam fuiſſe cenſebat. Vbi maximè ponderandum accedit, quod in hac parte diuus Gregorius exagerat. Aſſeritenim, ꝙ per Saulem regem, qui ad ſpeluncam purgaturus ventrem acceſsit, prælatus peſsimus, atque reipublicæ peruerſus princeps intelligitur, qui ad hanc iam viuendi formam & punctum deuenit, vt tam corruptus in moribus ſuis exiſtat, quòd malum, quod intra ſe ipſum conceptum habet peſtiferi odoris exemplo foras prodit, quo ſubditorum vitam penitus corrumpit. Nam quemadmodum purgare ventrem, nihil aliud eſt, quàm cibum, qui intra ventrem ſtercus erat foras cum fœtore e-

Greg o.

Malus princeps.

Simile.

B mittere: ſic etiam, qui malum, quod intra ſe concepit, operis executioni demandat, foras conſcientiæ ſuæ ſtercus emittit, qui ſtatim, eorum qui eum vident, vitam inficit, mali exempli fœtore, quem à ſe ipſo expellit. Et cum hoc ita ſit, quòd videlicet accidere poteſt, aliquem poſſe reperiri principem ſiue prælatum, qui ſic corruptus, & malæ vitæ fœtore ſit infectus, quem vtique reprehendere neceſſarium appareat, vult ſanctiſsimus hic vir, quòd hoc non niſi tanta reuerentia & modeſtia

C fiat, vt ex hoc ſolùm, quòd eum in clamydis ora tetigerit, tremẽs atque omnino confuſus maneat concionator, quia nimirum linguam, vtcumq; ſit, in reipublicę caput direxit. Nam ſicut immane eſſet crimen, quòd pes in ſuum inſurgeret caput, ſic etiam hic proculdubio apparet. Nam etſi concionator tam eminens in pulpito conſequatur officium, grandemq; indicendo auctoritatem: attamen in prælati ſui, ſiue regis pręſentia conſtitutus, pedem ſe reputare debet, vt in correctione, quã erga eum exercet, modeſtum nimis & verecundum, atque moderatum ſe exhibeat, taliterq; eum alloquatur, ꝙ minime pedis recalcitratio in caput ſuum appareat. Sed humilis quędam & beneuola, diſcretaq; exhortatio, ea inſpectione & aduertentia, qua hominis manus, faciem ipſam delicate contingere ſolet, dum fęſtucam in oculo exiſtẽtem educere nititur. Nam etſi principes & prælati mali ſint, cum hoc tamen oculorum noſtrorum pupillæ ſunt, quia lux & noſtræ vitæ directio tota in eis conſiſtit. Quapropter attẽte, eorum fęſtucam & prudenter nimis, foras mittere oportet. A

Simile.

Simile.

B

¶ Et confirmatur hoc, ex illo Ieſu Chriſti redemptoris noſtri facto, quod Ioannes. 13. capite refert. Vbi cum in ſolemni illo cõuiuio, quod diſcipulis ſuis parauit, peruerſi illius diſcipuli Iudę diabolicum ſcelus intellexiſſet, ex hoc ſolùm quòd officium ſortiebatur apoſtolicum, eiq; capitis munus iam contulerat, quia

Expoſi. Ioan. 13

C



ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A nimirum apoſtolus erat, cui homines in christiana republica obedientiam pręſtare deberent, etſi tam grauem mereretur correctionem, ſicuti eius expoſcebant enormia peccata. Cum hęc inquam ita ſeſe haberent, non ſic tamen Chriſtus redemptor noſter fecit, ſed potius tam delicate & amicabiliter eum corripuit, quòd ſolus ipſe inter omnes ſecretam intellexit correctionem & culpam, vt taliter interius emendatus maneret, vt tamẽ exterius, honor, qui eius apoſtolico debebatur officio ſeruaretur.
B

Inſigne Gregorij conſilium.

¶ Vnde, conſilium ponderatione admodum dignũ eſt, quod hoc in loco, inſignis hic vir Gregorius præſtat, atque in multis alijs ſcripturæ ſuæ locis: quod præterea documentum aliorum eſt etiam ſanctorum & doctorũ, qui de hac loquuntur materia. Quòd videlicet publicam malorum principum & prælatorum correctionem, quàm euangelicus concionator in pulpito facere debuerat, in ſecretam quãdam & reuerentem admonitionem cõmutet. ita vt ex ea parte, qua prædicator eſt, & auctoritatem atq; officium conſequitur, hæc ſimilia pertractandi negotia, ad principem vel prælatum ſecreto accedat, eo zelo & amore, C quem ad virtutem gerere debet, reuerenter & humiliter ipſum alloquens, & defectus quos in pulpito publicè corrigere habebat, ſibi præſentet. Neque credendum eſt, quòd tam inſenſatus & beſtialis princeps ſiue prælatus, tunc temporis exiſtat, quòd perpendens concionatoris ſanctum & ſimplicem zelum, amoremq; & charitatem, diſcretionem prætereà, atq; reuerentiam, qua talem erga illum tractat admonitionem, non libenter eius amplexetur correctionem, atque illico quantum in ſe fuerit, de vitæ ſuæ reformatione agat, ſimulatq; concionatorem ipſum, qui hęc ſibi dicere attentauit, in maximo pretio, & velut oculorum ſuorum pupillam habeat, eum vtiq; religioſum, chriſtianum, atque in officio ſuo prudẽtem virum reputans.

A — Magnatum prudentia. — Simile. — B

¶ Potiſsima tamen ratio, quæ diuum Gregorium, cæteroſque doctores ſanctos in hac parte mouet, qui omnes vnanimiter conſulunt, correctionem talem, publicè principibus & prælatis minime fieri debere. Eſt nempe, quia cum reipublicę capita ſint, conducit maximè quòd ſubditi eis prorſus ſubiecti & obedientes maneant, eiſq; honorem & reuerentiam, veluti ſuis capitibus deferant. Nam ſi hoc deficeret, quòd videlicet ſubditi eam reuerentiam & ſubiectionem, quę capiti debetur, erga illos non ſeruaſſent, eo ipſo totum gubernandi officium omnino rueret, omniſque inter prælatos & ſubditos

Potiſsima ratio. — C

ditos diſtruncatus maneret, ſta-
A tus, qui tamen hoc ſolo profecto conſeruatur puncto. Quod quidem manifeſte probatur, quando quidem perſpicuum eſt, quòd cũ princeps & prælati, non vſque adeò virtutis culmen contingant vt angeli eſſe poſſint, quinimo vt in plurimnm veluti fragiles homines ſuos etiam creent defectus. Hinc inquam eſt nuſquam ſubditos aliquos deficere, qui eis male affecti ſint, qui occaſionem & anſam reperire maxime gaudent, vt de eis male tra-

Ratio.

B ctare valeant. Hæc igitur anſa, illa maxime eſſet, quam ſibi concionator præberet, cum in publico principem vel prælatum ſuũ reprehendere conſpicerent. Inde enim nouas alas, libertatemq; conſequerentur, vt eis ſubiectionem & reuerentiam, quæ ſicut prælatis debetur, denegarent. Quod tamen ſic fieri, quantumcumque peruerſi exiſtant, Deus ne vtiq; vult, immo potius quòd ab omnibus, tanquam boni recipiantur & venerentur. Quemad-

Expoſi. Matt.23

C modum ita expreſſe chriſtus redemptor noſter, ſicut ex Matthæi capite.23. conſtat, nos docet. Vbi veteris legis homines inſtanter admonet, atque eorum nomine, reliquas totius orbis gentes, dicens. Quod eſtò doctores, qui cathedram ſiue pulpitũ obtinebãt mali eſſent & peruerſi, non propterea audiendi non erant, & à populo minime, venerandi & obediendi, in his quæ tanquam A reipublicæ capita, & legis præceptores docebant, & pręcipiebant. Itaque hanc circa eos induſtriã ſeruare Chriſtus voluit, vt videlicet, mala quæ perpetrabant relinquerent, bona vero (ſi quæ erant) & doctrinam, aſſumerent. Quemadmodum in electione auri, quod ex terra naſcitur, fit vbi lutum, quo inuoluitur relinquimus, aurum vero quod inde extrahitur, colligimus, & roſam, quæ inter ſpinas oritur, B carpimus, & ſpinam proijcimus. Sic etiam cum principibus & peſſimis legis doctoribus, Deus fieri præcipit, vt ſcilicet ea quæ dicunt colligamus, quæ vero faciunt omittamus, obedientiam tamen & reuerentiam ſibi debitam nequaquam ſubtrahamus.

Simile.

Simile.

¶ Et aduertendum hic maxime eſt, quòd præcipuum quod in concione ſua prædicator attẽdere habet eſt nempe, cum magnatibus, & princibus, prælatiſque, atque cæteris reipublicæ potẽtioribus, ita negotium agere vt eos ſupra modum lucrari conetur. Nam cum tantę ſint authoritatis, atq; in republica inſignes viri, cæteri qui vulgares in populo ſunt, eos attente reſpiciunt, & velut reipublicę exemplar C contemplantur, qua de cauſa malũ & bonũ, quod in eis reperiunt, ſtatim immitantur. Nam quemadmodum ab eis, comedendi, & veſtiendi, incedendique, atque cõ-

pcipuũ cõcionatoris negotium.

Simile.

A conuerſandi formam vulgus prope ſemper furatur, cum omnibus alijs, quæ magnates in modo viuendi ſeruant, ſic etiam ab eis vitium & virtutem arripiunt, dum in eis eam conſpiciunt, quandoquidem in omnibus eorum ſe ſimias eſſe, oſtendere conantur.

Hac igitur de cauſa ſummopere tractare habet cōcionator, vt ante omnia in cōcionibus ſuis, præ-
B cipuos reipublicæ viros doctrina ſua lucretur, veluti reipublicæ totius fermētum. Nam ſi prin-
Simile. cipes & prælati atq; reliqui præcipui reipublicę viri, in virtutis
Simile. via fermentati fuerint, erit etiam fermentata, & bene in virtute cōfecta, reliqua populi maſſa. Et
Expoſi. hac de cauſa apoſtolus Paulus inſtanter diſcipulum ſuum Timothæum monet, vt in Eccleſia pro principibus, & eis omnibus, qui in dignitate ſunt conſtituti, preces ad Deum fundere ſolicitè faciat, vt omnes alij quietam & trāquillam ducerēt vitam, omni turbatione & contentione ſecluſa. Nam ex eorū quietudine totius populi quietudo dependet, ſicut ex eorum turbatione & conten-
C tione in reliquos omnes populi
Simile. ſtatim diſſenſio & turbatio diffunditur. Nam quemadmodum percuſſo capite, omnia corporis membra turbantur & attonita penitus redduntur, ad eum omnino modum, cū reipublicæ principaliores, peccatis inquieti & turbati exiſtunt, cum nimirum eiuſdem ſint reipublicæ capita, A
huic ſtatim annexum eſt, cęteros reipublicæ ciues, virtutis intelligentiam & ſenſum, velut attoniti amittere. Hac igitur de cauſa (Correctio magnatum.) induſtrias & modos cōcionator inquirere tenetur, vt eos lucretur, videlicet rationes optimas et efficaces, appoſitaque exempla, atque ordinem & diſtinctionem in doctrina, necnō & ſuauē dicendi ſtilum atq; ſpiritus feruorem apponendo, vt ſic facilius eos veritati ſubijciat, & quantū in ſe fuerit reprehenſionū aſperitatem fugiens. Hanc ſemper at- B
tentionem & cōſiderationem habens, vt eorum intellectum, efficaciſsimis argumentis pręcipue vincere intendat, vt eos à ſuę ſententiæ crinibus euellat, et rebellione ac tenacitate, qua vt in plurimum detenti ſunt, fidunt enim maxime ſui intellectus ſentētiæ. Quandoquidem hoc peracto in eis intellectus negotio, facile eſt admodum, quod in eis peragendum reſtat.

Taurus, fœrociſsima valde be- Simile.
ſtia eſt, quia omnem ſuam virtu- C
tem in ceruice habet, ideoque vt homines eo vti poſsint ante omnia ceruicem eius apprehendere conantur, ſibi iugum imponētes. Nam eius capta et edomata ceruice, manſuetus totus ac tra-
ctabilis remanet. Magnates et po- Tauri.
tētiores reipublicę homines, tauri ipſiuſmet reipublicę ſunt, quorum potētia et vigor omnis, atq; prętiū

A pretium, tum generis ſui, tum etiam diuitiarum, omnia inquã hæc manſueſcunt, humiq; proſtrantur facilè, ſi cõcionator eorum intellectus ceruicem ſemel apprehenderit. Nam cũ tam potentes ſint, volũtariè & non violenter ad virtutis viam reducẽdi ſunt, priùs doctrinæ ratione cõuicti, quæ ſola, magnates edomat, atque facilius ad religionis obſeruantiam adducit. Cùm igitur mundi potentes, totius reipublicę ſint taurina ceruix, conducit maximè, vt ipſam valeamus edomare rempublicam, hanc quàm primum in concione apprehendere ceruicem, euangelicæ legis ſuauem eis proponentes B doctrinam, atque gratioſo concionatoris dicendi ſtylo vtentes, ſicut ad apprehendendã tauri ceruicem, leniter ipſum manu tractamus. Simile.

¶ Dum caſtellum aliquod fortiſsimum eſt, varias inquirimus induſtrias, vt illud ſubijcere aut euertere poſsimus, quia violenter, minime capi poteſt. Inter quas omnes induſtrias, quæ pręcipua exiſtit, eſt quidem, ianuam per quam ad illud patet ingreſſus capere, hac ſiquidem capta, illico caſtellum (quantuncumq; C validiſsimũ) captum tenemus. Mũdi huius potentes viri caſtra & munitiſsimæ turres eius ſunt, nã ſicut in turri, ſecuritas & totius populi defenſio conſiſtit: ſic etiam in magnatum virorum potentia & auctoritate, aliorum cuſtodia & ſecuritas poſita eſt, attamen ianua per quam ad eos ingrediendum eſt, eorum eſt præciſè intellectus, quo per rationẽ à concionatore deuicto, cõtinuo caſtellum ipſum facilè deuictũ exiſtit. Quapropter decet maximè ad hoc, vt concionator eos ante omnia lucretur, quòd eorũ intellectum capiat, quod tamen rectius fiet, ſi veritates in gremio ſuo & pectore proijciat, vt ipſimet eaſdem perpẽdant & cõtemplẽtur, vt ſic eis afficiantur, ac proinde cõtinuo in omnibus fidei catholicè caput flectant, eiuſq; præceptis humiliter obediant. Itaq; quemadmodũ piſcator, eſcam in hamo inuoluit, quæ B quidẽ eſca, ipſi piſci in aqua appoſita, vltrò eam accipit, & in os ſuum immittit: pari forma cõcionator, *reipublicę potentiores* piſcari habet, veritates ipſas euãgelicas, quæ animæ ſuæ hamus ſunt, optimo aliquo cibo alicuius ſcilicet efficaciſsimi argumẽti, & ſuaui dicendi ſtylo veſtiẽs, vt diuinæ hæ veritates ſic ſuauiter & ingenioſè diſpoſitę, atque prudenter eorũ intellectui propoſitę, ipſimet magnates, voluntariè earum dulcedine conuicti & affecti, accipiant, & in os intellectus ſui immitant, atque deinde in conſcientiæ ſuæ ſtomachum traijciant, & ſic tandem eorum animas capiant, & C piſcentur, eosq; à delectatione illa

Simile. | Simile. | Magnates, turres ſunt reipublicæ. Simile. | Simile. | Modus piſcandi magnates.

[library stamp]

A illa, quàm in ſuarum diuitiarũ aqua & delitijs immerſi erãt, edducat.

Simile.

¶ Si putredo, quę in vlcere includitur dura exiſtit, neque adhuc ad maturitatẽ peruenit, nullatenus permittitur ferramento eam aperire, nam multo magis quàm priùs inficeretur & tumeſceret, quouſq; paulatim vnctionibus matureſcat, vt ſine dolore multò foras putredinem chirurgus expellat. Sic etiam peccatũ intra potentis viri conſcientiam congelatum, durius ac periculoſius apoſtema eſt, quàm aliorum omnium hominum peccata. Nã

B cum tam liberi & potentes admodum ſint, in abijciendis & aſſumendis alijs temporalibus rebus, ad quas à nemine vnquam compelluntur, ſed in omnibus eorum pręciſè voluntas menſura eſt. Sic etiam liberos ac dominos prorſus ſe oſtendunt, in aſſumendo, vel à ſe repellendo peccato, non niſi cum ſibi placitũ fuerit, abſq; eo quòd ab eis ſuorũ ſcelerum, aliquis reſidentiam expoſcere audeat. Quo fit, vt ſi ſemel peccatum ipſum pugno apprehenderint, difficilè profectò deſiſtent, niſi vltrò ipſimet vellint, ſe virtutis amatores oſten-

C

Simile.

dere. Qua de cauſa vſque adeò in eis peccati putredo congelatur, quòd dura nimis & indigeſta redditur. Quo fit, vt nequaquã cõcionatorem deceat, magnatũ vulnus, rigoroſę reprehenſionis ferramento aperire, niſi illũ primitus, ſuauiſsimis aliquibus doctrinæ, & efficaciſsimæ rationis vnctionibus, pręparet & diſponat, vt ſic in eis peccati putredo ad maturitatem perueniat, & tandem non tanta vexatione & dolore exeat.

A

Simile.

¶ Et hoc mirum artificium eſt, quod diuus Paulus ſeruauit in prima ad Corinthios epiſtola, capite. 1. Vbi vt eos, qui inter Corinthios principaliores erant lucraretur, qui multis cõtentionibus corrupti erant, priuſquam correctionis ferrum eis apponeret, verborum lenitatem quandam & dulcedinem (velut cathaplaſma apposuit) vt ſine multò peccati ſui dolore exiret putredo. Et ſic verè, ponderandum hic maximè eſt, atque in ſingularem concionatorum lectionem, artificium hoc aſſumendum, quod hoc in loco, in horum reprehenſione Apoſtolus ducit, cum ſic ait: Fratres gratias ago Deo meo ſemper pro vobis, in gratia Dei, quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu, quia in omnibus diuites facti eſtis in illo, ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia, expectantibus reuelationem domini noſtri Ieſu Chriſti. Hæc ſunt dulciſsima verba, quæ apoſtolus Paulus tanquam prudentiſsimus concionator, prius velut vnctionem vlceribus apposuit, vt vulnus contẽtionis Corinthiorum emoliret, & le-

Expoſi. 1. ad Corint. 1.

B

Simile.

Põderádũ Apoſtoli artificium.

C

et lenificaret, eos vtique in om
A nibus alijs laudans, & magnifi-
cãs, atque pro conſeruatis bonis
gratias referens. Hoc igitur pri
Simile. us appoſito cathaplaſmate, illico
ferramentum adiungit dicens.
Significatum eſt mihi de vobis
fratres mei, quia contentiones
inter vos ſũt, cum enim ſit inter
vos zelus & contentio, nonne
carnales eſtis & ſecundum homi
nem ambulatis. Vbi clare apo-
ſtoli artificium conſpicitur, nam
vt hoc reprehenſionis ferramen
tum vlceri eorum apponeret, vo-
B luit primitus eum præmiſſa ver
borum dulcedine lenificare. Ex
his ergo quæ diximus ſatis di-
gnoſcere poterit Euangelicus
præceptor, quam ſit in ſanctorũ
lectione atque ſcripturæ ſacræ
conſignatum, neceſſarium ſibi
fore omnino, cum de principum
& magnatum reprehenſione agi
tur maxima diſcretione & pru-
dentia vti, vt eos in virtute lu-
crari, atque ad leges Chriſtianas
facilius adducere valeat.

C

## ¶ CAPVT. XIX. DE ARgumentis quæ contra ea quę modo diximus militant.

AT tamen cõtra ea, quę
modo diximus, ali-
qua ſeſe in præſentia
offerunt argumenta,
1. Argu. Mat. 23. quæ in hac materia aliquã prę ſe
ferre videntur difficultatẽ. Quo
rum primum eſt ex diuo. Mathęo
capite. 23. vbi cum Chriſtus Re- A
demptor noſter, legis veteris prę
latorum intellexiſſet peccata, ne
quaquam documentum hoc, &
ſecretum, ſiue moderamen, aut
ſuauitatem, in eorum corrigen-
dis vitijs ſeruauit, immo potius
publicè eos reprehendit, atque
in totius populi conſpectu aſper
rima quadam cõminatione cor
ripuit, ſic dicens. Vę vobis Scri-
bis & pharisęis hipocritis, qui
nec cęlorũ regnum ingredi vul-
tis, neque adhuc alios intrare B
permittitis. Ve vobis Scri-
bis & Phariſæis hipocritis, qui
viduarum domos deuoratis, &
hanc poſtmodum malignitatem
prolixis in templo & in foro ora
tionibus, cooperitis. Ve vobis
ſcribis & phariſęis hippocritis,
qui vt parũ virtutis operemini
terram & mare prius circuitis.
Ve vobis Scribis & phariſeis cæ
cis atque cœcorum ducibus,
qui in tãtum iam perueniſtis de
liramentum, vt affirmare audea
tis, quòd qui per Dei templum
iurauerit nihil eſt, at vero ſi per
templi aurum iurauerit, reus vti C
que erit. Dicite obſecro cęci,
quidnam maius eſt, donum ꝙ
in templo offertur, an altare, ꝙ
donum ipſum ſanctificat? Ve vo
bis Scribis & Phariſeis hipochri
tis, qui delicatos nimis in abijci
ciendo culice, ab alijs vos oſtẽdi
tis qui tamen alias camellum de
glutitis. Ve vobis ſcribis & Pha
riſęis hipochritis, qui ſepulchris
exterius

A exterius dealbatis & deauratis ſimiles eſtis, intus autem vermibus & putredine ſcaturiunt, nã exteriorem corticẽ virtutis pulchram nimis hominibus oſtenditis, intus autem, mille vitiorum fœtore pleni & corrupti eſtis. Vbi apertè conſpicimus quanta aſperitate circa Iudęorum potentiores vſus eſt Chriſtus, abſq; eo ꝙ aliquam in verbis ſuis miſcue- B rit doctrinæ dulcedinem.

2 Argu. ex Io. 8

Item Ioan. cap. 8. non minus, imo acrius quã in præmiſſo loco eos reprehendit, vbi ſic eos alloquens ait. Vos ex patre diabolo eſtis, nec quicquam aliud curatis quàm patris veſtri diaboli opera perficere, qui veluti eius filij dæmonis imaginem ſemper gerere curatis, ideoq; in peccato veſtro moriemini.

2. Argu. ex Marco. 6

Item Marci, 6. capite, cum Ioannes Baptiſta regis Herodis malignitatem intellexiſſet, quia fratris ſui vxorem rapuerat, nullo penitus dulcedinis fuco vſus eſt vt eum delicatè & ſuauiter reprehẽdere poſſet, quinimo in totius populi conſpectu, eius culpã ra- C ſa fronte propalauit, dicens. Nõ licet tibi peſſime rex, fratris tui vxorem habere.

4. Argu. ex Luca 3.

Item idem Ioannes Baptiſta (ſicuti Lucæ tertio capite habetur) dum prælatorum legis veteris peccata, atque obominationes perpendiſſet, minime eos verborum dulcedine lenire conatus eſt, immo potius in concione publica eis crimẽ ſuum ob- A iecit dicens. Genimina viperarũ quis docuit vos fugere à ventura ira? penitentiam agite, nam iam ſecuris ad veſtrę vitæ radicem poſita eſt, vt vos in profundum inferni detrudamini.

5. Argu. 1. ad Timor. 5.

¶ Item apoſtolus Paulus, ad diſcipulum ſuum Timothęum epiſtola. 1. capite. 5. formam deſcribens, quam in malorum reprehẽſione ſeruare deberet, ait ſic. Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeat. Vbi aperte videmus, apoſtolum concionatores admonere, vt in con- B cione, peccatorum hominum vitia publicè redarguant, vbi minimè in hac parte, inter magnates & vulgares alios populi homines, diſtinguit.

6. Argu. Simile.

¶ Item confirmatur hoc idem ratione, ſic enim ratio ipſa expoſcere videtur. Crudeliſſimus nãque chirurgus exiſteret, ſi intelligens quòd infirmi brachiũ putreſceret, non vtique continuo illud abſcinderet, ob hoc ſolũ ne ſibi dolorem inferret, quãdoquidem perſpicuum eſt, quòd totũ corpus paulatim inficeretur, ac perconſequens ꝙ infirmus mor- C tem incurreret. Itaque ex duplici cauſa, tenetur medicus tũc temporis infirmi brachium abſcindere. Primo quia in ſe iam putrefactum eſt. Secundo, ne totum inde corpus inficiat. Pari forma apparet etiam, concionatorẽ crudelem nimis exiſtere, ſi cum auditor

A ditór, quicumque ille ſit, delicto rum ſuorum putredine laboraret, ſit diues, vel pauper, magnus vel paruus præpotens, vel abiectus princeps, vel ſubditus ſi ob hoc ſolum ne illi moleſtiam inferat, aut coram omnibus ignominiam aliquam patiatur, eum in ſuorum peccatorũ fœtore voluntatem relinqueret, vt poſtmodum putrefieret, ac dęmum in ipſiſmet moreretur peccatis, ac perconſequens omnes alios, ſuo peruerſo viuendi exemplo corrumperet. Apparet ergo ex his, quòd etſi principibus, cæteriſq; reipublicę potentioribus viris, moleſtum & ignominioſum ſit, publicè eos in ſuggeſtu de ſuis B ſceleribus corrigere, neceſſariũ omnino forè, ſic eos de ſuis delictis debere corripi, ne in ſuis moriãtur peccatis, & ne etiam alios omnes vitæ ſuæ fœtore, in republica corrumpant.

Argumẽtorũ ſolutio.

¶ Attamen, pręmiſſa argumẽta, non vſque adeò efficatia ſunt, vt ſolutionem non habeant. Et quidem ad argumentum primũ, quod ex Matthæi capite. 23. adduximus, vbi Chriſtus tam accerrimè Scribas & phariſeos reprehendit, eos hipocritas atque dealbata, ſiue deaurata ſepulchra denominans, dęmoniſq; filios, cum cęteris opprobrijs, quę C euangelium commemorat. Ad hoc inquam argumentum tria dicimus: Primum eſt, quòd Chriſtus redemptor noſter, in legis ſuæ eruditione, ſic homo erat, ꝙ etiam Deus pariter exiſtebat, & hac via non ſolùm verborũ ſuorum dominus erat, vt ea pro ſuo dumtaxat beneplacito proferret, ſed etiam hominum, quibus prædicabat, dominus pariter & creator erat, vt eis ſicuti vellet, & loqui, & vti poſſet. Quemadmodum apoſtolus Paulus ad Romanos ſcribens capite. 9. aſſerit, contra eos, qui Dei voluntati limitem pręfigere volunt, ab eo rationem exigentes, quare ſic vel ſic in rebus mũdi operetur, quibus egregie apoſtolus ibi reſpõdet dicens. O homo tu quis es, qui Deo reſpondere audeas, & ab eo factorum eius rationem inquirere velis? Nam quemadmodum vas, ei qui ſe finxit, dicere nequit, quare me feciſti ſic, habet enim figulus poteſtatem ex eadem maſſa, vas vnum in honorem conſtituere, aliud verò in opprobrium, & aliud forte, atq; debile aliud, in ſua namq; ſitum eſt libertate, rotundum aut quadratum, amplum vel anguſtum, conficere vas, vel pro regis ore, ſiue pro quocumq; alio infimo homine. Ad eum igitur modum Deus, tam pręcipuus hominum dominus & creator exiſtit, vt ſicut ex męro beneplacito ſuo, illis eſſe & vitam pręſtitit, alios quidem, pulchritudine veſtiẽs, alios, deformitate induens, alios, ingenio pręſtãtes, alios autẽ, hebetudine natos reddidit, in quo tamen

Ad primũ argumẽtum.

Prima reſponſio.

Expoſi. Rom. 9.

Simile.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

A tamen nemini gẽtium iniuriam intulit: ſic etiam dominus & creator eſt, vt homines pro beneplacito ſuo alloqui poſsit, cũ velit, eis verbis & terminis eos appellans, quibus ſibi magis cõplacuerit aſperis vel dulcibus, eos nimirum laudans, vel vituperans, publicè vel ſecretè, ſicuti magis diuinę ſuæ maieſtati extiterit beneplacitum.

Annotãdum maxime.

Igitur iuxta hanc ſententiam, non eſt par ratio de homine, nam etſi concionator ſit, tantamq; apud populũ obtineat auctoritatem & nomẽ, vt legis præceptor exiſtat, atque eo in loco conſtitutus, omnium ſit magiſter, alijq; omnes ibi eiꝰ diſcipuli fiant. B Veruntamen homo tandem eſt, eiuſdemq; conditionis & naturæ, cum ipſiſmet, quos docet auditoribus, miſer cũ illis, peccator cum illis, & forte quandoq; non ſapientior illis. Et hæc nimirum naturæ ſuæ conditio, ęqualiſq; fraternitas, quã cum illis contrahit, frænũ quoddam in illo eſſe debet, ne tam libere oris linguam ſoluat, ſicuti Chriſtus ipſe ſoluit,

Simile.

quandoquidem nõ omnia Chriſti dicta vel facta, à nobis imitanda veniũt, ex eis quippe alia ſunt nobis amplexanda, alia verò non niſi venerãda.

Non oĩa in Chriſto immitanda.

Et ſi caſus aliquis inter cæteros reperitur, C qui in Chriſto imitandus non ſit, ſed tantum illum admirari, atque ſummo opere reuereri, eſt nẽpe cum Chriſtus ad omnipotentiam ſuã manum mittebat, vt hominibus A imperio quodam diuino & indignatione alloqueretur, credo equidem ꝙ formidabile admodũ hominibus tunc temporis apparebat, eum reprehendentem cõſpicere, vbi iam auctoritatẽ eius & indicendo efficatiã, magis velut diuinam quam humanã, omnes venerari debemus.

Confirmatur.

¶Et confirmatur hoc, nam ſi hunc reprehendendi modum, concionatores in Chriſto imitari habent, poſſet etiam dici ꝙ nõ ſolùm correctio ipſa, ſed corripiendi modus, quem Chriſtus in eijciendis vẽdentibus & emẽtibus in templo tenuit, à nobis etiam imitandus eſſet. B Vbi flagellis eos percutiens, à tẽplo exire compulit, menſaſq; eorum, & pecunias euertit, quouſq; Phariſęi qui ibi manſerunt ſcandalizati ſunt. Poterit igitur concionator ad imitationem huius, poſtquàm verbis ſuis peccatores reprehendit, flagellum ex funiculis facere, atque eos (ſi videbitur) fortiter percutere, & à templo abijcere, quandoquidem multa erunt ab eis perpetrata ſcelera, vnde hoc mereantur. Sicuti in cathedralibus Eccleſijs eſſe conſueuit, vbi maximè adeſt propè ſemper gentium multitudo, qui ibi humana negotia hac & C illac deambulantes, ac per omnes templi partes diſcurrentes pertractant, & vbi multotiens proximorum ſuorum detractio

verſa-

A verſatur,& aliæ quàm plurimæ abominationes,quod proculdubio tam deforme negotium in Chriſti templo eſt,ſicuti columbas in templo vendere. Hos igitur tales concionator, flagellis à templo exire(ſi videtur)compellat, quod tamen ſi faceret,ridiculum admodum appareret,atque ab omnibus concionator talis non immerito fatuus cenſeretur.

Simile.

¶ Secundo, reſpondetur ad hoc argumentum,quòd Chriſtũ tam acerrime Phariſęos & publicè reprehendere, nullũ prorſus generabat inconueniens. Nam cum eorum corda tam facilè in manu ſua Chriſtus haberet, vt ea emoliri ad ſe dum B vellet, & ſuauiter conuertere poſſet, inde inquam erat, quòd ſicut ad exaſperandum eos, & deterrendum verbis ſuis potens erat, ſic pariter potentiſsimus exiſtebat, vt ſtatim verborum dulcedine eos vertere poſſet, & qui in animis ſuis acetum plantabat, hic idem in eiſdem animis, ſucarum etiam doctrinæ reponere continuo ſufficiens erat. Quod tamen in concionaris manu minime ſitum eſt, nam ſi ſemel auditores, doctrina ſua exaſperaret, aut certe ſcandalizaret,nequaquam potens remanet, C vt ſtatim pacificos & tranquillos eorũ poſsit reddere animos, niſi quòd à ſolo Deo remedium hoc expectandum ſit.

2. reſpõſio.

Simile.

¶ Tertio eidem argumento A reſpondetur. Quòd Phariſęi illi tam enormem & publicè corruptam ducebant vitam, vt non vtcumque mali exiſtebant, ſed peccatorum ſuorum tentorium, ſiue publicam iam oſtentabant officinam, necnon tam duri ſemper perdurabant & rebelles corde, vt nihil prorſus ſuauiſsima Chriſti verba in eis proficerent. Quapropter neceſſarium prorſus fuit, tam grauem ſibi & acerrimam dare reprehenſionem. Nam quemadmodum ſi vlceris putredo, minime vnctionibus appoſitis ad maturitatem perueniret, foret quidem tunc temporis neceſſarium, B vulnus ipſum ferramento aperire. Cum igitur redemptor noſter Chriſtus omni ſuauitate & doctrinæ dulcedine, Phariſęos & Scribas humaniſsimè iam docuiſſet, omni etiam habita beneuolentia & reſpectu, qui ad homines in terra haberi poteſt, & cum hoc nihil in eis proficere conſpexiſſet, immo quòd in peius omnia eius ſaluberrima vertebantur documenta, conducens admodum fuit, reprehenſionem tunc temporis eo dicendi ſtylo formare, ſicut euangelium ipſum depingit.

3. ſolutio.

Phariſęi publice mali.

Simile.

¶ Hinc colligitur, quòd ſi quandoque auditor tam dure eſ- C ſet ceruicis, atque in ſuis præcipitatus malis, quantumuis potiſsimus & præcipuus in repu-

Notandum.

d blica

A blica eſſet, ſi hic inquam erga Deum & homines iam prorſus verecundiæ frontem amiſiſſet, ita vt de peccatis ſuis publicam coram alijs oſtẽtaret officinam, tam duruſq; & pertinax exiſteret, quòd ſuauis concionatoris doctrina minime ei proficeret, immo quòd indies eius increuiſſet peſsimus viuendi modus, ſicuti Phariſęorum & Scribarũ, quos modo retulimus, vita fuit: tũc temporis inquam, quòd peccatoris vulnus rumpat prędicator, neceſſe eſt, atque vt in concione, publicam reprehenſionẽ faciat, maximè conducit. Quòd ſi aliquod inde ſibi fuerit conſe- B quutum damnum, in Dei mercedem & peculiarem accepturus eſt amicitię pignus, etiam ſi vitam ipſam perdendi periculo ex poſuerit, nam hac eadem de cauſa, ſuam pro nobis Chriſtus vitam etiam amiſit, quia nimirum veteris legis proteruos homines, acerrime reprehendit.

Ad. 2. argumentum. ¶ Secundùm quod propoſuimus argumentum, fuit quidem Ioannis Baptiſtæ, de quo legitur, Phariſęos atque illius temporis principaliores, acriter correxiſſe. Ad hoc primum reſpondeo, quòd celebris hic & ſanctiſsimus vir, ſicut ex ſacra conſtat ſcriptura, tanquam pecu- C liaris & ex omnibus electus Dei nuntius, in mundum venit, vt (Aduentus Ioannis.) homines ad ſanctiſsimum aduentum ſuum præueniret, & vt eos ad hoc idem excitaret, atq; A vt à ſenſualitatis ſuæ euelleret pertinatia, vt digne veluti tantam Dei maieſtatem decebat, redemptorem Chriſtum reciperent. Et ad hoc ex ventre matris ſignanter ſanctificatus fuit, & ad hoc prætereà inter cæteras totius orbis gentes à diuina manu ſelectus fuit, in tantum quòd prædicatio eius, non niſi ſapientia quædam diuina, à Deo ipſo, in hunc præciſè effectum infuſa erat. Qua de cauſa decuit maximè, quòd Dei voluntatem mũdo fideliter retuliſſet, ac ſi ipſemet Chriſtus in terra poſitus hominibus prædicaret. Et hac B eadem de cauſa decuit quidem, vt fideliſsime eiſdem hominibus diuinam proponeret voluntatem, abſque aliquo alio dicendi artificio, aut verborum fuco. Quod tamen non ſic cenſendum eſt, de quolibet alio ſeorſum concionatore, à quo pro tempore & loco, alia eſt ſeruanda cõcionandi forma.

¶ Secundò ad idem reſpondetur, quòd ſanctiſsimus hic vir, (2. reſpõſio.) mundum, in ipſo Chriſti aduentus initio reformaturus venit, quo tempore ipſius Chriſtianæ Eccleſiæ incepit natiuitas, vbi homines veluti paruuli recenter nati, fidei lac, ſuiſmet ſuggebant labijs. Vnde neceſſarium (Simile.) C proculdubio fuit, ſtatim in ſui ortus initio, à vitijs ſuis & corruptis viuendi moribus erradicare,

A care, in quibus antea tam immerſi erant, atque in eis nouas virtutum plantas inſerere expediebat. Simile. Ad quod neceſſarium prorſus fuit, eis propriè & rigurosè loqui, quod profectò erat, integram vitiorum ſuorum & virtutum notitiam præſtare, deformem peccati vultum, Simile. ſicuti in ſe erat, eis depingens, ſine aliquo alio ſimulationis velamine, aut dicendi ſimulatione. Quapropter ſi in conditionibus ſuis viperę erant: ſic etiam eos in concione denominare conducebat, quòd ſi adulterijs inuoluti exiſtebant, proximorum ſuorũ vxores vſurpantes, conuenientiſsimum fuit, aperte eos adulteros B compellare, & ſic de alijs omnibus vitiorum generibus, in quibus tamdiu iam iacentes erant, quia maximè expediebat, quòd clarum iam peccati vultum, atque virtutis agnoſcerẽt. Simile. Itaq; ſicut cum vineam aliquam nouam in agro plantare decernimus, cuius quidem terra, nunquam aratro rupta erat, ante omnia ſpinas & nociuas herbas radicitus euellere, lapideſq; extramittere oportet, ac deniq; vitis palmites optimos inquirere, conducit, ſic etiam ſanctiſsimus ille atque excellentiſsimus propheta Ioannes, ſuo in mundum aduentu, nouam fidei Ieſu Chriſti C vineam plantare venit, ad quod nimirum negotium, maximè conduxit, ab hominum animis vitiorum ſpinas & tribulos radicitus extirpare, in quibus tunc homines tam effręnatè viuebant. Hoc tamen minime fieri poterat, niſi acerrima peccatorum ſuorum reprehenſione prę̨miſſa, quod in eis tamen fieri nequibat, ſine graui admodum animi ſui moleſtia & dolore. Nam quemadmodum ille qui aliquid radicitus euellere intendit, opus eſt vt omnes vires ſuas apponat, vt plantam illam à terræ viſceribus educat, in qua tam intimè erat inuoluta, quod tandem ſine ipſius plantæ ſtrepitu magno & difficultate fieri nequit: hac eadem de cauſa inſignis hic vir, tantam adhibuit in prædicatione ſua vim & dicendi efficatiam, atque tam caninos in verbis ſuis dentes hominibus exhibuit, vt eos inquam radicitus euellere poſſet, quia diu iam in terra ipſa, ſuas immiſſas habebant peccatorum radices. His igitur de cauſis rigidus ille dicendi modus, ſanctiſsimum hunc virum decuit, qui tamen alicui alij, qui ipſe non eſſet, non vſque adeò conueniret.

(margin, right column: A; Simile.; B)

¶ Tertio reſpondetur. Quòd eſtò Ioannes Baptiſta valoris tanti nõ fuit, neq; eam conſequutus fuit auctoritatẽ, quã Chriſtus habuit, vt ſicuti ipſe loquutus fuit, loqueretur: attamen tantus fuit ad hoc prędicationis negotium eius valor, & indicendo auctori- 3. reſpõſio.

A tas,quantus poſt redemptorẽ noſtrum Chriſtum,in terra eſſe potuit. Quemadmodum conſtat ex laude quàm de eo Chriſtus ipſe extulit, ſicut ex Matthęi cap.11. conſtat, vbi aſſerit. Inter natos mulierum nullum alium eo maiorem extitiſſe. Et quemadmodũ etiam colligitur,quãdo eum mirificis extulit laudibus( vt Matthęus. 11. capite refert & Lucas, 7) vbi ad gentium multitudinẽ quãdam,Chriſtus alloquens,qui in deſertum Ioannem Baptiſtam videre exierant,dixit. Quòd arũdinem vẽto agitatam,ſe exiſſe in deſertum videre,neutiquàm exiſtimarent, neque hominem adhuc mollibus veſtitũ,nec deniq; prophetam tantũ,nam hic pluſquàm propheta erat,quandoquidem angelus quidam eius exiſtebat, de quo ſcriptum erat, quòd viam eius ante eum parare venerat.Conſtat prætereà hoc ex Lucæ hiſtoria, capite primo, vbi de eo aſſeritur , quòd etiam ſi Elias non eſſet, attamen quòd in ſpiritu & virtute venerat Eliæ,vt mundum vniuerſum ad Deum conuerteret. Ac dęmum excellentiſsimus hic propheta, tam admirabilis homo in terra extitit, quòd gentium ſenſum & mentem vacilare fecit, vtrùm C Meſsias in lege promiſſus fuiſſet an non, vnde parati erant illorũ quàm plurimi,eum in Meſſiam ( ſi vellet ) recipere. Cùm igitur inter homines tantum

Expoſi. Mat.11.

Expoſi. Luc.7.

B

Expoſi. Lucę. 1.

gratiæ donum & virtutis, Deus ſibi præſtitiſſet, non mirum fuit quòd eius concionandi ſtylus, in auctoritate & imperio, affinitatem quandam , cum ipſius Ieſu Chriſti concionandi modo habuiſſet,atque quòd eiſdem publicis & acerrimis vteretur correctionibus, ſicuti ipſemet vſus fuit, poſtquàm enim in Eliæ virtute & ſpiritu venerat, non mirum ſi eius dicendi ſtylus,etiam Eliæ virtutis & ſpiritus, saporẽ retineret. A

¶ Ad tertiũ quod ex diuo Paulo adduximus argumentum, ex prima ad Timotheum epiſtola, capite. 5. vbi Timotheo præcipit, vt peccantes corã omnibus arguat. Ad hoc reſpondet diuus Thomas,ſuper hunc eundem locum lectione. 3. vbi aſſerit, duplicem eſſe correctionem,altera quidem quæ fraternalis & euangelica eſt , cuiuſmodi eſt illa, qua Deus præcipit, quòd ſi frater noſter in nos deliquerit, ſecreto eum corrigamus,quã quidem correctionem, ideo ſecretã eſſe præcipit,quia peccatum eius non niſi proximi perſonam dumtaxat lęſit,& hoc eſt quod verba iſta ſignificãt,cũ dicitur. Si peccauerit in te frater tuus , ac ſi dixiſſet : Si in te tantum peccati culpam conſummauerit, vnde inter ipſos ambos correctionem præciſè eſſe voluit. At verò alia eſt iudiciaria correctio, quæ ipſi cõducit pręlato,quatenus iudex eſt,&

Ad.3.argumentum.

B

S. Tho.

Duplex correctio.

Expoſi. 1.Ti.5.

C

A eſt, & hæc talis publica eſſe debet, cum iam publicus eſt probatus & conuictus peccator, & tũc temporis coram omnibus coarguendus, puniendusq́; proximus venit. Et ratio huius eſt, quia in tali caſu, iudex ſolum commune bonum prætẽdit, & non perſonę proximi ſeorſum peculiare bonum. Et hac via conducit maximè, fratris correctionem, punitionemq́; publicam eſſe, vt cęteri (ſicuti paulus ait) timorẽ habeant, & delictorum ſuorũ emendam parent, & inde reipublicæ vitia abſcindantur. Et hæc eadem ratio eſt, quàm diuus Paulus aſsignat cum dicit. Vt & cę-
B teri timorem habeant. Et quidẽ huiuſmodi correctio in hac forma, reipublicę ſupra modum cõducit, ad optimam eius gerendã gubernationem, ſicut ex Eccle- (Expoſi. Eccle. 8. c.) ſiaſtico capite. 8. conſtat. Vbi ſic habetur, quia non cito profertur contra malos ſententia, abſque vllo timore filij hominum perpetrant mala. Cui ſententiæ con- (Expoſi. Pro. 19.) cordat præterea, quod. 19. Prouerbiorum capite ſub his verbis legitur, peſtilenter flagellato, ſtultus ſapientior erit. Cũ igitur Timothęus duo ſortiretur (Timothe⁹ duo ſortiebatur officia.) officia, ſiue ſtatus, alterũ peculiaris ſeorſum perſonæ, alterum verò publicæ, erat enim epiſco-
C pus, & eſtò verùm ſit quòd prima via proximũ ſuum iuxta euãgelicam lectionem ſecreto corrigere tenebatur, ſed tamen ex ea parte, qua prælatus & publica A exiſtebat perſona, cui omne bonum inquirere annexum erat, reprehenſionem hanc publicè facere cogebatur, vt cęteri timentes, vitæ ſuæ reformationem tractarent.

¶ Hæ duæ correctionum formæ, publica ſcilicet & ſecreta, de publicis ſecretisq́; peccatorib⁹, deſignantur quidem, in forma quàm Chriſtus in reſuſcitandis mortuis ſeruauit. Nã (ſicut Mat- (Figura, Mat. 9.) thæus capite. 9. refert) vt ſemel virgini cuidam vitam reſtitueret, dum eius domum fuiſſet ingreſſus, omnibus foras excluſis oſtium clauſit, & ſic vitam illi præſtitit. Ex quo quidem facto, B ſignatur modus qui in ſecreto corrigendo peccatore ſeruandus eſt. At verò (ſicut Lucas euange- (Figura, Luc. 7.) liſta. 7. capite refert) iterũ Chriſtus filium quendam viduæ, extra ciuitatem coram omnibus ſuſcitauit, & ex hoc opere illuminatur quidem forma, quæ in corrigẽdo peccatore publico habenda eſt. Quæ duo exempla in eadẽ forma, ſunt diui Thomę, in loco ſuprà citato. Et in hoc, materiæ de magnatum ac principũ reprehenſione, finem imponimus.

## ¶ CAPVT. XX. DE forma quàm concionator, in corrigenda vulgaris populi gente, ſeruare habet. C

A EGIMVS hucuſque de forma, quam cócionator in principũ magnatũq;, atque reipublicę potentiorũ hominum reprehẽſione, tenere debeat: reſtat modo vidẽdum quiſnam ſit habendus modus, in corrigendis cæteris reipublicæ viris. Nam etſi potentes nõ ſint, vt vim prædicationis potentia ſua rumpere valeãt, concionatorẽq; expellere, atq; illum contumelijs afficere, quemadmodum magnates, alijq; potentes viri ſunt: ſed tamen naturale ſibi etiam eſt, vitiorum ſuorum reprehenſionem, prudentem & moderatam appetere, potius in ea amorem & B charitatis zelum, ad profectum ſuũ videre cupientes, quàm furorem cum à cõcionatore publicè corripiuntur. Nullus ſiquidem tam vilẽ & infimum ſe exiſtimat, qui pie & diſcrete, tã in pulpito quã extra, cum eo agi velit. Nam ſi brutorũ cõditio adhuc talis eſt, ꝙ vt fines ſuos & naturales actiones proſequãtur, ſuauiter ab hominibus tractari exigunt, & hac via, quidquid de ipſis appetunt homines, deniq; faciũt. Secus autem contingit, dũ rigidè & aſperè eadem bruta tractare velis, quia pauca, vel certe nulla, niſi maximo labore edomantur: quanto C ergo potius, cum hominis cõditio tã nobilis & generoſa ſit, ſuauiter tractari petit? quandoquidem ſola hominis natura, inter cętera mundi animalia de ſe, ratione ipſa & non vi dirigenda A venit. Comminationes namq; & flagella, potius brutis quàm hominibus deſtinata ſunt. Qua de cauſa decet etiam maximè, quòd ſicut concionator in principum & magnatum correctione, ſeſe temperare habet, ſic etiam ſe prudentem & moderatum, in reliqua vulgi corrigenda gente exhibeat. Vnde ſingulare quoddã diui Gregorij documentum eſt, pro omnibus qui concionandi artem exercent, quòd veritates quæ in ſacra ſcriptura, aſperitatem inferni, & peccatorũ, Deiq́; iuſtitiæ ſonant, nuſquàm eas populo ſic nudas proponat, niſi eas alijs, quæ miſericordiæ dulcedinem & pietatis ſonẽt admiſceat, B vt ſic libenter eas amplexentur, atq; in eis virtutem, quæ ſuis cõducit animabus operari valeãt.

Simile. Homo ratione ducendus eſt. Grego.

¶ Optimi medici ſemper induſtria eſt, cum pro infirmo potionem parat, ꝙ reubarbum diſponere & temperare ſciat, ita vt ſic ęgroto ſalutem prętet, ꝙ ex alia parte mortem non ingerat. Nam cum herba illa de ſe venenoſa ſit, & vigoroſa nimis, ſi ita ſibi nuda, ſine aliqua alia pręuia diſpoſitione tribueretur, ex quo bilem ab infirmo extrahere deberet, non niſi vitam adimeret. Quare expedit maximè ꝙ in põdere & menſura quadam, infirmo C impendatur, ita vt tot dragmis prę̨ciſè taxetur, & ſic ad gradum talem & diſpoſitionis pun-

Simile.

punctum reducatur, quòd vltra A non excedat. Et ſuper hęc omnia herbā hanc alijs herbarū aquis temperari & miſceri oportet, vt ſic eius furor & vigurosiſsima, mitigetur virtus. Ad eum igitur modum, concionatorem prouidum eſſe oportet, intelligens ꝙ veritates quæ acerrimè & aſperè in pulpito proponuntur, genus quoddā veneni vidētur, quę ſi ita nudè & ſiccè auditoribus proponantur, reubarbum quoddam fiunt, quæ auditorem ipſum quandoque occidunt, potius quā B ſalutem pręſtent. Quod ſi aliis ſcripturæ ſacræ temperentur veritatibus, quæ aliquid in ſe ſuauitatis & dulcedinis habeant, tūc temporis inquā, furor hic mitigatur, ac percōſequēs peccatorū colera optime ab auditore excluditur, ac denique hac via ęgroto auditori, ſalutem præſtant. Hinc ſequitur conducere valde cōcionatorem, veritates has dragmis appēdere, & mēſurare oportere, quod nimirum nihil aliud eſt, C quam eas concionatorem prudētia ſua diſponere, ſic per terminos & pietatis vocabula, veritates ipſas conficiens, quòd auditorem nō irritet, aut ad iram prouocet, vt ex hoc indignatus à ſe penitus doctrinam abijciat. Non tamen propterea in hac parte aſſerere volo, ꝙ cōcionatoris reprehēſio talis eſſe habeat vt auditoris palato nullā ingerat amaritudinē ſiue alterationem. Nam quē

Simile.

admodū impoſſibile eſt, infirmū A potionem ſumere poſſe, quamtūuis alijs ſit temperata dulciſſimis aquis, quin ſibi amara nimis & inſipida ſit, ſic etiā fieri prorſus nequit, quòd vitiorum reprehenſio, quamtumcumque eā concionator temperare velit, auditori inſipida & acris non exiſtat: nam de ſe acida admodū eſt, nec ſuam poteſt amittere naturam. Sicut enim pillula, quā pharmocopolarius conficit, quantumcūq; exterius deauratam reddat, ſem- B per infirmi palato amara ſit, ſic etiam reprehenſio, quantumcūque concionator verborū ſuauitate, dulcoret, palatum eius ſemper amarum reddet, ſed quod dicere intendo, eſt quidem, quòd concionatoris reprehēſio exceſſiua non ſit quod vtique fieret, ſi nudam prorſus, & ita ſiccam auditoribus reprehenſionem proponeret, quòd eā nullis alijs ſuauitatis verbis, ſiue ſcripturæ ſanctæ dulci aliqua veritate temperaret.

¶ Et vt hæc, quæ diximus, di- C ſtinctius percipiamus, in ſingulari ad horum intelligentiā deſcendere oportet. Ex his ergo quę diximus apertè colligitur, quòd dum cōcionator in ſermone, de Dei timore agit, vſque adeò materiam hanc exagerare poſſet, ꝙ auditor in deſperationem quandam deueniret. Et hac de cauſa conducit valde, hāc timoris virtutem, Dei amore temperare, ita

A vt auditorem ad talem adducat diſpoſitionem,& punctũ, vt amã do timeat, &timendo amet. Itaq; ſic Deum timeat, quòd intelligens ipſius eſſe benefactorem & patrẽ, illum etiam amet, atque ſic eum amet, quòd præuidens qualiter eius ſit Iudex & punitor, illum pariter timeat. Quod ſi auditori in concione, peccata quæ perpetrauit præſentat vt ſibi timorem incutiat, non ita nude hoc fiat, quòd nullam aliam ſibi Dei clementię & manſuetudinis doctrinam inſerat. Nam cũ aliquis exceſsiue in ſuis excogitãdis peccatis ſe ingerit, poſſẽt ſibi vſque adeò peccata ſua, triſtitiã tantam inferre, vt poſtmodũ triſtitia hæc, diffidentiam in eo generaret. quapropter cõducit maxime, vt vitiorum reprehẽſionẽ Dei miſericordia concionator tẽperet, ita vt ad hanc diſpoſitionem,& contritionis formam auditorem adducat, vt dum triſtis fit, ſimul etiam lætetur: & cum lætus extiterit, ſimul atque triſtis incedat, atque Dei miſericordia eiuſdem triſtitiæ ſalſamẽtum ſit, necnõ & triſtitia, frænũ quoddã lætitiæ ſit,& ad eum omnino modum in cæteris poterimus hoc exemplificare virtutibus, quę ne in vitij naturam quandoque trãſeant eaſdem virtutes, ſuis admiſcere contrarijs conducit.

2. Exemplum.

B

Forma triſtãdi.

C

Simile.

Dei dicebat eſſe vocem & non ſuam. Quia quod intelligebat & prædicabat, non ſibi ſed Deo tribuebat. Siquidem ingenij proprij cõfidentia errorem & hæreſim parit. pa. 291. co. 2. c. & 292. c. 1. a. & p. 290. col. 1. a.

*Ego vox clamantis in deſerto.*

Sancti enim non ſui, ſed Dei voces & organa ſunt. pa. 268. col. 2. a b.

Ideo ſanctorum ſenſus in ſcriptura ſacra, ſemper prefferendus eſt. pa. 288. co. 1. b.

Quia ſancti, ex peculiari Dei auxilio, ſanctæ ſcripturæ conſequuti ſunt intelligentiam. pa. 290. col. 1. a.

Ideo vera ſtudendi forma, eſt imitando lectionẽ ſanctorum.

Hinc eſt quòd ſanctis doctoribus, in expoſitione ſcripturæ, maxima eſt exhibenda reuerentia. pa. 323. col. 1. a b. & col. 2. a b c.

Quia ſanctorum eſt prærogatiua, & priuilegium, in miſticis ſenſibus indagandis recta intelligentia. pa. 324. col. 1. a b.

*Non ſum dignus corrigiam calciamẽti ſoluere.*



ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

Hîc ſe humilem in ſoluendis incarnationis miſterijs oſtendit,damnatur proinde hîc concionatorum exceſſus & temeritas,in inquirendis miſterijs & ſacramentis.pa.303.col.2.c.

Hinc cōcionatoris error eſt, in lectione ſcripturæ,omnia deglutire nec aliquid relinquere ſcire.pa.346.col.1.b c.

*Dirigite viam domini.*

Aduertendum eſt,quòd Ioannis ſermo, ab inutilibus & curioſis quæſtionibus & punctis alienus,à reformatione vitæ hominum exordium habuit.Sic enim ab hominum pœnitentia & vitæ reformatione ex præcepto dñi, ſuam inceperunt Apoſtoli prædicationē. pa. 388.col.1.a b.& 391.col.1.c.& col.2.a b c. & 392.col.a.2.c.&.5.93.col.1.

*Dirigite viam domini.*

Doctrina hæc Ioannis, moralis fuit & hominum ſaluti conducens , Apoſtolis enim & Prophetis moralem ſemper doctrinam Chriſtus pręcepit prædicare.pa.388.col.1.c.& co.2.a b.

Hinc colligitur adulterium concionatorū quando loco ſcripturæ ſacræ , phyſicam & non moralem concionantur diſciplinam. pa. 416.col.2.c.& 417.col.1.a.

Vnde concionatorum vitium,qui ex omnibus quæ legunt,nihil eligere ſciunt, ſed omnia quæ legunt,in pulpito euomunt.pa. 382. col.1.c.& col.2.a b c.&.383. col.1.a b c. & 384.col.1.a b c.&.385.col.11.c.& co.2.a.

*Confeſſus eſt & non negauit.*

Seipſum Ioannem exinaniuit , quia fideliter Chriſti negocium & prædicationem agebat , non vtique tanquam ſuum , ſed veluti Dei negocium,in confuſionem concionatorū qui temporalis lucri gratia,ſeipſos & nō Chriſtum prædicant.pa.448.col.1. a b c.

*Confeſſus eſt, & non negauit quia non ſum.*

Noluit Ioannes Chriſti gloriam & honorē furari,quia ſicut Chriſtū prædicabat , ita ſibi prædicationis gloriam,& honorem tribuebat quare concionatores ſeipſo prædicantes,latrones dicuntur.pa.448.col.1.b c.& col.2.a b.

*Confeſſus eſt & non negauit.*

Noluit Ioannes per honorem Dei,ad ſuum temporale lucrum tranſire: ſed fideliter confeſſus eſt, ſe Chriſtum non eſſe,damnãtur hic concionatores qui ſeipſos prædicantes,& honorem ſibi tribuentes , per Deum quaſi per pontem ad ſeipſos tranſeunt.pa.448.co.2.a b.

*Confeſſus eſt & non negauit.*

Concionatores, qui ſibi prædicationis gloriam & honorem vſurpant,ſeipſos Chriſtum faciunt,& adulteri vocãtur.pa.448.col.2.b c. &.449.col.1.a b c.

Et quàm maxime iſti offendant Deum. pa. 249.col.1.a b c.

*Confeſſus eſt & non negauit.*

Intrepide auſus eſt Ioannes, veritatem fateri ꝙ non eſſet Chriſtus,quia non ſeipſū in prędicabat ſed Chriſtum,quare concionatores ſe ipſos prædicantes, veritatem prædicare non audent.pa.449.col.1.c.et col.2.a b c.

*Confeſſus eſt & non negauit.*

In contemplatione diuinæ maieſtatis,potētes huius mundi exinanire ſe , et alas potentiæ ſuæ deponere habent.pa.561.col. 1.a b c.

*Dirigite viam domini.*

Doctrina hęc , de reformatione hominum & moralis eſt, non de phyſica et curioſitate hominum,ſiquidem doctrina moralis ſemper in concione eligenda eſt.pa. 386. col. 2. et deinceps.Vide in tabula liter.d.verbo.doctrina.

*Confeſſus eſt & non negauit.*

Fideliter officium ſuum Ioannes exercuit, ſoli Chriſto,eius honorem et gloriam obſeruans.Vnde habes exhortationem ad concionatores chriſtianiſsimam,vt fideliter euangelicam prædicationem in Deum diligant. pag. 451.col.2.a b c.et.452.col. 1.a b c.

*Dirigite viam domini.*

Maximæ eſt importantiæ doctrina hæc, nā ſi ſemel via chriſtiana dimittitur & curua manet,difficile poſtea dirigitur. Vnde quàm demiſſa & curua hodierna die maneat Chriſtianorum via,vide.pa.504.col.2.a b c &505. co. 1.a b c.et col.2.a b c.

*Confeſſus eſt & non negauit.*

Fideliter Ioannes ſuum exercuit officium, nō propter ſe,ſed propter Deum,vnde fideliter propter Deum prædicationis officiū exercentes,pauci vidētur reperiri concionatores. pa.453.col.1.b c.

*Confeſſus eſt & non negauit.*

Fidelitas maxima Ioannis Baptiſtæ,dū confeſſus eſt ꝙ non eſſet Chriſtus.pa. 453. col.2. a b c.

*Confeſſus eſt & non negauit.*

Fidelitas ſanctorum hic notatur , qui non ſolū veritates diuinas,fideliter tractarunt, ſed lucro expoſuerunt , vt domini vineam augerent.pa.454.col.1.a b c.et col.2.a b c.

*Confeſſus eſt & non negauit.*

Fructum prædicationis non ſibi aſſumpſit Ioannes,ſed Deo tribuit,vnde concionatores fructum prædicationis ſibi aſſumentes,quàm grauiter offendant.pa.456.col.1.a.

*Confeſſus eſt & non negauit.*

Hîc Ioannes gloriam & honorem prædica-

tionis

tionis repudiauit.et in Chriſtum retulit. Nam honor & gloria prædicationis, quomodo non ſibi deferenda ſit. Vide. pa. 446. col. 2. a b c. et 447. col. 1. a b c. et col. 2. a b c.

*Cuius non ſum dignus corrigiam calciamenti ſoluere.*

Humilitas maxima Ioannis annotatur. Siquidem ſanctorũ humilitas, præcipua eſt ſemper eorum religio. pa. 461. col. 1. a b.

*Cuius non ſum dignus corrigiam calciamenti ſoluere.*

Nullam ſibi Ioannes, humanam pōpam tribui voluit, in Dei præſentia. Nam humanam pompam et gloriã, propter diuinam exuere, laudabile admodum eſt. pa. 560. col. 2. a b c. et 561. col. 1. a b c. et col. 2. a.

*Dirigite viam domini.*

Ioannis Baptiſtæ prædicatio, ab hominum pœnitentia & vitæ reformatione incepit. pag. 587. col. 1. c. et col. 2. a b c.

Vnde Ioannis Baptiſtę, prædicationis exordium, ſingulare habet eſſe concionatoribus exemplar. pa. 587. col. 2. c.

*Confeſſus eſt & non negauit.*

Laudem propriã fugit Ioannes. Vnde laus propria quomodo fugienda, et quæ dicatur laus propria, pa. 579. col. 1. a b c.

*Non ſum dignus corrigiam calciamenti ſoluere.*

Noluit Ioannes etiam ſi nobilis et inſignis eſſet vir, in præſentia Chriſti ſuam oſtentare gloriam. Vnde nobiles et illuſtres viri, quam reddent in die iudicij rationem, quia in diuinæ maieſtatis præſentia, ſuam voluerunt oſtẽtare gloriam. pa. 560. col. 2. b c.

*Dirigite viam domini.*

Ideſt, non ſinatis vitæ veſtræ perfectionẽ cadere, ſed erigite vitam. Hinc eſt, ꝙ religioſi exactam Deo rationem reddent, de ſuæ perfectionis iactura. pa. 503. co. 2. c. et. 504. co. 1. a

*Non ſum dignus corrigiam calciamenti ſoluere.*

Ideſt myſteria, eius diuinam perſonam tangentia, non ſum dignus ſoluere. Vnde notandum eſt, quã humiliter Ioannes reuerentiam ſacroſanctis Dei myſterijs exhibuit. Quia fidei noſtræ myſteria non ſuperbè, ſed verecũdè et humiliter aſpicienda ſunt, pa. 426. co. 1. a b c. et col. 2. a b

Et quomodo hæc fidei myſteria, non in ſeipſis, ſed in ſanctis doctoribus aſpicienda et veneranda ſunt, pa. 426. col. 1. a b c.

*Cuius non ſum dignus.*

Hic Ioannes, de Chriſti perſona teſtimoniũ fideliter exhibuit, et quomodo ſancti tanquã lux et veritatis diuinæ teſtimonium, in eccleſia à Deo ſunt conſtituti, vide. pa. 442. col. 1. a b c et deinceps.

*Ego vox clamantis in deſerto.*

In deſerto Ioãnes verſabatur, vt perfectiùs prædicationis myſterium caleret. Nã quo ſancti et concionatores magis ab exterioribus rerum tumultibus ſunt ſegregati, eo magis ac delicatius diuina tractarunt myſteria. pa. 443. col. 1. a b c. et 444. col. 1. a b c. et col. 2. a b c. et pa. 457. col. 1. a b.

*Cuius non ſum dignus.*

Hic Ioannes non ſeipſum prædicat, ſed Ieſum Chriſtum, vnde ſancti quomodo non ſeipſos prædicarunt, ſed Ieſum Chriſtum, vide pa. 446. col. 2. a b c. et 447. col. 1. a b c. et col. 2. a b c.

Quia ſancti fideliſsimè ſcripturam ſacram tractarunt, veluti Dei negocium, et non ſuum pa. 446. col. 1. c. et col. 2. a b c.

*Ego vox clamantis in deſerto.*

In deſerto Ioannes prædicabat modo noſtra hac tempeſtate, grandis apparatus ad cõcionãdũ videlicet requiritur, Pulpiti, cãpanarũ et gentium. pa. 621. col. 2. c. et. 622. col. 1. a b c.

*Vox clamantis in deſerto.*

Ioannes etiã in opidis et ciuitabus prædicauit, cùm Herodem reprehendit. Sed non contentus eſt, niſi etiã per ſolitudines et campos peccatores inſequeretur: nam cõcionator quomodo more venatoris auditorem inſequi debet, quouſque eum tãquàm prædam apprehendat deſcribitur. pa. 518. col. 1. c. et col. 2. ab c.

*Ego vox clamantis in deſerto.*

In deſerto Ioannes prædicabat, quia Chriſtus et Apoſtoli et ſancti, omni loco & tempore, quo ſe opportunitas offerebat, prædicabant. pa. 618. col. 2. a b c. et. 619. col. 1. a b c. et col. 2. a b c. et deinceps.

*Ego vox clamantis in deſerto.*

In omni loco, et populis et deſertò concionabatur Ioannes, noſtra hac tẽpeſtate ſic non fit, quomodo autem pulpitum et apparatus concionandi, ſicut modo verſatur, modernus eſt & à recentioribus adinuẽtus. pa. 618 col. 2. a b c. et 619. col. 1. a b c. et col. 2. a b c.

*Ego vox clamantis in deſerto.*

Hic Ioannes non dicit ſuam eſſe vocẽ, ſed vocem Dei, qui per ipſum clamat. Quia religioſis concionatoribus non ſolum ſapientiã præſtat ad concionandum, ſed os, & dicendi ſtilũ tribuit. pa. 595. col. 1. a b c. et col. 2. a b c. et 596. col. 1. a b c.

*Ego vox clamantis.*

Nam quia religioſi cõcionatores, voces Dei ſunt, amplum & grande libertatis imperium clamã

clamã

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

clamandi in concione conſequuntur, mali au tem nō niſi timidum & puſillanime, eſto etiā ab eis doctrina ſit recipienda.596.col.1.a b c.

*Cuius non ſum dignus corrigiam.*

Grandis viri huius in hoc oſtenditur humi litas ex hoc oſtenditur ꝙ ſuperbia à conciona tore fugienda maxime ſit, & humilitas am plexanda.pa.689.1.a b c.& col.2.a b c

*Confeſſus eſt & non negauit.*

Fidelitas Ioannis oſtenditur quia ad Chri ſtum omnē ſuum prædicationis fructum & officium referre volebat, quandoquidem ſan ctorum principale intentum fuit ſemper, fideliter auditores ad chriſtum mouere.pag. 704, col.1.b c.

*Ego vox clamantis in deſerto.*

Dato malus concionator, dum nomine dei prædicat, vox Dei ſit, attamē bonus proprius vox dicitur Dei, quia fructum in auditoribus producit. Vox autem mali cōcionatoris quo modo palato eius adhæret ſine fructu, vide pag.706.col.2.a b c.

*Ego vox clamantis in deſerto.*

In deſerto prædicare & vbique, mos erat ſanctorum, & Chriſti, & Apoſtolorū pa.621. col.1.a b c.

Quia zelus tantus erat antiquorum ad cō cionandum, ꝙ per epiſtolas & adhuc ex carce ribus, chriſtianis concionabantur.pa.621.col. 1.b c.& col.2.a b c.

Attamen nō ſic hodie fieri videtur, nam etſi auiditas nimia prædicandi appareat, falſa potius quàm verus zelus his noſtris temporibus apparet.pa.689.col.2.b c.

## IN NATIVITATE DOMINI.

Euangelium.

¶In principio erat verbum. Ioan. 1. cap.

*Verbum caro factum eſt.*

INuolutus eſt in carne, & ibi mirabilia egit, vt in infirmo homine ſuā oſtenderet omnipotentiam & gloriam.pa.2.col.1.c & deinceps per totum caput.

*Verbum caro factum eſt.*

Adiunxit ſe verbum diuinum tam vili & in fimæ hominis naturæ. Vt debiliora & infirma mundi extoleret.pa.77.col.2.a b.

*Vidimus gloriam eius.*

Quia in infirmitate carnis poſitus, mirabilia ac diuina eius opera reſplenduerūt.p.2.c.1.c.

*Vidimus gloriam eius.*

Nam imago patris, Dei exutit filius in terra.pa.110.col.2.a b.

*Vidimus gloriam eius.*

In hoc, ꝙ tam ſupremus fuit ſplendor huius operis, ꝙ in eo omnes leges mundi obſcu ratæ manſerunt.pa.96.col.2.a b c.

*Verbum caro factum eſt.*

Myſterium hoc, credendum in chriſtiana le ge præſtitit Deus, vt hominis infrenaret intel lectum.pa.51.col.1.a b.

*Et habitabit in nobis.*

Vt nos ſua humaniſſimè clementia & ſuauitate lucraret, vnde de ſpiritu Dei humano vide. pagi.125.colum.2.a b c.& pa.123.col.1. a.& pa.125.col.2.b c.& pa.126.col.1.a.

*Vidimus gloriam eius.*

Ideſt in carne humana celeſtia & mirabilia opera, ne humanum ſolum eſſe putarent, hæc enim fuit Chriſti attētio, diuina eſſe omnia oſtendere, pa.94.col.1.b c.

*Vidimus gloriam eius.*

Quia euangelij res, ſicut Chriſtus doctrina & miraculis corroborauit, quaſi viſæ dicūtur, pa.259.col.1.b c.

Item quod euangelica lex diuina ſit, & quod eius auctor fuerit Deus maximum argumentum, vide pag.269.col.1.b c

*Vidimus gloriam eius.*

Gloriam Chriſti, quomodo vidimus nouæ legis profeſſores, p.258.col.1.b c.& co.2, a b c

*Habitauit in nobis.*

Humanitas & benignitas Chriſti, quomodo in nobis in hac natiuitate apparuit, p.253. col.1.c.& co.2 a.

*Vidimus gloriam eius.*

Quia in natiuitate Chriſti, omnia veteris le gis ſacrificia & figuræ clarueruntﾠ, & hominū oculis apparuerunt.pa.241.col. 1.a b c.

*Verbum caro factum eſt.*

De incarnatione domini, vide, pa.260.co.1. a b c

*Verbum caro factum eſt.*

Lex noua dicitur propter incarnationis nouitatem, quam hic Deus operatus fuit, in hoc ꝙ eius filius caro factum eſt, pa.258.col.2.b c. & pa.259.col.1.a.

*Verbum caro factum eſt.*

Ideſt factus eſt Dei filius, miſericors, clemēs vnde, in natiuitate Chriſti, nouam clementiā & dulcedinem, quare Chriſtus demonſtrauit pa.252.col.2.b.c.

*Verbum caro factum eſt.*

Ideſt, benignus et nobis humanus, quia caro hæc duo deſignat, apparuit enim benignitas et humanitas ſaluatoris noſtri Dei, pag. 294.col.1 b.

*Verbum caro factum eſt.*

Caro, nuda ſine armis, debilis & infirma, quia Gedeon bellum contra Madianitas, pie

cl.s

ctis armis,hoc incarnationis myſterium ſignificabit.pa.318.col.1.b c.

*Verbum caro factum eſt.*

Hæc incarnationis Chriſti veritas, per omnem ſcripturam ſacrã,vſque ad Apocalypſim depicta eſt,pa.293.col.1.b c.et co.2.a b c.

*Vidimus gloriam eius.*

Incarnationis myſterium quomodo nobis clare monſtratum eſt,pa. 294.col.1.a b

Item incarnationis myſterium , ſicut arbor ſuum produxit fructum,quem iam nos euangelij profeſſores vidimus.pa.294.col.1.b.c. et col.2.a.

Item incarnationis myſterium illuminatur. pa.313.col.2.c.&.314. col.1.a.

Item hoc incarnationis myſterium in cantico.Confitebor tibi tibi domine adumbratur. pa.316.col.2.a b.

*Verbum caro factum eſt.*

Hoc enim eſt matrimoniũ,quod inter Chriſtum et Eccleſiam,informatione Euæ ex coſta Adam fuit adumbratum. Quod vnicũ eſt negotium ab initio ſcripturæ vſque huc. pag. 292.col.2.a b c.& 293.col.1.a b c.& col. 2. a b c.& 295.col.2.b c.&296.col.1.a b c.

*Verbum caro factum eſt.*

Quomodo multifariè , multiſque modis, Deus nobis fuerit loquutus,& tandem hîc nobis in filio.pa.293.col.2.c.et. 294.col.1.a

*Vidimus gloriam eius.*

Modus quo concionatores, Euangelij claritatem indagare habeant.pa.320.col.2.a

*Verbum caro factum eſt.*

Hinc non mirum , poſtquàm pro hominibus caro factum eſt,q̃ cum peccatoribus humaniſsimè ſe geſſerit,comedẽs &cum eis conuerſans,vnde quãhumaniſsimè cũ eis ſe geſſerit,vide.pa.371.col.1.a b c.& col.2. a b c.

*In principio erat verbum.*

Eloquentiã mirã, quam Ioannes Euangeliſta,in enarratione huius euangelij ſeruauit,vide,pa.pa.587.col.1.a b c.& col.2.a b.

*Verbum caro factum eſt & habitabit in nobis.*

Hîc Deus diuinam pompam & maieſtatem renunciauit,& caro factum eſt, vt in nobis habitaret, quare vtique decet, vt homines propter Deum humanam pompam & gloriã renuncient.pa.560.col.2.a b c.et.561.col.1.a b c.& col. 2.a.

*Et habitabit in nobis.*

Dei ſtudium in hoc incarnationis myſterio, fuit inquirere , quomodo magis hominibus placeret,habitans & cum eis conuerſans. Sic hominis chriſtiani intentum habet eſſe , non quomodo peccata fugiat,ſed quomodo Deo magis ſeruiat.pa.402.col.1.c.et col.2.a.

*Ecce video cælos apertos & Ieſum ſtantem.*

In ſecundo natiuitatis die ſancti Stephani, explicatur hæc auctoritas.pa.350.col.1.a b.

*Verbum caro factum eſt.*

Incarnationis myſterium,vide.pa.549. col. 2.a b c.& 550.col.1.a b.

*Peperit filium ſuum primogenitum.*

Mariæ virginis punctum & perfectio eſt, Dei eſſe matrem.pag.552.col. 1. a b c.& col. 2.a.

*Paruulus natus eſt nobis.*

Vt nos propter ipſum paruuli efficiamur, vnde quomodo propter ipſum , paruuli effici debemus. Et qui ſint de hoc paruulorum nomine.pa.379.col.1. a b c.

*Inuoluit eum pannis & poſuit in præſepio.*

Hîc iam chriſtiana paupertas incepit, & apparuit in eius natiuitate , vt homines chriſtiani intelligant,quòd temporalia bona,& huius ſeculi diuitias antiquis Deus promiſit,à nobis autem,vitę Chriſti profeſſoribus, retraxit.pa. 237.col.1.b c.& col.2.a.

*Apparuit benignitas & humanitas.*

Incarnationis myſterium , quomodo antea obſcurum in veteri teſtamento & Prophetis erat,& nobis apparuit.pa.294.col.1.a b & deinceps,& quomodo etiam ſucceſsiue apparuerunt veritates euangelicæ, vide in tabula, littera.v verbo,veritates.

*Verbum caro factum eſt.*

Caro tripliciter accipitur, vide ad expoſitionem huius loci.pag,628. col.2.a b c & deinceps.

*Gloria in excelſis Deo.*

Gloria quomodo varie in ſacris accipiatur litteris.p.637.col.1.c.& c.2.a b c.& deinceps.

*Vidimus gloriam eius.*

Hæc gloria,quam Ioannes aſſerit nos in eius vidiſſe natiuitate,quomodo intelligatur. pag. 638.col.1.b c.

*In mundo erat, & mundus eum non cognouit.*

Mundus,quomodo tripliciter accipitur, & agit ad huius loci declarationem.pa.627.col. 1.a b c.& col.2.a b c.

*Apparuit benignitas & humanitas.*

Quomodo veritas euangelica , admodum partus naſcitur,& apparuit.p.528. col. 1.b c. & col.2.a.

*Peperit filium ſuum primogenitum.*

Incarnationis myſterium,lætitiæ motibus & affectibus,ponderatur à Dauid.pa.616.col.1. b c.

In cir-

IN CIRCVNCISIONE DOMINI.
Euangelium.

¶Poſtquàm completi ſunt dies octo, vt circũ cideretur. Lucæ.2.cap.

*Vt circunciderctur puer.*

HIC docet, carnis & ſanguinis ſapo rem, abijciendum & circunciden dum eſſe, pa.89.col.2.b c:et pa.90 col.1.a b c, et col.2.per totum.

*Vt circunciderctur puer.*

Circunciſus eſt ſicut primum totius noſtræ vitæ exemplar. Quia vnicuique rei ſuum pręſtatur exemplar. pa.16.col.1. a & ſequentib⁹.

*Poſtquam conſummati ſunt dies octo.*

Vt adimpleret legem, & homines doceret legem fore ſeruandam. Hæretici ſine lege viuunt, ſuo adhęrentes beneplacito. p.59.co.2.a.

*Vocatum eſt nomen eius Ieſus.*

Ieſus ideſt dulcedo, vnitatis & pacis auctor nam legis gratiæ, præcipuum eſt, pax & vnitas, pa.117.col.2.a b c.

*Vocatum eſt nomen eius Ieſus.*

Ideſt dulcedo, gratia, & ſuauitas, & qualiter in lege noſtra hoc amarum & dulce aduenentur. pa.123.col.2.a b c.& pa.124. col. 1. a b c.

*Vocatum eſt nomen eius Ieſus.*

Propter doctrinę ſuauitatem, quæ abore eius proceſit, ſiquidem ſuaues animæ vnctiones, ſacræ ſcripturæ ſunt præcepta, pa.21. col. 2 b.

*Vocatum eſt nomen eius Ieſus.*

Mel & ſuauitas ſub lingua eius, & mellis cõditionem, vide pa.50.col.1.a.

*Vt circunciderctur puer.*

Vt legem adimplendo, principes & nobiles ad hoc prouocaret, in hoc enim clareſcere habent nobiles, pa.49.col.1.b c.& col.2. a b.

*Vt circunciderctur puer.*

Quia cum futurus eſſet legis doctor, primo legem opere impleuit, ſiquidem prædicator, primo ſe diſcipulum conſtituat oportet. pa. 1.col.2.c.& pa.2.col.2. a b, & pa.3.col.2.a b.

*Vocatum eſt Ieſus.*

Suauitas nominis, in lege chriſtiana apparet, pax enim, & chriſtiana tranquillitas in lege ſummè commendatur. pa. 63.col.1.a b.

*Vt circunciderctur puer.*

Vt doceret, quòd legis mandata: fide & obedientia percipi debent, pa.50.col.2.c.

*vocatum eſt Ieſus.*

Dulcedo enim tota & nominis ſuauitas, in eius ſcripturæ cognitione relucet, pa.108. co. 2.a b.

Vnde ſcripturæ ſanctæ ſolatium maximũ, plene deſcribitur, pa.111.col.2.a b c.

*vocatum eſt Ieſus.*

De ſuaui & dulci Chriſti ſpiritu, pa.122.co. 1,c,& col.2.a b c,& pa.123.col.1,a b c,& co. 2.a b c,& pa.124.col.1 a b c.

*vocatum eſt Ieſus.*

De humano & pietatis Chriſti ſpiritu, pag. 125.col.2.a b c,& pa.123.col.1.a.

*vocatum eſt Ieſus.*

Ideſt ſuauitas & clementia, vnde ſpiritusſanctis mira clementiæ induſtria, ad lucrandum homines, pa.125.col.2.b c,& pa.126. col. 1.a.

*vt circunciderctur puer.*

Adimpleuit legem, vt oſtenderet, hominẽ ſine lege minime oportere eſſe, quia lex circunligat & ordinat omnes potentias hominis & ſic euangelium, quomodo omnes hominis potentias componit, vide, pa.263.col, 1.a b c. & col.2.a b c.

Item frenum eſt quo eius infrenatur natura, pa.268.col.2 a b c,et,269.col.1.a b c.

Item ſola lex euangelica, hominis ſenſualitatem comprimit pag .269. col,1.a b c.

Item euangelium, omnibus membris hominis, regulas viuendi et præcepta ſigillatim imponit, pa.270.col,1,c,et col.2.a b.

Item iugum ceruicem hominis comprimẽs eſt euangelium, pa.268.col, 1.a b c. et colu.2. a b c.

*vt circunciderctur puer.*

Ex coſta Adæ formatur Eua, cum iactura et infirmitate lateris Adam. Sic hic iam incipit cũ ſanguinis iactura, prodire eccleſiæ ſponſa et formari, pa,242.col.2.b c,et pa.243. col. 1.a b.

*Circunciditur.*

Vt fides quam nobis prædicaturus erat, operibus aſſociaret, ſiquidem fides operibus aſſocianda eſt, pa.244. col.1,a.

*vt circunciderctur.*

In hoc chriſti opere apparuit verè humanitas, quia pro nobis tenerrime ſanguinem fudit, & benignitas, et gratia ſalutis, quę omnia examore ad nos proceſſerũt, p,253.col,1,c,et col.2.a.

Humanitas et benignitas Chriſti, quomodo hic apparuit, pa.253.co,1.c.et col.2 a.

*vt circunciderentur puer,*

Aſſumpſit ſupra ſe legem, vt nobis eam ſuauẽ relinqueret. Sic enim Chriſti iugum ſuaue eſt et leue, pa.253,col,1,a b c.

*vt circunciderctur puer.*

Patitur in corpore, et ſub legis iugo ſe ponit, vt nobis libertatem ſpiritus donaret, quia vbi ſpiri-

ſpiritus domini ibi libertas.p.254.col,1 a b c. & col. 2.a b c.

*vt circuncideretur puer.*

Chriſtus non ex lege ſed,ex amore hominis,circunciſus eſt,quia non ad legem tenebatur.Quomodo Deo ſeruiētes, in duplici ſunt differentia. Alij ex lege,alij ex amore,pa.273 colum.2,c.et 274.colum.1.a b c. et colum. 2. a b c.

Vnde generoſe Deo ſeruientes , ex amore ſunt,pa.274.col,1.a b c.

*Vt circuncideretur puer.*

Nam etſi ad legem non teneretur, vt virtutis et religionis alijs eſſet exemplum circunciſus eſt,nam neceſſarium eſt,virtutis exemplū pa.336,col.2,b c,et pa.337. col.1.a b c.

*Vt circuncideretur puer.*

Nam etſi ad legem non teneretur , in hoc oſtendit perfecti viri conditionem,qui nō alligatur legi in operanda virtute , ſed vltra legē ad abundantiora virtutis opera ſe extendit. pa.274.col,1,a b c,et col,2.a b c.

Itē quia perfectus vir etiā ſi nulla eſſet lex, Deo ſtudioſe ſeruiret:quia ab amore præcipue mouetur,pa.274.col.1.c,et col.2. a b c.

Quia perfecti viri attentio non habet eſſe ea ſolum operari, quæ abarathro eripiant, ſed ꝙ vlterius ad virtutis perfectionem procedant,po.274.col.2.b c.

Quia ad perfectionem non procedere,retrocedendi periculum eſt.pa.274.col.2.c, et 275. col.1.a.

*Vt circunciderețur puer.*

Nam licet ad legem non teneretur, ex amore legem adimplet , et in hoc iuxta Paulum, qui ſpiritum gratiæ induit nō dicitur eſſe ſub lege. Quia præcipue à Dei amore et affectione,præcipue mouetur,pa.273.co.1.b c,et co. 2.a b c.

*Vt circunciderețur puer.*

Aſimilari ſe voluit per omnia peccatori, carnem humanā ſummēs, et ſanguinem fundnes , et hinc eſt quòd cum peccatoribus , in omnibus humaniſsimè ſe geſsit,comedens et cum eis conuerſans,pa.371.col.1.a b c,et col. 2.a b c.

*Vocatum eſt nomen eius Ieſus.*

Ideſt dulcedo et ſuauitas,ſic enim lex eius gratiæ lex dicitur,et præcepta eius, in ſuauē et pacificam hominum vitam ſunt ordinata. pa.412.col.1.a b.

*Vocatum eſt nomen eius Ieſus.*

Sicut ipſa Chriſti perſona,dulciſsima et ſuauis omnibus erat,ſit verba eius dulcia exiſtebant,quandoquidē eloquētia Chriſti in dicendo,dulciſsima erat, et quæ oēs ad ſe attrahebat,p.590.c.2.a b c,et 591.c.1.a b c,et co.2.a.

*vt circunciderețur puer.*

In hac carnis circunciſione docet Chriſtus, carnem noſtram & ſanguinem circūcidendā eſſe. Et oblectamenta carnis à nobis abſcindēda. Noſtri temporis tamen lutherani,nihil aliud quàm carnis et ſanguinis libertatem prædicant,et ad hanc carnis et ſanguinis libertatem,omne chriſtianum eſſe deducūt, pa.380. col.1.c.et col.2 a b c.

Vnde lutheranorum lingua, de ſpiritu eſt, opera vero eorum,non niſi carnis et ſanguinis reperies.pagi.380. colum.2.a b c.

Qui enim vitam ſpiritus agit et non carnis, in operibus agnoſcitur et non in verbis, nam ſpiritus quòd ſit in homine agnoſcitur , ſi de ſe fructum aliquem extra producat,pag. 380. col.2.a b c.

Nam quòd ſpiritus in homine ſit , agnoſcit, ſi carnem et oſſa non habet.pa.381.col.1.a.

*vt circunciderețur puer.*

Iam carnem circuncidit, et opera in ſeipſo infirmitatis oſtendit,vt hominem chriſtianum conſolaretur. Nam bonitas concionatoris et opera,dum doctrinæ adiunguntur : auditorē maximè conſolatur in virtutis via, pag. 702. col.2.a b c.et 703.col.1. a b c.et col.2.a b c.et & pa.704.col. 1.a b c. & col.2.a b c.

*vt circunciderețur puer.*

Ecce iam operibus,puer hic virtutis viam nobis oſtendit,antequàm verbis. Vnde vitæ opera,quomodo Chriſtus prius in mūdo quā doctrinam adduxit,pa.674.col.2.c.et 675.co. 1.a b c.et col.2.a b c,et 676.col.1.a b c,et col. 2.a b c.et 677. col.1.a b c.

## IN EPIPHANIA DOMINI.

Euangelium.

¶Cum natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudæ. Matthæi. 2. cap.

*Vidimus ſtellam eius in oriente & venimus adorare eum.*

PRIVS illuminati ſunt, dinde moti & accenſi ad quęrendum Deum, hominis enim mouetur bene volūtas,ſi priꝰ eius vincitur intellectus, pa.12.col.1.c

*Idem.*

Homines prius docendi ſunt deinde mouēdi.pa.13.col.2.c.

*Idem.*

Ad hoc vt homo in virtute proficiat, prius in legis cognitione,inſtruendus et illuminādꝰ eſt,pa.103.co.2.b c.et pa.104.c. 1 per totam.

*Vidimus ſtellam eius.*

Stella

Stella hęc eorũ obſcurauit humanã ſapientiam, nam in Chriſti præſentia, omnis humana ſapiẽtia vileſcit. pa. 96. col. 2. a b c.

*Vidimus ſtellam & venimus.*

Docere & illuminare hominis intellectũ, vt ſtatim ad Deum veniat, potentiſsima eſt concionatoris pars. pa. 12. co. 2. a b. pa. 13. co. 1. a.

*Ecce Magi ab oriente veniunt*

Magi ſapientes ſunt, qui ſapientes, in maxima ſunt diſpoſitione, faciliter ad Deum veniendi. Dulciſsima enim eſt orbis conditi cõtemplatio, ad talem effectum. pag. 63. colu. 1. a b c.

*Vidimus ſtellam & venimus.*

Naturalis enim ſapientia in eis, & humana non ſufficiebat, niſi ſtellam vidiſſent, quando quidem diſciplina naturalis, ad regnum cælorum conſequendum, non ſufficit. pa. 88. col. 1. c. & col. 2. a. *Idem.*

Doctrina enim ſacra quæ ſupercæleſtis eſt ſciẽtia hominẽ format & diſponit ad regnũ cælorum, pa. 88. col. 2. a b c.

*Vidimus ſtellam.*

Hæc ſtella ſacræ doctrinæ eſt cognitio, hæc enim eſt quæ fortius rebellem hominis animum vincit, pa. 98. col. 2. b c.

*Sciſcitabatur a doctoribus, vbi Chriſtus naſceretur.*

A doctoribus legis, ſunt inquirẽda myſteria, vnde quare legis præceptoribus fidei myſteria, curioſius indagare ſit licitum, pa. 52. col. 1. a b c., & col. 2. a b c.

*Vidimus ſtellam & venimus.*

Nã intelligẽtia rei, eius amorem parit. pag. 102. col. 2. b c. per totum.

Quia prius eſt rem intelligere, quàm eã amare, pa. 99. col. 2. b c.

Item ex intellectione mãdatorũ Dei, eorũ pendet affectio & adimpletio, p. 103. co. 2. a b

Nã intellectus, volũtatis eſt maritus, à quo impregnãtur, pa. 104. col. 1. a b.

*Sciſcitabatur à doctoribus, vbi Chriſtus.*

Populus à doctoribus legis, fidei myſteria accipere debet, nã alij legẽ ſcire tenẽtur tãquã præceptores alii vt auditores, pa. 60. col. 2. a b.

*Rex Herodes ſciſcitabatur.*

Et iã ſi rex, tamẽ doceri cupiebat: malignè quærebat nobiles viri in ſacras litteras noſtra ætate curioſi, nõ ſincere percunctãtur, p. 49. c. 1. b. & col. 2. a b. *Idem.*

Nobiles viri & principes in quo magis clareſcere debẽt. p. 49. co. 1. b c. & col. 2. a b.

*Sciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus*

Nã & ſi mali eſſent Scribæ & Phariſæi, ab eis eſt expectãda veritas: nã pręceptoris malitia, veritatẽ euãgelicã nõ inficit. p. 3. c. 1. a b.

Itẽ prædicatores mali, à prædicationis officio nõ ſecludũtur, pa. 4. col. 2. b c.

Itẽ pręedicatoris poluta vita, veritatẽ quam prædicat non poluit. pa. 5. col. 1. a b c.

*Rex Herodes turbatus eſt.*

Quia rex erat, turbari nõ debebat, regis veri forma deſcribitur. pa. 79. col. 1. a b.

*Ecce Magi ab oriente veniunt*

Magi, ſapiẽtes ſunt, veniunt vt de Chriſto teſtimoniũ perhibeãt, ſapiẽtes enim viri, legis ſunt lux & ſplẽdor, pa. 16. col. 1. b.

Sapientũ multitudo ſanitas eſt, & conſeruatio reipu. pa. 15. col. 2. b c.

*Congregans omnes principes ſacerdotum. Sciſcitabatur.*

Ad ſacræ ſcripturæ & legis diſputationem, quomodo ſæculares ſint admittendi, p. 34. co. 1. b c. & col. 2. a. & pa. 35. col. 2. vſq; in finem capitis.

*Sciſcitabatur ab eis.*

Vt poſtquã veritatẽ ſciret, ea male vteretur. Nã veritas diuina, aliquibus venenũ eſt & nociua, pa. 37. co. 2. ꝑ totã, et pa. 38. col. 1. a b.

Nã veritatẽ diuinã, hominis ignorãtia & malignitas, in venenũ vertit. pa. 38. co. 1 a.

*Sciſcitabatur à doctoribus.*

Scripturæ ſacrę expoſitionem, ab eius doctoribus petendam. pa. 45. col. 1. b.

*Ab oriente veniunt.*

Vbi ſol viget & oritur, ſolis conditio & natura, pa. 91. col. 1. a b. & pa. 96. col. 2. a b.

*Vidimus ſtellam, & venimus.*

Scriptura lux eſt veritatis, quia ex eo ꝙ intellectum inſtruit amoris ardorem in voluntate gignit. pa. 102. col. 1. b c. quod vſque in finem capitis probatur.

*Vidimus ſtellam eius.*

Animæ noſtræ lumẽ, quod nos in Deum dirigit, ſcriptura ſancta eſt, quod nũquàm extinguitur. pa. 112. col. 2. & pa. 113. col. 1. a b c. & col. 2. per totam.

*Ab oriente veniunt.*

Ab oriente veniunt, ideſt ab ortu ſolis quia ſol iuſtitiæ apparuit. Vnde ſolis tres ſunt effectus principales. pa. 116. col. 1. c.

*Vidimus ſtellam eius & venimus.*

Volũtas hominis male mouetur vt aliquid amet, niſi prius eius illuminetur intellectus. pa. 99. col. 1. a b.

*Idem.*

Voluntas in Dei amorẽ accenditur, ſi prius inſtruatur intellectus. pa. 102. & 103. vſque in finem capitis.

*Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum.*

Mirum eſt videre libertatem & imperiũ, in

præſen

præſentia Herodis,inquirendi alium regem, ſed hæc omnia facit amor, qui libertatẽ & im periũ in homine generat.pa.251.col.2.a b c.

*Inuenerunt puerum.*

Mirũeſt Deũ & regẽ quęrere, & puerũ fragilem inuenire.Sed hæc erat eius benignitas & humanitas quæ apparebat, quomodo autẽ hæc apparuit benignitas & humanitas,p.253. col.1.c.& col.2.a

Item in natiuitate quare Chriſtus nouã clementiam & dulcedinem demonſtrauit, p.252 col.2.b c.

*Ecce Magi ab oriente.*

Reges & principes, maximum ſemper honorem & reuerentiam,Dei eccleſiæ detulerũt pag.211.col.1.a b.

*Vidimus ſtellam eius in oriente.*

Stella eius quam videmus,eius eſt euangelica veritas,quæ lux eſt indeficiens,quę hominem ſemper illuminat & dirigit,pa. 339. col. 2.a b c.& pa. 340.col.1.a b c.

*Sic enim ſcriptum eſt & tu Bethleẽ terra Iuda.*

Hic indagabatur natiuitas Chriſti,per veteris teſtamenti ſcripturas. Sic etiam concionatoris conſummati ſapiẽtia,hæc eſſe debet,ſcilicet ex veteris teſtamẽti lectione,veritates euangelicas illuſtrare,pa.532.col.2.b c.& 533. col.1.a.

*Procidentes adorauerunt eum.*

Nã & ſi reges erãt,in præſentia Chriſti proſtrati ſunt.Quia in cõtẽplatione diuinæ maieſtatis,potẽtes & illuſtres mundi alas ſuæ potẽtiæ complicare habent,pa.561.col. 1. a b c.

*Ecce Magi ab oriente veniunt.*

Mirũ eſt,quã ſapientiã & ingeniũ Deus in his repoſuerit gentilibus. Vnde quare Deus in gentilibus ſapientiæ ſuæ theſaurũ repoſuerit,vide pa.408.col.1.c.& col.2. a b.

Vnde gentiles,bona & mala quæ poſſidebant,explicantur,pag.405.col.2.b c. & 406. col.1.a b c.

Vide etiam de gentilibus multa ,in tabula, littera,g,verbo gentiles.

*Sciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur.*

Inquirebat Herodes ſcripturas,nõ vt inde ſibi vtilitatẽ caperet,ſed vt in malum verteret. Hæc eſt ſiquidẽ hæreticorum conditio , nunquam ad ſui vtilitatẽ ſcripturã legere, ſed vt aliud ſibi lucrum acquirant,p.424.col.2.b c. & 425.col.1.a

*Procidentes adorauerunt eum.*

Suam humanam pompam & gloriam deprimere,reges iſti pro nihilo duxerunt,quia humanã põpã & gloriã, ꝓpter diuinã exuere & cõculcare, laudabile admodũ & chriſtianũ eſt pa.560.col.2.a b c.& 561.co.1.a b c.& co.2.a.

*Ecce Magi ab oriente veniũt.*

Excitati ſunt reges iſti & illuminati per ſtellã,& rerũ naturaliũ lectionẽ,quia intellectus hominis per naturalẽ philoſophorũ lectionẽ, in rerum cæleſtiũ cognitionẽ maximè excitatur & inducitur.pa.408.col.2.b.c.& 409.co.1 a b c.

Et quare intellect⁹ hominis ꝑ res naturales in diuinarũ cognitionẽ veniat,p.409.c.1.a b c

Quia lectio naturalis diſpoſitio maxima eſt ad euangelicam recipiendã doctrinã,pa.411. col.1.a b.

*Ecce Magi veniunt.*

Ducti ſunt maximè à Deo:et etiã à ſũma, quã habebãt,rerũ naturaliũ cognitione, quã doquidẽ naturaliũ rerum cognitio, ſitim & ardorem in homine excitat,ad Deum perueniẽdi,pa.409.col,1,c.& col.2.a

Orbis conditi contẽplatio in diuinæ maieſtatis cognitionẽ nos excitat,abunde deſcribitur pa.409.col.2.c.& 410, col.1.a b c & col. 2,a b c,et pa.411.col.1.a b c.

*Procidentes adorauerunt eum.*

Iſti reges in præſentia Chriſti, nullã voluerunt oſtentare gloriã, in cõfuſionẽ magnatũ quandoquidẽ nobiles et illuſtres viri maximã in die iudicij rationẽ reddent , quia in diuinæ maieſtatis præſentia, ſuã decreuerunt oſtentare gloriã pa.560. col.2.b c.

*Sciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur.*

Non ſuo ingenio fretus,veritatem inquirebat,ſed à præceptoribus legis indagabat,ſe auditorẽ legis conſtituens. In confuſionem eorũ,qui in ſcriptura ſacra , ſine diſcrimine omnes ſe pręceptores illi⁹ exhibẽt.p.378.c.2.a b c

*Ite & renũtiate mihi vt & ego veniens adorẽ eum.*

Simulatio hæc Herodis,prudentia mundani hominis fuit,quę nõ prudẽtia, ſed illius falſa eſt imago,quæ alias ſagacitas dicitur. pag. 458.col.1.b c.et col.2.a

*Procidentes adorauerunt eum.*

Quàm ſincere et humiliter reges iſti, Chriſto ſe ſubiecerũt,vnde regũ ſummã ſubiectionẽ et obedientiã Eccleſię et Põtificibus præſtitam,vide pa.501.col.2.a b.

Reges Eccleſiæ miniſtros maximè ſemp honorarũt,et ſuis diuitijs decorarũt.p. 501.c.2. b c.et p.502.c.1.a b c.

*Procidentes adorauerunt eum.*

Nã etſi reges iſti ſũmã videbãt,in puero paupertatẽ et deiectionẽ,reuerenter tamen ſicuti Deũ ſuſcipiebãt.Quia ſalus hoĩs,nõ in intelligẽdis et ſcrutãdis fidei articulis cõſiſtit, ſed in eis humiliter et reuerenter recipiẽdis.pa.415. col.2.a b c.



FONS ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

## DOMINICA IN SEPTVAGESIMA.

Euangelium.

¶ Simile eſt regnum cælorum homini qui exijt primo mane. Matthæi. 20. cap.

*Exiit primo mane.*

DE appetitu et inclinatione ſtatim ad Deū perueniēdi, cū ad vſum rationis deuenerit quis, pa. 57. col. 2. a b c, et pa. 58. col, 1. a b c.

*Exiit primo mane.*

Opus eſt ꝙ ſtatim homo ad Deū perueniat antequā in bruti cōditionē mūdus eū vertat hominis enim natura et appetitus eius ſtatim arte puliēda eſt, pa. 59, col, 1, b. et deinceps, et pa. 60. col, 1. b.

*Redde illis mercedem.*

Grandis eſt chriſtiana merces, nam nihil debitū pro virtute, paruum. Calix aquæ frigidæ res magna. pa, 10. col. 1. c.

Calicis aquæ frigidæ, merces, pa. 10, co. 2. a.

Calicis aquæ frigidæ virtus et calor, pa, 10. col, 2, a.

*Redde illis mercedem.*

In labore chriſtiano et fide, omnia ſunt magna, pa. 10. col. 1. c, & pa. 9. col, 2. b. c, & pa, 10. col. 1. a b c.

*Nemo nos conduxit.*

Qui conducūt, concionatores ſunt, iſti deficiunt quando non docent. Docere enim potentiſsima eſt cōcionatoris pars, ad introducēdum hominē in vineā, pa. 13. col. 1. a.

Auditoris mouetur volūtas, ſi prius eius vincitur intellectus, pa. 12. col. 1. c.

Quod præcipue mouet eſt, docere ſcripturā, hæc enim eſt, quæ fortius rebellē hominis animū mouet, vincit, & ꝓſternit. p. 98. c. 2. b. c.

*Nemo nos conduxit.*

Chriſtianū à prędicatore moueri vnde prouenīat, pa. 12. col. 1. b c.

Doctrina ſacra eſt quæ hominē diſponit & format ad regnum cælorum. p. 88. col. 2. a b c.

*Nemo nos conduxit.*

Paſtoris eſt cōducere, vel per ſe docēdo, vel per alios inquirēdo eos. pag. 26. c. 2. b c. & per totum caput.

*Ite in vineam meam.*

Vitis huius vineæ eſt virtus, virtusquemadmodum colēda ſit. pa. 58. b. & pa. 59. per totū.

*Nemo nos conduxit.*

Quod maximè cōducit & ſuadet, vt auditores ad vineā dn̄i veniāt, eſt iuxta ſuū ſtatū doctrinā auditorib⁹ proponere. p. 386. col. 1. a b.

*Nemo nos conduxit.*

Quod maximè attrahit & cōducit auditores, ad vineā dn̄i laborandā, auctoritas & opinio cōcionatoris eſt, p. 469. c. 1. a b c. & quādo cōcionator talis nō eſt, eſt nemo.

*Nemo nos conduxit.*

Quod maximè cōducit auditores ad vineā dn̄i, eſt iuxta qualitatē audientiū, doctrinā ſibi applicare. pa. 385. col. 2. a

Vnde cōcionatorū vitiū eſt, pauperib⁹ diuitiarū materiā prædicare, & è cōtra. pa. 385. co. 2. b c. & 386. col. 1. a b.

Vnde cōcionatorū vitia in prædicatione, q̄re auditores ad vineā, nō cōducāt, vide in tabula littera. c, verbo cōcionator.

*Quia nemo nos conduxit.*

Cōcionatores, ſeipſos prædicātes, nullū auditorē ad vineā cōducūt. Qui autē ſint, & quam parū fructū faciāt, ſeipſos prædicātes, vide pa. 448. co. 1. a b c. & co. 2. a b. & 449. col. 1. a b c. & col. 2. a b c.

*Quia nemo nos conduxit.*

Doctrina cōcionatorū, quæ homines ad vineā cōducere habet, moralis habet eſſe, et quę hominis reformationē reſpiciat, nō blanda & ſuauis & curioſa ſed rigida & amára, p. 386. c. 2. & deinceps, & p. 390. c. 1. b c. & c. 2. a b c. & deinceps, & p. 390. c. 1. c. et. c. 2. a b c. et 391. c. 1. a b c.

*Stantes in foro.*

Quaſi velit dicere, ꝙ forū locus nō ſit apt⁹ ad ſtādū, et merito de eorū māſione in foro reprehendūtur, quia forū locus eſt, vbi omne cō ſciētiæ bonū diffūditur et ꝑditur, p. 503. c. 1. b c.

*Quia multi ſunt vocati pauci vero electi.*

Quòd multi ſint vocati pauci vero electi, iuxta rerū naturaliū cōditionē fit, nam hominum vſui nō oēs res ſunt accōmodatæ, ſed ſolū paucæ, quæ eligūtur, ſic etiā hoīes ad regnū cælorū multi ſunt vocati, pauci vero electi. pa. 383 col, 1. a b c, & col. 2. a b.

*Multi ſunt vocati, pauci vero electi.*

Quòd pauci ad cælorū regnū ꝑueniant, nō mirū, quia rerū precioſarū cōditio eſt, difficilè attingi poſſe. pa. 490. col. 1. c. et col. 2. a b.

*Sic erunt primi nouiſsimi &c.*

Nā beatorū ſedes, quę in cęlo aſsignatę ſūt, ſecretū quoddā eſt: quod hoīes non attingūt, ſed in die iudicij reſerandū eſt. Quis prim⁹ et quis nouiſsimus eſſe debeat. pa. 550. col. 2. c.

*Quia nemo nos conduxit.*

Multoties nō conducitur ad vineā auditor, quia in concione non docetur bene et inſtruitur eius intellectus: nō enim mouetur eius voluntas, quin prius vincatur eius intellectus, Quod egregiè explicatur. pa. 656. co. 1. c. et. c. 2. a b c. et 657. col. 1. a b c.

Vnde intellectus ad voluntatē ordo deſcribitur. pa. 655. col. 2. b c.

Vnde intellectus et voluntas quaſi maritali affectu, et adunatione quadam coniunguntur. Eſt enim ipſius voluntatis maritus, à quo grauidatur: voluntas ipſa. pa. 656. col. 1. a b c. et col. 2. a b c.

Nemo

*Nemo nos conduxit.*

Male peccatores,in peccato ſubmerſi,ad vineā conducuntur,vnde peccatorem à peccato erradicare,quomodo fiat.pa.647.col.2.b c.& 648.col.1.a b c,& col.2.a b c.

*Quia nemo nos conduxit.*

Religioſi concionatores ,facilius auditores conducunt,quam mali,quia amplum & grande libertatis imperium dicendi in concione conſequuntur, mali autem non niſi timidum & puſilanime,pa.596.col.1.a b c.

Item quia religioſis concionatoribus , non ſolum ſapientiā ad concionandum , ſed os & dicendi ſtylum Deus tribuit,pa.595.col.1.a b c,& col.2.a b c.& 596.col.1.a b c.

Item quia religioſus vir,ſcripturæ cor penetrat,quia Dei eſt amicus,malus vero corticem tenet,& ideo fortius primus mouet.pag.663.col.2.c.& 664.col.1.a b c.& col.2.a b c.

*Quia nemo nos conduxit.*

Quem ſtylum dicendi concionator habere debeat,vt auditores facile cōducat,vide in tabula littera,s,verbo ſtylus.

*Quia nemo nos conduxit.*

Quia multi concionatorum,potius ad ſe auditores conducunt,quam ad Chriſtum.Sāctorum autem principale intentum fuit,fideliter auditores ad Chriſtum mouere & conducere pa.704.col.1.b c

*Quia nemo nos conduxit.*

Non conducunt concionatores,quia ſpiritu dicendi carent,vnde in concionatore quid ſit iſte ſpiritus,vide,p.718.col.2.b c.& deinceps per totū titulum,de ſpiritu concionatoris.

*Quia nemo nos conduxit.*

Conducuntur facile auditores,dū ſatis eorum docetur intellectus, quia eorum volūtas non mouetur,niſi eius vincatur prius intellectus.pa.653.col.1.a.

*Quia nemo nos conduxit.*

Conducuntur facile auditores,dū cōcionatores veritates bene diſpoſitas,& optimo ſtylo cōcionatas audiunt. Nam veritatem bene diſpoſitam appetere,naturale eſt auditoribus. pa.657.col.2.a.

Vnde veritas & virtus à ruſticis hominibꝰ non ita dulcis ſicut à ſapientibus colligitur.p.598.col.1.a b c.& col.2.a b c.

*Quia nemo nos conduxit.*

Bonus concionator facile cōducit, quia virtus,neruus doctrinæ eius eſt qui vires ad mouendum tribuit.pag.669.col.1.a b c.& col.2.a b c.& 670.col.1.a b c.

*Quia nemo nos conduxit.*

Itē bonus cōcionator facilius mouet et cōducit,quia optima vita imperium ſibi dicendi tribuit.pa.670.col.1.c.& col.2.a b c.

Vita autem concionatoris mali , libere & audaciter loquendi,ſibi facultatem aufert. p.671.col.1,a b c.& col.2. a b c.

Itē quia auditor,potius fidem adhibet male concionatoris vitæ,quā illius bonæ doctrinæ,673.col.1.a b c.& col.2,a b c.& 674.col.1 a b c.& col.2.a b c.

*Quia nemo nos conduxit.*

Vita cōcionatoris,quātū importet ꝙ bonis operibus ſit ſociata,vt peccator à ꝓfūdo peccati exeat.pa.704.col.2.b c,& 705.co.1.a b c

Quia vox mali concionatoris, non conducit,quia pallato eius adhęret.ibidem.

*Quia nemo nos conduxit.*

Verba cōcionatoris boni,quia Deo propinquior eſt,maiorē mouēdi et cōducēdi auditorē virtutē habēt,quā mali cōcionatoris verba pa.707.co.2.b c.et.708.c.1.a b c.et.c.2.a b c.

## DOMINICA IN SEXAGESIMA.

Euangelium.

¶ Exijt qui ſeminat,ſeminare ſemen ſuum. Lucæ. 8. cap.

*Semen eſt verbum Dei.*

IN hoc euangelio tractatur , de audiditione verbi Dei,nam cum ſemē ſit verbum Dei,et terra recipiēs ſemē ſit cor hominis,oportuna eſt materia vt hic diſſeratur. Primū ergo punctum eſt ſcire,auditorem moueri à concionatore vnde proueniat.pa.12.col.1.b c.

Item ꝙ auditoris tunc mouetur voluntas, ſi prius eius vincitur intellectus. pa.12.col.1.c.

Itē,ꝙ mouere auditorem, victoria quædam concionatoris eſt,pa.13,col.2.c.

Item non mouentur in concione auditores, quia eos non docent legem. Docere enim potentiſſima eſt concionatoris pars,pa.14.col.1.a b,& ſequentibus,& pag.12.col.2,a b. & p.13.col,1.a & col.2.c.

*Exiit qui ſeminat.*

Sicut à ſeminatore digeſto,& iam in arte ſeminandi artifice,ſemen ſpargendū eſt ſic à ſapientioribus expectanda eſt cōcio.p.15.c.1,a.

*Non referunt fructum.*

Auditoris prudētia qualis eſſe habeat in cōcione,vt fructum ferre poſſit,pa.15.col.2.b.

*Semen eſt verbum Dei.*

Sicut panis,homini corporalem vitam præſtat,ita hoc panis ſemen vitam æternam homini præſtat,pa.24.col.2,a b c.

Quia qui audit verbum Dei, iam ſignaculū in ſe habet ad vitam æternā.pa.24. col.2. b c.



LEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

*Exiit qui ſeminat.*

Paſtoris officium, eſt ſeminatoris officium, pag.22.col.2.b c.

*Et non referunt fructum.*

Quare verbũ Dei, non fructificet, in auditoribus. Eſt vtique, quia multi ſeſe concionatores exhibent, non ex zelo ſed ex nimia auditate ſui, pa.18.col.2.a b.

*Semen eſt verbum Dei.*

Verba Dei, qualiter animę vitam æternam prẽſtent, pa.23.col.2.a b c, & ſequentibus per totum caput.

*Et non referunt fructum.*

Quare verbum Dei, non imprimat & fructificet in auditoribus, eſt quidem prædicatorum morbus, pag.28.col.2.a b.

*Et non referunt fructum.*

Impeditur fructus ſeminãtis quia inter prædicatores & paſtores, contentiones oriantur. pa.30.col.1.b c.&.col. 2.a b.

Item impeditur fructus, quia doctrina moralis nõ eligitur, ſed curioſa, pa.386.co.2.& deinceps, pa.391.col.1.b c.& 392. colu.1. b c.& col.2.a b.

*Et fructum non referunt.*

Vt verbũ Dei fructificet, qualis habeat eſſe, cõcionatoris oratio. p.7.co.2.b c.& p.8.c.1.a.

*Et fructum non referunt.*

De hac materia, quæ docere verbũ Dei eſt: vide omnia, quæ de auditorib⁹, et de docere, in tabula ſunt poſita, littera, a, verbo auditor , & littera, d, verbo doctrina & docere, & in littera, p, verbo prædicare & prædicator, itẽ in littera, c. verbo concionator. .

*Vobis datum eſt noſſe, myſterium.*

Apoſtolorũ cũ Chriſto amicitia , cauſa fuit ſibi detegendi myſteria, pa.65. col.2.c.

*Aliud cecidit in terram bonam.*

Auditores, quomodo verbũ Dei à cõcionatorib⁹ diſpoſitũ accipere debet, p.54.c.2. b.c.

Auditoris modus & induſtria , vt ex cõcionis verbis fructũ percipere poſſit. pag.67.col. 1.c.& col.2.a b c.& pa.68. col.1.a b c.

*Vobis datum eſt noſſe.*

Fidei myſteria, legis præceptoribus datũ eſt curioſi⁹ indagare. p.52.c.1.a b c.& col.2.a b c.

Vulgi tamẽ hominibus, nõ eſt datũ myſteria ſic cognoſcere. Nã in lege chriſtiana, alij ſũt legis præceptores alij auditores, pa.53.co.2.a.

Scripturã cognoſcere nõ cuicumq; cõmodatur ſtomacho, pa.56.col.1.a b c.

Legem ſcire tenentur alij vt præceptores alij vt auditores. pa.60.col.2.a b.

Scripturæ lectio & cognitio, eis dũtaxat cõceditur qui ſciẽtię et diſcretionis dẽtes obtinẽt p.55.co.2.b c.

*Ediſſere nobis parabolã.*

Myſteria obſcura, ſupra hominis ſenſum, Deus eſſe voluit vt hominis infrænaret intellectum. pa.51.col.1.a b.

*Verbum retinent, & fructum afferunt.*

In memoria retinetur, quomodo memoria vti debeat auditor diuini verbi, in cõcione. p. 67.col.2.a b.

*Natum aruit.*

Sæpe ex cõcionatoris inſufficiẽtia, verbum Dei in contẽptũ venit, pa.7.col.1.a b.

Prædicator vtcũque dixiſſe, contentus eſſe nõ debet, pa.7.col.2.b.

*Exiit qui ſeminat.*

In varias partes, ſic in prædicatore, varius exigitur dicẽdi modus, pa.9.col.2.b c.

*Vobis datum eſt noſſe myſterium.*

Explicantur hæc verba, pa.56.col.2. b c. & 57.col.1.a b c.

*Semen eſt verbum Dei.*

Explicantur hæc verba, pa.55.col.1.a b c.

*Vobis datum eſt noſſe myſterium.*

Hoc fuit quia humiles & paruuli euangelici erãt. Vnde qui ſint iſti paruuli, quibus Deus myſteria detegit, pa. 44.col.1.a.

Humiles, cor ſcripturæ penetrare merentur pa.44.col.1.a.

*Natum aruit.*

Quia doctrina eſt ſterilis, vel curioſa, aut impertinẽs, nõ moralis, vnus quiſq; cõcionator ad ingenij ſui talẽtũ doctrinã eligit. p.87. col. 1.a.b.

*Natum aruit.*

Quia cordis terrã nõ diſponũt, quia curioſitate diſponũt: quia res fidei et diuinę ſinceritate & obediẽtia percipi habẽt. p.50.col.2.c.

*Vobis datum eſt.*

Nã ſæcularibus & ſimplicibus, ſcripturę myſteria tractare pericoloſus eſt gladius. pa. 36. col.1.a b.& p.37.co.1.&.2.per totum.

Scripturæ ſacræ cognitio, quibus venenũ ſit & nociua. pa.37.co.2.p totã, & p.38.c.1. a b.

*Cæteris autem in parabolis.*

Nã à ſapiẽtibus & prudẽtibus huius ſæculi abſcondũtur. pa.44.col.1.a.

Itẽ vobis datũ eſt, non omnibus , nã in hoc ſorte ſua & talento cõtẽti eſſe debẽt homines pa.65. col. 1. a b.

Itẽ vobis datũ eſt, nã ſacra doctrina nõ omnium legentiũ cibus eſſe poteſt. p.68.c.1.b c.

*Qui corde bono & optimo fructum afferũt.*

Ex corde optimo fructus naſcitur, nam affectio cordis virtutis anima eſt & vita, pag.238. col.2.a b c & 239.col. 1.b c.

Vide de hoc in feria quarta cineris.

*Vobis datum eſt noſſe myſterium*

Chriſti amicitia cum diſcipulis , in

cauſa fuit, ſibi ſecreta et ſacramenta aperiendi. pag. 245. colu. 1. b c. et col. 2. a b.

*vobis datum eſt.*

Quia amicorum conditio eſt, nihil ſibi ſecreti reſeruare. pag. 245. col. 2. a b.

*Quod autem cecidit inter ſpinas.*

Diuitiæ ſunt, ſpinæ in quibus homo cæcus efficitur, et ſuffocatur et captiuatur, ne diuini verbi fructum proferat. Vnde diuitis auari cæcitas & dementia, plene deſcribitur. pa. 262. col. 1 a b c. et, col. 2. a b.

Diuitiæ compedes ſunt ipſius hominis. pa. 262. col. 2. b.

Item diuitiæ hominem captiuant & ſeruũ reddunt. pa. 262. col. 1. a b c.

Itẽ diuitiæ ſunt quæ imperãt, et homo qui obedit, pa. 262. col. 1. a b c.

*Audientes fructum afferunt in patientia.*

Nõ ſat eſt audire & credere, ſed oportet fructum afferre: nam fides operibus ſocianda eſt pag. 244. col. 1. a.

*Qui corde bono & optimo audientes:*

Terra huius ſeminis, cor hominis eſt, nã verba Dei ibi inſidere debent. Quare autem lex noua, in corde hominis ſcripta eſt, & non in tabulis lapideis, ſicut vetus, pa. 247. col. 1. a b.

*Qui corde bono & optimo.*

Cordis affectionẽ & ſpiritum, Deus ab homine in virtute fructificanda petit. pa. 238. co. 2. b c. & pa. 239. col. 1. a b c.

*vobis datum eſt noſſe myſterium.*

Explicantur hæc verba, pag. 293. col. 2. b.

*Exiit qui ſeminat.*

Parabola hæc de ſeminatione tritici, explicatur, pag. 520. co. 1. b c.

*Ediſſere nobis parabolam iſtam.*

Interrogare habet ſapiens concionator, nã prædicator ſuo proprio ingenio fretus, in periculo eſt, pa. 290. col. 1. a.

*Exiit qui ſeminat.*

Hæc ſeminantis parabola, explicatur, pag. 283. col. 1. b c. & 287. col. 1. a b.

*Ediſſere nobis parabolam.*

Nam magni negocij eſt: verũ ſcripturę ſenſum tenere: & ideo interrogabant, quia id prędicaturi erant. Siquidem improprium ſenſum ſcripturæ prædicare grande degenerat inconueniens, pa. 304. col. 1. a b.

Et ideo interrogant, quia ſuo non fidebant ingenio, ſiquidem ingenij proprij confidẽtia hæreſim parit.

*Ediſſere nobis parabolam.*

Humiles ſunt, interrogando, quia concionatores eſſe habebant. Nam abſque humilitate, impoſsibile eſt, in prædicationis officio proficere. pag. 291. col. 2. b c.

*Semen eſt verbum Dei.*

Forma audiẽdi verbũ Dei. pa. 235. co. 1. a b.

*Exiit qui ſeminat.*

Hoc euangelium, ſeminandi in varias terræ partes, explicatur, pa. 279. col. 2. a b c.

*Aliud cecidit inter ſpinas.*

Diuitum frænesis, & excęcata mẽs, deſcribitur, pagina. 302. columna. 2. b c. & 303. col. 1. a b c.

Item diuites qualiter diuitijs vti debeant explicatur, pagina. 330. colum. 1. c. & colu. 2. a b.

Item diuitum ruſticitas, & beſtialitas depingitur, pa. 333. col. 1. c. & col. 2. a.

Quòd Chriſtus Dei exiſtat filius, & quòd verus ſit Deus, plurima ſunt teſtimonia, pag.197.col.1.c.& col.2.et deinceps.

*Non eſt hic homo à Deo.*

Mentiebantur, nam miracula Chriſti eum verum Deum oſtendebant, pa.201.col.2.a b c,& pa.202.col.1.a b c

*Lutum poſuit ſuper oculos eius.*

Hiſtoria hæc, quomodo Chriſtus huius cęci nati oculos aperuerit, exponitur, pag.173, col.1.a b c

*Quis aperuit tibi oculos?*

Oculi quid ſignificent, pag.103. col.1.a b

*Hunc autem vnde ſit, neſcimus.*

Poſtquam ſapientes erant, in ſcriptura habebant vnde eſſet, ſed tamen propter eorum ſuperbiam non intelligebant, quia ſuperbi legentis pœna eſt, in ſtudio ſacræ ſcripturæ, ꝙ verus ſenſus ab eo fugiat, pa.169.col.2.b c,et pa.170.col.1.a b c,& col.2.a b c,& pag.171.col.1.a b c.& vſque ad pa.177.

*Sed ſi quis Dei cultor eſt, & voluntatem eius facit.*

Qui hæc facit, ſcilicet Dei eſſe cultorem, & voluntatem Dei complet, quem Deus exaudit, homo eſt ſincerus, hæc ſiquidem ſinceritas maximè Deo complacet, pa.177.col.2.a

Hæc enim ſinceritas Dei imaginem gerit, pa.177.col.2.a b

*Non eſt hic homo à Deo.*

Quòd hic homo non ſolùm ſit à Deo, ſed quòd Deus ſit, oſtendunt verba: nam verba Chriſti ipſius Dei virtutem & ſaporem continebant, pa.111.col.1.a b

Item quia vita Chriſti in genere moris admiranda inter homines fuit, pa.202.col.1.b c

*Præteriens Ieſus.*

Huius hiſtoriæ de cæco nato, explicatur ſenſus, pa.320,col.2.b

*Non eſt hic homo à Deo.*

Curioſitatis & malignitatis vitium hoc habet, ſcilicet ex malo bonū ſugere: ſicut iſti fecerunt, nam ex bono Chriſti opere malum eduxerunt, dicentes, Non eſt hic homo à Deo, pa.425.col.2.b c

*Tu credis in filium Dei?*

Nihil aliud ab homine exigebat Chriſtus pręter fidei ſinceritatem: fidei enim ſinceritas maximè commendatur, pa.414.col.1.a b c,& col.2.a b c

Vnde fides centurionis maximè commendatur, pa.414.col.2.a b c

Qualis autem habeat eſſe fides hæc, vide in tabula litera f.verbo fides.

*Poſuit lutum ſuper oculos eius.*

Oculi ratio hominis & ſapiētia eſt, pa.460.co.1.a b c. Quam Deus luto perungit, quia veritatibus diuinis, quæ ſupra ſuam ſunt capacitatem infrænat, vnde intellectum noſtrum infrænare, quid ſit, pa.490.col.1.a b c

*Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna facere?*

Hoc veriſsimè dictū eſt, nā quod in homine Dei ſit ſpiritus agnoſcitur, ſi de ſe fructum aliquem extra producat, pa.380.col.2.a b c

*Luto liniuit oculos eius.*

Quàm ſilēter & humiliter permiſit ſe cæcus iſte luto liniri, nihil interrogans aut reſiſtēs, videns quod lutum eſſet, mirandum eſt: quandoquidem ſalus hominis non in intelligendis fidei articulis conſiſtit, ſed in eis humiliter & reuerenter recipiendis, pa.413.col.2.a b c.

Quia ſcripturæ ſanctæ myſteria non ſuperbè, ſed verecundè & humiliter aſpiciēda ſunt, pa.426.col.1.a b c,& col.2.a b

*In peccatis natus eſt totus.*

Quia veritatem ſibi dixerat, odio eum habuerunt: vnde veritas quomodo odium parit, pa.678.col.2.b c.& 679.col.1.a b c

*Da gloriam Deo.*

Hoc Phariſæorum dictum ad cæcum natū, quomodo intelligitur, pa.637.col.2.c

## FERA VI. POST III. DOminicam quadrageſimæ

### Euangelium.

¶ Erat quidam languens Lazarus. Ioan.11.cap.

*Ecce quem amas, infirmatur.*

DE hac euāgelij hiſtoria, vide ſermonem integrum, vbi hæc hiſtoria exponitur à principio vſque in finem, pag.335.col.1.b.& deinceps.

*Ecce quem amas, infirmatur.*

In primis verbis ſtatim amor Chriſti ad Lazarum oſtenditur, vt demōſtret inter Chriſtum & hos fratres grandem eſſe amorem cōtractum: nam Chriſtus à nobis amorem expoſcit, quia ipſe priùs amorem dedit, pag.239.col.1.b c

Quia cordis affectionem & ſpiritum Deus à ſuis ſemper exigit amicis, pa.238.col.2.b c,& pag.239.col.1.a b c

*Ego credidi, quia tu es Chriſtus filius Dei viui.*

Antequam Martha crederet Chriſtū Deū eſſe,

eſſe,eius verbis quodammodo diſputādo reſiſtebat:ſed poſtquam credidit, tota humilis & ſubiecta manſit: ſiquidem naturæ diuinæ contemplatio & cognitio, humilem valde hominem relinquit,pa.192.col.2.a b c

*Soluite, & ſinite eum abire.*

Nodos conſcientiæ ſoluere,& legis intima & curioſa indagare:quare ſolùm legis præceptoribus conceditur,pa.52.col.1.a b c, & col.2.a b c

*Ecce quem amas,infirmatur.*

Mirum eſt negotium, nam ſi amicus erat, quare infirmari ſinebat, quia temporalia bona ab antiquis Deus promiſit,ab amicis autē & nouæ legis profeſſoribus retraxit,pag.237.col.1.b c,& col.2.a

*Ego ſum reſurrectio & vita.*

Quia Chriſtus erat vita, hinc omnia quæ in ipſo erant, vitam dabant, et maximè eius verba,pa.24.col.2.a b c,& pa.23.col.2.a b c,& per totum caput,et pa.111.col.1.a b

*Iam fetet,quatridianus enim eſt.*

Per fetorem & putredinem defuncti huius vitæ Chriſtianæ corruptio maxima deſignatur: quam corruptionē & fœtorem vide pag.140.col.1.a b c,& col.2.a

Quare autem tam corrupta ſit noſtra hac tēpeſtate vita Chriſtianorum,vide pag.140.co.2.b c,et pa.141.col.1.a b c

*Ecce quem amas,infirmatur.*

Amor quo diligēdi ſunt amici,eſt quidem amicitiæ amor,non concupiſcentiæ,ſicut modò mundi amatores vtuntur,vide de hoc in indice litera a,verbo amor.

*Ecce quem amas,infirmatur.*

Pauca ſunt verba, quæ de Lazaro Chriſti amico ſibi proponuntur, nam vera amicitia paucis abundat verbis,pa.335.col.2.a b c

*Ecce quem amas,infirmatur.*

Pauca amico ſufficiunt verba,nam amicus de indigentia amici ſolicitus eſſe debet, pag.335.col.2.a b c

*Ecce quem amas, infirmatur.*

In Dei amicitia pauca conſumuntur verba, mundi tamen amicitia hodierna non niſi linguæ garrulitas quædam eſt. pa.336. col.1.a b

*Ecce quem amas, infirmatur.*

Mirum eſt, quòd cùm Lazarus Chriſti eſſet amicus,infirmari permitteret: immò quia Chriſti erat amicus,infirmitate laborabat:nā Dei hæc eſt amicitia, ſuos laboribus implere amicos,pa.336.col.1.c,et col.2.a b.

*Nonne duodecim horæ ſunt diei?*

Quaſi dicere vellet,iſtorum Iudæorū malitia de malo in melius vertibilis eſt, ſicut cælum in duodecim horis variatur maximè: vnde peſsima eſt hominis conditio,de proximo ſemel malo, ſiniſtrè ſemper præſumere, pag.338.col.1.c,& col.2.a b c

*Soluite,& ſinite abire.*

Exceſſus concionatorum , in expoſitione euangelij Lazari reſuſcitati,pa.322.co.2.a b c

*Infirmitas hæc non eſt ad mortem.*

Infirmitas bonorum non eſt ad mortem, quia vitam non dicūtur finire, quia in melius commutant. Infirmitas autem malorum hæc eſt,ad mortem niſi reſipiſcerent, quia mors illorum propriè interitus eſt & finis, pag.338.col.1.a

*Qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, viuet.*

Quantùm ponderet ad vitam noſtram fides, et fides quomodo prima ſit vitæ noſtræ ianua,vide pag.335.col.1.b c,& co.2.a b c.

*Ecce quem amas, infirmatur.*

Hiſtoria hæc Lazari reſuſcitati ex integro à principio vſque in finem explicatur,pa.335.col.1.b.& deinceps.

Item de hac hiſtoria.pa.322.col.1.a b c.& col.2.a b c

Item hæc Lazari hiſtoria à ſanctis exponitur,pa.323.col.1.b c,& col.2.a

*Et lachrymatus eſt Ieſus.*

Motus miſericordia & compaſsione ſororum,qui enim calamitatibus proximi non flectitur,brutis eſt peior,pa.327.col.2.a b

*Vado, vt à ſomno excitem eum.*

Mors Lazari ſomnus appellatur,quia mors iuſtorum non mors,ſed ſomnus potiùs eſt appellanda.pa.337.col.1.a b c,& col.2.a

*Vado, vt à ſomno excitem eum.*

Mors bonis,quare gaudium & ſolatium eſſe debet,malis verò dolor & triſtitia,pa.337.col.2.b c

*Vado, vt à ſomno excitem eum.*

Mors bonorum ſomnus appellatur, & tamen mors malorum propriè mors appellanda eſt,quia ibi verè moriuntur,pa.338.col.1.a

*Nonne duodecim horæ ſunt diei?*

Sicut in duodecim horis diei cæli mutatio eſt,ſic hominis malitia de malo in melius mutabilis eſt.pa.338.col.1.b c,& col.2.a

*Lazare veni foras.*

Propoſitum & intentū quare Chriſtus Lazarum reſuſcitauit.pag.322.col.1.b c,& c.2.a

*Tollite lapidem.*

Pœnitentiæ ſacramenti cōditiones hic tractant ſancti,pa.323.col.1.b c.& col.2.a

*Nonne duodecim horæ ſunt Diei?*

In quibus homo de malo in melius mutabilis eſt,nam de proximo ſemel malo ſemper ſiniſtrè

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

ſiniſtrè præſumere, non hominis ſed dęmonis eſt proprietas, pa.339.col.1, a b c

*Ambulate dum lucem habetis.*

Veritas diuina, hæc lux eſt indeficiens, quæ hominẽ ſemper illuminat, & dirigit. pa. 339.col.2.a b c

Item hæc veritas, ſcutum eſt, in quo labores, & omnes mundi perſecutiones franguntur, pag.339.col.2.a b c, & 340.col.1.a b c, & col.2.a b

*Ecce quem amas, infirmatur.*

Sub nomine amici ſalus à Chriſto petitur: amicitia vera quæ ſit inter homines, deſcribitur, pa.509.col.1.a b

*Qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, viuet.*

De fide, & qualis debeat eſſe, vide in tabula litera f. verbo fides.

*Ego credidi, quòd tu es Chriſtus filius Dei viui.*

Eadem fuit confeſsio Petri, quòd Chriſtus filius eſſet Dei viui, pa.464.col.2.b c

*Nonne duodecim horæ ſunt diei?*

Etiamſi mali ſint, Chriſtus eos tolerat, & ſpectat, quia eos lucrari vult, & ex malis bonos eos facere: nam hęc habet eſſe hominis induſtria, videlicet ex malis hominibus bona quæ latent educere, ſicut à feris pretioſa educimus, pa.404.col.1.a b c, & col.2.a b c;

*Pater ſancte gratias ago tibi.*

Orationi maximè inſiſtendum eſt, vt concionator prædicationis intelligentiam conſequatur, pa.456.col.1.a b c, & 457.col.1.a b c, & col.2.a b

Vnde oratio præcipuum eſt cõcionatoris ſtudium, pa.578.col.1 b c, & col.2.a b

Vnde petite & accipietis, quomodo intelligitur, pa.578.col.2.b c

*Ego credidi, quòd tu es Chriſtus filius Dei viui.*

Quod Chriſtus dicebat, humiliter et deuotè Martha recipiebat, quia ſcripturæ ſanctæ myſteria non ſuperbè, ſed verecũdè & humiliter aſpicienda ſunt, pag.426.col.1.a b c, & col.2.a b

*Vado, vt à ſomno excitem eum.*

Sanctorum vita, non ſolùm in morte, ſed in vita ſomnus quidam fuit, pag.443. col.1.b c, & col.2.a b c

Quia ſanctorum vita, quaſi dormientes, ſapientiam, in Chriſti pectore reclinati ſuxerũt, pa.442.col.2.b c, & 443.col.1.a b c

*Nonne duodecim horæ ſunt diei?*

Per rerum naturalium ſimilitudinem, eorũ agebat inſtructionem, nam veritates diuinas rationibus naturalibus confirmare valde cõcionatori conducit, pa.492.col.2.a b c

Item quia veritates euangelicas philoſophicis illuſtrare doctrinis concionem non denigrat, ſed illuſtrat. pa.403.col.1.c, et col.2.a b c. et pa.404.col.1.a b c

*Nonne duodecim horæ ſunt diei?*

Chriſtus eos ad pœnitentiam expectabat, quia veluti infirmos tolerabat, vt cõuerti poſſent: auditor enim in concione poſitus, infirmus eſt, et more infirmi reficiendus, importunitate curantis, pag. 516. col.2. a b c, et 517. col.1.a b c, et pag. 557.col.2. b c, et 558. col. 1.a b c

*Nonne duodecim horæ ſunt diei?*

Eos mirabiliter tolerat & ſuſtinet, donec conuertantur: nam concionator more venatoris peccatorem inſequi debet, quouſque eum apprehendat, plene deſcribitur, pa. 518.col. 1.c, & col.2.a b c

*Sed pro gloria Dei.*

Gloria quomodo variè in ſacris accipitur literis. pa.637.col.1.& col.2.

*Et lachrymatus eſt Ieſus.*

Mortem Lazari amici flebat, vnde de morte proximorum quomodo maximè ſit dolendum, pa.652.col.1.a b c

*Lachrymatus eſt Ieſus.*

Multoties legitur Chriſtum lachrymaſſe, & nunquam ridiſſe, vt homini oſtenderet, plures eſſe in mundo homini cauſas plorandi, quàm ridendi, pa.652.col.1.a b c, & col.2.a b

*Nonne duodecim horæ ſunt diei?*

Tolerat eos, vt conuertantur, nam etſi mali, atque peruerſi, nulla res tam vilis eſt, quæ non arte elaborata reſplendeat, pa.660. col. 1.a b c, & col. 2.a b c, & 661.col. 1. a b c, & col. 2. a

*Ambulate dum lucem habetis.*

Id eſt, ne ſtetis, ne ſedeatis, ne in virtute deſides ſitis, dum dies eſt: nam tepiditatis vitiũ enorme admodum eſt, quod vide pa.653.co. 2.c, & 654.col.1.a b c, et col.2.a b c

## DOMINICA IN PASSIONE.

Euangelium.

¶ Dicebat Ieſus turbis Iudæorum & Principibus ſacerdotũ: Quis ex vobis arguet me de peccato? Ioan.8.cap.

*Nunc cognouimus, quia dæmonium habes.*

RES mira eſt, quia tum tẽporis quãdo eorum mens et intellectus aperiendus erat, vt eum ſicut Deum cognoſcerent, dæmonium habere fatebãtur, in cauſa eſt, habere in incraſſatum cor, pa.172.col.2.b c

Qui

REX ... ALEXANDER ... FERDINANDUS

# Dominica in paſsione.

*Qui ex Deo eſt, verba Dei audit.*

Verba Dei in concione docenda eſſe demonſtrat, & non vana, ſterilia, & curioſa, pa. 141. col. 1. a b c

Et hinc deliramẽtum eſt concionatorum, dum ſacram non prædicant ſcripturam, pag. 142. col. 1. b c

Et ita dolendum eſt, concionatores ſcripturæ ſacræ imaginem auditoribus non proponere, pag. 151. col. 1. c. & col. 2. a

Quia doctrina concionatoris diuini verbi teſtimonijs corroborata, vim magnam & efficaciam habet, pa. 157. col. 1. a b c

*Verba Dei audit.*

Nam verba Dei ſunt, quæ fortiùs rebellem hominis animum vincunt & proſternunt, pa. 98. col. 2. b c

Euangelij Dei grandis virtus, pa. 101. col. 2. a b c

*Ero ſimilis vobis mendax.*

Iſti erant legis præceptores & prædicatores, falſi tamen & mendaces: quia falſos præceptores & prædicatores ſæpe permittit De⁹, & quare, pa. 201. col. 1. a b

*Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu.*

Confidentiam ſuam fatebantur, quòd rectè de Chriſti vita malè iudicaſſent: quandoquidem ſic eſt, quòd ingenij confidentia hereſim parit, pa. 187. col. 1. b

*Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?*

Quòd veritas legis Chriſtianæ maximè ſit rationi conſona, vt credenda ſit, plenè depingitur, pa. 197. col. 1. a b c, & 198. col. 1. a b c. & col. 2. a b c, & pa. 199. col. 1. a b c

*Ego dæmonium non habeo.*

Notanda eſt Chriſti patiẽtia, nã legis Chriſtianæ arma patientia eſt, pa. 204. col. 1. a b

*Quis ex vobis arguet me de peccato?*

Quaſi dixerit, ſi naturæ meæ conditionem & vitæ attenderitis perfectionem, confuſi & obſcuri manebitis: nam in naturæ diuinæ contemplatione omnis hominum ſtatus vileſcit, pa. 193. col. 1. & 2. per totum, & pa. 194. co. 1. & 2. vſque in finem.

*Qui ex Deo eſt, verba Dei audit.*

Prædicator nõ ſuis verbis tantùm, ſed Dei verbis, & ſacræ ſcripturæ teſtimonijs præcipuè agere debet, quia negotium de quo tractat, grauiſsimum eſt, pa. 143. co. 1. b c. & c. 2. a

*Verba Dei audit.*

Prædicator qui Dei verba non docet, animæ ſalutem ab auditoribus aufert, pag. 154. col. 1. a b

*Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico patrem meum.*

Notanda eſt Chriſti in irrogata iniuria tolerantia: eſt enim conditio religioſi viri, qui iam culmen perfectionis attigit, nullis mundi percuſsionibus diminui, pa. 149. co. 1. & 2. p totã.

*Qui ex Deo eſt, verba Dei audit.*

Verba Dei audire expedit, quia diuina verba tam efficacia ſunt, vt hominem vincant ad arduas fidei veritates amplexandas, pag. 143. col. 2. b c

Item Dei verba audire expedit, quia verba hominum de ſe vacua ſunt & incerta, pag. 153. col. 2. c

*Si veritatem dico vobis, quare non creditis?*

De veritate legis Chriſtianæ diſſeritur copioſe, pa. 198, col. 1. b c, & col. 2. a b c

*Quis ex vobis arguet me de peccato?*

Vitam ſuã Deus, quia puriſsima erat, ſuis inimicis examinandam præbebat, quãdoquidem vita, chriſti in genere moris, admiranda inter homines fuit, pa. 202. col. 1. b c

*Benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes.*

Notãda eſt peſsima iſtorum lingua, lingua hominis malè caſtigatur, pag. 269. col. 2. a b

*Qui ex Deo eſt, verba Dei audit.*

Forma audiendi verbum Dei pag. 235. col. 1, a b

*Ego non quæro gloriam meam.*

Hæc mundi gloria inanis fugienda, & non quærenda eſt, & ſic homines maximè incipiẽtes in virtute, quomodo ab inani gloria ſeſe defendere habeant, explicatur, pag. 337. col. 2. b c. & 338. col. 1. a

*Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum.*

Incarnationis Chriſti veritas à ſanctis patribus per omnem ſcripturam ſacram, vſque ad euangelium depicta eſt, pag. 293. col. 1. b c, & col. 2. a b c

*Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum.*

Ab antiquo eſt Chriſti progenies deſignata: et hinc eſt, quòd veritates ſcripturę ſacræ diuinas eſſe & illuſtres ex hoc colligitur, quòd in patriarchis & figuris, et ſacrificijs, & ꝓphetarum vaticinijs extiterint adumbratæ, pag. 295. col. 2. a b

*Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum.*

In ſanctis patribus et patriarchis agnoſcebatur Chriſtus, ſicut homo per faciem, nã facies Dei ſunt Patriarchæ, Prophetæ, et Apoſtoli, pa. 296. col. 1. a b c

Nonne

*Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu.*
Ex Chriſti verbis non Samaritanum eſſe, ſed Deum eſſe colligendum erat: ſed hęc eſt malignitatis & curioſitatis vitium, quòd malum ex bono ſugerit, & paulatim hæreticum facit et mordacem. pag. 425. col. 2. b c

*Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi.*
Euangelia, veritatis & rationis naturalis, flores quidam ſunt, pag. 411. col. 2. a b c

Vnde euangelica præcepta quomodo ex veritate et ratione naturali oriantur. vide pa. 411. col. 2. c, et 412. c. 1. a b c. et col. 2. a b c, et deinceps.

*Ego non quæro gloriam meam.*
Laus propria quomodo fugienda, et quæ dicatur laus propria, pag. 379. col. 1. a b c

*Non auditis, quia ex Deo non eſtis?*
Nō audiſſe eius ſermones dicit, etiamſi eis ſæpe affuiſſent, quia auditor qui in concione non mouetur ad aliquid operandum, ſermonem non audiſſe dicitur, pag. 642. col. 1. b c, et col. 2. a b c, et 643. col. 1. a b c

*Quia ex Deo non eſtis.*
Non audire, Iudęos Chriſtus reprehendit, quia ex Deo non erāt, quomodo intelligitur, pag. 643. col. 1. a b

*Quia ex Deo non eſtis.*
Aſperè eos tractat, quia auditor peccato infectus velut brutum animal in concione mouendus eſt ictibus et percuſsionibus. pag. 658. col. 2. b c, et 659. col. 1. a b c

Item aſperè eos tractat, quia peccatoribus in peccato ſubmerſis, non ſubtilia, ſed amara et rigida ſibi proponēda ſunt. p. 514. c. 1. a b c

*Propterea non auditis, quia ex Deo non eſtis.*
Explicantur hæc verba. pa. 644. col. 2. a b

*Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?*
Quaſi eos reprehenderit, quòd veritatē audientes, deberent omnino conuerti, quia hoc veritati debetur, vnde veritas quid ſit, et quā efficaciam et virtutem habeat. pa. 518. col. 2. a b c. et pag. 519. col. 1. a b c

*Abrabam pater veſter exultauit, vt videret diem meum.*
Vnde conſtat, quòd patres teſtamēti veteris, ſuis factis & dictis figurę denominentur, pa. 527. col. 2. a

## FERIA IIII. POST V. DOminicam.

Euangelium.

¶ Facta ſunt encenia in Hieroſolymis. Ioan. 10.

*Ego vitam æternam do eis.*
VErba Chriſti quomodo dant vitam æternam, vide pag. 24. col. 2. a b c. & pag. 23. col. 2. a b c, & per totum caput.

*Oues meæ vocem meam audiunt.*
Auditoribus quomodo datum eſt ad modum ouium ſincerè verbum Dei audire, pag. 60. col. 2. b c

Curioſi & examinatores fidei, ſunt extra conditionem ouium, & peius de fide ſentiūt, pag. 49. col. 2. b c

*Oues meæ vocem meam audiunt.*
Oues panem & herbam à paſtore ſincerè accipiūt, ſicut ipſe porrigit: ſic auditores quomodo verbum Dei à concionatoribus diſpoſitum accipere debent, pa. 54. col. 2. b c

*Facis teipſum Deum.*
Chriſtus ſtatim quòd in mundum eſt ingreſſus, ſe Deum appellauit, & vſque in hodiernum diem perſeuerat, quod veritatis eſt maximum teſtimonium, quòd ſcilicet Deus ſit verus. 199. col. 2. a b c, & pa. 200, co. 1. a b c

Et inde eſt, quòd deos ſe appellantes, illico Deus deiecit, pa. 199. col. 2. a b c. & pag. 200. col. 1. a

*Si deos dixi, ad quos ſermo Dei factus eſt.*
Sermo Dei, homines deos facit, quia profectò euangelij viuendi forma, angelorum potiùs, quàm hominū eſt, p. 29. col. 1. c, & c. 2. a b

*Et non poteſt ſolui ſcriptura.*
Quare ſcriptura non poſsit ſolui, ſed quòd euangelij veritas perpetua eſſe debeat, pag. 204. col. 2. a b

*Si non facio opera patris mei.*
Imago patris, Dei exiſtit filius. pag. 110. col. 2. a b

*Si non facio opera patris mei.*
Miracula Chriſti validiſsimum contra malos erunt teſtimonium, pa. 202. col. 1. a

*Et non poteſt ſolui ſcriptura.*
In his verbis legis noſtræ certitudo maxima intimatur, pa. 200. col. 1. c, & col. 2. a b c

*Operibus credite.*
Opera miraculorum Chriſti, eum verum Deum oſtendebant, pag. 201. col. 2. a b c, & pa. 202. col. 1. a b c

*Oues meæ vocem meam audiunt, & ego vitam æternam do eis.*
Paſtoris, ſubſtantia & officium, in quo maximè conſiſtat, plenè deſcribitur, pa. 22. col. 2. a b c, & ſequentibus.

Paſtor malus, in quo ſuis ouibus damnum irrogat, pa. 130. col. 1. a b

Item paſtoris officium, pa. 141. col. 2. a b

*Oues meæ vocem meam audiunt.*

Sicut

Sicut oues ſincerè paſtoris audiunt vocem, ſic res diuinæ à Chriſtianis fide & obedientię ſinceritate percipi debent.pa.50.col.2.c

*Ego vitam æternam do eis.*

Hæc vita æterna.præter eam quæ in viſione diuinæ eſſentiæ conſiſtit,eſt etiã vita æterna, quam in ſua ſibi præſtabat doctrina : nam eius verba vitam æternam auditoribus præſtant: nam beatitudinis imago & ſplendor in ſacræ ſcripturæ cognitione reſplẽdet,pa.108. col.1.a b c

Scripturæ ſanctæ ſolatium maximum plenè deſcribitur,pag.111.col.2.a b c

Item vide in verbo ſcriptura in tabula.

Item in verbo vita,in tabula.

*In lege veſtra ſcriptum eſt.*

Quare Chriſtus in ſuis dictis & factis ſacras allegauerit ſcripturas.pa.200.col.2. a b

*Ego vitam æternam do eis.*

Verba Chriſti dant vitam æternam,pa.24. col.2.a b c

Item verba Dei qualiter animæ vitã æternam præſtant,plenè deſcribitur. pa.23. col.2. a b c.& pa.111.col.1.a b

*Vos non creditis,quia non eſtis ex ouibus meis.*

Prima virtus, in qua quòd aliquis ſit ouis Dei cognoſcitur,eſt fides:nam fides prima eſt vitæ noſtræ ianua, pag. 335.col.1.b c, & col. 2. a b c

*Oues meæ vocem meam audiunt.*

Sola Chriſti vox dulcedinem & ſuauitatẽ ouibus faciebat,vt illum ſequerentur:ſiquidẽ Dei gubernatio dulcedinem ficus, & oliuę lenitatem habet.pa.282.col.1.c

*Vos non creditis,qui non eſtis ex ouibus meis.*

Per fidem homo ouis Dei fit, quia per fidẽ ſubijcitur Deo,& ingenij proprij arrogantia & confidentia abijcitur : nam ingenij proprij confidentia hęreticum hominem & rebellem fidei facit,,pa.291.col.2.c.& 292.co.1.a.

*Ego & pater vnum ſumus.*

Filius Dei quomodo patris ſui ſapiẽtia ſit. pa.311.col.2.b c,& pa.312.c.1.a b c,& c. 2.a

Et quomodo pater vnum ſit cũ filio, & maior dicatur filio,pa.286.col.2.b c.& 287.c.1.a

*Oues meæ vocem meam audiunt.*

Sicut oues manui paſtoris relinquũtur, ſic auditorum eſt officium, doctrinam quam doctores & prædicatores docent, omni ſinceritate & ſubiectione reuerẽter recipere,p.377. col.2.a b c,& 378.col.1.a b

*Loquor vobis,& non creditis.*

In fide rebelles ſunt non ſolùm qui nõ credunt,ſed curioſi etiam dicuntur. pa.414. col. 1.c,& col.2.a

Vnde fidei ſinceritas maximè commendatur,pa.444.col.1.a b c,& col.2.a b c

Vnde in fide, Apoſtoli Thomæ rebellio deſcribitur,pag.414.col.1.c.& col.2.a

*Non rapiet eas quiſquam de manu mea.*

Hìc inſinuatur firmiſsimus beatorum ſtatus,quàm debeat eſſe ſecurus: vnde gaudium maximum & ſecuritas homini Chriſtiano habet eſſe, talem videre ſecuritatem, pag. 413. col.2.b c.

*Subſtulerunt lapides, vt iacerent.*

Beſtiales homines iram reprimere non valuerunt,ira autem quomodo fugienda ſit, pa. 509.col.1.c,& col.2.a

*Opera quæ ego facio in nomine patris mei, teſtimonium perhibent de me.*

Quia opera legis iuſtiſsima ſunt , & iuxtà rationis dictamen operata.Siquidem lex euãgelica rationi maximè eſt conſona, pag.411. col.1.c,& col.2.a b c,& pa.413.col.2.b c

Et in tantum lex Chriſtiana recta eſt et iuſta, quòd ipſamet iuſtitia & rectitudo denominatur,pag.411.col.2.a b c

*Vos non creditis,quia non eſtis ex ouibus meis.*

Iam quia nimium rebelles erant, non dulciter,ſed aſperè eos tractat, vnde peccatorib⁹ in peccato iam ſubmerſis, quæ ſit proponenda doctrina,pa.385.col.1.a b

ſiquidem tunc dulciter alloqui,eſt concionatorem puluinaria auditoribus facere, pag. 449.col.2.a b c

*Ego cognoſco eas,& ſequuntur me.*

Oues ſuas dicit Chriſtus ſe agnoſcere, quapropter ſe egregium oſtendit paſtorem , vbi paſtoris ignorantia,qui oues nõ agnoſcit, nec cognoſcere poteſt,damnatur, maximè quando ſit ignarus,epiſcopatum anhelat,pag.482. col.1.et 2.& 483.col.1.a

*Vos non creditis,quia non eſtis ex ouibus meis.*

Hìc Chriſtus, ſicut prope ſemper, Principes et Phariſæorum principales reprehendit, noſtra autem tempeſtate cõcionatores reprehenſionem vt in plurimum in vulgares et plebeios homines dirigunt.pa.450.col.1.a b

*Si non facio opera patris mei,nolite credere.*

Hìc manifeſtè ex operibus fidem laudat, ſic enim eſt,quòd ſi ſpiritus Dei in homine aliquem fructum exterius parit, argumentum eſt,quòd in eo ſit.pa.380.col.2.a b c

Spiritus enim Dei quòd in homine ſit, agnoſcitur, ſi carnis et ſanguinis opera non habet.pa.381.col.1.a

*Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra?*

Veritates euangelicas,quare Chriſtus veteris teſtamenti teſtimonijs firmabat, pagina 534.co.1.a

*Nonne.*

*Nonne ſcriptum eſt in,lege veſtra?*

Veritates per figuras & prophetarum vaticinia firmare,eſt eas illuſtres facere et antiqui generis eſſe oſtendere,pag.533.col.2.a b

*Hipocritæ.*

Non blandè ſed aſperè eos tractat ,quia in peccato ſubmerſis,nõ blanda & ſubtilia, ſed rigida & aſpera ſunt proponenda, pag. 514. col.1.a b c

*Quouſque animam noſtram tollis?*

Anima,quomodo dupliciter accipitur,pa. 633.colu.1.a b c.

*Audito hoc verbo ſcandalizati ſunt,*

De ſcandalo,& mola aſinaria ad collũ miſſa pag,699.col.2. b c. & pag,700.col, 1.a b

## FERIA SEXTA POST QVINtam dominicam quadrageſimæ.

Euangelium,

¶ Collegerunt pontifices & Phariſæi cõciliũ. Ioannis. 21.

*Venient Romani & tollent gentem noſtrã & locũ.*

HAEC cupiditas & metus perdendi dignitatem & locũ , occidere Chriſtum fecit,ambitio dignitatum damnatur.pag.22.col.1. a b

*Tollent gentem noſtram & locum.*

Hoc eſt adulterium & concionatorum mẽdacium,ſui lucri cauſa prædicationem exercere, pag. 133.col,1,a b c

Hinc noſtris temporibus,tanta adeſt doctrinæ abundantia,quia oſtẽtationis ſui cauſa, & gloriæ,& honoris cupiditate mouẽtur,p.139 col.2.b c

*Hic homo multa ſigna facit,*

Ideo quia multa ſigna faciebat,eos credere oportebat, ſed tamen cor habebant durum & incraſſatum. Quid autem ſit habere cor incraſſatum.pag 172.col.2.b c

*Tollent gentem noſtram.*

Timebãt perdere primas ſedes, appetebãt primos accubitus & pontificatus. Hæc eſt enim noſtri temporis grandis corruptela appetendi dignitates,pag.22.col.1.a b

*Hic homo multa ſigna facit.*

Hæc ſigna maxima, quæ Chriſtus in mũdo fecit , validiſsimum contra malos erunt teſtimonium,pag.202.col.1.a

*Hic homo multa ſigna facit.*

Quare ergo non credebant , quare eorum non aperiebantur oculi,quia ſuperbi erant,& legentis ſuperbia velum quoddam eſt inter Deum & ipſum poſitum , ne intelligat , pag. 174.col.2.b c

*Hic,homo multa ſigna facit.*

Miranda erant opera Chriſti,quia miracula grandia cum verum Deum oſtendebant, 201.col.2.a b c,& pa.202.col.1.a b c

*Venient Romani & tollent gentem.*

Hic populi applauſus, & beneuolentia, & honor exhibitus,& officij dignitas, ſicut iſtos perdidit, ita concionatorem perdendi eſt cauſa,pa.189.col.1.b c,& col.2.a b c.& pag.190. col.1.a b

*Vt filios Dei qui erãt diſperſi congregaret in vnum.*

In vnum congregare, Chriſti intẽtum fuit, pax & vnitas, quæ in eccleſia fieri debebat ſummè commendatur,pa.63.col.1.a b

*Expedit vt moriatur, ne tota gens pereat.*

Quia iſtius hominis morte,tota gens viuificata eſt:vnde quia pro nobis omnibꝰ eſt mortuus, poſt reſurrectionem non nobis, ſed ſibi viuendum eſt.pa.83.col.2.c

*Vos neſcitis quicquam, nec cogitatis.*

Bene dixerunt,neſcitis quicquam,quia hãc ſcientiam Chriſti crucifixi homines non attingunt,quia ſuper excedit omnes alias ſcientias pag.97.col.1.a b c

*Tollent gentem noſtram,& locum.*

Timor perdendi temporalia, quæ poſsidebant,hoc malũ in eis cauſauit, maximè enim opus eſt temporalia bona in Dei ſeruitium dirigere,ne nos perdant,pa.145.col.2.a b

Ideo temporalia bona antiquis Deus promiſit,ſed à nobis Deus retraxit,pa.237.col.1. b c,& co..2.a

Item de hac eadem materia diuitiarum , & qualiter cum Dei benedictione poſsidendæ ſint,vide in tabula litera b,verbo benedictio.

Item in tabula litera d,verbo diuitię.

*Expedit,vt vnus homo moriatur.*

In hoc adimpletum eſt,quod in libro Iudicum habetur de arboribus, quæ inquirẽtes regem excluſa oliua, & vite, & ficu, elegerunt rathmum,id eſt regem quæ abſtulit eorum tẽporalia bona:ſic iſti Iudæi excluſo Chriſto elegerũt Romanos,qui eorũ abſtulerũt regnũ, pa.282.col.1.c

*Vos neſcitis quicquam,nec cogitatis.*

Hæc eſt inſipiẽtium hominum error, quaſi ipſi ſoli ſciant,& non alij,ſic loquuntur,ſic eſt enim,quòd ingenij proprij confidentia, hæreſim & perditionem ſuam parit, pa.291.col.2. c,& 292.col.1.a.

*Vos neſcitis quicquam nec cogitatis.*

Superbi hominis eſt locutio , putare alios nihil de rebus ſcire,niſi ipſe ſolus: ſcientia tamen prædicatoris hæc eſſe debet:quòd videlicet putet ſe nihil ſcire,niſi Chriſtum & hũc, crucifixum. p.ag.291.col.2.a b c

Vade

Vnde ſcire parum ſcripturæ humili corde, præſtantius eſt, quàm multa ſuæ ſapientiæ fidens. pa. 291. col. 2. a

Vnde prima ianua ſtudij in cõcionatore ad intelligendam ſcripturam, humilitas eſſe debet, pa. 290. col. 2. b c

*Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit?*

Hic auctoritatem Chriſti, & eius perſonæ valorem exagerant, quare omnes credent in eum: auctoritatis enim & opinio concionatoris maximè ponderat, vt auditores doctrinam amplexentur, pa. 469. col. 1. a b c

*Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit?*

Quia multa ſigna faciebat, eos credere oportebat, & tamen non ſic fuit, ſed ex ſignis diuinis mala eduxerunt: quia curioſitatis & malignitatis vitium hoc habet, quòd ex bono malum fugit, & tãdem hæreticum hominem facit, pa. 425. col. 2. b c

*Venient Romani, & tollent gentẽ noſtram & locũ.*

Temporalis lucri gratia, ne honorem & tẽporalia perderent, Chriſtum condemnarunt: vnde hic damnantur concionatores propter ſuum commodum prædicantes. pag. 448. col. 1. a b c

Vnde qui ſic prædicant, latrones vocantur, pa. 448. col. 1. b c. & col. 2. a b

Vnde tales concionatores ſeipſos prædicant, & adulteri vocantur, pag. 448. col. 2. b c. & 449. co. 1. a b c, & quàmmaxime Deum offendant, pa. 449. col. 1. a b c

Vnde tales prædicatores veritatem prædicare non audent, pa. 449. col. 1. c. & c. 2. a b c

*Vos neſcitis quicquam, nec cogitatis.*

Hos inſcios & ignaros, qui ex populi maſſa erant, decepit Caiphas: ſic enim eſt, quòd doctos homines hęretici non decipiunt, ſed ſimplices & idiotas, qui neſciunt quicquam, nec cogitant, pa. 431. col. 2. a b c

## IN ANNVNTIATIONE SAcratiſsimæ virginis Mariæ.

Euangelium.

¶ Miſſus eſt angelus Gabriel ad Mariam virginem. Luc. 1. cap.

*Aue gratia plena.*

QVAM grauibus ſanctiſsimiſque verbis ad Mariã virginem loquutus eſt, ponderandum eſt: vnde de grauitate, atque ſanctitate virginis qualiter ſit prædicandum, pa. 552. col. 2. a b c, & pa. 553. col. 1. a b c

*Aue gratia plena.*

Quare angelus his verbis diuam Virginem ſalutauit, pa. 547. col. 2. c, & 548. col. 1. a b

*Aue gratia plena.*

Mariæ virginis ſalutatio in concione, vnde ortum habuerit, vide pag. 547. col. 1. a b c, et col. 2. a b c. & 548. col. 1. a b c

*Aue gratia plena.*

Mariæ virginis ſalutatio, quantum conducat, quòd in ſermonis initio fiat, pa. 548. col. 1. b c, & col. 2. a b c, & pa. 549. col. 1. a b c, & co. 2. a b c

*Aue gratia plena.*

Breuiſsima ſunt verba, quæ angelus de virgine Maria protulit: vnde Mariæ virginis ſalutatio, quomodo in concione breuiſsima eſſe debet, pa. 553. col. 2. a b c

*Aue gratia plena.*

Quibus verbis virginis ſalutatio in concione fieri debeat, pa. 554. col. 1. a b

*Aue gratia plena.*

Quomodo virginis Mariæ ſalutatio in initio ſermonis inſtituta ſit, in confuſionem hæreticorum, qui eius derogabant virginitati, p. 546. col. 2. c, et 547. col. 1. a b c, et col. 2. a b c

*Aue gratia plena.*

Quàm ſit religioſus atq; excellentiſsimus prædicatorum vſus, in concionis initio virginem Mariam his euangelicis verbis imprecari, vide pa. 548. col. 1. b c, et col. 2. a b

*Aue gratia plena.*

Cùm in glorioſa virgine, tãtus ſit perfectionis cumulus, mirum eſt cur angelus non plura in virginis laudibus conſumpſerit verba, ſed hoc ideò eſt, quia ꝑfectè Mariæ virginis laudibus temperatè admodum prędicator ſe gerere debet, pa. 551. col. 1. a b c, et co. 2. a b c, & 552. col. 1. a b c, et 199 col. 1. b c

Nam quanto alicuius ſancti dignitas maior extiterit, tanto maiori moderamine et prudentia de eo loquendum eſt, pa. 551. co. 1. a b c, et c. 2. a b c. & pa. 550. co. 2. a b c, & 551. c. 1. a b c

Vnde quare euangeliſtæ in virginis Marię laudibus tam parcè loquuti fuerint, quòd vix vnum aut alterum verbum de ea in euãgelio protulerint, pa. 552. col. 1. c. et col. 2. a

*Ecce concipies, & paries filium.*

Marię virginis punctũ & perfectio eſt Dei eſſe matrem, pa. 551. col. 2. b c. & 552. col. 1. a b c. et col. 2. a

*Ne timeas Maria.*

Secura ex his verbis reddita eſt virgo Maria, quia ipſa ſecuritas & protectio noſtra eſſe debebat, ad quam omnes confugere habebamus: vnde tria beatæ virgini imponuntur nomina, quę noſtram eſſe protectionem et refugium ſonant, pa. 548. col. 2. b c, & 549. col. 1. a b c, & col. 2. a b c

*Turbata eſt in ſermone eius.*

E Tanta

Tanta ſiquidem erat beatæ virginis intra domum ſuam clauſura,& ab hominũ tumultibus tã ſeparata,ꝙ in verbis angeli territa eſt quãtũuis bona & honeſta verba eſſent: hoc enim erat bonum virginis nomen, nullum ſibi nomen inter homines retinere,nam mulieris bona opinio eſt nullam ſibi retinere opinionem.pa.85.col.1.a

*Inueniſti gratiam apud dominum.*

Mirum eſt ad tam arduum redemptionis negotium omiſsis alijs mundi potentioribus, pauperculam virginẽ aſſumpſiſſe: vnde quomodo Deus ad ardua in mundo pertractanda negotia mulieres aſſumpſerit, & quare, p.80 col.1. b c,& col.2.a

*Spiritus ſanctus deſcendet in te.*

Beata virgo Maria quomodo virgula fuit, ſupra quam Spiritus Sanctus ſuis donis deſcẽdit,& requieuit,vide pa.179.col.2.b c

*Inueniſti gratiam apud Deum.*

Materia de gratia & meritis diſſeritur, pa. 499.col.1.a b c,& col.2.a b

Item quomodo inuenitur hæc gratia,& de modo proficiendi in virtute, pa.518.co.1.a b

*Aue gratia plena.*

Stylum Rhetoricum quem angelus ſeruauit in hac ad virginem legatione, annotatum per diuum Thomam, vide pa.550. col. 1. b c

*Hic erit magnus,& filius altiſsimi vocabitur.*

Mirum eſt,quòd cùm tam magnus eſſet & filius altiſsimi,paruulorum tamen in hoc mũdo valde erat amicus, & eis affectus , quibus ſuas ſacroſanctas imponebat manus, & quibus regnum cælorum erat præſtandus. p.177 col.1. b c,& col.2.a b,et 178. col.1.a b c,& 2 a b c

*Regnabit in domo Iacob in æternum.*

Regis veri forma qualis habeat eſſe, pag. 79.col.1.a b

Item principis officium & propoſitum in eccleſia,pa.208.col.2.a b c

*Dabit illi dominus Deus ſedem Dauid patris eius.*

Sedes Dauid Chriſto data eſt, quia Dauid clementiſsimus & manſuetiſsimus erat. Vnde Chriſti gubernatio dulcedinem ficus & oliuæ lenitatem, & vitis vigorem retinet, pag. 282.col.1.c

Itam quia Dauid generoſam regis conditionem obtinuit.Sic etiam generoſa Dei conditio depingitur,pa.274.col.2.a b c

Item quia Dauid mirum ſpiritum obtinuit in omnibus quæ geſsit,vbi Chriſti figurã duxit, pa.725.col.1.b c,& col.2.a b

*Ecce concipies filium.*

De incarnationis myſterio vide multa quę annotata ſunt in indice generali,litera i,in verbo incarnatio.

*Dabit illi dominus ſedem Dauid patris eius*

Ideo Dauid Chriſti pater in euangelio denominatur,quia Dauid in multis Chriſti imago fuit & figura:& quare.pa.319.c.1.c.& co.2.a

Item de Dauid egregia cõditione,vide pa. 762.col.2.a b c

*Dabit illi dominus ſedem Dauid.*

Sedẽ Dauid in ſuo regimine poſſedit Chriſtus,quia imago veri principis in Dauid reſplenduit, pag.148.col.1.b c,& col.2.a b c, & 147.col.2.a b

*Ecce concipies filium.*

Incarnatio domini quomodo mirum Dei fuit artificium,pa.176.col.1.a

Item incarnationis profundiſsimum myſteriũ deſcribitur,p.179.c.1.a b c, & c.2.a b c

Item de incarnatione domini,vide pa.260. col.1.a b c

Item incarnationis myſterium illuminatur,pa.313.col.2.c,& 314.col.1.a

*Dabit illi dominus ſedem Dauid patris eius.*

Ex his verbis patet, quòd incarnatio domini in Dauid adumbrata eſt,vnde quomodo incarnationis Chriſti veritas per omnẽ ſcripturam ſacram depicta eſt, vſque ad Apocalypſim,deſcribitur plenè,pa.293.col.1.b c,& co. 2.a b c,& deinceps.

*Ecce ancilla domini,fiat mihi ſecũdum verbum tuũ*

Virginis Mariæ humilitas maxima,grandis fuit cauſa,quòd Deus in eam potiùs, quàm in aliam deſcenderit,pa.179.col.2. a b c

Vnde habitaculum Spiritus ſancti illi homines ſunt, qui à ſua præſumptione vacui & exinaniti exiſtunt.pa.187.col.2.c

Dabit ſedem Dauid patris eius,pa.319.c.2.

Quia reſpexit dominus humilitatem ancillæ ſuæ.pa.180.col.

## DOMINICA IN RAMIS.
### Euangelium.

¶ Cùm appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymis, & veniſſet Bethphage. Matth.21.

*Ecce rex tuus venit.*

Vide in hac parte omnia, quæ in dominica 1. aduentus ſupra annotata ſunt,quia idem eſt euangelium.

*Ecce rex tuus venit tibi.*

Ad vtilitatem gentis ſuæ veniebat, principis officium & propoſitum, in Chriſtiana eccleſia,vide pa.208.col.2.a b c

Princeps neruus eſt,et eccleſiæ ſcutum,pa.

208,col.2.a b c

Poteſtas ſiquidẽ ſecularis, eccleſiæ brachiũ eſt,pa.290.col.1.b c

Principes omnes maximam reuerentiã & ſubiectionem Dei eccleſiæ detulerunt, pag. 209.col.1.c.& col.2.ab

*Ecce Rex tuus.*

Regis veri forma deſcribitur, pag.79.col. 1.a b

*Vt adimpleretur.*

Scripturas quare Chriſtus citabat, pa.200. col.2.a b

*Hoc totum factum eſt.*

Hoc totum factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt per prophetam : Res mira, quia tanta eſt diuinæ ſcripturæ auctoritas & certitudo,quòd hoc inſigne Chriſti & paſsionis factũ,in verba ſcripturæ ordinabatur,hinc apertè monſtratur eorum abuſus, qui ſacram paginam prophanis applicant vſibus,pa.225. col.1.a b c,& col.2.a b.& co.2.b c,& pa.226. col.1.a b

*Soluite.*

Quomodo peccator funibus peccatorũ ſe inuoluit & ligat,pa.271.col.2.a b c

*Ecce rex tuus.*

Hic verè erat Iudæorum Rex,& quia eum repudiarunt, & petierunt Cæſarem, contigit eis quod arboribus,quæ petierunt Regẽ,pag. 282.col.1.a b c

*Benedictus qui venit.*

Id eſt, eius ſit ſuper nos in aduentu eius benedictio:ſic enim fuit,quòd Chriſtus in aduẽtu eius,omnia noſtra,ſua benedictione conſecrauit,quia rex fuit qui ſecum omnem benedictionem ferebat: vnde quantum homini conducat ſub Dei benedictione omnia reponere,vide in tabula litera b,verba benedictio.

*Ad montem Oliuarum.*

A monte Oliuarum ad redimendum hominem deſcendit, quia à contemplatiuæ vitæ exercitio , feruentiſsimus zelus ad charitatis exercenda opera exire debet, pag.328.col.2. b c,& 329.col.1.a b c,& col.2.a b

*Soluite & adducite mihi.*

In hac aſini ſolutione duas leges,ſiue ſtatus inſinuat, veterem vbi ſub lege homines alligati Deo ſeruientes erant, & nouam, vbi ex amore non propter legẽ iam Deo ſoluti ſeruiebant,pa.273.col.2.c,& pa,274.co.1.a b c, & col.2.a b c

Quia generoſe Deo ſeruiens,ex amore eſt, pa.274.col.1.a b c

*Oſanna filio Dauid.*

Filium Dauid illum vocant,quia Dauid in multis expreſſa Chriſti imago fuit & figura. pa.319.col.1.c,et col.2.a

*Ecce Rex tuus.*

Sceptrum et virga huius regis ſacra eſt ſcriptura,qua nos dirigit,et gubernat,pa.347.col. 2.b c,et 348.col.1.a b c

*Sedens ſuper aſinam.*

In hac admirabili Chriſti paupertate,et abiectione, diuitum auaritia et pompa damnatur,vide de hac materia in tabula litera d,verbo diuitiæ.

*Hoc totum factum eſt, vt adimpleretur.&c.*

Sicut enim facies membrum hominis eſt, vbi eius agnoſcitur conditio et proprietas: ſic prophetę,et patriarchæ facies Chriſti fuerunt, in quibus quæ de Chriſto erant ventura agnoſcebantur,pa.296.col.1.a b c

*Ecce rex venit manſuetus.*

Dulcedinem & manſuetudinem in ſua gerebat gubernatione,pa.282.col.1.c

*Vt adimpleretur quod dictum eſt.*

Grandis in hoc ſcripturæ auctoritas depingitur,pa.295.col.2.a b

*Venit tibi manſuetus ſedens ſuper aſinam.*

Hic Rex dimicaturus venerat mundum et diabolum, non armis et potentia mundi, ſed patientia & laborum tolerantia, et ſua virtute:ideò ingrediebatur ſecluſa pompa,armis et mundi potentia, ideò tempore paſsionis gladium in vaginam Petro mittere præcepit,pa. 318.col.1.b c,et col.2.a b c

Et hoc figurabat bellum quod Gedeõ contra Madianitas geſsit,proiectis armis.pa.318. col.1.c.& col.2.a b c

Et hoc idem ſignabat bellum quod Dauid contra Goliath mouit,proiectis Saulis armis, pa.319.col.1.a b c

*Sedens ſuper aſinam.*

Ecce primum punctum à concionatore in Chriſto didiſcendum,videlicet ſumma humilitas:malè enim abſque humilitate , immò impoſsibile repute,prædicatorem in officio cõcionandi poſſe proficere, pa.291.c.2.b c

*Soluite,& adducite mihi.*

In hac aſini ſolutione adũbratur,quòd in veteri lege ſancitum erat,videlicet quòd homicida poſt mortem ſummi põtificis ſolutus maneret,et ad propriam poſſet redire patriam: nam cùm hic iam Chriſtus paſſurus venerat, peccator quia regno cælorum erat excluſus, quòd iam ſolutus deberet exiſtere, ſignatur, pa.296,col.2.a b

*Vt adimpleretur quod dictum eſt.*

Myſteria et ſacramenta non in omnibus ſcripturæ locis ſunt requirenda, ſed vbi diſſonans eſt litera, ſicuti hic, nam quòd Chriſtus in aſino ſederet , & tantis vteretur cæremonijs ad ingreſſum in Hieruſalem , noſtro



ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

iudicio diſſonum apparet,& ideò eſt proprius myſterij locus,pa.303.col.2.b c

*Vt adimpleretur quod dictum eſt.*

His verbis Chriſtus correſpondentiã, quæ inter veterem & nouam legem verſabatur, il luminat:quare prædicator verus veteris & no ui teſtamenti correſpondentiam populo præ dicare habet,pa.275.col.1.b c

*Soluite,& adducite mihi.*

Hîc aſinus alligatus, peccator intelligitur. Notanda ergo eſt mira Dei clementia, quam benignè peccatores recipit ad ſe, & ptractat, pa,338.col.2.a b c

*Vt adimpleretur quod dictum eſt.*

Quòd veritas ſcripturæ ſacræ diuinæ ſint & illuſtres, argumentum eſt, quòd in figuris & tot ſacrificijs, atq; prophetarum vaticinijs extiterint adumbratæ.pa.295.col.2.a b

Item vide de hac materia, quæ ſupra domi nica prima aduentus annotata ſunt.

*Vt adimpleretur quod dictum eſt.*

Notandum maximè eſt hîc,quòd Chriſtus in his verbis & in alijs,vbi ſcripturas citat,no uitatem doctrinarum excludere videtur, & quòd veritates in prophetis & apoſtolis robo ratas amplexentur oportet: ſiquidem nouitas doctrinæ periculoſa eſt,pa.342. col.2.c,& 343.col.1.a

Vnde nouitas doctrinæ hæreticorum eſt fons & radix.pa.345.col.1.b c

Quandoquidem nouitas doctrinæ ſuperbos & curioſos concionatores reddit.pa.345. col.2.a b c

Vnde notandum eſt nouitatum amatores quantum in concionandi officio aberrent.pa. 346.col.1.a b c,& col.2.a b c

*Ecce rex tuus venit tibi manſuetus.*

Forma veri regis qualis habeat eſſe, vide pag.501.col.2.b c

*Alii proſternebant veſtimenta in via,alii cedebant ramos de arboribus.*

Hîc annotandum eſt,quemadmodum omnes in Chriſti ingreſſu,ſeſe ab humana pompa & gloria exuebãt, ſolùm Chriſto honorẽ tribuentes, quia humanam pompam & gloriam propter diuinam exuere & conculcare, laudabile admodum eſt,pa.560.col.2.a b c,& 561.col.1.a b c.& col.2.a

*Soluite,& adducite mihi.*

Hîc libertatis donum,quod in in hac aſini ſolutione hominibus præſtitit,ſignatur,quod maximum eſt donum:quare in die iudicij de hoc libertatis dono riguroſam Deo homo red det rationem,pa.400.col.2.c,& 401.col.1.a

*Ecce Rex tuus venit tibi.*

Principum & regum officiũ qualiter exercendum,pa.500.col.2.a

*Vt adimpleretur quod dictum eſt per prophetam.*

Prophetæ & antiqui patres ſuis dictis & factis legem nouam illuſtrarunt, pa.532.co.1.b c,& col.2.a

*Ecce rex tuus venit tibi.*

Regum ſumma ſubiectio & obedientia põ tificibus,pa.501.col.2.a b

Vide de hoc quæ notata ſunt dominica. 1. Aduentus.

*Poſuerunt veſtimenta ſua.*

Sancti quomodo Dei vocantur veſtimenta,pa.439.col.1.b c,& col.2.a

De hoc euangelio vide, quæ in dominica prima aduẽtus annotatum eſt, quia idem eſt euangelium.

## MANDATVM.

### Euangelium.

¶ Sciens Ieſus, quia venit hora eius, vt tranſeat. Ioan.13.cap.

*Scitis quid fecerim vobis.*

INtendebat Chriſtus per hoc mirificum humilitatis opus,eorum corda & amorem excitare, & priùs eorũ volebat excitare intellectũ. an ſciret quid hoc eſſet, quia hominis efficaciter mouetur voluntas,ſi priùs eius vincitur intellectus,pa.12.col.1.c

Priùs ſiquidem homines docendi ſunt,quã mouendi,pa.13.col.2.c

*Cœpit lauare pedes diſcipulorum.*

Duo erant apoſtolis annexa opera,videlicet prædicare,& charitatis opera exercere:& hoc ſecundùm in hac Chriſti lotione docetur, pa.25.col.2.a b

*Cœpit lauare pedes.*

Tanta futura erat prædicationis euangelicæ maieſtas in apoſtolis, quòd oportebat eos hoc profundiſsimo humilitatis opere infrænari, & ad hoc voluit eos ignaros & infirmos ad prædicationem eligere,pa.204.co.1.b c

*Cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos,*

Vt intelligerent ea quæ faciebat, quòd ex amore procedebãt ab initio electionis apoſtolorum, vſque in finem ſemper eos amore proſequutus eſt : nam ad virtutem proſequendam, neceſſaria erat in eis amoris virtus, ſiquidẽ cordis affectio,virtutis anima

eſt

eſt & vita,pa.238.col.2.a b c,& pag.239. col. 1. b c

*Cum dilexiſſet ſuos.*

Quia ſemper in omnibus nos amauit,hinc eſt,quòd quia amorem nobis in omnibus dedit,ſemper etiam à nobis amorem petit, pag. 239.col.1.b c

*Scitis quid fecerim vobis.*

Erant amici Chriſti,ideo volebat ſibi abditiſsimum hoc myſterium aperire:nam amicis ſuis Deus ſcripturæ ſecreta patefacit. pa.166. col.1.b c,& col.2.a b

*Qui lotus eſt,non indiget,niſi vt pedes lauet.*

Præſuponebat animæ lotionem & puritatem requiſitam, vt intelligant, ſi pedes lotos eſſe conuenit, quanto magis conſcientiam: ſiquidem conſcientię puritatem Deus ab homine ſummè exoptat,pa.121.col.1.a b c

*Cum dilexiſſet ſuos.*

Vt oſtenderet nobis, quòd cordis affectionem & ſpiritum à nobis expetere debeat, pa. 238.col.2.b c,& pa.239.col.1.a b c

*Mundi eſtis, ſed non omnes.*

Cùm hoc tamen quod apoſtolum Iudam malum & peſsimum deſignauit, eius etiam lauit pedes,quia Dei mira eſt induſtria erga malos prædicatores,vt eos lucretur,pa.3.col.1.b c,& co.2.a b c,et p.4.col.2.a b c

Fauet enim Deus malo prædicatori & eccleſiæ miniſtro, propter doctrinæ ſuæ auctoritatem,pa.5.col.2.a b

*Deponit veſtimenta ſua.*

Sic oportet, vt homo ſuũ carnis & ſanguinis eſſe denudet,vt aliud nouum acquirat,pa. 183.col.2.a b c.& pa.184.col.1.a b c,& col.2. a b c.& pag.185.col.1.& 2.

*Vnus veſtrum me traditurus eſt.*

Poterat dominus eum acriter & publicè reprehendere, & tamen non niſi ſecretò facere voluit,quia epiſcoporũ culpas publicè in conſpectu populi euomere,nullo pacto expedit, p.28.co.2.b c,& p.29.co.1.a b c,& co. 2.a b c

Siquidem epiſcopum publicè à concionatore reprehendi,maximum generat inconueniens,pa.30.col.1.a b

Hinc patet in epiſcopos delinquere,quam ſit graue,pa.29.col.2.c,& pa.30.a b

*Cœpit lauare pedes diſcipulorum.*

Quia cùm verbi Dei prædicatores fieri deberent,ad penetrãda myſteria,& ſcripturę ſacramẽta prima & pręcipua ianua humilitas erat.pa.166.col.2.a b c

Humilitatis virtus quid agat in homine,& maximè concionatore,pa.166.col.2.b c

*Cœpit lauare pedes.*

Ab humilitatis virtute cœpit eos inſtruere,quia in myſteriorum ſuorum diuitias & veritates ingredi habebant: humilitas enim illa eſt virtus,quæ hominẽ captiuat, & extra ſuæ naturæ patriam educit, & in Dei grandes diuitias introducit,pa.175.col.1.a b c,& colu.2 a b c.& p.176.col.1.a b c.& col.2.a

Quia humilis myſteria fidei & virtutis ſecretum calet.pa.176.col.1.a b c

*Exemplum dedi vobis.*

In humilitate inſtruendi erãt quàmprimũ, quia cùm Spiritus Sanctus in eos eſſet deſcenſurus,ſoli humiles ſunt,in quos Spiritus Sancti dona deſcendunt,pa.180.col.1.a b c

Quia habitaculum Spiritus ſancti homines ſunt à præſumptione vacui,187.col.2.c

*Exemplum dedi vobis.*

Quia per hanc humilitatis virtutem magnum pretium & valorem acquirere habebant. Etenim humilitatis virtus pretij magni & valoris eſt,pa.181.col.1.a b c, et ſequẽtib⁹

Et hinc eſt , quòd humiles elegit ſemper Deus apoſtolos,et prophetas,pa.182.col.1.b c,et col.2.a b c.

Hæc ſiquidem humilitas maximè eſt prædicatori neceſſaria, & quomodo eam aſſequi poterit,pa.189.col.2. c.et 190. col. 1.a b c. et col.2.et deinceps.

*Scitis quid fecerim vobis.*

Volebat Chriſtus ante omnia Apoſtolos in intellectionem eorum quæ faciebat, introducere: etenim intelligere rem, priùs eſt, quàm eam amare,pa.99.col.2.b c

Quia intelligentia rei, eius amorem parit, pa.102.col.2.b c .per totum

Quia ex intellectione mandatorum Dei, eorum pendet adimpletio et affectio.pa.103. col.2.a b

*Pacem meam do vobis.*

Legis Chriſtianæ præcipuum,eſt pax et vnitas,pa.117.col.2.a b c

*Exemplum dedi vobis.*

Voluit eos, quia prædicatores futuri erãt, in virtute humilitatis exercere: tot enim ſunt occaſiones et anſæ ſuperbię in concionatore, vt oporteat eos quàm primùm humiliari, pa. 189.col.1.b c,et co.2.a b c,et pa.190.co.1.a b

*Mundi eſtis, ſed non omnes.*

Noluit eum publicè reprehendere, quia paſtorum facta oris gladio,publicè ferienda nõ ſunt,pa.29.col.2.a b c

*Pacem meam do vobis.*

Pax & Chriſtiana tranquillitas ſummè cõmendatur,pa.63.col.1.a b

*Cœpit lauare pedes diſcipulorum.*

Patris viſcera Chriſtus in vltima cœna ſuis oſtendit diſcipulis,pa.132.col.1.a b

*Ioannes ſupra pectus domini in cœna obdormiuit.*

Ibi multa in dominico pectore dormiens, caluit ſacramenta : vnde reuelatio à Deo facta myſteriorum,quare prope ſemper in ſomnis facta ſit,pa.184.col.1.& 2.per totũ, & pa. 183.col.1.& 2.per totum.

*Scitis quid fecerim vobis.*

Scientia ſiquidem eorum,quæ Chriſtus agebat & intellectus, amorem eorum parere debebat: nam ex eo quòd ſcripturæ cognitio intellectum inſtruit, amoris ardorem in volũtate gignit,pa.102.col.1.b c, vbi rationibus probatur vſque in finem capitis.

*Mandatum nouum do vobis.*

Poſtrema Dei voluntas velut in teſtamento in ſcriptura ſacra continetur.130.c.2.b c

*Mandatum nouum do vobis.*

Hæc Chriſti verba eius fuerunt in vltimo vitæ ſuæ teſtamentum quoddam, & qualiter teſtamentum tripliciter reperiatur, pag. 230. col.2.a b c,& per totum caput.

*Mandatum nouum do vobis.*

Teſtamentum,vocantur hîc Dei verba, pa. 230.col.2.b c.& pa.231.col.1.a

*Mandatum nouum do vobis.*

Hoc mandatum teſtamentũ vocatur Chriſti,quia teſtamentũ poſtremæ volũtatis eſt ordinatio,ſicut hîc fuit,p. 231.c.1.b.& c.2.a b c

*Mandatum nouum do vobis.*

Teſtamenti conditiones propriè Chriſtus in vltima cœna ſeruauit cum diſcipulis ſuis, pa.231.col.2.a b c

Ad teſtamentum, mortem teſtatoris interuenire neceſſe eſt,ſicut in Chriſto hic fuit,pa. 232. col.1.b c

Teſtamentum ſanguine firmari apud veteres vſum eſt,pa.232.c.2.b c,& p.233.c.1.a b c

Sic teſtamentum nouum Chriſti ſanguine conſignatus eſt,pa.233.col.1.& 2.per totum.

Hoc Chriſti teſtamentum peccator ſuis ſceleribus rumpit.pa.233.col.2.b c. & pag.234. col.1. a b c. *Mulier cum parit.*

Teſtamentum hoc nouum veteris teſtamẽti fuit partus,pa.235.col.1.b c,& col,2.a b c col.1,1,a b c.

*Mulier cum parit.*

Teſtamenti noui veritates,veteris teſtamẽti ſunt filiæ,quia in ipſo,ſicut in ventre conceptæ ſunt:hîc natæ ſunt in Chriſti morte, pag. 241.col.2.a b c

Item teſtamentum nouum partus quidam fuit veteris teſtamenti,ibidem.

*Pacem meam do vobis.*

Pax quam hic Chriſtus ſuis reliquit diſcipulis,Chriſti teſtamentum fuit,pa.247.col.2. a b c.& 248.col.1.a b c

*Quam mundus non poteſt dare.*

Pax Chriſti & pax mundi terrenalis, pag. 247.col.2.a b c,& pa.248.col.1.a b c

Item pax hæc,quam hic reliquit,hæreditas & patrimonium Chriſti eſt, quam ſuis Chriſtus reliquit ſeruis,pa.248.col.1.b c

Pax hæc & amor, quam hîc Chriſtus ſuis reliquit diſcipulis,quomodo Chriſti teſtamẽtum fuit, & noua eius hæreditas& legatum, pag.249.col.1.& 2.per totum.

*Mandatum nouum do vobis.*

Lex gratiæ,quare nouum appelletur teſtamentum & mãdatum ,quia videlicet noua pacis hæreditas relinquitur,pa.249.col.1.b c

*Vt diligatis inuicem.*

Duplex eſt amor,ſeu dilectio , primus amicitiæ,ſecundus concupiſcentiæ : ſed amore amicitiæ Deus nos dilexit, & nos eodem debemus ipſum diligere,& amicos: de quo amore vide in tabula litera a,verbo amor.

*In finem dilexit eos.*

Quia enim nos amauit amore amicitiæ, & non concupiſcentiæ,vſque in finem talis perſeuerauit amor : nam amor amicitiæ nunquã niſi morte interueniente rumpitur,pa.266.co. 2.a b c,& 267.col.1.a

*Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem.*

Amicitia vera & noua, quàm Chriſtus hîc commendat,paucis abundat verbis,ſed operibus.335.col.2.a b c

*Facta cœna.*

Hæc cœna & conuiuium , quòd Chriſtus in vltimo vitæ diſcipulis parauit, parciſsimũ fuit, non enim abundantia & corruptela humanorum conuiuiorum exiſtebat,in quo cõuiuiorum Chriſtianorum corruptela & perditio damnatur,pa.329.co.2.c.& 330. co.1.a b c

Item conuiuij diſſolutio & periculum, pa. 339.col.1.a b c

*Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem.*

Ideo ſummopere nos amare commẽdauit, quia alter alterius membra ſumus,& ipſe caput noſtrum , in quo fundatur ſecundum mandatum de dilectione proximi, pag. 327. col.2.b

Quod

*Quod facis, fac citius.*
Iudæ proditoris exitus ad vendendū Chriſtum.pa.350.col.2.b c
*Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum. &c.*
Neceſſariū maximè eſt virtutis exēplum, vt alij virtutem proſequantur, pa.336.col.2.b c, & 337.col.1.a b c
*Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo.*
Hic concionatorum error damnatur, qui in lectione ſcripturæ omnia deglutire curāt, neque aliquid relinquere ſciunt, nec exiſtimant aliquid eſſe, quod ingenium ſuum non poſsit portare, pa.346.col.1.b c
*Si ego dominus & magiſter veſter laui pedes veſtros,*
Auctoritas & opinio, bonumq́ue concionatoris exemplum, quantum ponderet, vt auditores doctrinam amplexentur, pa.469. col. 1.a b c
*Pacem meam do vobis.*
Euangelica præcepta quomodo in pacificum hominum vitam ſunt ordinata, pag.412. col.1.a b
*Sciens Ieſus, quia venit hora eius, vt trāſeat*
Eloquentiam miram, quam Chriſtus ſeruauit in locutione euangelij, cùm pedes diſcipulorum lauit, vide pa.588.col.2.a b c
Item eloquentiam maximam Ioannes euāgeliſta ſeruauit, in enarratiōe euāgelij de Chriſti mandato, pa.589.col.1.a b c, & col.2.a
*Scitis, quid fecerim vobis.*
Eloquentia Chriſti in ſermone poſt cœnā ad diſcipulos habito.pa.589.col.2.b c.& 590. col.1.a
*Maledictio Iudæ.*
Maledictio Iudæ proditoris, quòd bonum eſſet ei, ſi natus nō fuiſſet homo ille, pa. 699. col.1.b c

PASSIO DOMINI NOSTRI Ieſu Chriſti.
*Ecce duo gladij hic.*
Iſti duo apoſtolorum gladij, vnus cū vagina, alter vero euaginatus, quid ſignificent, pag.210.col.1.a b c.
Iuriſdictiones duæ, per hos duos ſignificatę gladios, p.210.c.1.a b c.&co.2.a b c
*Chriſtus occiſus eſt.*
Quomodo Chriſtus, fuit agnus & mortuus pag.181.col.2.b c.
*Nondum venit hora mea.*
Paſsionis tempus, quare Chriſti dicitur hora, pag.235.col.2. b c.

*Crucifixerunt eum.*
Scientia Chriſti crucifixi, cæteras omnes antecellit ſcientias, pa.97.col.1.a b c.
*Rex Iudæorū.*
Titulus Crucis Chriſti, quare tribus linguis fuit conſcriptus, pag.119.col.2.a b c.
*Quando miſi vos ſine ſaculo & pera,*
Apoſtolos, quare elegit Chriſtus ignaros, pauperes & inermes, pa.204.col.1.b c.
*Lancea aperuerunt latus eius.*
Lancea apertum eſt latus eius, vt videamus ex amore & corde, in Chriſto omnia procedere & pati, Et hinc eſt quia amorem dedit iuſte à nobis cor & amorem petit, pag. 239. col.1.b c.
Amorem preſtitit in ruptione lateris, quia affectio cordis virtutis anima eſt et vita, pa. 238.col.2.a b c.&.239.col.1.b c.
*Clamans ſpirauit.*
Chriſtus etſi natura hominem & fragilem ſe demonſtrabat, verbis tamen ſe Deum oſtēdebat.pa.154.col.2.a b c
Vnde Chriſtus in cruce Iacob deſignabat, qui pellibus hedorum indutas habēs manus, vocem tamen Iacob retinebat, p.154.c.2.b c
*Spirauit.*
Quomodo Chriſtus dominus per mortem ſuam ſeptem ſigillos libri ſignati aperuit, pa. 180, col.2.a b c, et pa. 181.col.1.a b c, & col. 2.a b c
*Spirauit.*
Chriſtum dominum agnum eſſe occiſum, plenè explicatur, pa.181.col.1.a b c
*Conſummatum eſt.*
Dum Chriſtus dixit in paſsione, conſummatum eſt, quid ſignificet.pa.236.col.1.b c
*Velum templi ſciſſum eſt.*
In Chriſti paſsione velū eſſe ſciſſum, quid ſignificet, pa.236.col.1.c.& col.2.a
*Mitte gladium tuum.*
Quia fortitudo hominis non in armis, ſed in mente & ratione ſita eſt, pag.99. col.1.b c, & col.2.a
*Sanguis eius ſuper nos.*
In die iudicij ſic erit, quòd ſanguis Chriſti cōtra malos validiſsimum erit teſtimonium, ſicut ſanguis Ioſeph contra ſuos fratres, pag. 234.col.1.a b c
Et ſicut alij dicebant, nonne dixi vobis, nolite peccare in puerum, en ſanguis eius exquiritur, ſic in die iudicij à malis cùm caſtigabun-

gabuntur, dicent, En iſte ſanguis exquiritur. ibidem

*Crucifixerunt eum.*

In cruce Chriſti legis noſtræ amarũ & dulce poſitum erat, pag. 123. col. 2 a b c, & pag. 124. col. 1. a b c.

*Mitte gladium tuum.*

Quia legis Chriſtianę arma, patientia eſt, pag. 204. col. 1. a b

*Lancea latus eius aperuerunt.*

Latus Chriſti, quare fuit militis lancea perforatus, pa. 239. col. 1. a b c

Quia latus Chriſti fuit perforatus pro hominũ ſalute, ideò lex Chriſtiana in corde hominis ſcribi voluit Deus, quia inde ex corde Dei exierat, pa. 238, col. 1. c, & col. 2. a b

*Parce illis, quia neſciunt quid faciunt.*

Hoc eſt perfectionis Chriſtianę culmẽ, inimicis parcere. pag. 90. col. 2. b c

*Spirauit.*

Quia Chriſtus fuit agnus & mortuus, per paſsionem ſuam meruit ſeptem ſigilla libri ſignati aperire, pa. 181. col. 2. b c

*Pater ignoſce illis.*

Dilectio inimici & amici quomodo vtenda, pa, 249. col. 1. a b c

*Lancea Latus aperuerunt.*

Sicut ex latere primi hominis formata eſt Eua, diminuendo coſtam eius: ſic hoc in Chriſti paſsione adimpletũ eſt, cùm latus eius perforarũt: nã inde pulchra eccleſię ſpõſa eſt formata, pag. 242. col. 2. b c. & pag. 243. col. 1. a b

*Mitte gladium tuum in vaginam.*

Quare paſsionis tempore, Chriſtus præcepit Petro gladium ſuum in vaginam mittere, pag. 252. col. 1. a

*Nunc clarificatus eſt filius hominis.*

In Chriſti paſsione, omnia veteris legis ſacrificia & figuræ claruerũt & aperta ſunt, pa. 241. col. 1. a b c

*Portabat crucem in humeris.*

Iſaac immolatio, qui ligna ſuper humeros portabat, quomodo Chriſti paſsionem deſignabat, pa. 243. col. 1. c, & col. 2. a

*Lancea latus eius aperuerunt.*

Vt attenderent homines, quòd ex corde eius & amore procedebat, pro hominibus mori, & ideo in lege noua in corde ſcribenda erat hominis, & nõ in tabulis lapideis, pa. 247. col. 1. a b

*Pater ignoſce illis.*

Id eſt, malefactoribus, & peccatoribus, qui hucuſque regnum cælorum non ingrediebantur, ſed poſt pœnitentiam in limbo detenti erant, vſque ad meam mortem. Hìc adimpletũ eſt in paſsione Chriſti, quod in veteri habetur teſtamento, videlicet quòd malefactores vſque ad mortem ſummi pontificis ad patriã redire non valebant, pa. 243. col. 2. a b c

*Mulier cum parit*

Paſsionis tempus Chriſtus quare partum appellauit, pa. 241. co. 1. a b c, & pa. 242. col. 1. a b c, & c. 2. a b c., vbi hoc egregiè explicatur.

*Clarifica me tu pater.*

In paſsione Chriſti in lucem prodierũt veritates omnes, clarificatæ. p. 242. co. 2. a b c, & deinceps per totum caput.

*Conſummatum eſt.*

In paſsione Chriſti quomodo lex vetus cõfracta eſt, & conſummata, pa. 254. col. 2. a b c

*Quando miſi vos ſine pera & calciamentis.*

Quare Chriſtus miſit apoſtolos ſine pera & calciamentis, pa. 252. col. 2. a b c

*Non habemus regem, niſi Cæſarem.*

In hoc adimpletum eſt quod in libro Iudicum deſcribitur de arboribus, quæ inquirentes regem, excluſa ficu, oliua, & viti, rubrum elegerunt, qui eos lacerauit, pa. 282. co. 1. a b c

*Mitte gladium.*

In hoc adimpletur figura illa, vbi Gedeon contra Madianitas bellum geſsit, proiectis armis, & hæc noua fuit in Chriſto debellãdi forma, pa. 318. col. 1. b c

*Reſpexit Petrum.*

Boni viri et religioſi, qui pro Chriſto labores tolerant, quantum ſibi ſolatij & conſolationis elicere debent, quia Deus maximè de eorum conſolatione curat, & eos in tribulationibus reſpicit. pa. 331. col. 1. a b c, & col. 2. a b c. et pa. 330. col. 2. c

*Latus aperuerunt lancea.*

Chriſtus in cruce dormiẽs, Euam eductã eſſe ex Adæ coſta ipſo dormiente, præſignat: nam ibi eccleſia ex latere Chriſti formata eſt, pag. 296. col. 1. b

*Ceciderunt retrorſum.*

Quòd cõprehenſores Chriſti, tẽpore paſsionis retrorſum ceciderint, quid ſignificet, pag. 349. col. 1. a b c, et col. 2. a b c

*Lancea latus eius aperuit.*

Euam eſſe eductam ex Adæ coſta, explicatur, ſ. eccleſiam ex latere Chriſti eſſe formatam, pag. 295. col. 1. b. & pa. 306. col. 1. a b. & pag. 292. col. 2. a b c.

# Paſsio domini noſtri Ieſu Chriſti.


*Ceciderunt retrorſum.*

In faciẽ cadere,aut retrorſum cadere , quid ſignificet.pa.349.col.1.b c. & col,2.a b c.

*Parce illis quia neſciunt quid faciunt.*

Generoſa Dei conditio,hic apparet,quam vide,274.col.2.a b c.

Gladium in vaginã mittere , quid ſignificet, pag.318.col.1.b c. et col.2.a b c

*Mitte gladium tuum in vaginam.*

Quod Gedeon bellum contra Madianitas mouerit,proiectis armis Chriſti paſsionem ſignificat, vbi ſola laborum tollerantia,inimicũ vicit.pa.318.col.1.c.& col. 2.a b c.

*Spirauit.*

Quòd homicida poſt mortem Summi Pontificis ſolutus maneret,vt in ſuam poſſet redire patriam , Chriſti mortem & paſsionem ſignificat per quam peccator redemptus in patriam cælorum peruenit, pa.296.col.2.a b.

*Crucifixerunt eum.*

Heliſei modus,quo filium viduę ſuſcitauit, myſterij eſt locus videlicet paſsionis Chriſti, pag.308.colu.1.b c.

*Baiulabat crucem*

Iſaac ſuper humeros ſuos ligna,quibus ſacrificandus erat,portabat, Chriſtum crucem ſuper humeros portantem ſignificabat pa.296. col.1.c & col.2.a b.

*Quid vultis mihi dare.*

Iudæ proditoris exitum, ad vendendũ Chriſtũ,vide pa.350. col.2. b c.

*Lancea,latus eius apperuit.*

Latus Chriſti,quòd in cruce apertus fuerit, quid deſignat.pa.292.col.2, b.

*Quem quæritis.*

Loquitur Deus cum malis,ac ſi eos nec ſua opera ſciret.pa.353.col.2.a b c.

*Lancea latus eius apertũ eſt.*

In hoc opere, matrimonium inter Chriſtũ & eccleſiam,quod in formatione Euæ ex coſta Adæ fuit ſignatum, vnicum eſt negotium, quod tota ſacra ſcriptura,à primi hominis formatione,vſque ad hanc lateris apertionẽ tractat,pa.292.col.2.a b c.& 293. col. 1.a b c. & col.2.a b c.

*Mitte gladium.*

Modus,quo Ioſue ſine armis ciuitatẽ Ihericò debellauit myſterioſus valde fuit,qui hãc Chriſti paſsionem deſignat, vbi ſine armis ſola toleratia vicit.pa.318.col.2.c. & 319.c.1.a.

Itẽ modus,quo Dauid proiectis armis,Philiſteũ Goliath debellauit, hoc idem ſignat. pa.319.col.1.a b c.

*Paſsio.*

Paſsio Chriſti quomodo deſignatur,pa.314 col.1.b c.

*Paſsio.*

Item paſsio Chriſti per tranſitum maris rubri,fuit deſignata.pa.315.col.1.a b.

*Ceciderunt retrorſum.*

Duo peccatorum occaſus,in hoc opere, deſignatur,pa.349.col.2.a b c,& pa.350. co.1.a.

*Non noui hominem.*

Petri negatio,tempore paſsionis, pa. 350. col.2.a b.

*Crucifixerunt eum.*

Præcipua prædicatoris ſcientia, hęc eſſe habet,videlicet,ꝙ putet ſe nihil ſcire, niſi Chriſtum,& hunc crucifixum, pa.291. col.2.a b c.

*Conſummatum eſt.*

Scriptura ſacra, tota vnum atque idem eſt negotium, ab Adam vſque ad hanc Chriſti mortem,vbi hoc negocium conſummatũ eſt, pa.292.col.1.b c.& col.2.a b c.& deinceps vſque in finem capitis.

*Ego in hoc natus ſum vt teſtimonium perhibeam veritati.*

Quaſi principale Chriſti negotium fuiſſet, veritatem prędicare, quia veritas lux eſt , per quam mundus totus erat illuminandus, pag. 339.col.2.a b c,& 340.col.1.a b c.& col.2.a b.

Item veritas hæc ſcutum erat,in quo labores & omnes mundi perſequutiones franguntur,pa.339.col.2.a b c.& 340.col . 1 a b c. & col.2.a b.

*Vos autem non ſic.*

Hic Chriſtus,apoſtolos & diſcipulos ſuos, voluit,non eandem humanam formam ſortiri ſicut mũdi principes.Nam in omnibus ſunt à diuina manu mirabiliter formati,pa.577.co. 2.a b.

*Amice ad quid veniſti.*

Qualis habeat eſſe vera amicitia , deſcribitur,pa,509.col. 1.a b.

*Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum.*

Chriſtus velut cũ ſuis amicis intimis , voluit ſeorſum illam cœnæ familiaritatem habere,vt ibi eis paſsionis ſuæ ſecreta panderet: nam amicis ſuis & ſanctis,ſecreta ſui pectoris reſerare conſueuit,pa.489.col.1.a b.

*Mitte gladium tuum in vaginam.*

Non propterea ꝙ gladium in vaginam Petro mittere præcipit, omne debellandi genus prohibuit,quemadmodum aliqui attentarũt dicere:nam bellandi conſuetudo, adhuc inter chriſtianos,licita eſt: dum ratio exigit,pa.511. col.1.a b.

*Mulier non noui hominem.*

Cadere in aliquẽ linguæ lapſum, cur Deus, ſanctos ſuos, quandoque permittat. pa.461. col.

col.1.a b c.& col.a b c.

*Parce illis quia neſciunt quid faciunt.*

Hîc grandem Chriſtus exhibuit perfectionem, pro inimicis orando: vnde dilectio inimicorum tractatur. pa, 508. col, 2. b c.

*Ego mitto vos ſicut agnos inter lupos.*

Lupi iſti, hæretici ſunt, pa. 422. colu. 2. a b c. & pag. 423. col. 1. a b.

*Hic eſt diſcipulus ille qui recubuit in cœna ſupra pectus domini.*

Ioannes in Chriſti pectore reclinatus, pagi. 442. col. 2. c.

*Si male loquutus ſum teſtimonium perhibe de malo.*

Chriſti patientia, maxima intolerantia huius alapæ oſtenditur, etenim chriſtiano homini quomodo ira maximè fugienda ſit, pa. 509 col. 1. c.& col. 2. a.

*Nunquit rex es tu? vos dicitis.*

Hîc laudem propriam voluit ſubticere: ſiquidem laus propria, quomodo fugienda ſit, vide pa. 379. col. 1. a b c.

*Ego ſum vitis vera & vos palmites.*

Chriſtus redemptor noſter in paſsione ſua, admodum vitis produxit redemptionis fructum, pa. 531. col, 2. a b c.

Veritates euangelicæ, admodum vitis in cõcione declarandæ ſunt, pa. 531. col. 1. a b c.& col. 2. a b c.

*Egreſſus foras fleuit amarè.*

Sancti quomodo defectus ſuos, ſtatim pœnitentiæ lamentis cooperiunt, p. 461. c. 2. a b c.

*Nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete.*

Scripturæ ſanctæ ſtylus grauis nimis, & ad lachrymas, potius, quam ad riſum prouocans. pa. 474. col. 1. c.

*Mulier cum parit triſtitiam habet.*

Paſsionis ſuę tempus, quare Chriſtus partum, appellauit, pag. 528. col, 2. a.

*Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.*

In paſsione ſua, quando Chriſtus dixit, triſtis eſt anima mea vſque ad mortem, quomodo intelligitur, pa. 639. col. 2. a b c.

*Ego non ſum de hoc mundo.*

Quomodo mundus tripliciter accipitur, agit ad declarationem huius loci. pa. 627. col. 1. a b c.& col. 2. a b c.

## RESVRRECTIO DOMINI.

*Maria Magdalenæ & Salomæ emerunt aromata.*

MVlieres fuerunt, quæ primitus Chriſti reſurrectionem indagarunt: quia ingenio ſunt ſubtiliſsimæ & acutæ, ſicut canis olfaciens, prædam. pa. 79 col. 2. a b c.

*Venerunt ad monumentum.*

Mulieres aſſumptę ſunt à Deo ſæpenumero, ad ardua negotia pertractanda, & indaganda, & quare, pa. 80. col. 1. b c.& col. 2. a.

*Iam ſurrexit.*

Poſt reſurrectionem non nobis ſed Chriſto viuimus, pa. 83. col. 2. c.

*Vna ſabbathorum, Maria magdalenæ.*

Celebres iſtæ mulieres, auſæ ſunt attentare, quod nullus hominum, ſiquidem fœminarũ ſunt induſtriæ multæ, in confuſionem virorũ, pa. 76. col. 1. a b.

Fœminæ celeberrimę, ingenio optimo & prudentia pollentes, pa. 75. co. 2. b c.& pa. 76. col. 1. a b c.

*Parauerunt aromata.*

Mulierum iſtarum maxima oſtenditur deuotio, & hoc fuit, quia maxima erat earum fides, deuotio enim fidei eſt fructus, pa. 250. col. 1. a b.

*Valde diluculo venerũt ad monumẽt...*

Aſſumpſit has mulieres, ad tam arduum negotium, quia Dei eſt conditio infirma mundi, & debiliora extollere, pa. 77. col. 2. a b.

*Vt venientes vngerent Ieſum.*

Notãdum eſt, quanta in his mulieribus fuerit cordis affectio & ſpirit[9], hoc eſt enim quod Deus maximè petit, cordis affectionem & ſpiritum, pa. 238. col. 2. b c.& 239. col. 1. a b c.

*Vicit Leo de tribu Iuda.*

In reſurrectione, Chriſtus per mortem [illegible] ſoluit ſeptem ſigilla libri ſignati, pa. 180. col. 2. a b c, & pa. 181. col. 1. a b c.& col, 2. a b c.

*Nolite timere vos.*

Nam iam timoris & ſeruitutis lex . trãſ[illegible] eſt, & per euangelium, ſicut filij liberi [illegible] mor enim ſeruitutem & ſubiectionem generat, pa. 250. col. 2. a b c.& pa. 251. col. 1. a b c

*Mulier quid ploras.*

Quaſi dicat, iam non eſt tempus flendi, [illegible] paſsionis tempus partum appellauit, quod [illegible] pus erat triſtitię, ſed mulier cũ peperit gaudet, quia natus eſt homo in mũdo & iam partus tranſit, pa. 242. col. 1. a b c.& col. 2. a b c.

*Mulier quid ploras.*

Boni viri & Dei amici, qui pro Chriſto labores tolerant, quantum ſibi ſolatij & conſolationis elicere debent, quia Deus maximè de eorum conſolatione tractat. pa. 330. col. 2. c.& 331. col. 1. a b c.& col. 2. a b c.

*Cum aromatibus venerunt vt vngerẽt.*

Mulieres iſtæ ſanctæ, non ſolum deuot[illegible] contemplatiuam vitam, ſed etiã ad opera [illegible] ritatis ſe accingebant, nam perfectus vir [illegible] templatiuam habet gerere vitã, vt opera [illegible] ritatis non omittat, pa. 328. col. 2. b c.& col. a b c, & 329. col. 1. a b c.& col. 2. a b c.

Quia affectio cordis virtutis eſt anima & vita,pa.238.col.2.a b c.& pa.239.col.1.b c.

*Cum aromatibus.*

Non ſolum religioſus vir,cõtentus eſſe debet ſi intra ſeipſum ſecreta virtutis opera teneat, ſed odor virtutis exterius exire habet ſiquidem neceſſarium eſt virtutis exemplum, 336.col.2.b c.&.337.col.1.a b c.

*Reſurrexit, non eſt hic.*

Reſurrectionis victoria, per tranſitum maris rubri deſignatur,pa.315.col.1.a b.

*Nolite timere vos.*

Hîc illuminatur,grandis quæ in viro religioſo eſt libertas, ſiquidem nihil timere habet, quia vbi ſpiritus domini, ibi vere eſt libertas, pa.254.col.1.a b c,& col,2,a b c.

*Nolite timere vos.*

Qui euangelicam veritatem amplexaſtis, nam veritas hæc ſcutum eſt, in quo labores, & omnes mundi perſecutiones franguntur, pa.339.col.2.a b c.& 340.col.1. a b c. & col. 2.a b.

*Habetis aliquid quod manducetur.*

Chriſtus cum hominibus, quõ humanißimè ſe geſſit,comedens & conuerſans cumeis, pa. 371.col.1.a b c.& col.2.a b c.

*Et interpretabatur illis ſcripturas.*

Hoc eſt contra hæreticorũ peruerſum fundamentum,ꝙ ſcriptura ſacra, nullam recipit interpretationem,prꝍter eam quæ in ſe habet p.369.co.2.c.& 370.co.1.a, p. 370.co. 1. b c. & deinceps.

Vnde etiam peius adhuc aſſeuerant, quòd ſcripturam ſacram ſic ipſi exponere poterũt ſicut concilia & ſummus pontifex,pa.376.co. 1.a b c.

Sancti enim ex peculiari Dei dono,ſacram interpretantur ſcripturam,pa.370.col. 1. b c. & col,2.a b.

*Introeuntes in monumentum.*

Miranda eſt audatia harum mulierum, & diſcipulorum,nã cum Iudęi Chriſtum occidiſſent, & omnes tanto afficerentur metu, auſi ſunt Chriſti corpus inquirere. Vnde merito eſt quærendum, vnde ortum ſit ꝙ Apoſtoli & ſancti,tam audaces in ſuis factis & dictis extiterint,pa.754.col.1.a b c.& col.2.a b c.

*Nõne cor noſtrum ardens erat in via dum loqueretur nobis.*

Quia coniuncti & Deo adhærentes erant, eorum cor et mens ardebat,et eorum intellectus illuminabatur. Quia qui coniungitur, et adhæret Deo,multis bonis impletur,pa. 724. col,2.b c,et 725.col.1.a b c.

*O ſtulti & tardi corde.*

Dura ſunt verba, quæ Chriſtus Apoſtolis dixit,attamen Dei erat correctio ad homines tanta eſt enim Dei auctoritas et dominium,ꝙ pro beneplacito ſuo, ſic vel ſic hominibus vtitur,et alloquitur,p.783.col.1.b c.

*Vna ſabbathorum Maria Magdalenæ &c.*

Accenſę,et excitatę deuotione maxima,iſtę ſanctæ mulieres,Chriſtum inquirebant, tantus enim erat ſpiritus et calor virtutis in eis, nam ſic eſt ꝙ omnis feruor et deuotio Chriſtiani hominis,in ſpiritu eius reſidet, pa. 732. col.1.b c.et col.2.a b c,et 733. col. 1. a b c.et col.2.a.

*Cucurrerunt ambo, ad monumentum.*

Mirum eſt,quanta celeritate, ad Chriſtum inquirendum veniebant:hoc autem à grandi eorum ſpiritu procedebat, nam hominem ſpiritus diuinus celeriter et vehementer mouet, pa.741.col.1.a b c,et.col.2.a b c.

*Venerunt ad monumentum.*

Iſtæ ſanctæ et nobiles atq; illuſtres mulieres,Chriſti reſurrectionem illuſtrarunt,deuotione et generoſitate ſua, et etiam diſcipulos et omnes ad hoc idem cõmouerũt.Quare merito reipubli.capita et illuſtres,in concione merito lucrandi ſunt, quia ad aliorum profectũ maximè conducunt,pa 777.col.1.b c.et 778. col.1.a b c.et col.2.a b c.

*Dicite diſcipulis eius & Petro.*

Quare ex omnibus diſcipulis, Petrum ſignanter conſolari voluit. Quia maxima tenebatur triſtitia ex negatione magiſtri, quare autem Petrum à peccatis conculcatum eccleſiæ principem conſtitnit, et etiam Paulum perſequutorem,vide pa.767.col.1. a b c. et col.2.a b c.

*O ſtulti & tardi corde.*

Chriſtus cum opus erat, facile peccatorum corrigebat:nam peccatorum correctio, importantiſſima eſt pro ſalute hominum pa.763.co. 1.a b c.et in ſequentibus.

Vnde quod maximè dolẽdũ eſt, eſt vtique videre,ꝙ magis homines dolẽt de perditione ouis et canis, quam de hominis perditione,et ideo de eorum correctione minime tractant, 763.col.1.b c.

## DOMINICA IN VIII. PASCHAE.

Euangelium.

¶Cum eſſet ſero, die illo vna ſabbathorum, Stetit Ieſus. Ioannis 20. cap.

*Niſi mittero manum.*

Myſteria

MYſteria diuina, manibus contrectanda non ſunt, pa.50.col.2. b c.& pa.51.col.1. b c.& co.2.a b.

*Et mittam manum meam.*

Curioſi & rebelles, quomodo potentiarum vſum peruertunt, quod intellectus eſt, manibus dantes, pa.51.col.2.a b.

Quare autem veritates diuinas, ſupra noſtrũ intellectũ Deus dederit, vide.p.51.col.1.a b.

*Pax vobis.*

Pax & chriſtiana tranquillitas, ſummè commendatur, pa.63. col.1.a b.

*Pax vobis.*

Pax vobis, pax Chriſti, quam hic ſuis diſcipulis dedit, non terrena & mundana, ſed noua eius pax fuit, pa.247.col.2.a b c.et pa. 248. c. 1.a b c.

*Pax vobis.*

Pax Chriſti, quam hic ſuis dedit diſcipulis, hæreditas et patrimonium Chriſti fuit, pagi. 248.col.1.b c.

*Pax vobis.*

Pacem cum hominibus componere, & eos ſuo patri reconciliare, proprium fuit Chriſti officium, pa.248.col.2.a b.

*Pax vobis.*

De pace chriſtiana, vide, pa.248.co.2.a b c.

*Pax vobis.*

Pax & amor, quomodo Chriſti fuit teſtamentum & noua hæreditas, & legatum quod nobis relinquit, pa.249.col.1.&.2. per totum.

*Pax vobis.*

Quia minime ſine pace, ædificium eccleſiæ chriſtianũ conſiſtere poterat, pa.249.c.2.ab c.

*Pax vobis.*

Lex gratiæ, nouum appellatur teſtamentũ: quia noua pacis hæreditas, hominibus relicta eſt, pa.249.col. 1.b c.

*Niſi mittam manum, non credam.*

In rebus fidei, ille melius intelligit, qui melius credit: ſiquidem credere legi, eſt intelligere legem, pa.257.col.1.a b.

*Pax vobis.*

Euangelica præcepta, in pacificam hominũ vitam ſunt ordinata, pa.412.col.1.a b.

*Palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habent.*

Quòd in homine, Dei ſpiritus ſit, agnoſcitur, ſi carnem & oſſa non habet, pa.381.c.1.a.

DOMINICA.I.POST.VIII.PASCHAE.

Euangelium.

¶Ego ſum paſtor bonus. Ioannis. 10.cap.

*Ego ſum paſtor bonus.*

PAſtoris officium, pa.22.col.2.b c.

Paſtoris ſubſtãtia& officium, pa. 22.col.2.a b c.& ſequentibus.

*Sicut nouit me pater & ego agnoſco patrem.*

Filius Dei, quomodo patris ſui ſapientia ſit vt ſe & omnia cognoſcat, pa.311.col.2.b c. & 312, col.1.a b c.& co.2.a.

*Ego ſum paſtor bonus.*

Nam oues ſuauiter dirigo, & gratioſe pertracto. Et hinc eſt, ꝙ gubernatio Chriſti, dulcedinem ficus, & oliuę lenitatem, atque vitis vigorem retinet, pa.282.col.1.c.

*Ego ſum paſtor bonus.*

Quia oues publice, & ſumma diligentia paſco, viſito, tracto, & agnoſco. Nam paſtor publica habet exequi virtutis opera, pa. 301. col.2. b c.& pa.337.col.1.b c.et. 338, col.1.a b c.

*Ego ſum paſtor bonus.*

Bonus paſtor eſt, qui ouium ſuarum noticiam tenet, et qui ſcientiam, vt illis medeatur, habet, vnde paſtoris ignorantia et vitium dãnatur, pa.482.col,1.et 2.et 483. col.1.a.

*Ego ſum paſtor bonus.*

De hac materia paſtorum, vide quæ ſupra in titulo huius libri annotatum eſt, an epiſcoporum ſit munus, prædicare.

DOMINICA.II.POST.VIII.PASchæ.

Euangelium.

¶Modicum et iam non videbitis me. Ioannis. 16. cap.

*Mulier cum parit triſtitiam habet.*

QVare paſsionis tempus, Chriſtus partum appellauerit vide, pa.241 col.1.a b c.et pa.242.col. 1.a b c. et col.2.a b c.

*Mulier cum parit.*

Quia paſsionis tempore, in lucem prodierunt veritates omnes quæ in veteri lege erant conceptæ ſicut filius prodit à ventre matris, pa.242.col.2.a b c.& deinceps per totum caput.

*Mulier cum parit.*

Vocat partum, nouam legem gratiæ, quia noui teſtamenti veritates, veteris teſtamenti ſunt filiæ, quæ in ipſo veteri teſtamento, ſicut in ventre erant conceptę, pa.241.col. 2. a b c.

*Mulier cum parit.*

Nouum teſtamentum, partus quidam fuit veteris teſtamenti. pa.241.col.2.a b c. & pag. 242.col. 1.a b c.

*Plorabitis & flebitis.*

Hæc euangelica veritas, quæ legis Chriſti profeſſoribus, labores & erumnas promittit, antiqua eſt, quia in Abel incepit eſſe, nā Abel imaginem geſsit ſomnium, qui pro Chriſto ſunt perſequūti, pa.306.col.1.b c.

*Plorabitis vos.*

Amicitiæ Dei cōditio eſt, illico amicos ſuos laboribus implere & erumnis, pa.336. col. 1. b c.& col. 2.a b c.

*Sed triſtitia veſtra vertetur in gaudiū.*

Boni viri qui pro Chriſto triſtantur & labores tollerant, quantum ſibi ſolatij & conſolationis elicere habent, quia Deus de eorum cōſolatione, poſt labores maximè curat, pa. 330. col.2.c.& 331.col.1.a b c. & col.2.a b c.

*Triſtitia veſtra vertetur in gaudium.*

Hæc eſt bonorum fœlicitas, ꝙ eorum triſtitia & labor finitur, malorum verò non finitur quia finis malorum propriè in malo interitus eſt, quia in triſtitia manent & nunquam conuertitur in gaudium, pa.338. col.1.a, & pag. 337.col.2.b c.

*Vertetur in gaudium.*

Quale gaudium in die iudicij apparebit, vbi gloria honor ſummus viri iuſti fulgebit, pag. 311.col.1.a b c.

*Plorabitis & flebitis vos.*

Labores & erumnæ, amicis Dei ſunt præſtitę, vt humilientur & domentur, pa.305.col.2. a b.

*Plorabitis & flebitis vos.*

Amicis ſuis Deus labores & lachrymas reliquit, quia veritatem prædicare habebant, in qua velut in ſcuto omnes mundi perſecutiones frangi habebant, pag.339.colu.2.a b c,& 340.col.1.a b c.& col.2.a b.

*Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.*

Gaudium maximum & ſecuritas eſſe debet chriſtianis hominibus, videre quam infalibile & certum eſt ſui laboris præmium, quia non amittetur, pa.413.col.2.b c.

*Plorabitis & flebitis vos.*

Quia hominibus, plures ſunt in mundo plorandi cauſæ, quam ridendi, explicatur egregie pa.652. col.1.a b c.& col.2.a b.

*Plorabitis & flebitis vos.*

Non pro veſtris ſceleribus, ſed aliorum perditionem plorabitis, quia dolendum maximè erit, ꝙ ex quatuor mundi partibus ſcilicet hominibus, tres pereāt, ſicut de tritico ſeminato. pa.644.col.1.a b c.& col.2.a b c.

## DOMINICA. IIII. IN ROGAtionibus.

Euangelium.

¶ Amen dico vobis, ſi quid petieritis patrem in nomine meo. Ioannis. 16. cap.

*Venit hora cum iam in prouerbiis.*

Quare tempus ſuæ paſsionis, ſuā appellauerit horam. pa.235.co. 2.b c.

*Hæc in prouerbiis locutus ſum vobis.*

Cæleſtia, per prouerbia & methaphoras Chriſtus expoſuit, quia res diuinæ, per naturales dilucidatæ, vim magnam in auditoribus imprimunt. pa.152.col.1.b c.

*Ipſe pater amat vos, quia vos me amaſtis.*

Quaſi dixerit, patri meo cura eſt & ſolicitudo de vobis, ideo in petitione pauca vobis ſunt neceſſaria verba: nam amicitia vera paucis abundat verbis, pa.335.col.2.a b c.

*Ipſe pater amat vos.*

Et ideo curat maximè de vobis, nam amicus de amici indigentia, ſolicitus eſſe debet. pa.235.col.2.a b c.

*Ipſe pater amat vos, quia vos me amaſtis.*

Quaſi dicat, non eſt vobis neceſſaria nimia ſolicitudo & prolixa petitio, pater enim meus de vobis ſolicitus eſt. Vnde religioſo viro, conſolatio eſt maxima, conſiderare, quòd Deus de eius conſolatione curat, pa.330.col. 2.c.& 331.co.1.a b c. & col.2.a b c.

*Pater amat vos, quia vos me amaſtis.*

Ecce quantum placeat Deo, ei ex amore ſeruire. Alij enim Deo propter legem ſeruiunt alij autem ex amore & affectione, pa.273.co. 2.c.&.274.col.1.a b c.& col.2.a b c.

Generoſè enim Deo ſeruire, eſt ex amore & affectione, pa.274.col.1.a b c.

*Pater amat vos.*

Ideo in oratione pauca vobis ſufficiunt verba ſic enim ait euangelium, orātes nolite multum loqui, pa.235.col,2.c.

*Petite & accipietis.*

Orationes quomodo fūdēdæ, p.341.c.1.a b c.

Itē orationi, adaptata loca, p. 341.c.1.a b c.

*Ego rogabo patrem de vobis.*

Si ergo filius patrem rogat: ergo pater maior eſt filio: quomodo ergo intelligatur quod dicitur in euāgelio, pater maior me eſt ac per conſequens ꝙ filius patrem roget, pa.286.co. 2.b c.& col.287. col.1.a.

*Petite & accipietis*

Quomodo hæc verba, intelligi habeant, pa. 578.col.2.b c.

*Petite & accipietis.*

Orationi maximè inſiſtendum eſt, concionatori

ALEXANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS

natori, vt prædicationis intelligentiam conſequatur, pa.456.co.1.a b c.& 457.co.1.a b c.et col.2.a b.

*Petite & accipietis.*

Oratione obtinenda eſt à Deo, interpretatio ſcripturæ, pa.370.col.2.b c.

*Petite & accipietis.*

Oratio, pręcipuum eſt concionatoris ſtudiũ pa.578.col.1.b c.& col.2.a b.

## IN ASCENSIONE DOMINI.

Euangelium.

¶Recumbentibus vndecim diſcipulis, apparuit illis Ieſus. Marci.16. cap.

*Prædicate euangelium.*

APoſtolici ſtatus, præcipuum negotiũ fuit euangelium prædicare, p. 25.col.1.b c.& col. 2.a b.

Apoſtolis, duæ erant annexa officia, videlicet prędicare & charitatis opera exercere, pa.25.col.2.a b.

Item Epiſcoporum proprium munus eſt, euangelium prædicare, pa. 26.col. 1.a b c. & per totum caput.

*Docete omnes gentes.*

Bene ait docete, quia chriſtiani prius docendi ſunt quam mouendi aut delectandi, pa.13. col.2.c.

*Qui crediderit & baptizatus fuerit.*

Propterea ait, qui crediderit, quia curioſi & examinatores fidei, non ſunt qui rectius de fide ſentiunt, pa.49.col.2.b c.

*Docete omnes gentes.*

Docere, in concione, præcipua eſt prædicationis pars: quare qui nõ docet in pulpito vacuus prædicator eſt, pa.13.col.1.c.& col.2.a

Hinc eſt ꝙ docere, primum locum in prædicatione obtinet: pa.12.col. 2.a b.

Hinc etiam eſt, ꝙ docere potentiſsima eſt prędicatoris pars, pa.13.col. 1.a.

Hinc eſt etiam, ꝙ docere, totius prædicationis ſubſtantia eſt & cor, pa, 14.col.1.a.

Item, docere euangelium, quibus competat, & quomodo, pa.16.col.2.b c.

*Prędicate euangelium.*

Euangelium prædicare, quid ſit, pa.88.co.1 a.& pa.87.col.1.b c,

*Prędicate euangelium.*

Quia euangelium eſt, quod fortius rebellẽ hominis animum vincit. 89.col.2.b c.

*Prædicate euangelium.*

Quia Euangelij grãdis eſt virtus, p.101.co. 2.a b c.

*Prædicate euangelium.*

Quia euangelium, hominis eſt ſolicitus pedagogus, pa.101.col. 2.b c.

*Prædicate euangelium.*

Quia euangelij doctrina requiritur ad diſponendũ & formandum hominem, ad regnũ cælorũ quia ſupercæleſtis eſt ſcientia, pa.91. col. 2.a b c.vſque ad pa.96.

*Prædicate euangelium.*

Quia euangelium, ſuos protegit & eripit amatores, pa.115.col.1.a b c.

*Prædicate euangelium.*

Quia euangelium, hominis eſt vera eruditio, etenim omnes hominis potentias, ne diſſoluantur alligat & ordinat.pa.263.col.1.a b c.& col.2.a b c.et pa.267.col.2.a b c.

*Prædicate euangelium.*

Quia euangelium, ars quædam eſt, quę hominis natura infrenat et domat, vt aptus Dei obſequio exiſtat, pa.267.col.2.b c.et pa, 268. col.1.a b c.

*Prædicate euangelium.*

Quia euangelium, iugum eſt hominis, eius ceruicem comprimens, pa.268. col.1.a b c. et col.2.a b c.

*Prædicate euangelium.*

Quia euangelium hominis frænũ eſt, quo eius comprimitur ſenſualitas: pa. 268. col.2. a b c.et pa.269.col.1.a b c.

*Prędicate euangelium.*

Quia euangelium, inter omnes alias mundi viuendi leges, ſolum hominis appellatur frænum, et quomodo, pa.269.col.1.a b c.quia ſola lex euãgelica hominis ſenſualitatẽ cõprimit aliæ vero ſolutam relinquunt.

Et hoc argumentum eſt, ꝙ lex chriſtianorũ diuina ſit.pa.269.col.1.b c.

*Prædicate euangelium.*

Quia ad capiendos homines, euangelium rete quoddam eſt ad piſcandum eos, pa. 269. col.2.b c.

*Prædicate euangelium.*

Quia euangelium fermentum dicitur, quo hominis natura conficitur et diſponitur, pag. 269.col.2.c.et.270.col.1.a.

*Prædicate euangelium.*

Quia euangelium, ſicut hominis pedagogus, omnibus membris eius, viuendi regulas et præcepta chriſtiana, ſigillatim imponit.pa. 270.col.1.c.et col.2.a b.

*Qui crediderit & baptizatus fuerit.*

Suponit ad ſalutem animæ, concurrere cũ fide opera ipſa, nam fides operibus aſſocianda eſt.pa.244.col. 1.a.

*Prædicate euangelium omni creaturæ.*

In euangelij prędicatione, quid curare habeat concionator, pa.319.c.2.b c.et.320. c.1.a

Euange

# In Aſcenſione Domini.


Euangelij intentum & propoſitum, vt prædicetur, pa. 320. col. 1. a b.

*Prædicate euangelium.*

Ad hoc vt ſufficiens poſsit eſſe euangelij prædicator, oportet vt concionator familiaritatem, & intimam, continuamq; conuerſationem cum ſcriptura ſacra contrahat, pa. 299. c. 1. b c. & col. 2. a b c.

*Qui crediderit & baptizatus fuerit.*

Primam virtutem, quam ad ſalutem petit, fides eſt: vnde quomodo fides prima ſit vitæ noſtræ ianua, pa. 335. col. 1. b c. & c. 2. a b c.

*Prædicate euangelium.*

Modus quo prædicatores, euágelij claritatẽ indagare habent, pa. 320. col. 2. a.

Item modus, quem prędicator, in prædicatione euangelij tenere debet, in inquirendis miſticis ſenſibus, pa. 324. col. 1, b c.

Item quomodo in prædicatione euangelii, concionator miſtico & litterali ſenſu vti debeat. pa. 347. col. 1. b c. & col. 2. a b c, & 348. c. 1. a b c.

Item in prædicatione euágelij, ſine oppreſſione & violentia, ſenſus miſticus ex litterali eliciendus eſt, pa. 348. co. 1. b c. & col. 2. a.

*Prædicare euangelium.*

In prædicatione euangelij, nouitatem doctrinæ fugere habet concionator, pa. 342. col. 2. c. & 343. col. 1. a. &. 345. col. 1. b. c. & col. 2. a b c. & 346, col. 1. a b c & col. 2.

*Prædicate euangelium.*

Ad prædicandum ſufficienter euangelium, oportet vt concionator veteris & noui teſtamenti, correſpondentiam prędicet pa. 275. co. 1. b c.

Item vt ſufficiens ſit prædicator euangelij, oportet vt in tractandis alegorijs, exceſsibus non ſit, pa. 281. col. 1. a b.

*Prædicate euangelium omni creaturæ.*

Quia euangelij veritas maximè eſt hominis rationi conſona, pa. 288. col. 2. a.

*Prædicate euangelium.*

Quia veritas euangelica, lux eſt indefficiẽs, quæ hominem ſemper illuminat & dirigit. p. 339. col. 1. a b c.

Item quia veritas euangelica, ſcutum eſt in quo labores, & omnes mundi perſecutiones franguntur, pa. 339. col. 2. a b c. & . 340. col. 1. a b c. & col. 2. a b.

*Prædicate euangelium omni creaturæ.*

Euangelium prædicare præcipit, quia vitæ reformationem docet. Vnde Apoſtoli à reformatione vitæ & pœnitẽtia hominum, ex præcepto domini ſuam in euangelio inceperunt pædicationem, pa. 388. col. 1. a b.

*Prædicate euangelium.*

Quia moralem ſemper doctrinam cõtinet, quam Chriſtus ſemper ſuis præcepit Apoſtolis prędicare, pa. 388. col. 1. c. & col. 2. a b.

Hinc adulterium eſt concionatorum, quãdo loco euangelij, phyſicã aliam & curioſam concionantur doctrinam. pag. 416. col. 2. c. et 417. col. 1. a.

*Prædicate euangelium.*

Concionatorum vitium eſt, qui prope ſemper euangelij materiam fugiunt, vt aliam peregrinam prædicẽt, pa. 386. col. 1. c. & c. 2. a b.

*Prædicate euangelium.*

Non dixit in prædicatione, curioſas et ſubtiles eſſe docendas doctrinas, ſed euangelium. Cathedræ enim ad pulpitum differentia eſt, ꝙ in illa ſapientes, hic vero homines bonos intendimus facere, pa. 390. col. 1. a.

Vnde concionatoris vitium, in prędicandis curioſis et in vtilibus quæſtionibus. pa. 391. c. 1. c. et col. 2. a b c.

Item hinc colligitur concionatorum exceſſus in prędicanda ſcholaſtica theologia, pag. 392. col. 2. et. 393. col. 1. a.

Item prædicatorum exceſſus in prædicandis phyſicis diſciplinis. pa. 416. col. 2. b c.

*Prædicate euangelium.*

Prędicare euangelium, eſt Chriſtum prædicare: in confuſionem eorum, qui ſeipſos prædicant, vt ſuas oſtentent perſonas, et temporalis lucri gratia, hoc autẽ vide in tabula littera, c, verbo concionatores: vbi defectus eorum, qui ſeipſos prædicant, videbis.

*Prædicate euangelium.*

Prædicator euangelicus, quia graue nimis eſt officium circunſpectus maximè habet eſſe in eis quę prædicat, pa. 456. col. 1. b. et col. 2. a b c. et, 457. colu. 1. et. 2. et. 458. colu, 1. et. 2. et 459. col. 1, et. 2,

*Omni creaturæ.*

Quia concionatoris doctrina, omni hominum ſtatui adaptari habet, pa. 576. col. 1. a b.

*Prædicate euangelium.*

Quas habeat habere conditiones, prędicator euangelicus in ſtudio et moribus, et alijs, vide in indice littera, c. verbo concionator.

*Prædicate euangelium.*

Prædicator euangelicus, in hoc maximè relucere habet, ꝙ hęc duo amplectatur, videlicet ſtudium et orationem, pa. 579. col. 1. b c. et col. 2. a b.

*Prædicate euangelium.*

Ad prædicationem euangelij, moralis eſt eligenda doctrina, quæ de vitæ reformatione agat, pa. 386. col. 2. et deinceps.


Sic

Sic enim prophetarum & ſanctorũ doctrina excluſis curioſis & inutilibus, atque phyſicis quæſtionibus vitæ ſemper reformationem intendebant, pa. 390. col. 1. b c. & col. 2. a b c. & deinceps, & pa. 391, col. 1. b c.

*Prædicate euangelium.*

Euangelij litteram, qualiter cõcionator ſeruare habeat, vt extra eam non prædicet, plene explicatur, pa. 391. col, 2. b c. &. 392. colu. 1. a b.

*Prædicate euangeliũ.*

Quia homini, euangelij doctrina placida nimis eſt, quia iuxta hominis rationem diſponitur, etenim, rationis naturalis flores quidam ſunt, euangelica pręcepta, pa. 411. col. 2. a b c.

Vnde euangelica præcepta, quomodo ex ratione naturali oriantur, probatur, pag. 411. col. 2. c. & 412. col, 1. a b c. & col, 2. a b c. & deinceps.

*Prædicate euangelium.*

Quia euangelij præcepta, in pacificam hominum vitam ſunt ordinata, pa, 412, col 1, a b.

*Prædicate euangelium.*

Quia euangelij doctrina, dulciſsima eſt dicẽdi eloquentia, de qua euangelij eloquentia, vide in indice, littera, e, verbo eloquentia.

*Qui crediderit & baptizatus fuerit.*

Quare Chriſtus in lege chriſtiana, fidei articulos credendos hominibus præſtiterit, pag. 413, col, 1. a b c. & col. 2. a b c.

*Qui non crediderit condemnabitur.*

In fide, qui non credunt & rebelles, non ſolum ſunt qui non credunt, ſed curioſi etiam in fide quodãmodo non credere dicũtur, pag. 414. col 1, c, & col, 2, a

*Qui crediderit.*

Qualis habeat eſſe, hæc chriſtiani fides, vide in indice, littera, f, verbo fides.

*Prædicate euangelium.*

Quaſi animaduertere voluerit Chriſtus in his verbis concionatores, quod non leuia & nouella. & inutilia, chriſtianis concionanda ſint, ſed grauia & ſubſtantialia, quia grauiſsimus atque ſanctiſsimus prædicationis locus, omnia grauia & ſanctiſsima exigit, pag, 554. col. 2. b c.

*Prædicate euangelium.*

Non propterea ꝙ euangelium eſt, barbare & vulgariter concionandum eſt, qui enim inſipidè & inſulſè, atque vulgariter euangeliũ prædicat, grauamen maximum auditoribus, & ipſis euangelicis veritatibus irrogat, pag. 572. col. 2. b c.

Quomodo autem intelligatur, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, pag. 575. col. 1. a bc & col. 2. a b c.

*Prædicate euangelium.*

Quia lex euangelica rationi, maximè eſt cõſona, & vſque à Deo recta eſt, quòd ipſamet iuſtitia denominatur, pag. 411. col. 1. c. & col. 2. a b c, & 413. col. 2. b c. & 411. co. 2. a b c.

*Prædicate euangelium.*

Ordo expoſcit in eccleſia, alios eſſe qui euãgelium doceant, alios vero, qui diſcipulorum vicem ſortiantur, & euangelij doctrinam reuerenter accipiant, pa, 376. col, 2, c, et, 377, co. 1. a b c, et col. 2. a b c.

*Prædicate euangelium.*

Orationi maximè inſiſtendum eſt, vt cõcionator prædicationis euangelicæ intelligẽtiam conſequatur, pa. 456. col. 1. a b c, et, 457. col. 1. a b c, et col. 2. a b.

*Qui crediderit.*

Non dicit, qui intellexerit, ſed qui crediderit, nam ſalus hominis chriſtiani, non in intelligẽdis fidei articulis conſiſtit, ſed in eis humiliter et reuerenter recipiendis, pa. 413. col. 2. a b c.

*Prædicate euangelium.*

Prædicare euangelium, eſt fideliter Chriſtũ prędicare, et non ſeipſos. Vnde ſancti, quomodo non ſeipſos prędicarunt, ſed Ieſum Chriſtum, pa. 446. col. 2. a b c. & 447. col. 1. a b c.

Vnde ſancti, quomodo fideliſsime ſcripturam ſacram tractarunt, veluti Dei negotium, et non ſuum, pa. 446. col. 1. c. et col. 2. a b c, et ſequentibus.

*Prædicate euangelium.*

Non inconſiderate et ſine ſtudio, euangeliũ à concionatore eſt docendus, ſtylus enim dicendi à concionatore pręmeditandus et ſtudendus eſt. pa, 575 col. 1. a b c.

Sancti enim pręuio ſtudio et oratione, quæ ſcripſerunt maximè ponderarunt, pa, 456, c. 1 b c. et col, 2. a b c. et 457. col. 1. a b c.

Et quòd ſancti res diuinas grandi ponderatione et ſtudio tractarint, vnde hoc prouenerit, vide, pag. 458. col. 2. b c. et 459. col. 1. a b c.

Vnde ſanctorum ſtudium, quale fuerit, pa. 457. col. 1. a b c.

*Prædicate euangelium.*

Theologia ſcholaſtica, ad expoſitionem huius euangelij quandoque adducenda eſt, quomodo autem et quando ſit à concionatore euangelico, adducenda, vide in indice, littera, t, verbo, theologia.

*Prædicate euangelium.*

Quomodo concionator euangelicus, in concione

cione themate vti debeat, vide in indice, litera, t, verbo thema.

*Prædicate euangelium.*

Veritates omnes ſcholaſticas, quas in gymnaſijs doctores tractant: ſuas habent in euangelio correſpondentes ſedes, ad quas concionator dum prædicat, debet reducere, pa. 393. col. 1. b c. & deinceps.

*Prædicate euangelium.*

Euangelium phyſicis illuſtrare doctrinis aliquando, concionem non denigrat, ſed illuſtrat, pa. 403. col. 1. c. & col. 2. a b c. & pa. 404. col. 1. a b c. & pa. 492. col. 2. a b c.

*Prædicate euangelium.*

Non ſolum bonis, ſed etiam malis concionatoribus verba hæc dicta ſunt: Nam vita cõcionatoris corrupta, veritatem non inficit, nec auditoris ſthomacum commouere habet, vt ab eo doctrinam non accipiat, pa. 404. col. 2. a b c.

Quia doctrina à malis etiam concionatoribus accipienda eſt, pa. 404. col. 2. c. & 405. col. 1. a b c.

*Prædicate euangelium.*

Varijs vtendo dicendi modis, quia conciona tores infirmi ſunt, & more infirmorum varijs ſunt reficiendi cibis, pa. 616. col. 2. a b c.

*Omni creaturæ.*

Differenter tamẽ, alius eſt enim modus prædicandi iuſtis, alius peccatoribus, pa. 513. col. 1 c. & 514. col. 1. a b c. & col. 2. a b c.

*Exprobrauit incredulitatem eorum.*

Corripiat Chriſtus Apoſtolos facile: quia correctio ſemper pro ſalute hominis importãtiſsima eſt, pa. 763. col. 1. a b c, & in ſequentibus.

Quare maximè dolendum eſt, tam parum eſſe zeli apud homines, de perditione proximi, ꝙ magis dolent, de perditione canis & bobis, quam de hominis corruptione, pa. 763. c. 1. b c.

*Sermonem confirmantem.*

Sermonem Apoſtolorum confirmarunt ſigna & opera virtutis, vitæ opera quomodo Chriſtus & ſigna, antequam doctrinam addu xit, & Apoſtoli. pa. 674. col. 2. c. & 675. col. 1. a b c. & col. 2. a b c. & in ſequentibus.

*Prædicate euangelium omni creaturæ.*

Non tamen æqualiter omnibus eſt prędicãdum, nam epiſcoporum ſtatus qualiter à concionatore prædicari habet, pag. 522. columna. 2. b.

Item diuitum ſtatus qualiter concionari habet.

Item curię regis ſtatus, & pauperum ſtatus, quomodo ſint concionandi, pa. 513. co. 2. a b.

## IN FESTO SANCTO PENthecoſtes.

### Euangelium.

¶Si quis diligit me ſermonem meum ſeruauit. Ioannis. 24. cap.

*Ille vos docebit omnia.*

APoſtolorum plena inſtructio ab Spiritu ſancto. pa. 11. col. 1. b.

*Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto.*

Spiritusſancti deſcenſio in Apoſtolos. pa. 95. col. 1. a b c. & co. 2. a b c.

*Ille vos docebit & ſugeret vobis.*

De hoc feſto vide in indice littera, s. in ver bo ſpiritus. Vbi omnes ſpiritus huius diuini proprietates, ſunt depictę.

*Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto.*

Dona Spiritusſancti ſuper quem requieſcant, pa. 178. col. 2. c. & 179. col. 1. a.

*Sic Deus dilexit mundum.*

Dilexit nos, non amore concupiſcentiæ, ſed amicitiæ, nam ſic ſunt diligendi amici, pa. 265. col. 1. b c.

*Sic Deus dilexit mundum.*

Et quia amor erat amicitiæ, vſque ad mortem durauit: nam amicitiæ amor, nõ niſi morte interueniente rumpitur, pa. 266. col. 2. a b c. & pa. 267. col. 1. a.

*Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.*

De hac chriſtiana pace, quam hic ſuis Chriſtus reliquit Apoſtolis, vide quæ annotata ſũt dominica in. 8. paſchæ, & in mandato.

*Spiritusſanctus quem mittit pater in nomine meo ſugeret vobis omnia.*

Ideſt animum & vires præſtabit, puſillanimitatem expellet, & libertatem quãdam ſpiritus præſtabit: Siquidem euangelium, hanc ſpiritus libertatem hominibus condonat, pa. 270. col. 2. b c.

Quia per hanc ſpiritus libertatem, homo ſupra omnia creata ſe leuat, pa. 271. co. 1. a b c.

Item quia per hãc ſpiritus libertatem, omnia mundi mala & labores homo in Deum conuertit, pa. 271. col. 1. c. & col. 2. a.

Item quia homo per hanc ſpiritus libertatem, omnia peccatorum ligamenta rumpit. pa. 272. col. 1. a b.

*Sugeret vobis omnia.*

Hinc oritur imperium & libertas in homine, ſicut patet quòd Spiritusſanctus in

Apoſtolos deſcenſum, liberi & intrepidi remanſerunt, quia vbi ſpiritus domini ibi libertas, pa.254.col.1.a b c.& col.2.a b c.

*Non turbetur cor veſtrum.*

Voluit ab eis mundi timorem & turbationem auferre, nam timor mundi, ſeruitutem & ſubiectionem generat, pagi.250.col.2. a b c.& 251.col.1.a b c.

*Si quis diligit me ſermonem meum ſeruauit.*

Qui ex dilectione & amore Dei, ſermonem ſeruat, perfectè Deo ſeruit, quia non propter legem mouetur, ſed ex affectione: & ſic ad perfectiora & abundantiora legis opera mouetur pa.274.col.1.a b c.& col.2.a b c.

Quia ſi nulla eſſet lex nihilominus ſtudioſè Deo ſeruiret, pa.274.co.1.c.& col.2.a b c.

Quia perfecti viri attentio non habet eſſe ea ſolũ operari quæ ab aratro eripiant, ſed quæ vlterius ad virtutis perfectionem procedant, pa.274.col.2.b c.

Quia ad perfectionem non procedere, retrocedendi periculum eſt, pa.274.colu.2.c. & 275.col.1.a.

*Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruauit.*

Quia religioſus vir, & qui iam Chriſti gratiã & ſpiritũ ſanctũ induit, nõ tantum à lege, ſed præcipue ab amore & intima Dei affectione mouetur, quod explicatur optime, pa.273.co.1.b c.& col.2.a b c.

Qui autem nõ ex amore, obſeruantiã mandatorum tenet, ſed propter legẽ, ruſtice quodãmodo Deo ſeruire dicitur, pa.273.col. 2. c. & 274 col.1.a.

*Factus eſt repente de cælo ſonus.*

Spiritus ſancti deſcenſus, quare in Apoſtolos ita mirus fuit, pa.576.col.2.b c.

*Si quis diligit me, ſermones meos ſeruauit.*

Spiritus diuinus, ꝙ in homine ſit agnoſcitur, ſi de ſe fructum aliquẽ extra producit, ideſt argumentum dilectionis Chriſti, eſt quidem opera ipſa.

*Spiritus ſanctus, docebit vos omnia.*

Spiritus Dei, ꝙ in homine ſit agnoſcitur, ſi carnẽ & oſſa nõ habet, ideſt ſi carnis & oſsis opera non exercet, pa.381.col.1.a

*Qui diligit me ad eum veniemus.*

Quia amicis ſuis Deus, & quibꝰ eũ diligũt, ſcripturæ ſecretũ & cõmunicat & reſerat, pa. 489.col.1.a b.

*Si quis diligit me.*

Amicitia vera, ad Chriſtum deſcribitur. 509.col.1.a b.

*Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto.*

Apoſtoli, quomodo per Spiritu ſancti opus à diuina manu ſunt mirabiliter formati. pag. 577.col.2.a b.

*Ille vos docebit omnia, & ſugeret vobis omnia.*

Quomodo docenda ſunt alia, alia vero ſuadenda, pa.401.col.2.b c.

*Erant diſcipuli pariter in eodem loco.*

In loco, vbi ſecreti, & à tumultu gentium erant ſegregati, hic enim Dei ſpiritus colligitur, in foro autem omnes conſcientiæ ſpiritua le bonũ diffunditur, & ꝑditur, pa.503.c.1.b c.

*Tanquam ignis.*

Doctrina cõcionatoris, quomodo ignis eſt, & ignis conditiones ſeruet, pa.705. col. 1.b c. & deinceps.

*Qui diligit me ſermonem meum ſeruauit.*

Alio in loco idem dicit, ſcilicet qui mandata mea ſeruat ille eſt qui diligit me & manifeſtabo ei meipſum, pa.663.col.2.a b.

*Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto.*

Spiritusſancti deſcenſus in Apoſtolos, pag. 595.col.1. b c.

*Spiritus vehementis.*

Spiritusſancti validiſsimus motus, quo peccatorem, velut nauem concutit, & impellit, p. 648.col.2.a b c.& 649. col.1.a b.

*Ceperunt loqui variis linguis.*

Spiritusſancti varia dona, Chriſto prouiſa, vt ſuis etiam prouideret, pag.606.colu. 2.c. & 607.col.1.a b c.

*Sugeret vobis omnia quæcumque dixero vobis.*

Spiritui diuino datum eſt, ſugere veritates euãgelicas, et homines mouere efficaciter ad diſciplinam iam receptã, quia ſpiritus in quodam viuo et efficatię nitore conſiſtit, pa.721. col.1.b.

Quia ſpiritus hominem extra ſeipſum facit, et ad grandia opera virtutis eum extendere cogit. pa.733.col.1.a b c, et col. 2.a.

Et tãdem de diuino ſpiritu, quid ſit, et quas vires et efficatiam habeat, vide in indice littera.s.verbo ſpiritus.

*Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto.*

